4864



Ex libris ... Doctrinae Xpnae Collegij francopolitani
Resp
4,864 11



DIVI IOANNIS

CHRYSOSTOMI, ARCHIEPISCOPI Constantinopolitani, in totum Genesęos librum Homiliæ sexagintasex, a Ioanne Oecolampadio hoc anno versæ.

Habes præterea textum Genesęos, iuxta septuaginta interprętum æditionem, qua authores prisci ferme omnes vsi sunt, eodem interpręte.



PARRISIIS, ANNO M. D. XXIIII.



PETRVS, PARVVS, REVERENDO AC SAPIENTISSIMO DOMINO, DOMINO MICHAELI BOVDETO LINGONENSIVM PRESVLI. SALVTEM.

Fieri solet, vt quorum beneficia sentimus, atq; operas (quod dicitur) officiosas, ijs primũ laboris nostri partem deuoueamus, vel si labor ille nõ sit placiturus, nouũ nostrę artis holocaustum cõminiscamur, quod remetiri nos velle, si non possumus, et officiorum vices rependere significet. Id quoq; facere didicerunt, qui ingratitudinis notam exosi, beneficiorũ feneratores malunt q̃ fumorũ venditores nũcupari. In quorum decuriam pręter ceteros mihi adscribẽdus videtur tuus bibliopola Ioannes, paruus sapientissime presul, qui non solum ijs quibus illo gratiarũ genere astringitur, laborem concedit omnẽq; operam, sed etiam vulgatissimis quibusq;, atq; ijs adeo quos suo iudicio (hoc sane habet purgatissimũ) vita & eruditione probatos esse cognoscit. Inter quos vno certe omniũ consensu spectabilem agis ĩperatorẽ, atq; in omni dicendi & viuẽdi sinceritate primas tibi desumis partes, Cuius rei fidem facit numerosa doctissimorũ hominũ turba, qui in te vnum nostrę ætatis miraculũ quottidie nequeũt laudum & pręconiorũ vehicula non cõgerere, tibi vel absenti celebritatem aliquam tuarũ virtutum non modulari/ea apud omnes natus es opinione, eo passim hominũ et locorũ donaris encomio, ea vnusquisq; fide tuum nomen decantat & extollit. Nempe hoc nostro sęculo, nullus innotescit mihi quem non audiuerim (si quãdo in memoriã eorum incideremus, qui cum fortuna aliquid sunt in litteris) maxima de te prędicare, atq; illa optima. Pręterea non cessat (ne quod domi habeo foris inuestigẽt N. Beraldus mihi et dominus & pręceptor, cuius ego nolim rarissimam vel plus hominũ opinione celebrãdam eruditionem hac mea scriptiuncula depingere) de te semper quidquã loqui, qui velut milciadis triumpho animos eorum ad virtutes inflãmet, quos videt stimulis aut exemplis indigere, Itaq; vnũ te habet instar omniũ in quibus vlla significatio virtutis elucescat, hac vna re multisq; alijs nominibus argumentũ sibi fecit nũcupandi tibi huius voluminis Io. Paruus, tui, si quis alius studiosus, hic extrarijs, ijs quoq; permultis curis implicitus negocium mihi demandauit, vt hac epistola sui pariter & mei in te honoris testimoniũ relinquerem. Cui nihil possum (velle etiam nõ debeo) quidq̃ denegare, ne columbarũ more pro summa gratia maleficiorũ copiam repẽdam. Hic enim a puero melioribus studijs educãdum atq; innutriendũ me curauit, rerũ mearum proxime atq; pater sollicitus, Hac causa Diui Io. Chrysostomi volumen multifariã refertum, & vere theologum, typis commẽdauit, tum ꝙ vt dictum a tripode cognosceret, nihil tibi gratius ob oculos versari eorum librorum lectione, qui diuinę frugis & bonarum litterarũ saccarũ redolent. Tum ꝙ amplius in horas succrescere suum meumq; in te studium & honorem nõ nulla officij particula significaret. Vale & hunc velut primum laboris nostri partum non asperneris.

INCIPIT INDEX DIVI IOANNIS CHRYSOSTHMI IN LIBRVM GENESEOS.

Adam & Eua ante inobediẽtiam angelicam vitam imitabantur. Homilia.xvii.folio.xlvi.a

Adam quando ꝓphetícam gratiam accepit.homilia.xiiii.folio.xxxiiii.f

Adam cum a deo fuit punitus & eiectus eparadiſo declarat.ho.xxv.f.lxxv.b.c

Agendũ nihil temere.ho.x.fo.xxxiiii.a

Agrícola non agriculturę tantũ labores cogitat & imbres &c. pulchra cõparatio,homilia.xxiiii.folio.lxxiiii.c

Altare edificare eſt gratiarũ actiões deo offerre.homilia.lj.folio.clxvi.b

Ambitio vitãda eſt. ho.xxxii.fo.cvi.d.

Amor ex cõmunibus propria facit.homilia.xxxiii.folio.cix.e

Aĩa bruti ſanguis eſt.ho.xxvi.f.lxxxi.a

Animę bonũ opus eſt virtutẽ eligere & malitiã fugere.homi.xxxix.f.cxxvii.b

Animę nobilitas. homi.xi.fo.xxviii.d

antropomorphitę corripiũt.h.vii.f.xvii b

Apoſtolorum ſepulchra ignorantur. homilia.lxv.folio.ccxv.d

Arrianorũ error de trinitate a chriſoſtomo corripitur.homilia.vii.folio.xvii.a

Auaricia eſt omniũ malorum radix.homilia.xix.folio.liiij.e

Auaritię materia quę ſit.ho.xiii.f.xxxi.a

B

Beneficiorum dei recordatio.Homilia.xiiii.folio.xxxv.d

Beneficiorum dei erga humanum genus cõmemoratio.homi.iiii.fo,lxxviii.f

Bonos inter malos viuere chriſtus voluit homi.iiii.folio.ix.b

Bruta quare eãdem pœnam ſuſtinuerũt, quando homo in malum declinauit.homilia.xxi.folio.lxi.b

C

Charitatis deſiderio ſaucíatus, nihil difficile ſpectat.homi.liiii.folio.clxxvi.c

Chryſoſtomus cõmendat auditores verbi dei.homi.iii.folio.vii.e

Chriſtus quid in penitentia querat. homilia.xliii.folio.cxliii.b

Chriſtus nullarum rerum indigus eſt niſi gratiarũ actione.ho.xxv.fo.lxxviii.a

Chriſti erga humanũ genus beneficiorum cõmemoratio.ho.xxvi.f.lxxviii.f

Cibi corporalis appetitus,indicium eſt bone valetudinis pulchra comparatio. homilia.xxxi.fo.c.a

Circũciſio nichil ad ſalutẽ, ſed ſignũ ſeu gratitudinis indiciũ.ho.xxvi.f.lxxix.f

Circũciſio domini quare vſq; ad octauũ diem fuit dilata.ho.xxxviii.f.cxxvii.b

Circunciſionis vtilitas. homilia.xxxix. folio.cxxix.d

Cogitatiões refrenãde.ho.viii.fo.xix.b

Cõpaſſio ſanctorũ. h.xxviii.f.lxxxvii.f

Cõcordia cõiugalis. ho.xliiii.f.cxlvii.b

Confeſſio peccatorum obolitio eſt delictorum.homilia.xix.folio.lii.e

Confeſſionis vtilitas. ho.xxix.fo.lj.f

Confitens ſeu cõuerſus a peccato ſuo,& iterum in idipſum rediẽs cui aſſimiletur homilia.v.folio.xi.a

Cõfiteri peccata in hac vita Chryſoſtomus hortatur.homilia.iiii.folio.ix.a

Cõiugium facit cõſuetudo.homilia.lv. folio.clxxviii.e

Conſcientia debet eſſe peccatorũ accuſatrix.homi.xvi.fo.xxxix.e

Cõſuetudo cõiugium facit. homilia.lv. folio.clxxviii.e

Cõuerſari inter infideles quomodo poſſumus.homilia.xxxix.fo.cxxix.e

Cõtinentie exemplũ.ho.xliii.f.cxliiii.f

Creatorẽ ex creaturis cognoſcimus. homilia.v.folio.xiii.a

Crudelitas remittenda.ho.x.fo.xxiiii.a

D

Dauid & Saul exẽplum.ho.xlv.fo.cl.b

Detractio vitãda eſt.h.xxviii.f.lxxxix.a

Deus animo retractauit, ꝙ fecit hoiem ſup terrã declaratur.ho.xxi.folio.lxi.a

Deus nobis infinita bona ordinauit anteq̃ mundus formaretur et ꝓduceretur homo.homi.ii.folio.iiii.e

Deus quid in penitentia querat.homilia xliii.folio.cxliii.b

Deo tribuenda sunt oia. ho. xx. fo. lv. e
Deũ diligens vt oportet, manifestũ q̃ & mãdata ei⁹ facere nitit. ho. liiii. f. clxxvi. f
Diaboli tela quę sint. homi. ii. folio. v. b
Diligendi qualiter sunt inimici. homilia xxvi. folio. lxxxii. e
Diues si in extremam redactus fuerit inopiã, magna cũ difficultate diuitias reparare poterit. homi. v. folio. xi. c
Diuitię præsentes contemnende. homi. xxxiiii. folio. cxiii. a
Diuitias vocat chrysostomus deceptiones. homi. lviii. folio. cxc. a
Diuitias bonas potest quisq; possidere. homilia. lxv. folio. ccxvii. a
Docere possunt laici. ho. vii. fo. xvii. e
Dñium hois in aĩalia. ho. viii. fo. xix. d

E

Ebrius quicquid fecerit non est venia dignus. homilia. xxviii. folio. lxxxix. c
Ebrietatis mala. ho. xxviii. fo. lxxxviii. f
Elemosina mortẽ vicit. h. liiii. f. clxxvii. b
Elemosinę cõmẽdatio. ho. ii. fo. v. c & d
Elemosinæ præmiũ. ho. xxxiii. fo. cvii. f
Elemosinę vtilitas. homi. xlix. fo. clxxi. d. & homi. liiii. folio. clxxvii. a

F

Familia domi docẽda. homi. i. folio. ii. e
Famuli boni cõditiões. homilia. xxxix. folio. cxxix. b
Fides sine operibus mortua est. ho. i. f. ii. f
Fidei definitio. homi. xxxv. folio. cxvi. e
Fidendũ est diuinis p̃missionibus. homilia. xxxiii. fo. cviii. f. & ho. liii. f. clxxiii. c
Ferarum aut reptilium genera quam nobis p̃stent vtilitatem. homi. vi. fo. xv. c
Feris an dñetur homo. ho. viii. fo. xix. a
Fratrum cura. homilia. xlii. fo. cxl. d

G

Gemmarũ pernicies. homi. xiii. f. xxxi. a
Gloria inanis fugiẽda. homi. iiii. fo. x. e
Gratiarũ actio est nostrum sacrificium. homilia. viii. folio. xix. f
Gratiarum actio quomodo sit habenda apud deum. ho. lj. fo. clxv. e
Gratiarũ actiones deo reddere est altare edificare. homi. lj. fo. clxvi. b
Gratiarum actiones reddende sunt deo. homilia. xxv. folio. lxxviii. a
Gulę mala. homi. ix. fo. xxi. a

H

Hebdomada magna quæ dicatur. homilia. xxix. folio. xcii. b
Homicidij radix inuidia, & fructus inuidię homicidiũ. homi. liii. fo. clxxi. d
Homo an dñetur feris. ho. viii. fo. xix. a
Homo quis dicatur. ho. xxii. fo. lxiiii. b
Hois in aĩalia dñium. ho. viii. fo. xix. d
Hospitalitatis cura qualiter sit habenda. homilia. xl. fo. cxxxiii. f
Hũana laus cõtẽnẽda. ho. xxii. fo. lxiii. e
Humilitas se nũq̃ poterit ira cõmoueri. homilia. viii. folio. xx. b
Hũilitas vera q̃ dicat. ho. xxxii. f. cvi. e
Humilitatis doctrina. ho. xi. fo. xxviii. b

I

Ieiuniũ verum quod sit. ho. vii. fo. xvii. f
Ieiunij opera. ibidem.
Ieiunium verum quod dicatur. ho. xiiii. fo. xxxv. e. & homi. ix. fo. xx. e
Ieiunium quo subsidio idigeat. homilia. xxix. folio. xciiii. c
Ieiunij cõmendatio. homilia. j. fo. i. c. & homi. iii. folio. vi. a
Ieiunio p̃ces semp cõiunctas esse oportet. homi. xxix. folio. xciiii. c
Imago hois quę sit. ho. xxii. fo. lxiiii. b
Imago dei est vir. homi. vii. folio. xvii. c
Imaginẽ pristinã potuit inouare Noe & seruare virtutis caracteres. h. 24. f. 73. b
Inimici qual⁹ sint diligẽdi. h. 26. fo. 32. e homilia. lj. folio. clxvi. f
Inimicos diligere iubet xp̃us diligẽtibus vero q̃d præmiũ p̃mittit. ho. iii. f. viii. a
Intercessio sanctorũ quid nobis cõferat homi. xliiii. folio. cxliii. a
Inuidia diaboli mors intrauit in mundũ hoc exponit. homi. xlv. fo. cli. a
Inuidię mala. ho. xlv. f. cl. & h. lx. f. xcv. a & homi. lx. folio. cxcviii. a
Iudęi a Chrysostomo reprehendũtur. homi. xxxviii. fo. cxxvi. f
Iudiciũ temerariũ q̃d sit. h. xl. f. cxxxv. e
Iuramenta illicita omnino fugienda. ho

milia.xiiii.folio.xxxv.f.
Iuuentus ad ruinā ꝓcliuis est, & ad mali tiā leui momēto īclinat̄.ho.lviii.f.cxc.a

L

Labiū vnum quid sit.ho.xxix.fo.xcii.e
Laicorū est docere.homi.vii.fo.xvii.e
Laus hūana cōtēnēda.ho.xxii.fo.lxiii.e
Liberi arbitrij ad bonum agendum cooperatio.ho.lii.fo.clxviii.f
Libri veteris testamēti ab initio hebręorū lingua fuerūt cōpositi.ho.iii.fo.vi.e
Lignum scientiæ boni & mali quare ita vocatum sit.homi.xv.fo.xxxix.b
Luminaria duo magna quæ sint? & quæ sit natura eorum.homilia.v.fo.xii.a

M

Mansuetudo virorum erga mulieres.homilia.xxxvii.fo.cxxiiii.b
Memoria eterna non est paranda in edificijs.homi.xxix.folio.xciii.a
Misericordia dei abyssus.ho.ix.f.xxii.b
Misericordię potius sunt, q̄ pœne a deo nobis illatę.homi.xxv.folio.lxxvi.a
Mortis cōtemptus.ho.xliiii.fo.cxlvi.f
Moyses pri⁹ docuit auditores prima elementa. Ioannes vero & Paulus ꝑfectiora docuere.homi.i.folio.ii.b
Mulier formata est ꝓpter virum non vir propter mulierem.ho.xiiii.fo.xxxiiii.f
Munerū acceptio.homi.xxxv.fo.cxv.d
Mundus anteq̄ formaret̄ & ꝓduceretur homo, christus nobis infinita bona ordinauit.homi.ii.fo.iiii.e

N

Nobilitas animę.homi.xi.fo.xxviii.d
Noe erat quingentorū annorum quā do genuit tres filios scilicet Sem, Chā, & Iaphet.ho.xxiii.folio.lxvi.c
Noe nomen, hebręorum lingua quies dicitur.homi.xxxix.fo.cxxvi.b
Noe potuit īnouare imaginem pristinā. homilia.xxiiii.fo.lxxiii.b
Noe quomodo cognouit aīalia esse pura & impura, a dn̄o missa in eius arcam introducenda.homi.xxiii.fo.lxviii.d
Noīa pueris q̄ sunt īponēda.h.xx.f.lvi.a
Nuptię non obstant philosophanti.homilia.xx.folio.lvi.c

O

Ocium causa est multorū malorum. homilia.xiii.fo.xxxii.f
Omnia mihi licent, sed non omnia ędificant, declaratur.homi.vi.fo.xiiii.a
Operibus prius docere debem⁹, postea sermonibus.homi.vii.fo.xvii.e
Oratio facta in omni loco valet. homilia.xxix.folio.xcv.c
Oratio est colloquiū cum deo. homilia. xxix.folio.xciiii.e
Orationis exemplū.ho.xlviii.fo.clix.e

P

Pater benignus absentib⁹ filijs reliquias mense reseruat.homi.viii.fo.xix.a
Patientię virtus.ho.xxxix.fo.cxxviii.f
Patientię pręmiū.ho.xxxi.fo.ciii.d
Pauli laudes.homi.x.fo.xxviii.b
Pecudū colorem varium esse rarum est. homi.lvi.folio.lxxxi.d
Pœne nobis a deo illatę mīe magis sunt q̄ pene.ho.xxv.fo.lxxvi.a
Philosophanti non obstant nuptię. homilia.xx.folio.lvi.c
Pręsentibus non citra necessitatem vtendum.homi.xxxvi.folio.cxix.d
Prophetizāt interdū mali.ho.xx.fo.lv.f
Promissiōibus diuinis fidendum. homi. xxxiii.fo.cviii.f.& ho.liii.fo.clxxiii.c
Promissionib⁹ dei fidendū est.ho.xxxv. fo.cxvi.d.& ho.liii.fo.clxxiii.c
Ptolome⁹ rex a Chrysostomo laudatur eo ꝙ vocarit quosdā Iudeorū hierosolimitarū vt libros sacrę scripturę in gręcam linguā verterēt.ho.iii.fo.vi.e.& f.
Pueri nō ꝓcreant̄ solo coitu sed opus est diuīo adiutorio.h.xxxvii.f.cxxi.b & c
Puerorū habēda cura.ho.lviii.fo.cxcj.d
Pueris noīa q̄ sint īponēda.ho.xx.f.lvi.a

R

Rationariū vitę actę.homi.iii.fo.vii.f
recordatio bn̄ficiorū dei.h.xiiii.f.xxxv d

S

Sacerdotū dignitas.ho.xlix.fo.clxi.a
Sacrificium nostrum est gratiarū actio. homilia.viii.folio.xix.f

Sacrificiū nr̄m q̄d ſit.ho.lxix.f.cxciii.b
Sanctorū interceſſio.ho.xli.fo.cxxxvi.f
Sanctorū interceſſio quid nobis conferat.homi.xliii.fo.cxliii.a
Sanctorū cōpaſſio.h.xxviii.f.lxxxvii.f
Scriptura diuina non opus habet humana ſapientia.homi.xx.fo.liiii.d
Scripturę diuinę lectioni vacare q̄ ſit vtile.homilia.xxxiiii.fo.cx.d
Sepulchra apoſtolorum ignorātur, homilia.lxv.fo.ccxv.d
Seuerítas remittēda.ho.x.fo.xxiiii.a
Seruitus vnde ſumpſit originem.homi. xxviii.fo.xc.b.
Sol enim ordinatus eſt ad hoc vt præſit diei,luna autē vt præſit nocti,quomodo hoc intelligatur.ho.v.fo.xii.d
Spectaculis intereſſe,quale ſit peccatū. homi.v.folio.xi.d
Spūs exponitur a chryſoſtomo,i, cura dei,homi,xxi.fo.lx.b
Sterilitas ſanctarū mulierū &c. declaratur.ho.xlviii.fo.clix.f

T

Talenta duo nōne mihi tradidiſti. &c. pulchre declaratur materia de talentis homi.xl.folio.cxxx.f
Talentorū decem millīū debitor, quō a deo miſericordiā conſequutus fuerit. homi.xxvi.fo.lxxxi.f
Tela diaboli quę ſint.ho.ii.fo.v,b
Tēporalia quō petēda.h.liii.f.clxxiii.b
Terra poteſt dici optima nutrix. homi. x.folio.xxiiii.c
Terra eſt nutrix & mater noſtra, quia p eā varijs fruimur bonis.ho.i.folio.ii.e
Terre puluerem chriſtus in corpus vertit.homi.xii.fo.xxix.c
Terrā quare deus creauerit deformē, & nullis figuris expolitam.ho.j.fo.ii.e
Theſaurus verus,ſunt diuīa eloquia.homilia.lix.folio.cxciii.a
Triſticia duplex in Cain.homilia.xvii. folio.xlvii.b

V

Valde, dictio duplicata ibi cum inquit deus. Faciam te creſcere valde valde, quid ſignat.ho.xxix.fo.cxxvi.d
Vana gloria eſt cauſa omniū malorum. homi.xxi.fo.lxii.a
Vę lamenti nūcium verbum eſt. homi. xxii.folio.lxiii.f
Verbi dei auditores laudat Chryſoſtomus.homi.iii.fo.vii.e
Verbo domini quomodo omnia facta ſint.homi.iiii.folio.ix.f
Veſtium ornatus ſuperfluus vitādus.homilia.xxxvi.folio.cxx.a
Veteris teſtamēti libri ab initio hebręorū lingua fuerūt cōpoſiti.ho.iii.f.vi.e
Viatica future vitæ quæ ſint, homi. iiii. folio.viii.f
Vita doctrinę conſeruari debet. homi. xii.folio.xxx.e
Vitę actę rationariū.homi.iii.fo.vii.f
Vitæ futurę viatica q̄ ſint. ho.iiii.f.viii.f
Viæ bonę initiū præbens, hic author eſt eorū quæ & ab alijs fiunt, & duplicē recipiet mercedē.homi.lv.fo.clxxviii.e
Virginitas marie,tractatur.homilia.xlviii.folio.clx.b
Vir,eſt imago dei.homi.vii.fo.xvii.c
Vir nō eſt fortunat⁹ ꝓpter mulierē, ſed mulier ꝓpter virū.ho.xiiii.fo.xxxiiii.f
Viri & mulieris cōcordia.homilia.xxxvii.folio.cxxiii.b
Virorum māſuetudo erga mulieres. homilia.xxxvii.folio.cxxiiii.b
Virtus quid.homi.vii.fo.xviii.c
Virtuti nihil par, & nihil virtute potentius.homi.lxv.fo.ccxvi.f
Virtute nihil fortius.homi.lj.fo.clxvi.e
Virtutibus p̄ſtantes in medijs ciuitatib⁹ eſſe expedit.homi.xlii.fo.cxxxix.a
Vitis cui cōpareť.ho.lxvi.fo.ccxxxv.c
Vxor qualis ſit querēda. h.xlvii.f.clvi.c

Finis Tabulę.

VENERANDO DN. NICOLAO A VVATTENVVIL, COLLEGII ECCLESIASTICI BERNENSIS PRAEPOSITO, IOANNES OECOLAMPADIVS SALV.

CAui hactenus, Præpoſite ornatiſs ne vulgariū vel officiorum, vel epiſtolarum teſtimoniſs declararem mei erga te animi propenſionē, quem ſibi iampridem tuæ etiam abſentis, & a facie nōdum cogniti, vindicarunt virtutes. Nolui enim factioſis quibuſdam oſoribus meis anſam prębere, vt meo nomine, tuo candori ac innocentiæ minus parcerent. Quandoquidem morem hunc habent Telechines illi, inuidiæ ſpiritu agitati, ne ſatientur quum iſs, quos odere, male loquuntur, peius volūt, & ſi cubi permittitur, faciunt peſſime, niſi & in eos, qui iſs, quos inſectātur ipſi, quomodocunq; fauere videntur, maledicentiam ſuam exerceant, ſæuituri nimirum & in deum ipſum, niſi in petram ſcandali impingerent bullæ, Quamuis autem compertum habeam, quam naucipendat peruerſa cæcaq; illorum iudicia prudens illa tua integritas, malui tamen aliquandiu occultari meum erga te animū, quā ipſe in cauſa eſſe vt tuo illibato fauori decederet quippiam. Atqui nunc feliciter obuenit occaſio, qua patrociniū tuū ſi non emereor, certe citra tuam indignitatem ambiam, ſynceritatemq; meam tam idoneo munere teſter, vt hoc nec maxime irritabiles beſtias male habere debeat. Digniſſim⁹ enim fuerit aureus ille Chryſoſtomus in Geneſin, qui piētiſſimo iuſtiſſimoq; cuipiam dicetur, qualem ex procerum milibus apud liberrimā Heluetiorū gentē, Heluetiorūq; potentiſſimos Bernates (quorum tu res eccleſiaſticas magna grauitate & prudentia moderaris) te tē p̄cipuū ac celebrēvno ore p̄dicāt oēs, Vnde merito nū cupādū duxi, illū tibi, ſpectādū enī in hoc, nō qūo quidā in nos ſint affecti, ſed cui & quāto tāti authoris debeātur monumenta. Nā eſto parū fauoris mereant mei ſudores parū gratiarū habeāt meę lucubratiōes vilevideaṫ hoc meū ſtudiū, quo reip. Chriſtiane nō obeſſe, ſed prodeſſe cupio, iterim tn̄ ſuus virtuti tuę honos reddendus, & tuum patrocinium tanto & per ſe magno non denegandū theſauro, in quem me incidiſſe neutiquam fortunæ tribuerim. Cui & alioqui nihil acceptū fero, ſed benignitati re-



gis CHRISTI gratias habeo, qui meam paruitatem hoc dono consolari dignatus est. Etenī cum ab institutę quietis secessu Christi nomie discēdum fuerit, abripuerintq; me tēpestuosi hui⁹ seculi vortices, ne ab aratro respicerē, contēptū ipiū ociū hōesto & mītis quę spe mea est, fructuoso cōpēsauit labore, Andreas enī Cratāder hospes meus cōstātis amicitię, qui nūc ferme ītegrū me fouet annū, p quā vetus horum cōmētariorū ipetrauit exēplar, quod ego breui admodū tēpore, & breuiore q̄ a me lectū quis putet, Latinū feci, nō q̄ tam mihi placerē vertēdi dexteritate, sed q̄ mouebar partim dignitate rei, q̄ tanti thesauri in situ iacerēt contempti, & adhuc a nullis attacti, partim stimulū addentibus optimis quibusq; amicis quorū pręcipuus Bernardus ille Adelmānus meus, Augustēsis ecclesię atque totius Sueuię ornamētum, Mirū enī quātis obtestatiōibus, quātis acclamntiōibus, q̄ crebris literis senex ille in omni virtutū genere vere nobilis, & in pijs studijs prouehēdis maxime sedulus, vna cum fratre suo Conrado, & ipso nulli laudibus secundo, iam sponte currentem vrgere cœpit, vt contemptis æmulis & obtrectatoribus, quæ rei profutura essent, communicare pergerem. Profuit nonnihil illorum admonitio. Non parum enim confirmauit animum, Ne a cœpto illo quidem negocium facientes deterrerent. Maxime autem in opere continuit mira authoris ipsius in consolando energia, atq; adeo hic non solum cōsolatus est, sed & animū contra aduersa nō parum obfirmauit, Quā ob rem merito summas Christo gratias habeo, quod hoc munere non modo mihi, sed & alijs gaudij materiam concesserit. Si enim euangelicæ mulieri nō datur vitio, q̄ inuenta amissa drachmula, vicinas magnitudine gaudij conuocarit, cur non ego lętarer? & alios non meo tantū sed & suo nomine lętari iuberem? idq; non ob temporariū & carnale aliquod commodum, sed spirituale, & quod ad eterna acquirēda non modo sit inutile & superuacaneum, sed & perquā vtile ac conducibile, Vnde nobis non drachma fuerit, sed thesaurus. Aut cur non vocarem thesaurum? Habent hoc etiam prophanæ litteræ, vt non solum conferantur, sed & præferantur corporalibus diuitijs, quanto animus corpore & luto nobilior est. Hinc nimirum Philolai libros Plato, quāuis non oppido diues, immodico pręstinauit ære. Qua in re & Aristotelem hominem alioqui pecuniæ amantem prodigum esse aiunt. Declarabant sane illi quanto precioſior esset librorum, quam nummorū possessio. Laudatur in hoc & Ptolomęi Philadelphi rara instruenda bibliotheca liberalitas, maxime q̄ Mosi libros tanta cura in Grecum idioma primus trāsfundi fecerit, proculdubio agente hoc spiritu sancto, non vt per omnia eadem interpretū, quæ prophetarū esset gratię vbertas. Nam alioquin in ambiguis & obscuris locis ad fontanos Hebraicę veritatis libros nullo recursu foret opus. Credimus etenim & nos somniatas cōmentitiasq; Septuaginta cellulas. Erat autem hoc singulare spiritus sancti consilium, vt aliquot seculis ante Christum natum, fidei nostræ libri in magna religione, etiam apud ethnicos asseruarentur, quo minus quum illucesceret Christi veritas, reijci possent. præsertim iudæis plera q; mysteria in diuersum sensum exponētibus. Proinde & Septuagintā interpretū authoritas nequaq̄ contemnēda est, quādoquidem & illorum testimonijs vti etiam Euangelistæ alicubi non erubuerunt, tanta tamē non est quin sublimiora & certiora nitidiora q; natiuus prophetarū sermo, si intelligatur, spiret ac doceat. Sed hæc alias. Nunc hinc certū, si rex impius & idololatra pro thesauro recte habuit, quo nesciebat vti, & nostris dumtaxat commodis seruiebat, Cur non & nos de hisce cōmentarijs, tanq̄ de thesauro reperto, quovti ac frui possumus, Christo gratias ageremus? Idq; tāto maiori studio, quanto rariorinterpretum legis, in quibus non multū desyderes, gratia

Benardus et cōrad⁹ Adelmāni.

Librorū thesauri.

Septuagita interpretū quanta authoritas

eſt, Iudæi enim exoſſes plane ſunt, & ſpiritu deſtituti, quo ſine, fruſtra & non abſq; periculo ſacræ tradũtur litterę. Noſtri autem pleriq; affectantes ſpiritualem legem ob Hebraici idiomatis imperitiã ridiculi fiunt. Fragrantiſſime videntur allegoriæ Origenis, Didymi, & Cyrilli. At lector, vbi ſe a genuino ſcripturæ ſenſu abduci oboluerit, mirũ q̃ diſplicere & fœtere incipiant. Porro multi tam ex noſtris q̃ Grę cis, quorũ alij in totum Geneſeos librum, alij tantũ in capita quædam ſcripſerunt, tametſi illorum lucubrationes magna ex parte interciderint. Vt de noſtris ſileam, apud Græcos ſcripſerũt Origenes, Cyrillus, Theophilus, Effrem, Euſebius, Emiſenus, Philo, Didymus, Succenſus, Seueríanus, & docte quidem omnes, quãtum ex fragmentis coniectare licet. Atqui non facile reperies aliquem, qui tam pure & aperte ac diligenter vniuerſam ſeriem enarret, vt Chryſoſtomus. Neq; enim in ſterilibus nugacibuſq; allegoríjs verſatur, ſed hyſtoriã quam in ſacris litteris vt fundamentũ præſtruere cõuenit, dextre tractat, probe interim obſeruãs & apoſtolicum canonẽ, quem Paulus Timotheo & Tito, imo eccleſię doctoribus pręſcripſit. Fugienda enim ſunt quæ fugere ille iuſſit, indagandaq; diſcenda & docẽda ea ſola quę ille indagare diſcere & docere pręcepit. Reijcit autem prophanas & aniles fabulas, & denunciat, ne attendamus genealogijs, & diuerſis doctrinis, caueamuſq; in ſumma ab omnibus quæ queſtiones magis prębent, quam ædificationẽ dei, quæ eſt per fidem. Diuerſæ autem doctrinæ a domino IESV CHRISTO ſunt e quibus ad pugnas diſputationum proſilitur, & quę materiam ſuppeditant inuidiæ, ſuſpicionũ curioſitatum, atq; id genꝰ. Diuerſæ item ſunt doctrinæ, quæ diuitiarum aucupia docent, & quæſtum olent, Diuerſæ autem doctrinæ ſunt, quæcunque in vocum nouitatibus, verborum oppoſitionibus, ſyllogiſmorum nexibus, & rhetorico verſantur artificio, quales nunc aliquot annis ſcholæ docuerũt, effuſa citra dubium ſuper nos iræ diuinæ phiala. Quapropter diligenter apoſtolus admonet, ne quibus pręda ſimus per philoſophiam, & inanem deceptionem, iuxta cõſtitiones hominum iuxta egena elementa mundi, & non iuxta CHRISTVM, Contra bene inculcat docendum CHRISTVM, atq; hunc crucifixum, finem pręcepti, charitatem ex puro corde, & conſcientia bona, fideq; non ſimulata. Tu homo dei, inquit, ſectare iuſtitiam, pietatem, fidem, charitatem, patientiam, manſuetudinem, certa bonum certamen. Nihil enim aliud quærendum in ſcripturis ſanctis, quam quod ad vitam ſanctam attinet, omnis enim ſcriptura diuinitus inſpirata vtilis eſt ad doctrinam, non rerum inanium, ſed ad redargutionem, ad correctionem, & ad inſtitutionem, id eſt doctrinam, quæ eſt in iuſtitia, vt integer ſit dei homo, ad omne opus bonum apparatus. Atq; eatenꝰ ſcripturæ vacandum eſt, quatenus nobis notior ſit CHRISTVS & formetur in nobis vita CHRISTIANA. Quem docendi modum præ alijs ſanctius obſeruat CHryſoſtomus, Sunt autem ii communes loci, in quos ſępius expatiatur, Contemnenda præſentia, contẽnendam mortem, habendam memoriam futurorum, habendam crebram vitæ rationem, diſcendum docendumq; omnibus, fidendum deo, amplexandam gratitudinem, dandas liberaliter eleemoſynas, ſeruãdam humilitatem, manſuetudinem, ſobrietatem, patientiam & charitatem. Dei miſericordiam nullo nõ loco commendat, tẽpeſtiue percellens Marcionitas ac alios qui deum veteris legis tetricum, plagoſum & crudelem effingunt, facile hic diſces, quantũ philoſophia CHRISTIana a gentili & Ariſtotelica diſtet, & quãto ſatiſ ſit & tutiꝰ, Chriſtianos viuẽdi p̃cepta ex patriarcharũ vita, quã ex hiſtoriis requirere Ethnichorũ, ap d̃ quos ignorat̃ charitas, cõtẽpta ẽ crux dñi, i admiratiõe ẽ mũdꝰ

qui ſcripſerit. in Geneſin.

Quid diſcendum in veteri lege.

Cõmunes loci apud Chryſoſtomũ.

officiorũ hic liber inscribi: potest

Porro non aberrarit, qui librum hunc officiorum inscripserit. Nullum enim hominum genus est, quod hic nõ doceatur. Habem⁹ enim quales nos gerere oporteat erga parentes, erga vxores, erga filios, erga dominos, erga fratres, erga æquales, erga seruos, erga hospites, erga mortuos / erga iuuenes & senes / erga credulos & incredulos / erga iustos & peccatores / erga amicos & inimicos / erga sacerdotes & prophanos. Docentur quoq; omnia, nõ ad ostentationẽ, sed ad ædificationẽ. Itaq; iucundis paraphrasibus cum miro ingenio παθη & affectus venatur, & in exhortando non solum non friget, sed & feruet totus. Iam quarum ad sacras literas attinet, hic nobis aditus aperitur. Ordine enim quodam traditæ sunt sacræ literæ, & posteriora ęgre intelligit, qui priora prorsus ignorat. Prophetæ legis interpretes sunt, quomodo ergo prophetas recte scient, qui nesciunt, quid interpretandũ susceperint. Euangeliste & apostoli legem & prophetas explanant. Legem igitur Geneseos librum legis initiũ ignorare turpe fuerit. Grauiter autẽ aberrant, qui circa mœnia (vt aiũt) & in ipso limine aberrant. Et ad terminũ perueniet nunquã, qui viam rectam nõ est ingressus. Quis fidelis ludi magister doceret pueros Metaphysica, nondum prima callentes elementa? Quo circa fieri nõ potest, vt Geneseos interpretatio nõ multũ commodi secum afferat. Non autem laudibus authorem nostrum in immẽsum extulerim, vel fidem in omnibus ita ei adhibuerim, vt illum sacrosanctæ canonicæ scripturæ adæquãdum putem (absit impium hoc delirium) sed vtilem eius lectionẽ probarim. Exhortatur enim exhortatione, si quis ali⁹, interim prudẽs lector ἐπὶ τῷ τῆς θεοπνεύστου γραφῆς χρυσακονίῳ singula suo iure examinãs, & adulterĩa reiiciat, & gerna adoret nomismata, Porro ꝙ nimius est in asserendo libero arbitrio, & in exigendis nostris viribus, in ea re sibi similis est, & nos in annotationibus Psegmatũ de his diximus, Non suspicor enim, ꝙ gratiæ, quam toties extollit, de rogare voluerit, sed opinor, quod inexcusabiles nos probet, & ignauiam nostram arguat, Vt demus autem, quod liberi arbitrij assertionem cum multis habeat cõmunem qui eam ex mundana philosophia imbiberunt, tot tamen tantaq; interim docet, vt sua authori gratia salua manere, laboresq; viri nobis commẽdare debeant, Profecto in alijs tam dilucide & apposite scripturarum sensum apperit, vt peculiariter apud eum clauis Dauid asseruata videri possit, infidelium insanias, & hæreticorum furores tanto eloquẽtiæ fulmine percellit, vt ob terrorem, quem fidei hostib⁹ incutit, tonitrui filius agnominari possit. Græcanicas delicias, diuitum ĩmisericordiam, ignauorum socordiã, tam libere, tam ardenter, tam constanter reprehendit, vt etiam confessorum coronam exilio promeruerit. Honestatem bonos mores, fidem, charitatẽ, aliaq; Christianorum officia, tam suauiter, tam blande, tam feliciter, tam Christiane commendat, vt nemo non fidem & ardorem eius admiretur. Iuuantur ab eo lapsi, vt surgant stantes ne cadant. Armãtur ab eo nudi spiritualibus armis. Armati autem in pręliũ educuntur. Animantur ab eo pręliantes, ne vincantur. Admonentur autẽ vincẽtes ne victoriã amittant. Pascuntur plebes salubribus pascuis, & afferuntur spiritualibus morbis efficacia antidota. Cur non igitur hunc thesaurum indicemus? Neq; enim frustra nomen obtinuit Chrysostomi, aureus enim est aurei illius oris thesaurus, nõ auri ex Tago, sed ex fluminibus Paradisi, & fontibus aquæ viuæ, nõ ex ex montibus Ophir, sed æternis parato, & vt quidam Iabi habent.

Chrysostomus nimius in asserendo lib. arb.

Ἐν ὧ τέθεκεν ὡς θεὸς καὶ δεσπότης
Θησαυροπλουτόχρηστον ἐσθλοφωνίαν,
Καὶ πανσοφεπρόγνωστον εὐθυπθογγίαν.
Καὶ χρυσομαργάροπτον ἀστροφεγγίαν.

Quoru

Etí
míu
no
Ba



est sic. Et fecit [illegible] odu
xerunt aque iuxta genera [illegible] vidit
deꝰ ꝙ bona. Benedixitq; ea deꝰ dicens. Crescite [illegible] quas
que in pelagis: et volatilia multiplicentur super terram. Et factum est vesperum: ⁊ fa
ctum est mane dies quintus. Et dixit deus. Producat terra animam viuentem secū
dum genus: quadrupedes et reptilia ⁊ bestias super terram: et pecora secundum ge
nus: et omnia reptilia terre secundum genus. Et factum sic. Et fecit deꝰ bestias ter
re secundum genus suum: et pecora secundum genus suum: et omnia reptilia terre
secundum genus suum. Et vidit deus ꝙ bona: et dixit deus. Faciamus hominem se
cundum imaginem et secundum similitudinem nostram: et dominentur piscibus ma-
ris: et volatilibus celi: et pecoribus: et omni terre: et omnibus reptilibus repentibꝰ
super terram. Et fecit deus hominem: secundum imaginem dei fecit eum: masculum
et feminam fecit eos. Et benedixit eos deus dicens. Crescite et multiplicamini: et
implete terram et dominemini ei et imperate piscibus maris: et volatilibus celi: et
omnibus pecoribus: et omni terre: et omnibꝰ repentibꝰ super terram. Et dixit deꝰ.
Ecce dedi vobis omnem herbam satiuam afferentem semen quod est super terram
et omne lignum quod habet in seipso fructum seminis satiui vobis erit in cibū: et om
nibus feris terre: et omnibus volatilibus: et omni reptili repenti super terram: quod
habet in seipso animam vite: et omnem herbam viridem in cibum. Et factum est sic.
Et vidit deus omnia quecunq; fecit: et ecce bona valde. Et factū est vesperum: et fa-
ctum est mane dies sextus.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI, ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI, IN GENESIN, HOMILIAE, IOANNE OECOLAMPADIO INTERPRETE.

A

HOMILIA PRIMA.

IN PRINCIPIO fecit deus cœlum & terrã. ¶ Vestros ego hodie amabiles intuẽs vultus, ingẽti voluptate impleor. Etenim patres, quãuis teneriter suos ament, non tantum gaudent ac lætãtur, quum circunstant eorum filij, & alio decore ministerioq; voluptatem eis afferunt, quãtum ego nunc gaudeo & lætor, quia video vestram spiritualem hanc congregationem tam compositis ornatisq; moribus hic adesse, & immodico audiẽdi eloquia diuina desyderio flagrare, contemptisq; carnalibus epulis ad spirituale conuiuium cõtendere, & re ipsa cõprobare dictũ domini, qđ dicit. Nõ in pane solo viuet homo, sed in om̃i verbo, qđ egredit̃ per os dei. Proinde & nos quoq; agricolas imitabimur. Quẽadmodũ em̃ illi vbertim seminãt, sicubi agrũ repurgatũ, & ab herbarũ nocumẽtis liberũ viderint, ita, qm̃ nunc spirituale hoc nostrũ aruum dei gratia purũ est ab affectionib⁹, quę interturbare solebãt, sublatũ quoq; e medio voluptatis studiũ, & nusq̃ ꝓcella, nusq̃ tempestas cogitationũ, sed serenitas, & magna quies mentis, quæ spiritualia præ carnalibus sibi ꝓponens & spectãs, quasi assumptis alis vsq; in cœlum ipsum, vt ita dicã, subuolat. Ideo & nos paucis hodie apud charitatẽ vestrã disserẽtes, deprõptas e diuinis scripturis nõ nullas subtiliorũ sensuum doctrinas ꝓponere conabimur. Nã si nũc hoc nõ fecerimus, qñ est ieiuniũ, & gulę cõtemptus, & tãta bonarũ cogitationũ serenitas, quõ talia vestræ charitati apponere poterimus, qñ deliciæ, comessationes, & magna desidia? Quin tunc neq; ipsi, vt par est, hoc faciemus, neq; vos aliq̃d eorũ quę dicũtur, accipere poteritis, vtpote a tenebris cogitationũq; fluctibus summersi. Nunc aũt, si quod aliud, tẽpus hoc hisce doctrinis maxĩe idoneũ est, quãdoquidẽ serua iam nõ insurgit aduersus dominã, sed libenter fert habenas, facile persuadet̃, multã prę se fert obediẽtiã, incõpositos carnis motus cõpescit, & intra suos manet terminos. Ieiuniũ em̃ est animarũ nostrarũ trãquillitas, senũ decor, adulescentũ schola & eruditio, cõtinentiũ magister, qui omnẽ ætatem & sexũ quasi diademate quodã ornet. Nusq̃ hodie tumultus, vel clamor, vel carnium cõcisiones, vel coquorũ discursus, sed om̃ia illa abierũt, & imitat̃ hæc ciuitas honestã quandã cõtinentẽ & sobriã matrẽfamilias. Quãdo em̃ cogito tantã mutationem, quę hodie facta, & repeto memoria hesterni diei deordinationẽ, admiror & obstupesco ieiunij vires & potentiã, quomodo in singulorũ ingressum cõscientias, transformarit cogitationes, purificauerit mentẽ, non magistratuũ tantũ, sed & priuatorũ, non liberorũ tantum, sed & seruorũ, non virorũ tantum, sed & mulierum. Sed quid dico magistratuũ, & priuatorũ? etiam eius qui diadema gestat, similiter vt aliorum, conscientiam ad hanc obedientiã inflexit. Et hodie nullum discrimẽ inter mensam diuitis & pauperis, sed vbiq; frugalis victus est, alienus a luxu, & apparatu, maioriq; hodie voluptate ad mẽsam tenuẽ quiq; accedũt, quã pridem, quum multa delicata edulia vinumq; meracum proponebãtur. Vidistis dilecti, ex ipsis pręludijs

B

C

Cõmẽdatio ieiunij, et effectus

Comparatio vbscõnãda

D ieiunij virtutem & potentiam? Ipse quoq; maiori hodie alacritate, quã antea sermones aggrediar. sciens me in pinguí profundoq; aruo seminaturum, quod nobis multipharios fructus pro seminibus cõcreditis protinus reddere poterit. Discamus igitur, si placet, quíd velint sibi verba beati Mosis hodie lecta, Sed attẽdite, obsecro, diligenter ea, quæ a nobis dicuntur. Non enim nostra in medium afferimus, sed illa ipsa quæ nobis diuina gratia in vestram concesserit vtilitatem. In principio fecit deus cœlum & terram. Merito hic dubitatur, quam ob causam beatus ille propheta, qui etiam ipse multis seculis post conditionem mundi vixit, hæc nobis exponat. Sane non temere hoc agit, nec frustra. Et tem̃ deus humani generis conditor, ab initio per seipsum hominib⁹ loquebatur, quo modo hominibus audire eum possibile est. Sic enim ad Adam venit, sic Cain increpauit, sic cum Noe loquutus est, sic apud Abraham hospitatus est. At vbi in magnã malitiã ome hominũ genus degenerauit, neq; tunc sese totum ab hominum genere auertit opifex omnium, sed quia eius familiaritate indigni facti fuerunt, iterum suam erga eos amicitiã innouare volens, quasi longe absentibus literas mittit, conciliaturus sibi vniuersam hominũ naturã. Et has quidem literas dedit deus, attulit autem Moyses. Quid igitur dicunt hæ literæ? In prin

E cipio fecit deus cœlum & terram. Consydera charissime, quam admirabilis & eximius sit ille propheta. Alij enim omnes prophetæ dixerunt, vel quę multis postea tẽporibus futura erant, vel quæ in futuro sæculo euenient. Beatus autẽ ille, natus cum iam multa mũdi transissent secula, & ducem & directricẽ, sortitus supernã dexteram dignus est habitus: vt illa nobis diceret, quæ ante suam natiuitatẽ, omniũ dominus formauerat. Idcirco & sic incepit, dicẽs. In principio fecit deus cœlũ & terrã. Quasi ad omnes nos clara voce clamet, & dicat. Num ab hominibus doceor, vt hæc loquar? minime. Sed qui hęc, cũ non essent, fecit vt essent, hic & linguã meã ad isthęc enarranda impulit. Igitur obsecro, ita auscultemus, ita nostris Rationibus longũ valere dicamus, quasi non iam a Moyse, sed per linguam Moysis, ab ipso omnium deo audiamus. Rationes enim hominum timidæ sunt, inquit, & parum securæ adinuentiones eorum. Magna gratitudine accipiamus quæ dicuntur, ne progrediamur vltra quam fert mensuræ nostræ tenuitas, ne curiosius quæ supra nos sunt indagemus. Id quod veritatis hostibus euenit, qui voluerunt proprijs rationibus vniuersa expendere, non cogitantes quod impossibile sit humanæ naturæ, dei opificium penitus ediscere. Quid, inquam, dei opificium, cum neque hominis, qui nobis natura cognatus est, artes vndiquaq; disquiri possint? Dic enim quæso, quomodo per metallicam artem, auri natura conflatur? vel quomodo vitri puritas ex harena fit? Ve-

F rum non habes quæ dicas. Si igitur hæc, quæ ante oculos sunt posita, & quæ per dei misericordiam humana operatur sapientia, ediscí nequeunt, quæ a deo ipso facta sunt, curiositate tua inquires homo? Quam assequeris veniam, qua te tueberis apologia, ita insaniens, vt quæ supra naturæ tuæ captum sunt, speculeris? Dicere enim ea quæ sunt, ex præiacente materia esse facta, & non confiteri, quod ex nihilo creauerit ea omnium opifex, desipientiæ extremæ signum fuerit. Beatus itaq; propheta ille, obturando insipiẽtium ora, auspicaturus librum, sic cœpit. In principio fecit deus cœlum & terrã. Quum igitur audies, fecit, nihil aliud vltra curiosius quærę, sed humum spectãs, crede ei qui dixit. Nam deus est qui omia facit, & prępărat, & iuxta voluntatem suam omnia apte componit. Et vide quantum docendo nostræ paruitati se attemperat. Nihil de inuisibilibus virtutibus differit, neq; dicit, In principio fecit deus angelos vel archangelos. Non simpliciter, neq; temere hanc nobis doctrinæ viam parauit. Iudæis enim loquebatur, qui toti præsentibus rebus inhiabant.

Itaq; eos a sensibilibus ad cognoscendum vniuersi opificem inducit, vt ex creaturis fabricatorem mundi discentes, adorent creatorem omnium, & non in creaturis ipsis permaneant & quiescant. Nam quum, licet hæc ita facta sint, non intermiserunt ex creaturis deos facere, & diuinum honorem fœdissimis brutis exhibere, in quam non amētiam incidissent, ni tanta erga nos humilitate, & attēperatione fuisset vsus? Nec mireris dilecte, quod Moyses hac via incesserit, qui in principio & in prȩludijs crassioribus locutus est Iudæis, & Paulus quoq; tempore gratiæ, cum tantum prædicationis esset incrementum, disputaturus cum Atheniensibus, a visibilibus doctrinam cœpit, & eis sic dixit. Deus qui fecit mundum, & omnia quæ in eo sunt, hic cæli & terræ cum sit dominus, non in manufactis habitat templis, nec humanis manibus colitur. Et ideo, quia talem eis congruere sciebat doctrinam, hanc docēdi viam arripuit. Ad eos enim qui suam suscipiebāt doctrinā, a spiritu ita dirigebatur & docebatur. Et vt scias huius causam fuisse personarum varietatem, & auditorū crassitudinem, audi illum ipsum. Ad Colossenses enim epistolam scribens, non hac ambulat via, sed aliter cum eis loquitur, & dicit. Quia in ipso creata sunt omnia quæ in cælis sunt, & quæ in terra, visibilia & inuisibilia, siue throni, siue dominationes, siue principatus, siue potestates, omnia per illum, & in illum creata sunt. Ioannes autem tonitrui filius clamabat, dicens. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. An non & Mosen hoc decebat? Haud dignum erat & congruū, vt solido pascerentur cibo, quibus adhuc lactis alimonia opus erat. Nam quemadmodū magistri ludi pueris, qui a matribus eis commendantur erudiendi, prima tradunt elementa, quos qui ab illis postea suscipiunt, sublimioribus & perfectioribus doctrinis imbuunt, ita & beatus Moyses, & doctor gentium, ac filius tonitrui fecerunt. Nam Moyses quidem cum primus omnium instituendam suscepisset humanam naturam, docuit auditores prima elementa. Ioannes autē & Paulus his, quos a Moyse acceperunt, postea perfectiora tradidere. Igitur iam quia didicimus, quare ita se humiliarit ad nostrā tenuitatem, & quod spiritu sancto loquens, prout auditoribus congruebat, exposuerit. Verum interim & omnes hæreses, quæ sicut zizaniæ pullulaturæ erant in ecclesia, eradicat per hoc quod dicit. In principio fecit deus cælū & terram. Vnde si Manichæus te accesserit, dicens materiam prȩexistere, vel Martion, vel Valētinus, vel gentilis, dic ad illum. In principio fecit deus cælum & terrā. Sed quid, si non credit ille scripturȩ? Tu posthac ipsum auerseris velut furibundū & attonitum. Nam qui omnium opifici non credit, & veritatem mendacij arguit, qua vnq̄ dignādus est venia? Habent illi fucatū colorem, & mansuetorū personas induūt, tegūtq; sub ouilla pelle lupū. Sed tu ne decipiaris, imo hac ipsa de causa ipsos magis exosos habe, qd̄ mansuetudinē quidē erga proximū conseruū simulant, contra dominū autē vniuersorum, bellum gerunt, contra suam ipsorū salutē insensati. Cȩterū nos firmā teneamus petram, & ad principiū iterum regrediamur. In principio fecit deus cælū & terram. Attēde nunc, quomō ex ipso opificij modo diuinæ naturæ dignitas enitescat. Nam deus contra humanū morē, suum perficiens ædificiū, prius cælū extēdit, postea & terrā substernit, prius culmen, & postea fundamentum. Quis tale quid vidit? quis audiuit? In hominū sane operibus nihil tale vnq̄ fuit. Sed iubēte deo, voluntati eius parēt & cedūt om̄ia. Ne igitur humanis rationibus diuina opera curiosius excutiamus, sed ex operibus manuducti, admiremur artificē. Nā inuisibilia ei⁹ ex creatione mundi dum per opera intelligunt̄, peruidentur. Quod si veritatis hostes adhuc dicūt, non esse impossibile, ex nihilo aliquid fieri, interrogabim⁹ eos. Primus ne homo ex terra formatus est, an forte aliunde? omnino dicent ac fatebūtur quod ex ter-

A

B

C

alit moses aliter Joānes loquti sunt

Hereses moses pullulaturus eradicat

D ra. Dicant igitur nobis, quomodo ex terra facta sit natura carnis. E terra enim lutū & lateres & figulinum vas, & testa fieri solet. Quomō ergo natura carnis facta est? quomodo ossa, & nerui, & arterię, & medulla, & cutis, & vngues, & capilli, & ex vna præiacente materia diuersarum substantiarum qualitates? Sed ad hæc ne mutire quidem poterunt. Quid autem dico de corpore nostro? Dicāt nobis de pane, quo quotidie reficimur, quomodo, quum vnius speciei sit, trāsmutatur in sanguinē, & phlegma, & choleram, & varios humores. Et panis quidem sæpe habet colorem frumenti, sanguis autem rufum vel nigrum. Si igitur hæc, quæ quotidie ante oculos vidētur nunq̄ nobis dicere poterūt, nullatenus de alijs dei opificijs dixerit. Quod si post tātam demonstrationū copiam, adhuc suam contētionē roborare volunt, & neq; nos desistemus sæpe eadē ipsis obij cere, dicentes, In principio fecit deus cælum & terrā Hoc em̄ vnicū verbum sufficit nobis ad subuertendas oīes aduersariorū turres, & ad reuellendas ab ipsis fundamētis humanas rationes, atq; si vellent vel sero a sua cō tentione desistere, possent per hoc in veritatis viam manuduci. Terra autem, dicit, inuisibilis erat, & inculta. Cuius gratia, dic quæso, cælum clarum, & absolutū creauit, terrā aūt deformē effecit, Neq; hoc temere factū. Sed vt cum didiceris meliorē

E creationis partē ab eo formatā & absolutā, postea neq; de alijs dubites, neq; putes tale quid virtutis infirmitate factū. Ad hæc & alia ratione deformē terram creauit, quoniā ipsa est nutrix, & mater nostra, & ex ea facti sumus, ac educamur, ipsaq; nostra patria est, & cōmune sepulchrū (reditus enim noster ad eam est) & varijs per eā bonis fruimur. Ideo vt ne homines ob vsus necessitatem, plusq̄ dignum est eam venerentur, ostendit primum rudem & absq; forma, & inexpolitā, vt ne beneficia terræ, telluris naturæ imputes, sed ei tribuas, qui illam ex nihilo vt esset creauit, propter hoc ait, Terra autem erat inuisibilis & inculta. Forte statim, & ab initio mentem vestram subtilioribus sententijs intendimus nimiū, ideo hic sermonē sistere congruit.

Docenda familia domi. Rogamus autem charitatem vestram, vt dictorum sitis memores, & semper horū memoria vobis insonet. Et post sensibilem mensam, cum hinc abieritis, apponite & spiritualem mensam. Et dicat quidē vir aliqua eorum quæ nunc hic sunt dicta, au diat autē mulier, discant pueri, discant & familiares, fiat que domus ecclesia, vt effugetur diabolus, in fugam vertatur malus ille dæmon, & inimicus salutis nostræ. Requiescat autem ibi spiritussancti gratia. Et omnis pax, & concordia muniant inhabitantes. Quod si eorum quæ iam dicta sunt, memores eritis, promptius etiam, quæ posthac seminaturi sumus, suscipietis. Et nos quoq; maiori vbertate dicemus, quæ nobis suppeditabit gratia dei, si germinare viderimus, quę nunc a nobis dicta sunt.

F Quandoquidē & agricola, vidēs semina nasci, maiori prōptitudine arua cōsyderat & excolit, paratus & alia seminare. Vt igit alacriores nos reddatis, & ia dictorū certam custodia demōstrate, & cum rectę fidei dogmatibus vitā quoq; vestrā diligenter curate. Fulgeat em̄, inquit, lux vestra corā hominibus, vt videāt vestra opera bo

De fide sine operib. na, & glorificent patrem vestrum in cælis, vt & vita cōsonet fidei dogmatis, & dogmata prædicent vitam. Fides enim sine operibus mortua est, & opera sine fide mortua sunt. Nam tametsi sanam teneamus doctrinam, vitam autem negligamus, nihil nobis proderint doctrinæ. Rursus si vitæ curam diligentem gesserimus, in fidei aūt placitis claudi cauerimus, neq; sic nobis aliquid lucri fuerit. Ideo cōuenit vtrinq; ędificium nostrum spirituale communiri, Omnis em̄, qui audit hos sermones (dicit) & facit eos, assimilabitur viro prudenti. Vide, quomō non solum audire nos vult, sed & facere, & operibus monstrare obedientiam. Et hunc prudentem vocauit, qui operibus sermones subsequentibus, conspicuus est, qui vero tantum ad sermones per-

uenit & non ad opera, eum ſtultum vocauit merito, quia talis domum ſuam ſuper harenam ædificauit, propterea neq; ventorum vim ferre potuit, ſed ſtatim corruit. Tales enim ſunt deſides animæ, non ſolidatæ ſuper firmam petram ſpiritualem. Non enim de ædificio, & de domo nunc eſt ſermo, ſed de anima, quæ a tentatione quadã turbatur. Nam venti, pluuiæ, & fluuiorum nominibus, tẽtationes nobis inſinuãtur. A

Cæterum conſtans & vigil & ſobrius, ac ratione magis firmus euadit, & quãto maiores intentantur afflictiones, tanto eius virilitas & fortitudo magis augentur. Deſes autem & ſupinus, ſi tenuis quædam tentationum aura afflarit, ſtatim commouetur, & decidit, non ob naturam tentationum, ſed ob voluntatis infirmitatem. Quocirca oportet ſobrios eſſe, & vigiles, & ad omnia pręparatos: vt & in proſperitate modeſti ac non effuſi, & in afflictionibus quæ nobis infliguntur, ſobrij ſimus, & perpetuas gratias referamus miſericordi deo. Si ſic res noſtras inſtituerimus, multum gratiæ diuinæ aſſequemur, poterimuſq; ſic & præſentem vitam ſecure tranſmittere, & in futuram vitam magnæ fiduciæ opes reponere. Quod nobis omnibus concedat gratia & miſericordia domini noſtri Ieſu Chriſti, cum quo patri ſimul, & ſancto ſpiritui gloria, imperium, honor nunc & ſemper, & in ſæcula ſęculorum. Amen.

HOMILIA SECVNDA. B

MERITO theſauro cuipiam confertur diuinarũ ſcripturarum lectio. Nam ſicut ex illo, ſi quis vel paruum fruſtum capere valet, multas ſibi parat diuitias, ita & in ſacra ſcriptura, etiam in breui dictione variam ſententiarum vim, & indicibiles diuitias inuenire licet. Et non ſolum theſauro ſimilia ſunt diuina eloquia, ſed fonti quoq;, largis perennibusq; ſcaturienti fluentis, id quod re ipſa heri omnes didicimus. Nam vt proœmia libri Geneſeos incepimus, explanando hoc dictum. In principio fecit deus cęlum & terram, totam horam inſumpſimus, & neq; ſic totum comprehendere valuimus. Magna enim eſt huius theſauri abundantia, & larga fontis huius vbertas. Nec mireris, ſi nobis hoc accidat. Etiam qui ante nos fuere, pro viribus ſuis aquas inde hauſerunt, & ſimiliter qui poſt nos futuri ſunt, idem attentabunt, neque ſic totum euacuare poterunt, ſed magis interim augeſcunt flumina, & increſcunt. Hæc enim ſpiritualium fluminum natura eſt, vt hoc magis ſcaturiant, & accreſcat ſpiritualis gratia, quo quis magis inde haurire ſtudet. Propter hoc & Chriſtus dicebat. Si quis ſitit, veniat ad me, & bibat. Qui credit in me, ſicut dixit ſcriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ viuentis. Quibus horum fluminum dapſilitatem, & largitatem nobis indicat. Quoniam igitur ſpiritualium fluminum natura talis eſt, age afferamus omnes multa mentis noſtræ vaſa, vt impletis illis, domum redeamus. Nam quando videt gratia ſpiritus, feruens deſyderium, & vigilem mentem, tunc & gratiam ſuam opulentam liberalius largitur. Abducamus igitur nos ab omnibus huius vitæ curis, & reſectis his, quæ cogitationes noſtras velut ſpinæ ſuffocant, ad ſpiritualia deſyderia mentem noſtram totam tranſferamus, vt magno inde lucro facto, & vtilitate percepta, domum redire liceat. Cæterum vt manifeſtior fiat ſermo pauca quædam ex heſternis dictis in memoriã charitati veſtræ referemus, vt ſic his quæ heri dicta, hæc quę dicẽda, quaſi in vnum corpus coniũgamus. Oſtẽdimus enim heri, vt meminiſtis, quomodo beatus Moyſes, enarrans horum viſibilium elemẽtorum creationem, & opificium, dixerit. In principio fecit deus cælum & terrã. Terra autem erat inuiſibilis & inculta. Et de cui quidem vos cauſam, quare deus terram deformem, et nullis figuris expolitam creauerit, quæ opinor omnia mente tenetis. Neceſſarium igitur nos ad ea/quę ſequuntur/progredi hodie. Nam poſtquã dixit,

D Terra erat inuisibilis, ac inculta, ait. Et tenebrę erāt ſuper abyſſum, & ſpiritus dei ſuperferebatur ſup aquam. Vide hic, quā nihil ſuperflui admiſceat beatus ꝓpheta, & quomodo non omnia particulatim narret quæ facta ſunt, ſed vt docuit nos de cęlo & terra, quæ plurima in ſe continent elementa, prætermittit alia. Nam cum de aquarum opificio nihil dixiſſet, ait. Et tenebræ erant ſuper abyſſum, & ſpiritus dei ſuperferebatur ſuper aquam. Hæc enim tegebant faciē terræ, de tenebris loquor & abyſſo aquarum. Didicimus hic, quod omne quod videbatur, erat abyſſus aquarum, tenebris velata, & opus habebat ſapiente opifice, qui omnem hanc informitatem diſcutere, & ornatum aliquem inducere poſſet. Et tenebræ, dicit, ſuper abyſſum, & ſpiritus dei ſuperferebatur ſuper aquam. Mihi videtur hoc ſignificare, quod affuerit efficax quędam & vitalis operatio aquis, & non fuerit ſimpliciter aqua ſtans, & immobilis, ſed mobilis, & vitalem quandam vim habens. Nam quod immobile, omnino inutile eſt, quod vero mouetur ad multa conducit. Vt igitur doceret nos, aquam illam, magnam habere vim quandam, & vitalem, dicit. Et ſpiritus dei ſuperferebatur ſuper aquas. Idq; non abſq; ratione ſcriptura diuina præueniēdo dicit, eo quod poſt ea dictura ſit nobis, quod animalia ex aquis iſtis iuxta præceptum dei omnium conditoris, producta ſint, propterea auditorem hic nunc docet, quod non ſolum aqua
E illa ſit condita, ſed & quod moueatur, & diſcurrat, & omnia alluat. Igitur poſtquā diffuſa fuit magna vniuerſi viſibilis informitas, præceptoq; ſuo deus optimus ille artifex, & q̄ informia erāt, diſpulit, & immenſam lucis viſibilis pulchritudinē ꝓduxit tunc tenebras fugauit palpabiles, illuſtrataq; ſunt oīa. Et dixit, inqt, deus. Fiat lux & facta eſt lux. Dixit, & facta eſt, mādauit, & tenebrę quidē fugatę ſunt, lux aūt ꝓducta. Vides ineffabilem potentiā? Verum qui errore præuenti ſunt, non attendentes ad dictorum conſequentiam, neq; audientes beatum Moyſen, dicentem. In principio fecit deus cælum & terram, & mox ſubdentem. Terra autē erat inuiſibilis ac inculta, eo quod tenebris & aquis obtecta. Sic enim viſum fuit domino ab initio eam producere. Dicūt, quod antea fuerit materia, & præfuerint tenebræ. Quid hac amētia peius? Audis, quod in principio fecerit deus cælum & terram, & quod ex nihilo, quæ ſunt, facta ſint, & dicis quod præfuerit materia? Quis eorum, qui mentē habēt, tantam ferret inſaniam? Nunquid homo eſt conditor, vt opus habeat ſubiecto aliquo ad demonſtrandā ſuam artem? Deus eſt cui omnia cedunt, qui verbo & præcepto ſuo omnia condidit. Attēde enim, quod dicit ſolum. Producta eſt lux, & abſceſſerunt tenebræ. Et diſtinxit deus inter lucem, & inter tenebras. Quid eſt, diſtinxit? vnicuiq; locum proprium diſtribuit, congruūq; tempus definiuit. Et poſtquā hoc factum, tunc ſuum cuiq; vocabulum indidit. Vocauit enim, inquit, deus lucem diē,
F & tenebras vocauit noctem. Vidiſti optimam diſtinctionem, & admirabile opificium, quomō id quod omnem rationem tranſcendit, vno ſermone, & præcepto factum eſt? Vidiſti quantum ſe noſtrorum ingeniorum paruitati attemperauerit beatus ille propheta, imo miſericors deus, per prophetæ linguam erudiendo omne hominum genus, vt videat eorum, quæ facta ſunt ordinem, & quis vniuerſi opifex, & quomodo vnum quodq; produxit? Quoniam enim adhuc imperfectius erat humanum genus, quam vt perfectiora capere poſſet, propterea pro auditorum imbecillitate, prophetæ lingnā ſanctus mouebat ſpiritus, inq; hunc modū nobis oīa ediſſerebat. Et vt diſcas, quod propter mentis noſtræ imperfectionē hoc enarrationis attemperamento fuerit vſus, vide quod tonitrui filius, cum iam increuiſſet ad virtutem hominum genus, non iam hac via ingreditur, ſed ad ſublimiorem eruditionem auditorem ſubducit. Nam vt dixit. In principio erat ſermo, & ſermo erat apud deū, & de-

us erat ſermo, mox ſubijcit, Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominẽ veniẽtẽ in mundũ. Nam quemadmodum hoc loco lux ſenſibilis, præcepto domini producta, & tenebrę illæ viſibiles abſconditę, ſic & lux mentalis tenebras errorũ effugauit, & ad veritatẽ errabundos manuduxit, Suſcipiamus ergo magna gratitudine a diuinis ſcripturis doctrinas, & ne aduerſemur veritati, neq; in tenebris maneamus, ſed ad lucem properemus, operemurq; digna luce & die. Sicut & Paulus admonet dicens, Sic vt in die honeſte ambulemus, & ne operemur opera tenebrarũ. Et vocauit (inquit) deus lucẽ diem, & tenebras vocauit noctem. Quod ferme nos præterierat, neceſſarium fuerit iterũ repetere. Nã poſtq̃ dixit, fiat lux, & facta eſt lux. Et vidit deus lucẽ, quod bona eſſet. Vide quęſo hic dilecte, quanta verborũ congruitas. Quid ait? Nũ priuſquã fieret, neſciebat, quod bona? & poſtq̃ producta fuit lux, & conſpecta ipſa, primũ oſtendit opifici ſuã pulchritudinẽ & bonitatem? Et quis, cui cor eſt, tale aliquid diceret? Nã ſi homo aliquid per artẽ operatur, & priuſquã fabricet, quod vult facere, & priuſquã formet, ſcit vſum eius quod elaborare ſtatuit, Quãto magis omniũ opifex, qui verbo omnia ex nihilo, vt eſſent, produxit, ſciebat antequã lucẽ faceret, quod eſſet bona? Quare ergo hac dictione vſus eſt? Demittit ſe, & iuxta humanã conſuetudinem hęc omnia loquitur beatus ille propheta. Et quẽadmodum homines, quũ magnum aliquid magno ſtudio elaborauerint, & finẽ laboribus ſuis impoſuerint, tunc probã quid fecerint, & opus laudibus extollunt. Ita & diuina ſcriptura ſolet, & nunc cũ ſe ad noſtrarũ aurium infirmitatẽ dimiſit, & dixit, Et vidit deus lucem, quod bona, tunc ſubiecit, Et diſtinxit deus inter lucem, & inter tenebras, & vocauit deus lucem diem, & tenebras vocauit noctem. Et ſuam cuique regionẽ diſtribuit. Nã ab initio vnicuiq; ſuos terminos prefixit, quos perpetuo abſq; impedimento cuſtodirent, id quod cuilibet, qui mediocriter ſapit, contueri licet, quomodo ex eo tempore vſque in illud præſens neque lux terminos ſuos tranſgreſſa ſit, neque tenebræ ſuum ordinem præterierint, cõfuſione, & deordinatione quadam introducta. Sane hoc vnũ beneuolis & gratis ſufficere deberet, vt credant & obediant his, quę a diuina ſcriptura dicta ſunt, & vel elementa imitantur, quę curſum ſuũ perpetuo ſeruant, & menſurã ſuã non egrediuntur, ſed agnoſcunt propriã naturam. Exin poſtquam vtrique ſuum nomen dedit, vtrunq; in idẽ coegit. Nam dicit, Et factum eſt veſperũ, & factum eſt mane, dies vnus. Finẽ diei, & finẽ noctis vnum ſignanter nominauit, vt ordinem aliquem, & conſequentiam ſtatueret viſibilium, nullaque fieret confuſio. Verum ſcire & diſcere debemus a ſpiritu ſancto per linguam beati huius prophetę, quę primo die condita ſunt, & quę alijs. Nã & iſtuc ipſum miſericordis diei benignitatem declarat. Neque enim inopes erat omnipotens eius manus & infinita ſapientia, vt non potuerit vno die producere omnia. Quid inquam, vno die? & ſimplici momento poterat. Nam quandoquidem res non ob ſuã vtilitatem produxit, nullius enim rei indigus eſt, qui ſufficientiſſimus, ſed ob ſuã benignitatem, & bonitatem fabricauit omnia, Idcirco non ſimul, ſed ſucceſſiue & p partes condidit, & doctrinã nobis manifeſtã de rebus conditis per linguam beati huius prophetę tradidit, vt hęc diſcentes, non accedamus eorũ ſententię, qui humanis rationibus mouentur. Enimuero non deſunt, qui fortuito res oẽs factas eſſe aſſerant, quãuis hæcita ſint facta. Quod ſi nõ tanta miſericordia, & docendi humilitate nos dignatus eſſet, quid non fuiſſent auſi, qui aduerſus ſalutẽ ſuã quęq; & dicere & facere ſtudẽt? Quid emim miſerius & inſipientius his, qui talia dicere attentãt, & aſſerunt res per ſe fieri, & fortuna ferri, fraudantq; omnem facturam diuina prouidẽtia? Quo pacto enim rationi congruũ fuerit, dic oro, quod tãta elementa, & tãtus orna

D tus non aliquo moderatore, & omnia conseruante gubernantur? Et nauis nunquã poterit absq; gubernatore, maris fluctus transire. & miles nihil strenuum & egregium absq; capitanei ductu & auspicijs gerit, & domus non extruitur, nisi sit qui ędificet, mundus autem ille immensus, & elementorum illorum ornatus, fortuito, & temere ferri poterit nullo existente, qui omnia possit moderari, & per suam sapientiã sciat continere & conseruare? Porro quid contendimus illis monstrare ea, quæ & cæcis, vt in prouerbio est, manifeste proposita sunt? Veruntamen ne omittamus p ponere eis doctrinas scripturarum, sed omne impendamus studium, vt ab errore liberati, ad veritatem reducantur. Nam licet in erroribus comprehensi sint, cognati tamen nostri sunt, & congruit, vt magnam eorum curam habeamus, nunquam torpescentes, sed diligentia summa facientes ea quæ in nobis sunt, vtilem eis medicinã adhibeamus, si forte vel tarde ad veram sanitatem redeant. Nihil enim ita gratum est deo, & ita curę, vt animarum salus, sicut clamat Paulus, dicens. Qui vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionẽ veritatis venire. Et iterum deus ipse ait, Nolo mortem peccatoris, sed vt conuertatur & viuat. Et propter hoc etiam creaturã hãc omnẽ produxit, & nos formauit, non vt pereamus, neq; vt supplicijs nos torqueat, sed vt saluet, & ab errore liberatos regno frui nobis concedat. Hoc enim nobis prę
E parauit, non nunc, postquam factum est, sed ante iacta fundamenta mundi. Sicut ipse dicit, Venite benedicti patris mei, & in hęreditatem accipite præparatum vobis regnum ab initio mundi. Vide misericordiam domini, quomodo antequã formaretur mundus, & produceretur homo, infinita nobis bona ordinauit, ostendens quantã nostri generis curam faciat, & quod omnes vult saluari. Talem igitur habẽtes dominum, tam misericordem, tam benignum, tam mansuetum, cum nostræ tũ fratrum nostrorum salutis curam geramus. Nã & hoc nostræ salutis argumentum erit & occasio, si non solum pro nobis ipsis soliciti, sed & proximo vtiles fuerimus ipsum ad viam veritatis manuducẽtes. Et vt scias, quantũ bonum sit, cum salute nostra & alios lucrari, audi prophetam, ex persona dei dicentẽ, Qui educit pręciosum a vili, quasi os meum erit. Quid hoc est? Qui ab errore ad veritatem, ait, manuduxerit, vel a peccato ad virtutem proximũ induxerit, pro virili humano me imitatur.
E Etenim ipse cum deus sit, propter nihil aliud nostram induit carnem, & alia humana omnia sustinuit, & crucẽ quoq; suscepit, nisi vt nos peccato obnoxios a maledicto liberaret. Et hoc quoq; Paulus clamat, dicens, Christus nos redemit a maledicto legis, factus pro nobis maledictum. Si igitur ipse, qui deus est ineffabilis essentiæ, ob misericordiam ineffabilem hęc omnia propter nos & salutem nostram suscepit, cur non & nos erga fratres iusti sumus, agnoscentes eos vt mẽbra nostra, &
F eripientes ex diaboli faucibus, in viam virtutis inducimus? Nam vt anima corpore melior est, ita his qui indigentibus pecunias & facultates suppeditant, maioribus pmijs digni sunt hi qui admonendo & continue docendo in viam rectã supinos & desides inducunt, monstrando eis diuinarum virtutum fragrantiam, & vitiorũ maleolentiam. Hæc omnia cum scimus, præ omnibus alijs huius vitę curis, de salute animarum loquamur proximis, eandem illis solicitudinem ingerentes. Magnę eñ magnæ bonitatis est, animam cui hæc continuo insonantur, posse reduci ex abysso malorum, in quorum medio versamur, & cõpesci seditionem quę perpetuo animã nostrã infestat. Idcirco nobis opus est & magna vigilantia, qñ & continuum nobis est bellum, & inducię nullę. Propter quod & Paulus dicebat, Ephesijs scribens, Non est nobis colluctatio aduersus sanguinem & carnẽ, sed aduersus principatus, aduersus potestates, aduersus mũdi dominos rectores tenebrarum seculi hu-

ius, aduersus spirituales nequitias in cœlestibus. Ne existimetis, ait, vulgare nobis certamen proponi. Non aduersus cognatos nobis est certamen, neq; ex quo exercitus noster instructus est. Nos enim qui corporibus sumus annexi, præceptum accepimus, vt cum incorporeis virtutibus confligamus. Sed ne timeatis, nam licet inæqualis sit pugna, magna tamē armorum nostrorum virtus est. Subiungit enim hæc, quasi diceret, Quoniam nouistis bellatorum naturā, ne succumbatis, ne torpescatis ad pugnam, sed propter hoc suscipite armaturam dei, vt possitis resistere insidijs diaboli. Multæ enim eius sunt insidiæ, hoc est, viæ per quas negligentiores supplantare nititur, quas diligenter cognoscere operæ precium est, ita vt effugiamus eius manus, & nullum ipsi ingressum permittamus. Quin & linguæ diligens habenda est custodia, & oculi muniendi sunt, & mens purganda, & in perpetuo certamine viuendum est, quasi fera aliqua nos inuadat, & lædere conetur. Propter quod cœlestis illa anima doctor gentium, lingua orbis, nihil omittens pro salute discipulorū postquam dixit, Accipite armaturam dei, Iterum subijcit, & nos vndique muniēs, & inuictos faciens, sic dicit, State igitur accinctis lumbis vestris in veritate, & induti thoracem fidei, & calciati pedes vestros in præparatione euangelij pacis. In omnibus assumite scutum fidei, in quo possitis omnia tela inimici ignita extinguere, & gladium spiritus quod est verbum dei. Vidisti quomodo omnia membra muniuerit? Et quasi in prelium egressuros, primum zona cingat, quo expeditiores simus ad cursum. Dein induit nos thorace, ne a iaculis vulneremur. Sed & pedes muniuit, & vndiq; armauit fide. Hæc enim hæc, ait, ignita tela hostis extinguere potest. Quæ autē sunt tela diaboli? malæ concupiscentiæ, immundæ cogitationes, pernicioſi affectus, furor, inuidentia, inuidia, ira, odium, opum concupiscentia, & omnis alia ignauia. Hæc, ait, omnia extinguere poterit gladius spiritus. Et quid dico extinguere? etiam ipsum hostis caput amputare valet. Vidisti quomodo roborauit discipulos? quomodo eos qui cera molliores erant, ferro fortiores effecit? Quoniam enim nobis bellum est non aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus incorporeas virtutes, ideo neq; carnalibus nos armis muniuit, sed arma nostra omnia spiritualia sunt, sic radiantia, vt eorum fulgorem dæmon malus ferre nequeat. Talibus armis induti, ne horreamus ob pugnam, ne fugiamus congressum, sed neque ignaui simus. Nā sicut nobis sobrijs malignus dæmon nunq̄ armorum nostrorum virtuti prævalebit, si voluerimus irritas facere eius machinationes, sic si desides fuerimus, nulla nobis vtilitas erit. Quandoquidem inimicus salutis nostræ nunq̄ dormitat, & omnia quæ saluti nostræ obsunt, operatur. Vndiq; igitur armemus nos ipsos, & a verbis & ab operibus abstineamus, quæ nos offendere possunt, & cum abstinentia a cibis, cum aliarum virtutum, tum liberalitatis in pauperes specimen exhibeamus, scientes, quā ta nobis merces, ob curam illis exhibitā reposita sit. Nam, qui miseretur (ait) pauperi, fœneratur deo. Vide vsuræ raram naturā, & admirabilem. Alius est qui accipit, & alius qui se dandi fœnoris reum facit, & non hoc solum nomine, sed quia in hoc vsuræ genere non est locus ingratitudini, neq; alij cuiq̄ damno. Neq; sicut hic semel dare quis pollicetur, sed centupla dātur, & non solum centupla, nam aliqua dantur in præsenti vita: aliqua in futura, nempe vita æterna. Et in præsenti quidē vita si quis nobis solum duplicia polliceretur, pro his quæ a nobis dantur, parati essemus illi omnem nostram substantiam afferre. Tametsi ibi magna ingratitudo, multæ & stipendæ auarorum fraudes, & multi qui boni habentur fœnus non soluunt, vel ob maleuolentiam nolentes, vel sæpe & propter inopiam non valentes. Quoniam autem nihil tale omnium domino imputari potest (nam & capitalis summa in tuto est

A

B

C

7. co. 50. b.

& centuplum hic promittitur eleemosynam expendentibus, & in futurum vita ęter
D na reponitur) quę igitur nobis defensio erit, si negligentes fuerimus, & non festina uerimus centupla pro paucis accipere, & pro presentibus futura, & pro temporalibus ęterna? Atqui pecunię nunc ianuis & repagulis includuntur, & indigētibus nō expenduntur, sed in vanum dumtaxat ibi sine vsu iacent, Vt igitur in futuro seculo earum subsidia inueniamus, Facite, inquit, vobis amicos ex mammona iniquitatis vt cum defecerītis, recipiant vos in tabernacula æterna, Iam scio, quod multi non adstipulantur his, quę a nobis nunc sunt dicta, sed ea vt delirium, & fabulā audiunt, imo neque auscultant. Vnde ego crucior & doleo, quod neq; rerum experientia, neq; tot & tales dei promissiones, neq; timor futurorum, neque quotidianę admonitiones nostrę apud tales proficiunt. Non tamen cessabo, etiam sic, ab hoc consilio, donec continuitate importuna tandem victor resipiscere ipsos fecero, & a crapula, & ab ebrietate, qua laborant, & a pecuniarum auiditate, quę mentem eorum obtenebrat, eruere eos valuero. Scio enim, scio quod per gratiam dei, sermonum nostrorum frequentia, & ieiunij studium poterint ipsos vel sero a difficili hoc morbo liberare, perfectęq; sanitati restituere, vt & illi a supplicijs, quę eis parata sunt, li-
E berentur, & nos a tristicia eruamur, & pro omnibus alijs gloriam referamus deo patri & filio, & spiritui sancto, nunc & semper, & in secula seculorum. Amen.

HOMILIA TERTIA.

VIDENS ego dilecti, alacrem & quotidianum vestrum in hoc templo conuentum, magnā percipio voluptatē, misericordēq; deū in profectu vestro glorificare non cesso. Nam sicut esurire corporalis sanitatis indicium, ita & studio magno audire diuina eloquia, bonę valitudinis animi certissimū est argumentum. Propter quod & dominus noster Iesus Christus in suis beatitudinibus, quas in monte promisit, dicebat, Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniā ipsi saturabuntur. Quis igitur digne vos laudare valet, qui semel beatitudinem accepistis, & ab ea infinita bona expectatis? Is em̄ domini nostri mos est: vt quoties videt animā aliquā multo desyderio, prōptitudine que intenta spiritualibus inhiantem, liberaliter illā gratia, & opulentis donis suis locupletet. Vnde & ego in vestram vtilitatem & ędificationem expecto, vt vberior & mihi doctrinę sermo concedatur. Propter vos em̄ & propterve
F strum profectū, omnē hunc laborem toleramus, vt & vos statim ad idem virtutis fastigiū ascendatis. futuri vitę diuinę magistri omnibus qui vos vident. Vnde & nobis maior dicendi fiducia accedat, qui videmus non inuanū nec frustra nos laborare, sed quotidie semen spirituale in vobis crescere, & non sicut in euangelio seminanti euehit, ita & nobis vobiscum. Ibi em̄ vna tantum pars salua fuit, tres perierūt, Quia semen quod secus viam cecidit, sterile mansit, & quod inter spinas, suffocatū est, quod autem in petrā, orto sole, etiā ipsum fructū afferre nequiuit. Hic in gratia dei spes est, omne semen in terram bonā cadere, & alios facturos fructum centuplū alios sexagecuplum, alios trigecuplum. Hoc nostrā alacritatem fouet, hoc mentē excitat, quod scimus non in vanum nec frustra sermones nos facere, sed sobrijs auribus & intenta mente dicta nostra accipi. Atq; hęc non adulantur charitati vestrę dico, sed coniecto alacritatem ex his, quę heri a nobis dicta sunt. Videbam em̄ auidos doctrinę, & omnia facientes, ne quid vos dictorum pręteriret. Etenim cōtinui plausus maxime testabantur, quod dicta magna voluptate susceperitis Qui autem aliquid volupe audit certum quod illud bene figit in animo, vbiq; reponens, facit ne eradi expungi ue queat. Quis igitur vos digne beatos dicere, & nos laudare posset,

qui in aures loquimur audientiũ? Beatus enim (ait) qui loquitur in aures audientiũ. Hoc pręclarum opus ieiunio acceptum fero, hoc remediũ salutem operatur animarũ nostrarum. Quod si ab initio statim tantum nobis robur ostẽdit, procedentibus diebus quantã non expectamus vtilitatem affuturã? Vnum hoc vos obsecro. In timore & tremore salutem vestram operemini: & nullum aditum concedite inimico salutis vestrę. Quia videns nunc spirituales diuitias insanit & ferocit, & sicut leo rugiens circuit, quęrens quem deuoret, Verũ si sobrij fuerimus, nulli pręualebit, per gratiã dei. Talia em̃ sunt arma nostra spiritualia, quibus nos induit spiritus gratia, sicut heri charitatem vestram docuimus. Si igitur his continuo mẽbra nostra muniuerimus, nullum telũ, ab illo emissum, ad nos pertingere poterit, sed irrita ad ipsum reditura sunt. Adamante em̃ solidiores dei gratia nos effecit, & si volumus, omnino inuictos. Itaq; sicut qui adamantẽ secat, nihil adamanti nocet, sed seipsum fatigat & robur suũ imminuit, & contra stimulos calcitrans, suos pedes cruentat, In hunc modum res se habent nostrę cũ salutis nostrę aduersario, si armis quę nobis spiritus sancti gratia exhibet, continuo nos muniamus. Tanta em̃ illorum virtus est, vt radios inde fulgurantes aduersarius sustinere non possit, sed illis oculis eius excęcentur. His oro armis semper nos muniamus, & sic in forum nos conferamus, sic apud amicos simus, sic opera aggrediamur. Et quid dico in forum? etiam in ecclesia occurentes, instructi illis simus, & domum redeuntes, & dormientes, & euigilantes; neq; vnquam per omnem vitam nostram illa deponamus. Commigrant em̃ nobiscum, & post hanc vitã magnam fiduciam nobis pręstabunt. Non em̃; sicut sensibilia arma corpus grauant, sed leuius reddunt & expeditius, ac sublimius, roburq; augent. Tãtũ curę sit, vt ipsa quotidie abstergamus, ita vt fulgida sint, & radijs excęcent oculos maligni dęmonis, omnia contra salutẽ nostram machinantis. Age quoniã satis vos armis instruximus, consuetã nunc vobis mensam apponamns ex his quę sequũtur, ea quę heri dicta. Proponemus autẽ iterũ charitati vestrę, sed admirabilem illũ conuiuij exhibitorem, beatum Moysen, magnũ prophetã, bonę huius doctrinę ducẽ faciemus. Videamus igitur, quę nã sint ea quę hodie nos docere vult, & diligenter dicta eius attendamus. Non em̃ sua virtute loquitur, sed quęcunq; illi spiritus sancti gratia insonat, illa per suã linguam docendo humanũ genus, profert. Consummato igitur de die primo sermone, postquam formata luce dixit, Factũ est vesperũ & factum est mane dies vnus, iterum dicit, Dixitq; deus, Fiat firmamentum in medio aquę, & sit distinguens inter aquam & aquam. Attende hic charissime, doctrinę consequentiam. Quoniam antea nobis dixit, post cœli & terrę creationem, Terra autem erat inuisibilis & inculta, & causam apposuit, quod propter hoc fuerit inuisibilis, quia a tenebris & aquis obtegebatur, Omnia em̃ erant aqua & tenebræ, & nihil pręterea, Et postea, quod pręcepto domini producta sit lux, facta quę distinctio lucis & tenebrarum; Et illa quidem diei appellationem acceperit, hę vero noctis, Iterum nos docere vult, quod sicut tenebras separauit producta luce, & vtrisq; cõgruum vocabulum indidit, ita & multitudinem aquarum pręcepto segreget. Et vide ineffabilem potentiam, quæ omnem humanam excedit rationem. Nam solum iubet, & accedit aliud elementorum, & aliud decedit. Dixitq; (ait) deus, Fiat firmamentum in medio aquę, & sit distinguens inter aquam & aquam. Quid est siat firmamentum? Quasi quis dicat humana lingua, Fiat paries quidam & interstitiũ in medio diuidens & separationem faciens. Et vt discas magnam elementorum obędiẽtiã excellentemq; virtutẽ opificis, ait, Et factum est ita. Dixit solum & opus sequutum est. Et fecit (ait) deus firmamentum, & diuisit deus inter aquam quę erat sub fir

A

B

C

mamento, & inter aquã quæ erat super firmamẽtum. Dicit, Facto firmamento, iuſſit aquas alias ſub firmamentũ ferri, alias autẽ ſupra dorſum eſſe firmamenti. At qd
D ſi quis dicat, eſſe firmamentũ vel aquã denſatam vel aerem conſtratũ, vel aliã aliquã eſſentiã? Haud quis prudentiũ hoc temere aſſeuerauerit. Oportet enim magna modeſtia & gratitudine, ea quæ dicuntur a nobis accipi, & non vltra naturam noſtram progredi, & ſcrutari quæ ſupra nos ſunt, ſed hoc ſolum ſcire & tenere apud nos, qd̃ prẽcepto domini productum eſt firmamentum, ſeparationẽ aquarũ faciens, quod valeat alias ſub ſe continere, alias vero in conuexo ſuo ferre. Et vocauit (ait) deus firmamentũ cœlum. Vide quomodo eadem conſequentia etiã nunc diuina ſcriptura vſa eſt. Nã ſicut dixit heri, Fiat lux, & poſtquã producta fuit, tunc ſubiecit, Sit diſtinguens inter lucẽ & inter tenebras, & ſic lucem diem vocauit, Ita & hodie dixit, Fiat firmamentum in medio aquę, Deín ſicut de luce, ita & hic docuit nos vſum firmamenti, eo quod diuidat (ait) inter aquam & aquam. Et poſtquã hunc eius vſum declarauit, tunc ſicut luci nomen dedit, ita & firmamẽto ſuũ nomẽ impoſuit. Et vocauit (ait) deus firmamentum cœlum, hoc quod videtur. Et quomodo dicunt aliqui, ſactos multos cœlos? Non ex diuina ſcriptura hoc didicerunt, ſed ex ſuis opinioni
E bus, vt ita dicant, ipelluntur. Beatus autem Moyſes nihil his amplius docet, nam vt dixit, In principio fecit deus cœlũ & terrã, & deín, cauſam docuit, quare terra ſit inuiſibilis, nẽpe quod obtecta a tenebris & aquis abyſſi, poſt formationẽ autem lucis ordine & conſequentia quadã vtens, inquit, Et dixit deus, Fiat firmamentũ. Deínde poſtquã docuit diligenter vſum firmamenti, & dixit, vt diſtinguat inter aquã & aquã, iſtuc ipſum firmamentũ, quod aquarũ ſeparationem faciebat, cœlũ vocauit. Quis igitur poſt tantã doctrinã ferret eos qui ex ſuo capite loqui. & contra diuinam ſcripturã multos cœlos dicere audent? Porro dicunt illi, Ecce beatus Dauid laudẽ deo offerens, dixit, Laudate eum cœli cœlorũ. Ne obſtrepes dilecte, neq; putes ſacram ſcripturam ſibiipſi alicubi aduerſam, ſed diſce potius dictorum veritatẽ, & tenens diligenter eius doctrinam, obtura aures illis contraria dicentibus. Et quid hoc ſit, quod dicere volo, audite magna attentione, vt ne facile moueamini a volentibus violenta & aliena dicere. Omnes diuini libri veteris teſtamenti, Hebræorum lingua abinitio ſunt compoſiti, & in hoc nobiſcũ conſentiunt omnes. Et non ante multos
F annos aduentus Chriſti, rex quidam Ptolemæus, in conquirendis libris admodum ſtudioſus, operę precium putauit, vt & hos libros colligeret, eaq; de cauſa quoſdam Iudæorum Hieroſolymitarum vocauit, qui eos in Grecã linguam verterent. Et ꝑfectum eſt hoc eius opus. Factum autem eſt hoc diuinę diſpenſationis opus, vt nõ ſolum Hebraicæ linguę periti, ſed & omnes qui totum orbem inhabitant, ex eo vtilitatem percíperent. Eſt & rarum miraculũ, quod vir qui Iudaica non curabat, hoc fecit, ſed idolatrię deditus, & religioni damnatę multum fauens. Hoc eĩ modo ſe habent omnia quæ a domino noſtro diſpenſantur, vt per aduerſarios ſemp creſcãt veritatis prẽcepta. Hæc autem non temere veſtræ charitati narrauerim, ſed vt ſcíre poſſitis, quod non hac lingua, noſtra inquam, ſed Hebraica ſint compoſiti. Dícunt igitur qui linguæ eius gnari ſunt, Cœli nomen plurali numero ab Hebræis vocari, quod confitentur qui & Syrorum linguam ſciunt. Et nemo ea lingua dicit cœlum, ſed cœli. Et idcirco ſic dictum eſt, quod a beato Dauid dictum, Cœli cœlorum, non quod multi ſunt cœli (non enim hoc nos docuit beatus Moyſes) ſed quia mos eſt linguę Hebraicę, vnam rem nominare plurali numero. Quia ſi multi eſſent non omiſiſſet ſpiritus ſanctus per linguam prophetę quin & illorum formationem nos doceret. Hæc diligẽter ſeruate obſecro vt poſſitis obſtruere ora eorum, qui cõ

traria ecclesiasticis doctrinis afferunt. Et scitote virtutem eorum quę in scriptura cõ
tinentur. Nam idcirco frequenter hic conuenitis, & nos vberiorem doctrinam cõ A
municamus, vt parati sitis omni petenti vos rationẽ reddere. Sed ad consequentia
& textum redeamus, si placet. Et vocauit (ait) deus firmamentum cœlum. Et vidit
deus quod bonũ. Attende quanta verborum humilitas propter nostram infirmita-
tem. Nã sicut de luce dixit, Vidit quod esset bona, Ita & nũc de cœlo dicit, hoc est
de firmamento, Et vidit, inquit, deus, quod esset bonum, docens nos per huius pul-
chritudinem, suam immensitatem. Quis enim non obstupesceret ac admiraretur
quod firmamentũ tanto tẽpore vigescentem & eandem seruat pulchritudinem, &
quãdiu accedit tempus, tãdiu & suam custodit pulchritudinem? Quid ei speciosius
eo, quod laudem ab ipso opifice accepit? Nã si nos hominis opus videntes absolu-
tum, admiramur figuram, situm, pulchritudinem, proportionẽ, elegantiam, alia q̃
omnia quod factum est a deo, quis digne laudarit, pręsertim quum a domino ipso
laudem accepit? Hęc eñ dicta sunt, vt se attemperaret nostrę fragilitati. Videbis au
tem hoc per singulas facturas dici, & ita confundi, & multis antea seculis confici li-
guas eorũ, quę acuturę se erant contra opificium dei, & dicturę, Quare hoc & hoc
factum est? Talia igitur dicturos ante cõprimit, dicens, Et vidit deus quod bonum. B
Quando autẽ audis, quod vidit deus, & laudauit, intellige dictũ, pro vt dignum est
de deo loqui. Nam qui produxit cœlum: etiã priusquã formaret, sciebat formandi
cœli pulchritudinẽ. Sed quia nos homines tanta sumus imbecillitate circundati, ali
ter hoc intelligere non potuimus; ideo sic direxerit beati prophetę linguã, vt erudiẽ
do humanũ genus, tanta verborum vteretur crassitudine. Quando igitur subleuas
oculos, & spectas cœli pulchritudinẽ, magnitudinem, vtilitatem, tunc inde ad opi-
ficẽ ascende, sicut & sapiens quidã dicebat, Ex magnitudine & pulchritudine crea
turarum, vniuersi conditor decenter cõsyderatur. Et vide domini tui virtutem, etiã
ex horum elementorũ formatione, quanta sit. Nam cui sagax est animus, si volue-
rit per singula visibilia scrutari (& quid dico per singula quę facta sunt?) suam solam
formationẽ si voluerit consyderare, videbit ex paruis illis indicibilem & ineffabilem
dei potentiam. Quod si visibilia sola sufficiunt nobis ad docendam potentię condi-
toris magnitudinẽ, vbi & adinuisibiles veneris virtutes, & mentẽ extenderis ad an-
gelorũ exercitus, archangelorum, supernarũ virtutum, thronorum, dominationũ,
principatuũ, potestatum, Cherubim, Seraphim, quę mens, quis sermo sufficit enar
rare magnificentiam eius inenarrabilem? Nã si beatus propheta Dauid, quum di- C
spositionem visibilium consyderasset, exclamabat dicens, Quã magnificata sunt
opera tua domine, Si inquam, vir tanto spiritu prędituS, & cui incerta & occulta sa
pietię diuinę manifestata sunt, sic exclamabat, qd diceremus nos, qui terra & cinis
sumus, & debemus continuo vultum submittere, & obstupescere vniuersorum dñi
indicibilem misericordiam? Et quid dico prophetã? Beatus ipse Paulus, anima illa
cœlo vagare solita, corpore circundatus, & cũ incorporeis virtutibus certans, terra
ambulans, & mentis prõptitudine in cœlo vagans, quũ in vnam partem dispensatio
nũ dei incideret (de Iudęis & Gentilibus loquor, quod illi quidem electi, hi autẽ in-
troducti fuissent) & secũ dubitaret, & internorum oculorũ vertigine laboraret, val-
de clamabat, dicens, O profunditatem diuitiarum & sapientię, & scientię dei, quam
imperscrutabilia sunt iudicia eius, & imperuestigabiles viæ eius. Sed hic blande ro-
garim eos, qui de natiuitate filij curiosius exquirunt, & sancti spiritus dignitatem i-
minuere attentant, vnde vobis obsecro tantę audacię temeritas? a qua insipientia in
tantam ruistis insaniam? Nã si Paulus tantus & talis, & iudicia eius (hoc est, dispen

sationes & gubernationes) imperscrutabilia esse dicit, & non dicit incomprehensibilia, sed imperscrutabilia, ita vt scrutari ea nemo possit, & imperuestigabiles dicit vias eius, Iterũ, idem dicens, vias mandata vocat & præcepta, quomodo vos essentiã vnigeniti ipsam curiosius explorare, & spiritussancti dignitatem, quantũ ĩ vobis est, imminuere audetis? Videte dilecti, quantũ malum sit, non diligenter attendere
D ad ea quę in diuinis scripturis sunt contenta. Hi enim si cum gratitudine doctrinas diuinę scripturę accepissent, & non sua ex proprio capite excogitassent, neutiquam in tantã venissent amentiã. At nos neq; sic cessemus diuinę scripturę testimonia ipsis obijcere; & aures nostras a pestilentibus eorũ doctrinis munire. Et quia nescio quomodo iterũ ab orbita sermonis in hęc euecti sumus, & a contextu excidimus, ideo iterũ ad priora redeat sermo. Et vocauit (ait) deus firmamentum cœlũ, & vidit deus quod bonũ. Et factum est vesperum & factũ est mane dies secundus. Appellatione indita firmamento, & laudato opere finem imposuit diei secundo, & dixit. Et factũ est vesperum, & factũ est mane dies secũdus. Vidisti quanta diligentia nos docet, finẽ lucis vesperã vocans, & finem noctis mane; & totũ illud diem? Ita ne erremus nos, neq; putemus vesperã finem esse diei, sed manifeste sciamus, quod vtriusque tẽpus vnum diem implet. Et vesperũ finem lucis recte quis dixerit, mane autem finẽ noctis; completionẽ autem diem. Quod enim ita impleatur, vult diuina scriptura dicens, Et factum est vesperũ, & factum est mane dies secundus. Forte prolixius
E sermonẽ extendimus non volentes, sed ab ipsa verborũ consequentia, quasi rapido quodã amne, vi abstracti. Vosq; huius causa estis, qui magna cũ voluptate dicta nostra auditis. Nihil em̃ sic excitare potest dicentẽ, & sententiarum magnã copiam illi afferre, vt auditorum alacritas. Et sicut supini & desides auditores, etiã multũ eloquio valentem, reddunt segniorem, ita vos per dei gratiã, etiam si lapidibus essemus humiliores, possetis nostrum stuporẽ emendare, & somnolentiã discutere cogereq; vt dicamus ea quę vobis conducunt, & ad vestrã ędificationem pertinent. Quoniã igitur tales estis, & qui a deo docti, potentes; iuxta beatũ Paulũ, & alios admonere, age obsecramus vos, vt, si per quod aliud, maxime per ieiunij tẽpus, magnã ĩ rebus diuinis curam geratis, nec fiat vobis sermo fastidiosus, si quotidie vobis de ijsdẽ loquamur. Eadẽ em̃ dicere, mihi quidem non graue secundum beatum Paulũ, vobis autem securũ. Opus em̃ habet anima segnis cõtinua admonitione: & suggestione. Et sicut corpus hoc quotidie opus habet corporali alimento, vt ne in magnã ęgritudinẽ incidens, nihil facere possit, ita & anima opus habet spirituali cibo, & optima
F dięta, vt in consuetudinẽ aliquã bonorum & virtutem perueniens, inuicta sit, & resistere possit maligni hostis insidijs. Quotidie igitur eius virtutem operose curemus & nos ipsos iudicantes, nunquã deficiamus. Rationarium quoq; nobis faciamus eorum quę accipimus, & quę expendimus, quid nam vtiliter & bene loquuti simus qd̃ ociosum verbũ ꝓtulerimus. Et iterũ, quid vtile per aures in animã intromiserimus, & quid quod nocere possit. Pręterea & linguę regulas aliquas & canones ĩponamus ita vt prius ruminentur, & librentur verba, & postea proferantur sermones. Mentẽ vero ita cõpescamus, nequid nociuum prodeat, & si forte aliquid tale a foris inferat̃ id statim vt superfluum & damnosum amoueamus, & si intrinsecus nascitur, statim pia cogitatione illud effugemus. Et ne existimemus inediam vsq; ad vesperam ad salutem nobis sufficere. Nã si peruersis Iudęis dicebat deus misericors per prophetã, Ecce annis septuaginta non ieiunabitis mihi ieiunium. Et si comederitis & biberitis, nonne vos comeditis & bibitis? Hęc dicit dominus omnipotens. Iudicium iustum iudicate, misericordiam & miserationem faciat vnusquisq; cum proximo suo,

De auditu verbi dei.

Rationariũ actę vitę.

& víduam, & orphanum & aduenam, & pauperem non opprímite, & malum vnuſquíſq; erga fratrem ſuum non cogitet in cordíbus ſuís. Sí igítur íllís quí in vmbra mortís ſedebant, & tenebrís errorum obuinctí erant, níhil profuít ſolum ieiunium, neq; quum cætera bona opera facerent, & e corde malum erga proximum elímina rent, qualẽ habíturí nos ſumus defenſionẽ a quíbus maiora exíguntur, & non ſolũ hęc facere íubemur, ſed & inímícos dílígere, & eos demererí, & domínum precarí, & orare, vt ſalutís íllorum curam gerat? Hoc enim nobís, ímo omnibus in díe íllo terríbílí patrocínabítur, & redẽptío maxíma erít peccatorum noſtrorum, ſí ſíc affectí fuerímus aduerſus ínímícos noſtros. Lícet autẽ magnum ſit & arduum pręceptũ ſí tamen præmíum cogites repoſítum bene agentíbus, níhíl omníno vídetur, etíam ſí valde arduum ſit. Et quod eſt hoc? Sí hoc fecerítís, aít, ſímíles erítís patrí veſtro, q̃ ín cœlís eſt. Et vt manífeſtíus hunc ſermonem nobís declaret, ſubdít, Quod ſolem ſuũ orírí facít ſuper malos & bonos, & pluít ſuper íuſtos & ííuſtos. Imítare ígítur, dícít, pro humanís víríbus deũ. Nã ſícut íllenon ſolum íuſtís, ſed & hís quí mala operantur, ſolẽ orírí facít, & pluuíã & hymbres annuos non bonís ſolũ ſuppedítat, ſed & malís, Sic & tu ſí non ſolum dílígentes dílígís, ſed & ínímícos, pro vírílí dominũ tuum ímítarís. Vídíſtí quomodo ín ſupremũ culmẽ eduxít eum, quí hanc operarívalet vírtutem? Sed ne difficultatẽ reí ſolum cogítes, ſed prius ſupputa tecũ quantum honorẽ habíturus ſís. Et hæc honorís occaſío leue faciet quícquíd graue eſt & oneroſum, An non pro beneficío habendũ, quod occaſío tíbí præbetur, dum ínímíco benefacís, vt aperíantur tíbí ianuę fíducíæ veníendí ad deum, & redímendí peccata tua? An forte de ínímíco vlcíſcí, & eum quí malís te afficít, paríbus vel maioríbus plecti velís? Et quíd índe cõmodí? neque tu alíquíd índe vtílítatís habíturus es, ſed propter hoc íudicaberís apud horrendum íllud tríbunal, ceu quí leges tanti íudícís obliteraueris & ínfregerís. Díc oro, ſí rex alíquís terrenus legẽ tíbí poſuíſſet, vt vel ínímícorum tuorum curam geras vel morte puníarís, an non metu mortís corporalís omnes accurrerent ad īplendam legẽ? Quanta ígítur accuſatíone dígnus fuerít ís, quí ob corporalem mortẽ, quam alíoquí naturæ neceſſítas afferet, omnía facere paratus (mortem ínquã quę híc nullam ínuenít conſolatíonẽ) mínus curat dominũ vníuerſorum, ſí & ípſe ponat legẽ. Sed meí oblítus ſum dũ hęc loquor hís, quínec benefacíentíbus parẽ gratíam rependunt. Quís ígítur poſthac e ſupplícío íllo nos erípíet, quando non ſolum ab hoc mãdato loge díſtamus, ſed neq; ea facímus quę publícaní? Sí dílígítís dílígentes vos, aít, quíd magní facítís? nonne & publícaní hoc ídem faciunt? Quum ígítur neq; hoc a nobís fít, quæ ſalutís noſtræ ſpes? Ideo oro, ne ſímus ímmíſerícordes, ſed noſtras cogítatíones domemus, & prímum quídẽ díſcamus víncere proxímũ charítate, & ıuxta beatum apoſtolum, Honore mutuum pręcedamus, & quęramus vt íllos ſuperemus, neq; toleremus, vt ſuccumbamus, ſed víncamus & non víncamur, & maíorem & feruentíorem erga dílígentes affectionẽ demonſtremus. Hoc eñ maxíme omnium vítam noſtrã contínet & conſeruat. Et í hoc bruta & feras antecellímus, quod poſſumus, ſí volumus, congruum ín nobís conſeruare ordínem, & magnã ín proxímos concordíã declarare. Quoníam autẽ ſtrangulanda eſt noſtra praua cogítatío, & manſuefacíenda truculenta íllafera (írã díco) & certamen, quaſí ante tríbunal terríbíle ſtaremus, aggrediendum, docendí ſumus, quod, ſí fortíter hoſtí reſíſtamus, magna nos expectant bona, ſín mínus, graue ſuſtínebímus íudícium. Neq; temere & ínutílíter tempus expendere oportet, ſed ſíngulís díebus & horís ante oculos noſtros proponere íudícíum, & quæ ſínt ea quę magnam nobís tunc fíduciam afferre queant; quę ítem quę pœnam ínferant

A

B

C

D Et ita hęc versantes in nostris cogitationibus, superabimus affectiones, & compescemus carnis lasciuias, & mortificabimus, iuxta beatū Paulum, mẽbra nostra quę super terram sunt, stuprū, immundiciā, passionẽ, concupiscentiam malam auaritiā, furorem, vanā gloriam, inuidentiam. Quod si has affectiones in nobis mortuas fecerimus, ita vt in nobis nihil operari valeant, poterimus accipere fructum spiritus, qui est charitas, gaudiū, pax, longanimitas, benignitas, bonitas, fides, mansuetudo continentia. Hoc Christiani ab infideli discrimẽ sit. His signaculis internosci possumus, ne sola appellatione ornemur, neq; habitu externo inflemur & superbiamus imo si possideremus omnia quę nunc enumerauí, superbiamus nūquam imo magis nos humiliemus. Nā, quum omnia feceritis (ait) dicite, Inutiles serui sumus. Si ita solicíti nostram salutem curauerimus, poterimus & nobis ipsis prodesse plurimum & a futuro supplicio eripi, & his qui nos viderint magistri esse rerum vtilium. vt dili genter exacta hac vita, assequamur eam, quę in futuro seculo erit, misericordiā, quā nobis omnibus concedat gratia & benignitas domini nostri Iesu Christi, cum quo patri & sancto spiritui gloria, īperium honor nūc & semp & in scła seculorū. Amẽ

HOMILIA QVARTA.

E AGE & hodie ex beati Moseos verbis conuiuiū instruamus vestrę charitati, & quę a domino facta sint die tertio, diligenter consyderemus. Nā si qui in aurifodinis laborant, vbi diuites venas quasdam conspicati fuerint, a fodiendo non desistunt, donec quæ obstāt amouerint, & in profundum descendentes, copiā inde auri perceperint multo magis nos non auri ramenta īquirentes, sed inenarrabilẽ thesaurū inuenturos sperantes, decet quotidie illum inuestigare, vt multis spiritualibus diuitijs in sinum nostrū collectis, domū redeamus. Illic quidẽ diuitię sensibiles dominis suis multorū periculorum fuerunt autores, multasq; ante voluptates pericula illis pręstantes, statim auolarunt, vel sycophantis insidiantibus, vel latronibus parietes effrigentibus, vel custodibus famulis surripientibus, & fuga elabentibus. Hic autem nihil tale suspicari licet. Diripi emī spiritualis thesaurus nequit, & vbi in promptuaria mentis nostræ reconditus fuerit, ab omnibus insidijs est securus, modo non per ignauiā locum demus ei, qui illum nobis auferre cupit. Quando quidẽ inimicus
F noster, malignus inquā dęmon: cum videt vos spirituales collegisse diuitias, furit & dentibus fremit, multūq; vigilat, vt opportunum tẽpus captet, quo furari queat intus reconditas, nullū autem accōmodum illi tẽpus est, modo nos ignaui ne simus. Ideo perpetua nobis vigilantia opus est ad excludendas illius insidias. Nā eos quos viderit sobrios & vigiles, & semel atq; iterū frustra aggressus fuerit, relinquit tandẽ, se videns confusum, & sciens quod nihil proficit, si in custodia perstiterimus. Proinde quum sciamus, quod per omnem hanc vitā nobis certandum est, sic nos armemus, quasi assistentem semper habeamus inimicū, qui absq; intermissione obseruet, nū aliquando vel parum dormitemus, insidiandi occasionem ei prębentes. Nō vides, opulenticū hostium metuunt insidias, quanta cura & prouidentia res suas custodiant? nam alij seris & repagulis ianuas muniunt & occludunt, alij in terram abscondunt, ita vt nemo scire possit vbi lateant. Eadem diligentia, & modo collectam virtutū gazam custodire congruit, & non ante omnium oculos proponere, sed in tutis-
Viatica futurę vitę. simo mentis prōptuario reponere; & omnes rapere volentis insidias excludere, vt quum indeprædabilem eam seruauerimus, sit nobis viaticum ad futuram vitam hīc migrantibus. Etenim sicut hi qui in terra aliena sunt, & in patriam suam redire cupiunt, multo tempore paulatim studeant, & curant tantum corradere viatici, quantū

ad viæ prolixitatem eis ſufficere queat, vt ne fame ſeipſos perdant, ita ſane facere & nos oportet, quia peregrini hic ſumus, & aduenæ, vt prouideam⁹ & reponamus nobis ſpiritualium virtutum viatica, vt quando præceperit nobis dominus in noſtram redire patriam, parati ſimus. Et alia quidem nobiſcum afferamus, alia autem præmittamus. Horum enim viaticorum talis natura eſt, vt ea quæ per bonorum operum actionem voluerimus ante nos præmittere, quum illuc nos præuenerint, ianuas nobis aperiant ad dominum, & introitum facilem, & abſq; pauore, & magnam apud iudicem beneuolentiam procurent. Et vt diſcas dilecte, quod hæc in hunc ſe modū habent, collige hinc, quod qui liberaliter eleemoſynam diſpendit, & hic bona conſcientia verſatur, vbi hinc tranſierit, magnam apud iudicem miſericordiam inuenit, auditq; verba illa beata cum cæteris. Venite benedicti patris mei, accipite in hæreditatem regnum, quod vobis præparatū eſt ab origine mundi, quia eſuriui, & dediſtis mihi manducare. Idipſum certe & in alijs virtutibus contingere inueniet quiſpiam. Sic & in confeſſione peccatorum, & continuitate precum euenturum eſt. Quando enim in præſenti vita per confeſſionē peccata abluere, & remiſſionē a domino aſſequi poterimus, abibimus hinc a peccatis puri, & magnā quæ nobis donatur, fiduciā inueniemus. Neq; eñ qui in preſenti vita peccata non abluerit, poſtea conſolationē aliquam inuenturus eſt. In inferno eñ, ait, quis cōfitebitur tibi? & merito, hoc enim eſt cauearum tempus, & conflictuū, & certaminum, illud vero coronarū, retributionum, & præmiorum. Proinde certemus vti in ſtadijs verſantes, ne in tēpore, quo coronæ & laborū retributiones ſumuntur, cōfundamur. Hoc procœmio apud charitatem veſtrā non temere neq; inuanū vtimur, ſed quotidie de bonis operibus vos admonere cupimus, vt fiatis perfecti, cōſummati, virtutibus q; prędita vita ſpectabiles irreprehēſibiles, & ſynceri, immaculati filij dei, & appareatis ſicut luminaria in mundo, ſermonē vitę habētes in noſtri gloriationē, in die CHRISTI, & vt his qui qualitercūq; ad vos veniūt, & ſermone vobis cōmunicāt, luce & fragrātia ſpiritualis optimæq; veſtræ vitæ proſitis. Et eñ ſicut mali cōſuetudine familiaribus ſuis multū nocent, quēadmodū beatus Paulus inquit. Corrūpunt mores bonos colloquia prauа, ſic & bonorū familiaritas appropiantibus illis maxima commoda affert. Quam obrem & miſericors dominus noſter inter malos voluit bonos viuere, vt mali lucrū habeant ex ea cōſuetudine, nec ſemp in ſua permaneāt malitia, ſed bonos continuo ante oculos ſpectantes, multū vtilitatis ex eorum, quorū recordantur, familiaritate capiant. Tanta eñ virtutis potētia eſt, vt reuereantur & multum laudent eam, etiam qui illa carent. Sicut & vitium etiā ab his qui mali ſunt, ſubinde accuſatur, & carpitur Hoc ſane oībus eſt manifeſtū, & perſpicuū, neq; vllū ſtatim offendes qui refragetur ſed, quod mirū eſt, mali ipſimet ea quę operibus facere attentāt, verbis mala eſſe fatentur, multisq; occulta vellēt. Quod & ip̄m diuinę miſericordiæ eſt, quæ hominū generi cōceſſit, vt vnicuiq; noſtrū inſitū eſſet indeprauabile iudiciū cōſcientiæ, habentis iuſtum inter bonū & malum diſcrimē, id quod potiſſimū omnē nobis defenſionē tollit, quod non per ignorantiā in peccata incidimus, ſed per animæ deſidiam & virtutis negligētiā. Hęc ſingulis horis noſtro verſemus animo, magnā ſalutis noſtræ habentes ſolicitudinē, ne prætereunte tēpore ignorādo, nobis ipſis maximum inferamus damnū. Sed procœmiorū ſatis. Audiamus autem, ſi placet, quæ & hodie nos docere vult ſpiritus ſancti gratia per beati Moyſi linguam. Et dixit, inquit deus. Congregeť aqua, quæ ſub cœlo, in congregationē vnā, & appareat arida. Et factū eſt ita. Vide hic, obſecro dilecte, ordinē & cōſequentiā optimā, quia dixerat in principio. Terra erat inuiſibilis & inculta, eo quod tenebris & aquis obtegebatur, &

A

In hac vita abluenda pcā.

B

Boni inter malos.

C

D deinde iussit die secundo, vt esset firmamentum, quod aquarum separationem faceret, vocauit que firmamentũ cœlum, nunc iterum docet nos, quod præcepit in die tertio aquæ, quæ sub cœlo, hoc est firmamento, vt in vnam congregationem conueniat, & faciat apparere locum aridæ. Et factũ est sic. Quia enim omnia impleta erãt aquis, iussit in vnam congregationem aquarum multitudinem concedere, vt sic appareat arida. Vides quomodo paulatim suam nobis formositatẽ & ornatum ostendit, Et factum est, ait, ita, quomodo? sicut præceperat domin⁹. Dixit solum, & opus subsequutum est. Hoc enim peculiare dei est, vt secundum voluntatem suam facturas suas moderetur. Et congregata est, inquit, aqua quæ sub cœlo, in congregationes suas, & apparuit arida. Quemadmodum de luce dictum, quod cum essent vndequaq; tenebræ, iusserit produci lucem, & separationem fecerit lucis ac tenebrarum, & hanc tribuerit diei, stas vero nocti. Similiter quod cum produxisset firmamentũ aquarum alias superiorem locum occupare, alias autem sub firmamento esse iusserit Sic & nunc illas ipsas aquas, quæ sub firmamento, in vnam congregationem iussit coire, vt appareat arida, & postea eodem modo suum ei nomen impositum, sicut de luce & tenebris dictum est. Congregatæ enim sunt, ait, aquæ, quæ sub cœlo, in con
E gregationes suas, & apparuit arida, & vocauit deus aridam terram. Vidisti dilecte, quomodo deus terrã, quæ inuisibilis erat ac inculta, & aquis quasi velaminibus quibusdam obtegebatur, despoliauit, vt sic dicam, & faciem eius nobis monstrauit, proprio ei nomine impositio? Et congregationes, ait, aquarum vocauit maria. Ecce & aquæ nomen suum sortitæ sunt. Nam quemadmodũ optimus artifex arte sua vas aliquod facturus, non antea ei nomẽ imponit, donec absoluerit, ita & misericors dominus nomina elemẽtis nõ antea imponit, donec ea in ꝓpria loca suo ꝓcepto pomat. Igitur postq; terra nomẽ suũ accepit, & ad propriã formã peruenit, etiam aquæ congregatæ ꝓprio vocabulo nominatæ sunt. Vocauit eñ, ait, cõgregationes aquarum maria. Subdidit iterũ. Et vidit deus quod bonũ. Nam quia humana natura imbecillis est, & opera dei digne laudare nõ sufficit, diuina scriptura acceptã ab ipo opifice laudẽ nos docet. Igitur quãdo discis, quod & ipso conditori creaturæ probant, & bonę apparẽt, maius habiturus es miraculũ, nihilq; amplius afferre poteris. Talẽ enim sortitus es dominũ, qui talia facit, quæ a nobis neq; laudari satis possunt. Quõ enim vnquam opus dei pro dignitate laudare posset humana natura? Cæterum per ea quæ subiũguntur, consydera ineffabilẽ dei sapientiã. Quia postquã nobis apertã terræ faciem monstrauit, consenquenter suo præcepto decentem ei concedens speciem, & seminũ varietate ei⁹ adornat faciẽ. Et dixit, ait, deus. Germinet terra herbã
F fœni, seminantẽ semen secundum genus & similitudinẽ, & lignum frugiferũ faciẽs fructum, cuius semen in semetipso secundum similitudinem, secundum genus super terram. Et factum est ita. Quid est quod factum est ita? Prẽcepit, inquit, dominus & statim terra suos partus maturãs, ad germinãda semina seipsam solicitauit. Et protulit terra herbam fœni (inquit) seminantem semen secundũ genus, & secundũ similitudinem, & lignum frugiferũ faciens fructum, cuius semen suum in ipso secundũ genus super terrã. Hic animaduerte dilecte, quomodo verbo domini omnia facta sunt super terrã. Non eñ erat homo qui operaretur, non aratrũ, non boum cooperatio, non aliud eiusmodi studium, sed solum audiuit præceptũ, & statim quod suum erat, fecit. Ex quo discimus, quod etiã nunc neq; cura, neq; labor agricolarũ, neq; alię in colendis agris erumnæ, fructuũ nobis prouentus cõcedunt, sed præ his omnibus verbum dei, quod ab initio ad terrã factũ est. Quin & futurã hominũ ingratitudinem taxans diuina scriptura, vt diligenter omnia, ita etiam nobis ordinẽ factorũ narrat,

vt compescat nugacitates & deliramenta eorum, qui vanitates suorum figmentorũ commentantur, & dicere audent, quod solis cooperatione ad fructuum prouẽtum opus sit, Sunt & alij, qui hæc astris aliquibus ascribere nituntur. Propterea docet A nos spiritus sanctus, quod ante formationem horum elementorum sermoni & præcepto dei obtemperans tellus, omnia semina ediderit, nullo alio ad cooperationem opus habens. Satis enim sufficiebat ei pro omnibus verbum illud dei, quod dicebat Germinet terra herbam fœni. Quocirca diuinæ scripturæ vestigia sequamur, neq; feramus eos qui aduersa illi temere blaterant. Etiam si homines terram operẽtur, & iumentorum auxilio fruantur, & magnam terræ curam habeant, & magna sit cœli temperies, & omnia alia concurrant, nisi nutus domini accedat, omnia alia frustra & inuanum fierent, & nihil proficeret omnis labor & desudatio, nisi manus domini superne adiuuaret, & perfectionem his quæ fiunt, tribueret. Quis nõ obstupesceret ac admiraretur, cogitãs quomodo verbum domini, quod dicit. Germinet terra herbam fœni, in ipsa olera terræ descendat, & quasi admirabili peplo, terræ faciem variis floribus adornet? Videre potuisses subito terram, quæ antea informis & inculta erat, decore suo & ornatu, quasi cum cœlo certare. Et sicut cœlum paulopost ornãdum erat astrorũ varietate, ita & tellus florum multijuga varietate ornabatur, ita vt & opifex in laudem eius prorumperet. Etenim vidit, ait, deus quod esset bonum. Vi B disti quomodo per singula quæ facta sunt, ostendit laudantem opificem, vt homines postea hæc discentes, ex facturis ad factorem recurrerent. Nam si creaturæ superiores sint, quam vt ab homine pro dignitate laudari queant, quid aliquis de opifice ipso dicere poterit? Et vidit, ait, deus quod bonum. Et factum est vesperum, & factum est mane dies tertius. Vide quomodo iterando frequenter doctrinã, menti nostrę dictorũ vim infigere vult. Oportebat enim dicere. Et factus est dies tertius. Sed vide quõ desingulis diebus sic dicit. Et factum est vesperũ, & factum est mane. Nõ simpliciter, nec absq; causa, sed ne ordinẽ cõfundam⁹, neq; putemus vespero ingruente finem accepisse diem, sed sciamus qđ vespera finis est lucis, & principiũ noctis, mane autẽ finis noctis, & impletio diei. Hoc eñ docere nos vult beatus Moyses. Et factum est vesperũ, & factũ est mane dies tertius. Et ne mireris dilecte, si hæc sæpe & continuo dicit diuina scriptura. Eteñ post tantam crebritatẽ adhuc sunt aliqui errore præoccupati Judæi, qui excæcato corde contendũt, & vesperã sequentis diei esse opinantur, decipiẽtes semetipsos, & adhuc in vmbra sedẽt, veritate oñibus manifestata, & ad lucernã assident, sole iustitiæ totum orbẽ vndiq; illustrãte, nisi tanta diligentia docuisset: quis tam indocilium contentionẽ ferret? At illi quidem malitiæ suæ C præmia expectẽt, nos autẽ, quibus donatũ est, solis iustitiæ radijs illustrari, diuinarũ scripturarum doctrinas auscultem⁹, & hunc canonẽ sequẽtes, salubres doctrinas in mentis nostræ promptuaria reponamus, & vna cum his magnã curã nostræ salutis facientes, & quæ animæ nostræ sanitatẽ lædunt, tanquã lethale venenum fugiamus. Multo maius eñ hoc damnũ, & tanto maius damnũ, quãto anima corpore melior Illa enim venena carporalem hanc mortem inducunt, hæc autem sanitatem animę offendentia, æternã nobis mortem afferunt. Quæ autem sunt, quæ nos offendunt? multa & varia, maxime autẽ ad humanã gloriam spectare, & nescire eam contẽnere hoc enim multorũ nobis malorũ causa fit, & si quas spirituales habemus diuitias, eas euacuat, & vtilitate, quę ex eis capi potest, nos destituit. Quid igitur fuerit dãno hoc perniciosius? Quando quidẽ a nobis auolare facit, etiam ea quæ nos habere putam⁹. Sic pharisæus ille publicano minor factus est, eo qđ linguæ suæ imperare non potuit, sed per illã, sicut per feneſtrã aliquã, oñes diuitias suas effudit. Tantũ est inanis

D gloriæ malum. Dic obsecro mihi, & quare ita humana laude teneris? Nescis, quod sicut vmbra, & si quid illa vilius, ita illorũ laus in aerem diffusa euanescit? Alioquin inconstans & mutabile est hominum genus, & illi ipsi quem nunc laudant, non multo post vituperant. Quod in sententia dei nunquam vsu euenit. Ne igitur ita desipiamus, ne temere, & absq; fructu fallamus nosipsos. Nam & si bonum quoddam facimus, non autem propter hoc solum agimus, vt mandatũ domini nostri impleamus, eo solo conuincemur, laborem nostrum frustra factum, priuabimusq; nos fructu, quem assequi liceret. Nam is qui vt ab hominibus gloriam venetur, quid boni operatur, siue ea frui possit, siue non (sæpe autem & qui propter inanem gloriam multa facit, etiam ipsa frustratur) siue autem ea potiatur, siue non, satis hic retributionis accepit, & alibi nihil accipiet præmiorum. Quare hoc? quia præferens futuris præsentia, & iusti iudicis calculo humanam gloriam, & honorem sibi ipsi tribuens, indignũ se facit, qui a iudice honoretur. Contra, si propter hoc solum operemur spirituale aliquod bonum, vt placeamus oculo illi soli, qui sopiri nescit, & cui nuda & aperta sunt omnia, & thesaurus noster indeprædabilis, & incorruptæ retributiones & suauis exE pectatio manebunt. Et hinc nobis multa cõsolatio erit, dum in promptuario, quod nemo diripere poterit, illa nobis salua custoditur retributio, sequetur enim etiam vltro gloria humana, qua tunc multo vberius fruimur, quando eam despicimus, quando eam non quærimus, quando eam non sectamur. Et quid miraris, si hoc eueniat his qui spirituales philosophos agunt, quum & hi qui huius mundi studia sectantur, hos maxime contemnunt & despiciunt qui ab hominibus quærunt gloriam, inueniesq; ab omnibus, conuicijs inceſſi eos, qui humanæ gloriæ inhiant? Quid igitur miserius nobis, qui spirituales videri volumus, si similes illis fuerimꝰ, celebrari ab hominibus cupientes, & si non suffecerit nobis laus a domino? Sicut & Paulus dicit. Cuius gloria non ex hominibus, sed ex deo. Non vides dilecte, in equorum ludis, quomodo hi qui equos agitant, non aduertunt plausum populi assidentis & celebrãtis, neq; ex eo plausu voluptatem capiunt, sed ad vnum solum spectant regem, in medio sedentem, & ad nutum illius attendentes, totam multitudinẽ despiciunt, & tunc solum animo extolluntur, quum ille eos coronauerit. Hos igitur & tu imitaberis, nõ magni momenti facito hominum famam, neq; propter eam excerceas, virtutem, sed a iusto iudice sententiam expecta, & ad illius nutum intentus esto. Sic omnem vitam tuam dispensa, vt & hic cõtinuo bona spe pascharis, & illic æternis fruare bonis. Vt hæc nos omnes assequamur, faxit gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cum quo patri & spiritui sancto sit gloria, & imperium, honor nunc & semF per & in sæcula sæculorum. Amen.

De inani gloria fugiẽda.

HOMILIA QVINTA.

VOLO solitã tractare doctrinã, & morã traho, ac recuso. Mentẽ eñ meã cõfudit, & cõturbauit superueniẽs tristitiæ nubes, imo nõ solum tristitiæ, sed & iræ, ita vt nesciam quid faciendũ, itaq; mentẽ tenet magna hæsitatio. Quoniã cum cogito, quod omnẽ illã nostrã doctrinã, & quotidianã admonitionẽ, ad modicũ diaboli flatum obliuioni traderitis, & ad satanicũ illum equestrẽ ludum oñes cucurreritis, qua alacritate poteritis iterũ de prædictis vos docere, quæ tam statim animo exciderũt? Hoc eñ est qđ potissimũ me cõtristat, & bilem mihi mouet, quod cum nostra admonitione, reuerentiã etiã, quã quadragesimæ debetis, ex animo vestro simul eieciſtis, vosq; sic diaboli retibus inuoluistis. Quõ quis poterit, etiam cui saxeum cor, tãtum contemptũ non grauatim ferre? Confundor, credite, & erubesco, quum video nos frustra la-

borare, & in petra ſementem facere. At mihi quidem, ſiue dicta mea auditis, ſiue audire contemnitis, merces mea integra erit. Nam omne quod meũ eſt, feci, pecuniã dinumerauí, admonitiones adhibui. Timeo autem, & anxius ſum, ne hoc vobis ad A
maiorem accuſationem cedat. Seruus enim (ait) qui ſcit voluntatẽ domini ſui, & nõ facit, vapulabit multis. Nullum enim vobis ad ignorantiam erit refugiũ, quum nos quotidie inſonamus, & oſtendimus diabolicos laqueos, & magnam ſi ſobrij eſſe volu erimus, virtutis facilitatẽ. An neſcitis, quod qui ſic ſuam ſalutem negligunt, & aliquando huc veniunt, aliquando autem in dæmonum retia ſe inijciunt, a ſcriptura di- De relauina canibus aſſimilantur? Homo enim, inquit, qui conuertitur a peccato ſuo, & ite- bentirum in idipſum redit, ſimilis eſt cani ad vomitum ſuum redeunti. Vides cui ſimiles fa- bus in pctũ.
cti ſunt, qui ad illicitum hoc ſpectaculum cucurrerunt? Non auditis Chriſtum, dicentem. Omnis qui audit ſermones meos, & nõ facit eos, ſimilis erit viro ſtulto, qui ædificauit domum ſuam ſuper harenam, & venerunt flumina, & flauerũt venti, & irruerunt in domum illam, & cecidit, & fuit ruina illius magna? At qui ad equeſtrẽ ludum ierunt, illo longe deteriores facti ſunt. Illius enim domus deiecta, ſed poſt validam impulſionem, flumina enim & ventos tulit, quod dicit, non vt ventorum impe- B
tus & aquarum multitudines doceat, ſed vt tentationũ violentiam inſinuet, & ruinã domus, non vt ſenſibilem domum, imaginemur. De anima enim ſermo eſt, quę grauibus afflictionibus deijcitur. Neq; hic reſiſtere poteris. Vos enim neq; ventus afflauit, neq; in vos fluuij irruerunt, ſed duntaxat tenuis quædam aura diaboli vos aſpirauit, & omnes vos abſtulit. Quid hac inſipientia deterius fuerit? Quæ ieiunij vtilitas dic oro? Quod lucrũ ex illa congregatione? Quis non & vos veſtro nomine deploraret, & miſeros diceret? Veſtro nomine inquã, qui omnia quæ collegiſtis, ſimul effudiſtis, & ianuas mentis veſtræ diabolo aperuiſtis, vt facilis ei aditus eſſet ad efferẽdas omnes veſtras ſpirituales diuitias. Nos quoq; miſeros qui iure dixerit, qđ tam mortuis auribus concionamur, & tantã iacturam facimus, quotidie ſeminamus, & nullũ C
percipere fructũ poſſumus. Non eñ hac ſola de cauſa tam ſtudioſi in dicẽdo ſumus vt aures veſtras oblectemus, vel quod laudari a vobis cupiamus, niſi lucrũ vobis ſit ex ſermonib⁹ noſtris, ſatius fuerit poſthac ſilere. Nollem eñ accuſationẽ veſtri maiorem fieri. Enimuero ſicut negociator, qui, quũ multis mercib⁹ & opibus cõgregatis nauem impleuerit, ſubito orta tẽpeſtate, & præualente ventorum violentia, vacua in littus egreditur ſcapha, fit omnibus miſerabile ſpectaculũ, nudus repẽte apparens & poſt plurimas indicibiles q; diuitias in extremã redactus egeſtatẽ, ita & vobiſcum diabolus nunc egit. Nam quia inuenit nauem veſtrã multis ſpiritualib⁹ diuitijs onerata, & vidit grandem theſaurũ, quẽ ex ieiunijs & cõtinuis doctrinis colligere potuiſſetis, quaſi tẽpeſtate quapiã immiſſa, inutile & pernicioſum illud, equeſtre certamen dico, omnibus vos diuitijs deſtituit & ſpoliauit. Scio qđ vehemẽtiore increpatione vtor, ſed ignoſcatis oro. Ita eñ dolens anima ſolet. Neq; eñ ex inimico pectore hæc loquor, ſed ex ſolicita, veſtriq; amãtiſſima anima. Propterea ex ſeueritate remitto aliqd, & quia cruſtulã vlceris incidi, charitatẽ veſtrã iterũ bona ſpe animare De pœ-
volo, ne deſperetis, ne deſpõdeatis. Non eñ ſicut in ſenſibilibus rebus, ita & hic vſu nitẽtia.
euenit. Illic eñ is qui ex diuitijs in extremã redactus fuerit inopiã, breui eas reparare nequit, hic autẽ per miſericordiã dei, ſi modo condemnare facta noſtra, & iam ſiſtere ignauiã voluerimus, poterimus ſtatim ad priſtinã abundantiã redire. Talis eñ eſt dñs noſter, tamq; magnificus & liberalis. Vnde & clamat per ꝓphetam, dicens. Nolo mortẽ peccatoris, ſed vt cõuertatur, & viuat. Scio quod non ſtupidi eſtis, ſentitis ruinã veſtram. Non parua ad virtutis reditũ via eſt, ſcire peccatorũ magnitudi-

D nem. Iam ne quis mihi iterũ diabolici illius erroris verba afferat, dicens. Quale pec
Interesse spectaculis, peccatum quale. catum est videre currentes equos? Si volueris beneuole omnia discere quæ ibi fiunt, inuenies nihil absq; satanica operatione fieri. Non eñ videntur soli equi currentes, sed & clamores & blasphemiæ, & multi intempestiui sermones audiuntur, & mulieres prostitutæ in medium prodeunt, & spectantur molles & effœminati. Num parua tibi hæc videntur, & quæ ad capiẽdas animas parum faciant? Nam quum fortuito occursu deijciunt, & supplantãt, & in perditionis profundũ sæpe trahunt non bene aduertentem, quid verisimile est accidere illis, qui illuc ea de causa veniunt, & oculos pascunt illicitis hisce spectaculis, & inde perfecti adulteri discedunt? Misericors enim dominus noster, sciens naturã nostram tentationi expositã, & dęmonis versutam & variam malitiã, bene nos muniens, & inillaqueabiles reddere volens, legem hanc posuit, dicens. Qui inspicit mulierem, vt concupiscat eam, iam adulteratus est eam in corde suo, adulteriũm consummatũ vocando aspectũ cum curiositate factũ Ne igitur dic vltra. Quid mali ex illa frequẽtatione? Istucipsum eñ videre equorũ certamen sufficit ad inferenda animæ damna. Nam quum in inutilia, & quæ animæ nihil conducunt, sed & damnosa sunt, tempus insumimus & dilapidamus, & innu-
E mera verba & quæ loqui non oportet, loquimur, quã habebimus veniam? quã excusationem? Et hic quidem si paulo prolixius docemus, multi succensent & ęgreferũt & infirmitatem corporis & labores prætexunt, licet & admirabile huius templi tectum, multum soletur, prohibeatq; frigus, pluuias, & ventorũ asperitatẽ, & alioquin etiam æstuabundi solis feruorem, illic vero, licet compluãtur, & a ventis vexentur, & calore solis alio tempore æstuent, non vnam, neq; duas tantũ horas, sed bonã diei partem versantur. Et neq; senex canos suos reueretur, neq; iuuenis ꝓpter senẽ erubescit. Et tanta est hæc deceptio, vt cum voluptate hæc esca animarũ proueniat. Nec cogitatur, damnosam hanc voluptatẽ breuẽ esse & temporariã, dolorẽ vero perpetuum, & grauiter accusaturã conscientiã. Video eñ nunc aliquorũ facies, & coniecto qualis animæ eorũ status, quãtaq; nunc pœnitudine teneãtur. Verũ, ne iterũ in eadem recidatis, neq; post tantã nostrã admonitionẽ iterũ ad diabolica illa cõcilia & spectacula curratis, necessariũ est hæc testari. Neq; eñ semper expedit pharmaca lenia adhibere, sed quãdo vlcus durius est, oportet attractiua & mordacia admouere, quo morbo occurrat citius. Sciãt igitur oñes his criminibus obnoxij, qđ si post hanc nostrã admonitionẽ, in ea negligẽtia mãserint, nõ toleraturos nos, sed legib⁹ ecclesiasticis vsuros, magna eos austeritate docturos, ne talia posthac negligãt, neq; tanto contẽptu diuina audiãt eloquia. Quãuis hęc nõ de oñibus hic cõgregatis di-
F co, sed de reis. Omnibus quidẽ loquimur, sed suum auditores quiq; remediũ capiãt. Reus quidẽ vt a delicto desistat, & nõ vltra progrediatur, sed studio suo seipsum reuocet, & errata corrigat. Innoxius vero, cautior fiat, vt ne capiat, & aliqñ reus fiat. Cæterũ vt per hęc vestræ charitati persuadeamus, quod amore studioq; vestri, is nostri animi fuerit dolor, & quod multũ saluti vestræ timẽtes, ad hæc dicẽda impulsi simus, iterũ vt vos bona spe foueamus, consuetã repetimus doctrinam, declarãtes paternam, quam erga vos gerimus beneuolentiam: sed oro diligenter auscultate dicta vt maiore cum fructu domum redire liceat. Operæpræciũ autem, lecta charitati vestrę dicere. Dixit, inquit, deus. Fiant luminaria in firmamẽto cœli ad illuminationẽ super terrã, vt diuidant inter diem & inter noctem. Et sint in signa & in tẽpora, & in dies, & in annos, & sint ad illuminationẽ in firmamẽto cœli, ita vt luceãt super terrã Et factũ est sic. Postq̃ heri nos docuit beatus Moyses, quomodo informẽ terrã ornauerit vniuersi cõditor herbis, et florum varietate, et seminum germine, hodie ser-

monem ad ornatum cœli vertit. Nam ſicut terra ornatur per ea, quæ ex ipſa proue-
niunt, ſic cœlum viſibile clariús & fulgidíus fecit, aſtrorũ varietate illud interpolans A
præſertím formatione duorum magnorũ luminarium, ſolis inquã & lunæ. Et fecit
deus, ait, duo luminaria magna, luminare magnum ín præfecturas díei, & luminare
minus ín præfecturas noctis, & ſtellas. Vídes ſapientiã opifícis? díxit ſolum, & pro-
ductum eſt hoc admirabile elementum, ſolem díco. Hoc enim vocat luminare ma-
gnum, & dícit ipſum factum eſſe vt præſit díei. Sol enim clariorem díem efficit, ruti
lans aureo ſuo iubare & radijs, & quotídie ſpeciem ſuam vigeſcentem oſtendens, &
ſimul atq; mane exortus fuerit, omne hominũ genus ad ſuorum operum ſtudía exci
tans. Huius formoſitatem declarans beatus Dauíd, inquit. Et ipſe tanquã ſponſus
egrediens de thalamo ſuo, exultabit vt gigas ad currendam víam. A ſummo cœlo
egreſſus eius, & occurſus eius vſq; ad ſummũ cœli. Vídes quomodo eius pulchritu-
dinem, & ín operãdo velocitatẽ declarauit? Quia vt díxit. A ſummo cœlo egreſſus
eius, & occurſus eius vſq; ad ſummũ cœli, ſignificauit nobis, quomodo ín vno tem-
poris momẽto per totum orbẽ díſcurrit, & a fínibus ín fines, ſuos radíos mittit, mul-
tum vtilitatis præſtans. Nam non ſolum calefacit, ſed & arefacit. Et non ſolum are-
facit, ſed & adurit, multoſque alios & varios nobis vſus præbet. Atq; adeo magnũ
eſt miraculum, elementum hoc, neq; eſt qui laudes eius pro dignitate prædícauerit. B
Hæc autem díco, & extollo ſermone elementũ, non vt ín eo ſubſiſtas dílecte, ſed ín
de aſcendas, & ín elementí opifícem miraculũ tranſferas. Nam quanto maius oſten
ditur elementũ, tanto maius monſtratur opifícis miraculũ. Verum gentiles admirã
tes & obſtupeſcentes tantum elementũ, hoc non cognouerũt, neq; eius cõditorem
laudauerunt, ſed ín elemento cõquieſcẽtes, ipſum pro deo habuerunt. Propter ea &
Paulus dícit. Et venerati ſunt, coluerũtq; creaturam magís quam creatorẽ. Et quid
inſipientius illis, qui non potuerunt ex creaturis agnoſcere creatorẽ, ſed ín tantũ per
uenerunt errorem, vt creaturã & facturã ín ordínẽ creatoris referrẽt? Díuina quoq;
ſcríptura præuídens propẽſos ad errorem ignauos, docet nos, poſt tertiũ díem hoc
elementum eſſe conditũ, poſtquã terra omnígena ſemina protulit, & ſuum accepit
ornatum, vt nulli poſt hac dícere líceat, quod ſine ſolis cooperatione nõ matureſcãt
fruges & prouentus terræ. Et idcirco monſtrat tibi, antequam ſol formaretur, omía
fuiſſe impleta, vt ne Soli fructuum prouentus adſcribas, ſed omniũ opifící deo, qui
díxit ab ínitio. Germinet terra herbã fœní. Quod ſi díxerint, quod ſolis vtilitas etiã
aliquid operetur, vt fructus matureſcat, neq; ego cõtra díco. Nam ſicut ſi de agríco C
la dícũt, quod cooperetur vna cum terra, non ideo tríbuo vniuerſum agrícolæ, etiã
ſi ſexcenties ſuum agat officium. Niſi qui ſuo mãdato ab ínitio terram ad faciendos
fructus ídoneam fecit, ad hoc eam quoq; mouere vellet, níhil proficeretur laboríbꝰ.
Símiliter díco, quod & ſi cum labore ruſtící cõſpiret ſolis & lunæ operatio, & cœlí
temperies, neq; ſic vtilitas aliqua erit, niſi ſuperne eos dextra domíni adiuuerit. Vo-
lente igítur manu hac valída, etiam elementa plurímũ conferunt. Hæc bene tenete
memoría, & cõpeſcite eos, qui adhuc errare volũt, & non cõcedite, vt creatoris ho
nor, creaturæ cõcedat. Ea ꝓpter, & diuína ſcríptura non ſolũ pulchritudínẽ eius &
magnitudínẽ, & vtilitatẽ oſtendit, dícendo. Sicut ſponſus. & Exultabit ſicut gigas
ad currendã víam. Sed & ímbecillitatẽ & vanitatẽ. Audí eñ, quid alibi dícat. Quid
ſole lucídius, & hic defícit? Ne te decipiat (inquit) ſpectaculũ. Nam ſi voluerit con
ditor ei ímperare, quaſi nunq̃ fuerit, ita díſparebit. Hæc ſi cognouiſſent gentiles neu
tiquam in tantum incidiſſent errorẽ, ſed vidiſſent bene, quod ex creaturarũ contem
platione conueníat ad creatorem ſe cõferre. Propter hoc & quarto die ſolem fecit,

ne putes illum diei autorem. Nam quod de seminibus a nobis dictum est, hoc & de
D die licet dicere, quod fuerunt tres dies ante solis formationem. Voluit autem domi-
nus & per hoc elementum clariorem diei lucem fieri. Id quod & de minori lumina-
ri, hoc est de luna, dixerimus, factæ enim sunt tres noctes ante eius formationẽ, atta
men & hæc producta suam affert lucem, dissipat enim noctis tenebras, & ferme (vt
ita dicam) eadem quæ sol ipse, facit. Sol enim ordinatus est ad hoc vt præsit diei, lu-
na autẽ vt præsit nocti. Quid est, in præfecturas diei, & in præfecturas noctis? Hoc
est, vt sol diem suis radijs clariorẽ reddat, luna autem vt dispellat tenebras, & homi
num generi lumine suo præbeat cõmoditates vtendi suis studijs. Tunc eñ viator fi
dentius iter facit, & nauta nauim regit, & mare transit, & sua quiq; studia metu posi-
to aggrediuntur. Deinde postq̃ docuit istorum luminarium vtilitatẽ, inquit. Et stel-
las, & posuit deus eas in firmamẽto cœli, ita vt luceant super terram, & præsint diei
ac nocti, & separent inter lucem & tenebras. Animaduerte hic quantum & istarum
vsum nobis declarauit. Posuit eas, inquit, in firmamento cœli. Quid est, posuit? qua
si diceret aliquis, fixit. Nonne? Abiit. Videmus enim ipsas vnico temporis momen
to magnum transire spatium, & nunquã in vno loco stare, sed suum, quem eis domi
nus præcepit, cursum perficere. Quid igitur est, posuit? id est, imperauit vt ipsæ essent
E in cœlo. Eteñ ex processu scripturæ licebit videre, quia alibi dicit. Posuit deus Adã
in paradiso, non quod infixerit eum paradiso, sed quod præcepit vt esset in paradiso
Similiter & de stellis quispiã dixerit, quod imperauit eis vt essent in firmamento cœ
li, & suum lumen super terram emittant. Animaduerte obsecro dilecte, qualibus nõ
pratis & hortis sit iucũdius spectare in media nocte firmamentũ cœli, & stellarũ va
rietate quasi floribus quibusdã varie rigatũ & ornatũ, multũ lucis super terrã effun-
dere. Nam & in hoc ordinatæ sunt. Cæterũ lucere super terrã, & præesse diei & no
cti, generaliter & de magnis luminaribus dictũ est. Nam postq̃ docuit nos, quomo-
do formata fuerint duo lumina magna, & de stellis oñibus in genere dicit. Et vt prę
essent diei ac nocti, & distinguerẽt inter lucem & tenebras. Enimuero sicut interdiu
stellæ in cœlo non videntur discurrere, illarum eñ vsum lumen solis multa claritate
obtegit, ita neq; noctu sol apparet, sufficiente luna suo lumine ad illustrãdas noctis
tenebras. Itaq; elementa quæq; intra suos terminos manent, & nunq̃ suam mensurã
transgrediuntur, sed dispositionem & ordinem domini custodiunt, suum opus facie
F tes. Quid autem, si quis dicat & alia omnia, quæ horum luminariũ & stellarum vsus
humano generi cõferunt? Sint (inquit) in signa & in tempora, & in dies & in annos.
Quid est, in signa & in tempora, & in dies & in annos? Docere nos vult diuina scri-
ptura, quod horũ cursus scientiã nobis concedit temporũ & vicissitudinis, versionũ
numerum dierum, anni curriculũ. Et ex his possumus dignoscere omnia. Eteñ gu-
bernator ad horum cursum spectans, & in cœlum videns, diligẽterq; discens oñia
nauigare incipit, maria trãsit, & in densissima nocte, visa stella nauim dirigere, & sua
arte salutem nauigantibus dare solet. Sic & agricola exillis discit & videt quãdo cõ-
gruit, vt semina terræ cõmittat, quando terram pastinet, ac aret, quando falcẽ acuat
vt fœnum desecet. Et in summa, non paucas vitæ huius cõmoditates, temporũ scien
tia, dierum numerus, & anni circulus, adferunt, neq; est, qui recensere singulas possit
ex paucis tamen, quantus eorum sit vsus, coniectandum est. Iam cum admirati fue-
rimus creaturas, earum opifex adorãdus est, & obstupescenda & celebranda ineffa-
bilis eius misericordia, quam humano generi contulit. Quippe propter nihil aliud
hæc omnia produxit, quam propter hominem, quem non multo post, quasi regem
& principem omnibus a se conditis, præfecturus erat. Et vidit (ait) deus, quod esset

bonum. Vides quod ſingulis diebus oſtendit diuina ſcriptura, deo placere creaturas vt omnem amputet occaſionem eorum, qui accuſare audent, quę ab eo ſunt facta, quia huius gratia vnoquoq; die, quod ſcriptura diuina aſſignat, certũ eſſe debet. Suf A
ficiebat alioquí de omnibus creaturis ſemel dícere, quod omnía quęcunq; fecit, ſunt bona valde, ſed ſciens quãta ſit mentiũ noſtrarũ ínfirmitas, particulatím hoc facit, vt díſcas quod ſapientía quadã omnípotentí, & mĩa ínenarrabilí producta ſínt omnía. Et factũ eſt veſperũ, & factum eſt mane díes quartus. Poſtquam abſoluit ornatum cœli, & ſtellis decorũ fecit, & duo luminaría magna produxit, fínẽ díeí ípoſuit, Et factũ eſt veſperũ, & factum eſt mane díes quartus. Vídes quod & hoc per ſingulos díes cõmemorat, diuínas doctrínas frequentí admonítione nos cõmemorare, volens. Hæc omnía bene cõmendemus memoriæ, ſcríbentes ea ín latitudíne cordís, quo omnem negligentíam excutíamus. Et nos ſana teneamus dogmata, & gen Excreaturis creatorẽ agnoſcamus
tílí errore pręoccupatos, omní manſuetudíne doceamus, ne ordínem confundant, neq; relícto creatore creaturas adorẽt, quæ ob noſtrã ſalutẽ & vtílitatem factæ ſunt Et ſí íd quod doces peíus habeat gentíles, tu tamẽ clara voce clama, quod ꝓpter humanũ genus omnia hæc facta ſunt. Sufficientíſſimus eñ opífex nullo íſtorũ opus habet, ſed vt círca nos ſuã mĩam oſtendat, hæc omnía produxít, monſtrans quanto B
honere proſequatur humanũ genus, & vt his manuducti ad conuenientẽ eí adoratíonẽ aſcendamus. Magnę eñ ſtultítię eſt, pro cídere ante pulchras creaturas, & eís aſſídere, & non ſuſtollere oculũ ad illũ, quí eas produxít, nec credere Paulo dícenti Inuíſibília íllíus ex creatíone mundí per opera íntellecta peruídẽtur. Quíd dícís homo? Quũ víderís cœlum, admírarís eíus formoſitatem, aſtrorũ varíetatẽ, clarítatís eminentiã, ne íbí ſubſíſtas, ſed ad opíficẽ ípſum extende mentẽ. Obſtupeſcere te facít ſolís lux, & admírarís eíus multíplícẽ vſum, & quía vídes radíos íllúſtrantes tuos oculos, admírarís elementí pulchrítudínẽ, ſed neq; hic ſubſíſtas. Quía ſí factura tam admirabílis eſt, & ſupra omníũ opínionẽ & ĩtellectũ, quantus eſt quí ípſum ſolo verbo & pręcepto produxít? Idípſum & de terra tecũ conſydera, qñ vídes eam floríbꝰ ornarí, & ſícut veſtímentum, varía herbarum ſegete vndíq; tegí, ne aſſcríbas potentíæ terrę, quę ex ípſo naſcuntur, neq; ſolís cooperatíoní, vel lunę, ſed cordate cogíta, quod ante íllorum creatíonem díxerít ſolũ, Producat terra herbã fœní, & mox omnis terrę facies claruít. Sí hęc ſíngulís díebus nobíſcũ verſaremus, ípſí grati eſſemus, & dominum, vt deceret, ímo vt noſtræ vires paterentur, gloriã daremus. Glo C
rífícabímus autẽ eum non per hoc ſolum ſed & per optímam vítã, ſí non in eadem peccata recídamus, ſed longum valere dícamus díabolícís íllúſionibus, ſí dílígentí deí verborum attentíone, multo q; ſtudío, & contínua confeſſíone ſupernam curam nobís cõcílíemus. Suffícít eñ eí ob magnã ſuã míſerícordíã, vt deſíſtamus a peccatís. Sí eñ hoc voluerímus, facile & ad bonorũ operũ actionem ípellemur. Nequís, obſecro, poſtea ín equeſtrí ludo appareat, ne quis ín conventículis íllícítís díeí partẽ dílapídet, ne quís ſe talorũ ludo & clamorí, quí índe oritur, poſthac ſe admíſceat. Vbimanent ergo ſatisfactiões et idulgentię,

Quę eñ vtílitas ieiunij, díc obſecro, ſí toto die níhíl comedís, ludís autẽ & nugarís, ſępe etíam peíeras, & blaſphemas, & íta totum perdís díẽ? Ne ita negligentes ſímus obſecro, ín noſtra ípſorum ſalute, quín potíus ſermo noſter ſit de ſpíritualíbus. Et líbrũ díuínum accípíat alíquís ín manus, cõuocatíſq; proxímís, per díuína eloquía ríget, & ſuam & conuenientium mentem, vt ſic díabolícas ínſídías effugere valeamus & multos percípere ieiunij fructus, & frui míſerícordía dei. Quod nobís præſtetur oremus, gratia & míſeratíonibus vnígenítí fílíj eíus, cum quo patrí & ſpírituíſancto ſit gloría, impęrium, honor nunc & ſemper, & ín ſecula ſeculorum, Amen.

HOMILIA SEXTA.

D



ERI eos, qui ad equestris ludi spectaculum abierunt, satis perstrinximus, demonstrata eis iacturę, quam fecerunt, magnitudine, nempe quod spiritualem thesaurum ex ieiunio collectū, simul effuderunt & ex magna abundantia in extremam inopiam subito seipsos cōiecere. Age, leniore hodie vtamur remedio, & illorum spiritualia vulnera, quasi mēbra nostra essent, obligemus, quia & heri asperiora medicamina imposuimus, non vt quem contristare & affligere velimus, sed vt vehemētia vulnus ipsum attingamus. Etenim & medici, & patres sic facere consueuerunt. Medici enim primū apponunt cataplasmata magis efficacia: & dein, rupto vulnere, ea quę leniunt. Patres quoq; cū viderint filios suos incompositis moribus, prius grauiter verberibus corripiunt, & dein, admonent & solātur, hoc modo & nos, quā uis heri vehementiori sermone vsi fuerimus, hodie tamē blandius vobis loquemur, & sicut nostra ipsorum membra curabimus. Nam vt profectus vester maiorem loquendi fiduciam nobis conciliat, & spiritualis noster thesaurus est, videre vos spiritualibus esse deditos, & virtutibus spectabiles, & ab his quę nocere valent, cauentes sic quando videmus vos supplantari, & diabolicis illusionibus seduci & subijci, mœ

E stitia implemur, & confusio quędā, vt sic dicam, animam nostram deijcit, iuxta beatū enim Paulum, Tunc viuimus, si vos statis in domino. Igitur vt perfecti, & repleti intellectu, sic eorum quę retro sunt, obliuiscamini, vt ad ea quę ante vos sunt enitamini. Et fœdera q̄ cū CHRISTO inijstis, renouata, stabilia, & inuiolata posthoc custodite, & prudēter excluso diabolicis machinationibus aditu, subsequente studio, inscriptam vobis desidiæ maculam abstergite. Vincite, oro, prauam & pernicioſam consuetudinem, & cogitate, quod non hoc solum graue est, quod qui illo confluunt, sibi damnum asscisscunt, sed & quod multis alijs scandalo sunt. Quippe gentiles & Iudęi videntes eos, qui quotidie in templo versantur, & doctrinas audiūt simul ibi cōparere, & sibi cōmisceri, quomodo res nostras pro deceptionibus non habebunt, & non idē de omnibus nobis suspicabuntur? An non audis beatū Paulū admonentem & consulentem clara voce, Absq; offendiculo estote? Deinde ne putes de nostris tantum admonere, subdidit, Et Iudęis, & gentibus. Et tandem adijcit, Et ecclesię dei. Nihil eñ ita offendit & nocet religioni nostrę, vt scandali ansam prębere infidelibus. Nā quando vident aliquos e nostris, virtute conspicuos, huius vitę negotia & curas e sublimi contēnere, multos ex eis male habet, plerique admirantur, & obstupescunt, quod quū eiusdem naturę nobiscum sint, non concedantur eis eadem. Deniq; quando vident paruum aliquod delictum nostrorum, sta

F tim linguam exacuunt simul contra nos omnes, & ex vnius delicto totam Christianorum gentem iudicant. Neq; hoc contenti sunt, sed statim aduersus caput suum loquentes, ob seruorum delicta, etiam cōmunem dominum blasphemare audent, & putant velamēta errorum suorum esse aliorum desidiam. Quod autem hoc maxime periculosum sit his qui blasphemię occasionem prębent, audiamus prophetam clamantē, & expersona dei dicētem, Vę vobis, quia propter vos nomē meum blasphematur in gentibus. Terribile hoc verbum est, & horrore plenum. Vę eñ hoc est quasi lamentantis supplicium illud non euasuros. Porro sicut hos qui per suam negligentiam causam illis prębent blasphemię, tanta pœna manet, ita ediuerso virtutū studiosis multarum coronarum materia sunt, quod docens CHRISTVS dicebat, Luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificēt patrem vestrum qui in cœlis est. Nam quemadmodum illi delictis aliquorum offen

ſi,línguam acuunt contra dominum noſtrum,ſic,inquit,ſi virtutē exercueritis: vi-
dentes vos homines,non vos tantum laudabunt,ſed quū viderint opera veſtra lu- A
centia & facies veſtras illuſtrantia,ad glorificandum patrē veſtrum in cœlis prorū-
pent,cumq; hoc ab illis fit,rurſum noſtræ retributiones augebuntur,& multa no-
bis bona concedet deus,eo quod ab illis laudatur. Eos eñ qui me glorificant (ait)
glorificabo. Omnia igitur faciamus,dilecti,vt glorificetur dominus noſter,& nul-
li ſimus offendiculi occaſio. Id quod ꝑpetuo nos docet magiſter orbis beatus Pau
lus,interim ſic dicens,Si cibus offendit fratrem meum,nunquam in ęternum car-
nē comedā. Et iterū in alio loco inquit,Sic autē peccantes in fratres,& ꝑcutientes
infirmā eorū conſcientiā,in Chriſtū peccatis. Minæ illę auſteræ ſunt,& magnā ſe
cū condēnationē afferunt. Dicere eñ vult,Ne opineris,qđ dānum hoc ad illū qui
offenditur ſolū pertineat,tranſit etiā ad Chriſtū ipſum,qui propter illū crucifixus ē
eſt. Igitur ſi dñs tuus propter illū crucifigi non detrectauit,nō tu oīa feres,ne quam
ſcādali occaſionē ei ꝓbeas? Hoc vbiq; iuenies eū diſcipulis conſiliū dare. Hoc ei
eſt quod vitam noſtram conſeruat. Propterea & alibi ſcribens,dicebat, Ne quę ſua
ſunt,ſpectent ſinguli,ſed quę aliorum. Et iterum alio loco. Omnia mihi licent,ſed
non omnia ędificant. Vides apoſtolicam ſapientiam? Etiam ſi liceat,inquit,mihi B
aliquid facere,nihilq; hinc mihi damni accedat,ſed quia hoc non facit ad proximi
ædificationem,nequaquam hoc fieri ſinam. Vides animam ſuauiter nos amantem
quomodo nuſquam,quod ſuum eſt,quęrit,ſed omnibus modis oſtendit,virtutum
longe maximam eſſe,magnam curā gerere,quomodo proximus ędificetur? Hęc
obſecro omnia ſcientes,obſeruemus,caueamuſq; ab his,quę ſpiritualem virtutum
theſaurum offendere poſſunt,& nihil vnquam faciamus,quo incōmodetur proxi-
mus. Hoc enim & peccatum auget,& grauius nobis adducit ſupplicium. Neq; vt
rem paruam contēnamus,frigida hęc verba dicentes, Quid mea refert,ſi offendat
ꝓximus? Dic obſecro,qđ dicis? quid tua refert? Sic tuā fulgere vitā præcepit Chri
ſtus,vt non ſolum videntibus te ſis admirationi,ſed vt & dominus tuus glorificetur,
tu vero omnino contrarium agis,& pro gloria dei,blaſphemias introduci facis,&
hoc contemnis? Hoccine fuerit animæ pię? leges que diuinas ſcientis? Cęterum q
prius hęc per malam conſuetudinem dicere ſolitus fuit,ſuſcepta nunc admonitione
hac,deſiſtat,oro,ab illicitis huiuſcemodi ſermonibus,& ſic omnia facere ſtudeat,
vt neq; ab oculo,qui nunquam ſopitur vel cęcutit,neq; a conſcientia ſua condemne
tur,neq; eos qui ſe vident,in blaſphemias aduerſus dominum inducat. Quod ſi hac C
obſeruatione diſpenſabimus ea quę noſtra ſunt,multa fruemur & apud dominum
miſericordia,& diaboli inſidias effugiemus. Videns enim nos ita ſobrios & vigiles
& cogitans ſe operam perdere,abſcedet & occultabitur. Sed ſat fuerit pręmiorum.
Age charitati veſtrę propoſitis his quę lecta ſunt,ſpirituale conuiuium apparemus
vt & hodie aliquid diſcamus,quod beatus Moyſes,imo ſpiritus ſanctus per eius lin-
guam docere nos vult. Itaq; quid dicit? Et dixit deus,Educant aquę reptilia anima-
rum viuentium,& volatilia volantia ſuper terram ſecundum firmamentum cœli. Et
factum eſt ſic. Vide miſericordiam domini,quomodo ordine quodam & conſequē
tia,omne opificium ſuum nos docet. Prius docuit nos,quomodo ad fructuum pro-
uentus ſuo mandato terram idoneam fecerit,poſtea,vbi docuit duorum luminariū
formationem,appoſuit & ſtellarum varietatem,per quas cœli pulchritudo facta eſt
clarior,hodie cōſequenter ad aquas tranſit,& oſtendit nobis,ſermone & prępcepto
ſuo ex aquis ipſis animata animalia prodijſſe. Educant enim,ait,aquę reptilia ani-
marum viuentiū,& volatilia volantia ſuper terrā ſecundū firmamentum cœli. Ob-

ſecro, quis ſermo, miraculi dignitatem poteſt aſſequi? Quę lingua ad opificis pręconia ſufficiet? Dixit tantũ, Germinet terra, & ſtatim eã parturire fecit. Nunc dicit,
D Educãt aquę. Vide quã conſonant eius pręcepta? Illic, germinẽt, hic, educãt aquę inquit, reptilia animarũ viuentium. Nam ſicut ſuper terrã dixit ſolum, Germinet, & varia mox ac multiplex florũ, herbarum, & ſeminum apparuit copia, vnoq; ſermone producta ſunt omnia, ſic & hic dixit, Educant aquę reptilia animarum viuentiũ, & volatilia volãtia ſuper terrã ſecundum firmamentum cœli, & cõtinuo tot reptiliũ volatiliũq; genera condita ſunt, quot neq; ſermone recenſeri poſſunt. Et verbum quidẽ breue eſt, & verbum vnũ, genera autẽ animalium diuerſa & varia. Sed nulla te admiratio teneat dilecte. Verbũ eñ erat dei, & ſermo eius his quę fiebant, ſubſiſtẽtiam largitus eſt. Vides, quomodo oĩa ex nihilo, vt eſſent, producta ſunt? Vides quã diligenter docet? Vides quãta ſe attẽperatione ad noſtram vſq; humilitatẽ dominus ſe demittit? Vnde eñ nos hęc tã accurate diſcere potuiſſemus, niſi ipſe magna & ineffabili mia ſua humanũ genus per prophetę linguã docere dignatus eſſet, vt ſcire poſſimus & factorum ordinẽ, & factoris potentiã, & quomodo ſermo ſuus effecerit opus, & verbũ ſuum ſubſiſtentiã, & eſſentiæ ingreſſum prębuerit. Verum
E ſunt inſenſati nonnulli, qui & poſt tantã doctrinam diſcredere non formidant, fateriq; nolunt eſſe aliquẽ iſtorum viſibilium opificẽ, ſed fabulantur, fortuito eas & per ſe eſſe & ferri. Alij vero ex pręiacente materia eſſe facta, cõtendunt. Cõſydera quãta diaboli illuſio, quomodo abuſus eſt facili erroribus ſeruientiũ credulitate. Eapropter beatus Moyſes, ſpiritu diuino afflatus, tanta diligẽtia nos docet, & hęc auribus inculcat, neidẽ & nobis eueniat, ſed ſciamus manifeſte & creaturarũ ordinem, & quomodo creatę ſint. Niſi eñ noſtrę ſalutis curam habuiſſet deus, & ita direxiſſet prophetę linguã, ſatis erat dixiſſe, Fecit deus cœlũ, & terrã, & mare, & animantia, neq; poſuiſſet ordinẽ dierum, & quid primo, & quid ſecundo factũ fuerit, ſed vt ingratis & male ſentientibus nulla relinqueretur excuſatio, ita diſtinguit manifeſte & factorũ ordinẽ, & dierum numerum, & omnia nos docet tãta manſuetudine, vt cognita omni veritate, non vltra erroribus iplicemur, loquẽtes quę ipſi excogitamus, ſed ſciamus cõditoris noſtri inenarrabilẽ potentiã. Et factũ eſt (inquit) ſic. Dixit, Educãt aquę reptilia animarũ viuentium, & volatilia volantia ſuper terrã ſecundum firmamentũ cœli. Et obtẽperauit elementũ, & impleuit pręceptum. Et factum eſt, inquit,
F ſic vt iperauit dominus. Et fecit deus cete magna, & omnẽ animam animaliũ reptilium, quę produxerunt aquę iuxta genera ſua, & omne volatile pennatum ſecundũ genus. Et vidit deus, quod bona. Benedixitq; ea deus, dicens, Creſcite & multiplicamini, & iplete aquas quę in pelagis, & volatilia multiplicentur ſuper terrã. Iterum vide hic obſecro, quanta ſapientia ſpiritus, quia vt dixit beatus Moyſes, quod factũ eſt ſic, docet nos particulati, addens & dicens, Et fecit deus cete magna, & omnem animã animaliũ reptilium, quę produxerũt aquę, ſecundum genera ſua, & omne volatile pennatũ iuxta genus. Et vidit deus, quod bona. Hic denuo temeritatẽ, omnia abſq; ratione blatterãtium, comprimit. Nã vt nullus dicere poſſit, cuius gratia cete facta ſunt? quã nobis vtilitatem conferunt? quid cõmodi ex earum creatione? idcirco poſtquã dixit, Fecit deus cete magna, & omnẽ animam animalium reptiliũ, & volatilia, ſtatim addidit, Et vidit deus quod bona. Quaſi diceret, Non eñ quia tu rationẽ ignoras factorũ, accuſat creaturas, Audiſti dñm laudantem ſententia ſua, & dicentem quod bona ſint, & quomodo tu inſanis, & dicere audes, quare facta ſunt? quaſi deũ ob ſuum opificiũ accuſans. Nã ſi recordatus eſſes poſſes etiã ex horũ creatione, & potentiam dñi, & ineffabilem miſericordiã addiſcere, & potentiam quidẽ,

quia ſermone & pręcepto ex aquis talia animantia ꝓducí fecit, míſericordíam autē quia vt ea produxit, propríam eis regionē attríbuit, innauigabílē maris partem íllis decernēs, ita vt nemíni poſſint nocere, ſed verſentur ín mari, & ſui ſpectaculo ſepe reminentē opificis potentiā doceant, nullumq; humano generi damnum inferant. An paruā putas míſericordíæ partē, geminam tibí vtílitatē hinc exoríri? Etenim ſapere volētes ad dei notíciā introducunt, & admirarí faciunt míſericordię eius magnitudínē, quod ab eorum nocumētis humanum genus líberauít. Neq; ob noſtrā dūtaxat vtílitatē ea omnía facta ſunt, ſed & ob immēſam ſuam magnificentiā. Alía eñ propter noſtram vtílitatē fecit, alía propter ſuam magnificentiā, vt magís factoris prædicetur potētía. Audiens ítaq;, quod deus vídit, quía bona, ne auſis vltra díuíne ſcripturę obmurmurare, & curioſius ínquírere, & dícere, Quare deus hoc vel íllud fecit? Et benedíxit ea deus (ínquit) & díxit, Creſcite & multiplícamíní, & īplete aquas, quę ī pelagis, & volatília multíplicentur ſuper terrā. Ipſa benedíctío eſt, ín magno numero & multitudíne ea augerí & multiplícarí. Nā quía animatę creaturę erāt animalía, volebatq; ea perpetuo eſſe, ídeo ſubdídít, Et benedíxit ea deus, Creſcite & multíplícamíní. Verbū enim íllud, vſq; ín præſentem díem ea conſeruat, & tantū præteríjt tempus, neq; vnum horum genus īminutum eſt. Nā benedíctío dei & verbū quod dícebat, Creſcite, & multíplícamíní, vt ſubſíſterent & durarent, eis cōtulít. Et factum eſt (ínquit) veſperū & factum eſt mane, díes quíntus. Vídes quomodo díuína ſcríptura docuit nos, quæ díe quínto facta ſunt animātia? parūper expecta, & iterū vídebís domíní tuí míſericordíā. Neq; eñ aquas ſolum animalium ꝓductíone fœcundas fecít, ſed ex terra denuo præcípít, vt terreſtría producantur animalía. Neq; eñ abſurſum hodíe attíngere ea, quæ díe ſexto ſunt facta, Et díxít (ínquit) deus, Producat terra animam viuētem ſecundum genus, quadrupedes, & reptília, & beſtías ſuꝑ terram, & pecora ſecundū genus, & omnía reptília terræ ſecundū genus. Et factū eſt ſíc. Víde quomodo & terra iterū duplícem nobís affert fructum & mādato domínico míníſtrat. Tunc quidē ſeminū ędebat germína, nunc autē animata animalía, quadrupedía & reptília, pecora & feras. Ecce verū eſt quod díxí, qđ nō omnía propter noſtrā vtílitatem ꝓduxerít, ſed & propter ſuā magnificētíam vt vidētes copíam & multitudínem creaturarū, opificis virtutē obſtupeſcamus, & ſcíamus ſapientia quadā, & míſericordía ınenarrabílí, propter futurū hominē omnía eſſe producta. Et fecit (ínquit) deus beſtías terræ ſecundum genus ſuum, & pecora ſecundū genus ſuum, & omnía reptília terrę ſecundū genus ſuum. Et vídit deus, quod bona. Vbí nunc ſunt qui dícere audent, Quare ferę, quare reptília creata ſunt? Audíant díuínā ſcríptūrā dícentem, Et vídit deus, quod bona. Díc obſecro, ipſe q creauit, laudat facta, & tu audes reprehendere? Quantę hoc fuerít inſaníę? Quía & ín ſemínibus, & ín plantís nō ſolum fructuoſas arbores, ſed & ſylueſtres, & ſteríles, & nō ſolum ínutíles herbas, ſed & íncognítas nobís profert, ſępe etíam nocuas. Sed propterea nō ſunt arguendę creaturę. Neq; eñ temere neque ín vanum formatæ ſunt. Sane neq; laudē apud conditorem ínueníſſent, níſí ad vtílitatē alíquā conditę eſſent Itaq; ſícut ín arboríbus non omnes fructuoſę, ſed & ínfructuoſę multę, attamen íllę ípſæ nō mínorē nobís, quā fructuoſę vtílitatē, eamq; admírabílē, & quíetí noſtrę ſeruíentē conferunt. Etenim ex ípſís ędifícía, & multa alía ad quietem noſtrā pertínentia fabrícamus. Et omníno níhíl quod non ratione alíqua fōrmatū eſt, etíam ſí humanę nature omnía íllа exacte ſcíre poſſíbile non ſít. Proínde ſícut ín arboríbus, íta etín animalíbus. Alía quidē ad cíbum noſtrum pertínēt, alía ad míníſterium. Ferarum ítem et reptíliū genera non mínorem nobís præſtant vtílitatem. Et ſí quis vel

A

B

C

let sapiẽter cognoscere, inueniet etiam nunc, quũ a principatu eorum ob primi pa
D rẽtis inobedientiam destituti sumus, magnã ex eis nobis vtilitatẽ prouenire. Multa
em̃ inde colligunt medici, quę ad nostrorũ corporum medicinã & sanitatem condu
cunt, Alioquin etiã quid nocumenti ex ferarum ꝓductione, quando sicut domesti
ca animalia, sub potestate futura erant hominis, non multo post formandi? Hoc ei
nunc dico, vt discas omniũ domini supereminentem misericordiã, quam erga no
strum genus declarat. Postquã expandit cœlum, extẽdit terram, cõdidit firmamen
tum, vt quasi iterstitium aliquod diuisionẽ inter aquas & aquas faceret, deinde vt ius
sit aquarum fieri cõgregationes, eas mare appellauit, aridam autẽ, terram, quam se
minũ herbarumq; prouentu ornauit. Indeq; trãsijt ad duorum magnorum lumina
riũ formationẽ, & stellarum varietatem, quibus pulchritudinẽ cœli decentiorẽ red
didit Postea ꝓductis aquatilibus animantibus, & volatilibus, quę volarent super ter
ram secundum firmamẽtum cœli, & impleto quinq; dierũ numero, quoniam opor
tebat & terrestria animalia formari, iperauit vt & ipsa ederentur, & quę ad cibum, &
quę ad ministerium cõducibilia, & ferę, & reptilia. Postea vbi oia suo ornatu exco
luit, & cõuenienti ordine visibilia dispossuit, & mẽsam largam istruxit, varijs & om
nigenis refertam edulijs, copiamq; & opes regias habentẽ, & quasi quis dicat, vnde
E quaq; supra & infra varijs modis splẽdidam. Tunc tandẽ fruiturum his omnibus for
mat, cui visibilium omniũ potestatẽ traderet, & ostendit quãto dignius cæteris om
nibus animal formaturus esset, siquidẽ pręcipit, oia quę fiebant, sub illius esse impe
rio & potestate. Verũ, ne prolixior fiat sermo, his contẽti dictis, in sequentẽ diem re
ponamus ea, quę pertinẽt ad formationẽ admirabilis huius animalis, rationalis &
animati, hominem dico, nunc cõsuetam admonitionẽ adhibentes, ita vt ne dictoꝝ
memoria elabatur, sed ex oibus visibilibus ad glorificãdum dominum nosipsos erigamus. Quod autẽ ad eum ꝑtingere, & creaturarum omniũ rationẽ, comprehen
dere nõ possumus, ne sit nobis incredulitatis occasio, sed potius glorificationis inci
tabulũ. Quãdo em̃ deficit ratio, & mẽs nõ est capax, cogita quã magnus est domi
nus tuus, & quãta eius virtus, cum neq; rationem eorum quę ab illo facta sunt, scire
queamus. Hoc fuerit grati animi, & sobrię mentis. Qm̃ & Gentiles sic errauerunt
suis em̃ cogitationibus omnia permittẽtes, & ad ibecillitatem naturę suæ nõ respi
ciẽtes, sed quę vltra captum suum imaginãtes, & limitum suorum fines egredientes
F etiam a sua dignitate exciderũt. Nã qui ratione insigniti, primatum acceperant prę
facturis creaturisq; omnibus, vtpote omnibus visibilibus digniores, hi in tantã ab
surditatẽ deducti sunt, vt canes, & simias, & crocodilos, & fœdiora adorarint. Et
quid dico bruta animalia? Multi eorum in tantũ stuporem & amẽtiam inciderunt,
vt et cepe, et allia, et his viliora colant. Propterea ꝓpheta illos designans, inquit, Cõ
paratus est iumẽtis insipientibus, et similis factus est illis. Qui ratione, inquit, insigni
tus, et tanta sapiẽtia prędituꝰ, is brutis factus est similis, forte et deterior. Illa em̃, vt
pote irrationabilia, nullis pœnis obnoxia sunt. Qui autẽ ratione pollet, et in eorum
inciderit absurditatem, merito pœnas luit, ingratus existens post tot beneficia. Hic
deniq; et lapides, et ligna deos appellarunt, et hęc visibilia elemẽta deos dixerunt,
quia mox vt semel a recta via aberrarunt, in præceps iuerunt, et malitiæ profundum
inciderunt. Verũtamen nos neq; sic de salute eorum desperemus, sed afferentes do
ctrinas nostras, cũ omni longanimitate & alacritate eis loquamur, monstrantes tũ
rei absurditatem, tum dãni grauitatem, et nunq̃ salutẽ eos assequi posse negemus.
Probabile enim, quod processu tẽporis Christo auscultent, et maxime si nos ita vi
uamus, ne a nobis incõmodentur. Multi em̃ eorum, quum viderint nostrorum ali-

quos, verbo quidē & vocabulo Christianos appellari, cęterū sicut illos rapere, pecunię cupido esse, inuidere, insidiari, dolos plectere, aliaq; omnia facere, crapulę voluptatiq; vacare, non iā nos audiunt, neq; si rationabiles sint admonitiones nostrę sed existimant omnia nostra deceptiones, & ijsdē criminibus omnes obnoxios. Cogita obsecro, quantis illi digni sint supplicijs, quando quidē nō solum sibijpsis inextinguibilē ignem coaceruant, sed & alijs authores sunt, vti errore p seuerēt, & ne virtutē addiscant, obturent aures, Et ad hęc in causa sunt, vt etiā virtutum studiosi accusentur, & reprehēdantur, & quod omnibus grauius, per ipsos dominus blasphematur. Vides quanta malitię p nicies? Vide quomodo non vulgari pœnę reos se faciūt qui malū sectantur, sed & multo grauissima supplicia p omnibus luituri sunt, nō solum pro sua p ditione, sed & pro errantium scādalo, & pro sugillatione iustorum, & pro blasphemia ī deum. Hęc omnia cogitemus, ne simus nostrę salutis negligentes sed magna nobis sit cura, vt iuxta deū viuamus, scientes nos inde vel cōdemnandos vel eius mia beandos. Sic omnia faciamus, vt & nos ī pura conscientia versemur, & eos qui adhuc errāt, nostra ad deum cōuersatione ad veritatem manuducamus, & vt nos & alij omnes, qui nobis cōnumerantur, bona fama fruamur, & ante omnia glorificetur dns noster, maioremq; nostri curā agat. Nam qn in nos respiciunt homines, & laudē in deum referunt, inde & nos plus diuinæ gratię assequemur. Quid em̄ beatius homine, qui sic viuit, vt & homines obstupescant, & dicant, Gloria tibi deus? Quā multi sunt Christiani quantā prę se ferunt philosophiam, quomodo despiciūt prę sentia, quomodo omnia ipsis vmbra & somniū reputētur, & nulli visibiliū sunt affixi, sed oīa, sicut hi qui ī terra aliena agunt, peragunt, & quotidie migrare ex hac vita cupiunt & anhelant? Quātam putas verba hęc his, qui sic viuunt, etiam hic a deo retributionē afferre? Et quod valde admirabile & rarū, etiam eos, qui talia de nobis iudicant, breui ab errore desistere, & ad veritatem redire. Hoc quantam illic fiduciā afferet, nulli non manifestum est. Proinde scientes, quod & de dāno & de lucro proximorū iudicabimur, sic vitā nostram instituamus, vt non solum nobis sufficiat, sed & alij inde erudiantur, vt & hic magnā dei gratiam nobis concilie mus, & in futuro gloria per dei misericordiam fruamur. Oremus, vt hęc nobis concedātur gloria & miserationibus vnigeniti eius filij, cum quo patri simul, sancto q; spiritui sit gloria, imperium, honor nunc & semper, & in secula seculorum. Amen.

HOMILIA SEPTIMA.

QVONIAM alacres heri quæ diximus audijstis, age & hodie, quę recēs lecta sunt, charitati vestrę p ponemus. Prius tamē vos obsecra uerimus, vt diligēter auscultetis ea quę dicuntur, & quę prius dicta, bene in mēte vestra reponatis, vt ne frustra & incassum, laborē hunc feramus. Hoc em̄ studium nostrum est, vt vim ac sensum eorum quę scripta sunt, accurate sciatis, atq; ita vt nō solum teneatis, sed & aliorū magistri, possitis, iuxta beatū Paulū, vnus alterum ędificare. Nam si vos profecerit is in domino, & in spiritualiū doctrina mactos, & prę stātes ostenderitis, etiā nos ingenti afficietis lætitia. Hęc em̄ nostra fuerit tota p sperita s, & summa festiuitas. Quæ nostra spes, vel gaudiū vel corona, inquit, gloriationis? an nō & vos, & vestrū in diuinis studijs incremētum? Omnes em̄ doctores, qui vidēt discipulos priorum lectionū memoriā animo bene tenere, operibusq; ipsis fructum aliquem afferre, maiore alacritate & sequētium scientiam cō credunt. Et nos quoq; quanto magis mentē vestram erigi, & desyderium crescere, rationemq; alas assumere videmus, tanto alacriores reddimur, vt vberiorem doctrinā proponamus. Porro quāto plus pro-

fundímus fluẽtorũ horum ſpiritualiũ, tanto nobís & fluenta ſunt auctíora, nímirũ
D propter ædificationem veſtrã, & propter veſtrarum animarũ vtilitatem. Non eñ
in hac cauſa cõtingit, ſicut in pecunijs. Illíc eñ qui dinumerauit vicíno, imminuit
ſuã ſubſtantiã, & quanto plus expendit, tanto minus poſſidet pecunię. Hic autem
plane ſecus ſ igítur. Tunc enim facultatibus noſtris plus accreſcit, tũc ſpirituales hę
opes magís augẽtur, quando audíre volentíbus, do ctrinam liberaliter ꝓfundímus.
Igítur quía nobís abundantíus & opes, & ſubſtantię affluunt, & vos ſpiritualíbus alí
mẽtis ſatiarí nõ poteſtis, age, vídeamus quíd & hodíe beatus Moyſes ín his quę le-
cta ſunt, nos doceat, ímo quíd gratia ſpíritus per eíus línguam nobís dícat. Et díxit
(ínquit) deus, Faciamus hominẽ ſecundum ímaginẽ, & ſecundum ſimílitudínem
noſtrã. Ne ſimpliciter prętereamus chariſſimí, dicta hęc, ſed díſquiramus verba ſín
gula, & ad ínfima deſcẽdentes, vim ín breuí culís hiſce verbís latentẽ ínueſtigemus.
Nã lícet pauca ſint verba, magnus tamẽ theſaurus eſt ín eís recõdítus, atq; decet, vt
non tantum coram aſtemus, ſed & ſobrij & vígiles adſímus. Quoniã & hi quí ſenſí-
bíles theſauros effodere conãtur, non ín ſuperfície ſolum fodíunt, ſed ĩ profundum
deſcẽdunt, & penitíores terrę ſínus ſcrutantur, íta arte ſua aurũ a terra ſegregantes,
tametſi ſępe poſt labores ſudoreſq; multos, víx paucas quaſdã portíunculas afferunt
E Hic autẽ níl tale eſt, ſed labor mínor, & ineffabilís vbertas. Nã ſpíritualía omnía ín
hũc modum ſe habent. Ne ígitur ſímus ínfelicíores hís qui ſenſíbilia reſpíciunt, ſed
ínquíramus & nos dílígẽter theſaurum hunc ſpíritualẽ ín verbís íſtis recondítũ. Et
prímum vídeamus quíd nouũ & admírandum dícat, deín, quare tãta verborum va-
ríatione vtatur beatus hic ꝓpheta, ímo míſerícors deus ꝓ prophetam loquens. Et
díxit, Faciamus hominẽ ſecundum ímagínem & ſecundũ ſímílitudínem noſtram.
Príus quidẽ, quũ cœlum terramq; formaſſet, audíuímus eum dícentem, Fíat lux, &
fíat firmamẽtum ín medio aquę. Et íterũ, Cogantur aquę ín congregationem vnã,
& appareat arída. &, Fíant luminaría. &, Educant aquę reptília animarum víuentíũ
Vídiſtí ſermone ſolo & prącepto omnẽ creaturam quínq; díebus formarí? Vide ho
díe, quanta verborũ díuerſitas. Non eñ íam dícit, Fíat homo, ſed quíd? Faciamus
hominẽ ſecundũ ímaginem ſímílitudínẽq; noſtrã. Quid hoc nouí? quíd rarí? Quíſ-
nam ílle quí formãdus, quod ad faciendum eum opífící, tanto cõſílio & circunſpe-
ctione opus? Ne mireris dilecte. Homo enim ínter víſíbília omnía dignítate præ-
F cellít, propter quem cõdíta ſunt hæc omnía, cœlũ, terra, mare, ſol, luna, ſtellę, repti
lía, íumẽta, brutaq; animalía omnía. Et quare, ínquís, tardíus creatus eſt homo, ſi cæ
tera dignítate præſtat? Merito. Nam vt íngreſſuro ín cíuítatem alíquã rege, operæ
precíũ eſt præmíttere ſatellítes, alíoſq; omnes, vt bene adornatís palatíjs, rex hone-
ſtíus ibí agat, Ita ſímílí modo, quaſí regẽ & príncípem alíquem rebus terrenís prę fe
cturus, príus omnẽ hunc ornatum fabrícauit, & tandẽ prę fícíendum hominem for
mauít, declarans factís íſtis, quanto honore animal hoc proſequatur. Cæterũ roge
mus hoc loco Iudęum, & vídeamus quíd reſpõdeat, ad quẽ díxerít deus. Faciamus
hominẽ ſecundum ímaginẽ noſtram. Scripta enim ſunt hęc a Moyſe, cuí ſe crede-
re dícunt quídem, nõ credunt autem. Sicut & Chriſtus ínquít, Si crederetís Moyſí
crederetís & míhí. Sed líterę quidẽ apud íllos ſunt, ſenſus vero apud nos. Ad quem
ígitur dictũ eſt, Faciamus hominem? cum quo conſílium hoc habuít dominus? Nũ
quid cõſílio & circunſpectione opus habet? Abſit. Quíd ergo? Figura verborum
declarare voluit, quam excellentẽ honorem homíní quí formabatur, ípendat. Quid
ergo dícunt hí, quí adhuc habẽt velamen ſuper corda ſua poſítum, & níhíl eorum
quę hic contenta, intellígere volunt? Ad angelum & archangelum, ínquíunt, hæc

dicta sunt. O insaniam, o magnã impudentiam. Et quomodo rationi cõsentaneũ est, bone vir, vt angeli cõsiliũ dent domino, & creaturę creatori? Non eñ est angelorum cõsiliũ dare, sed assistere, & ministeriũ adimplere. Et vt discas, audi vocalissimum Esaiã dicentẽ de supernis angelicis virtutibus. Vidi Cherubim stantia a dextris dei, & Seraphim, & obtegebãt facies pedesq; suos alis. Quod ideo factũ esse liquet, quia fulgus maiestatis diuinæ inde egrediẽs, ferre nequibãt, steterũtq; cũ timore & tremore, Eteñ creaturis peculiare est dño assistere. Verũ illi nihil præsentiũ intelligẽtes, simpliciter qđ occurrit, effutiunt. Et ideo refutatis illorũ deliramentis, dictorum veritas ecclesiæ filijs dicẽda est. Quis igitur hic, ad quẽ inquit, Faciam⁹ hominem? Quis autẽ alius, quã ille magni cõsilij angelus, ille admirabilis consiliarius, potens, princeps pacis, pater futuri seculi, vnigenitus dei filius, patri ęqualis secundũ substantiã, per quẽ omnia producta sunt? huic dicit. Faciamus hominẽ secundum imaginem & similitudinẽ nostram. Hic Arianos tempestiue perstringit. Nõ enim imperando dixit, fac, vt subdito & inferiori, vel vt minori secundum essentiã, sed par honor declaratur, cum dicit, faciamus. Et quod sequitur, magnã substantiæ æqualitatem ostendit. Faciamus eñ, ait, hominẽ secundũ imaginẽ nostram & similitudinẽ Iterum hic insurgunt, & pullulant hæretici alij, ecclesiæ dogmata depopulantes, & dicentes. Ecce dicit, secundũ imaginẽ nostram. Et inde volunt deo humanã formã tribuere, id quod extremi fuerit stuporis, vt is qui forma speciecq; caret, & nulli alteri tioni obnoxius est, sub humanã redigatur formam, & incorporeo membra, & linia menta attribuãtur. Quæ huic insania par fuerit? quũ non solum nihil lucri a scripturis diuinitus inspiratis deferunt, sed & plurimũ inde offendũtur? simili modo affecti sicut hi qui morbo laborãt, & corporalib⁹ oculis cæcutiũt. Illi eñ ob oculorũ suorũ infirmitatẽ solis luci aduersantur, & ob aduersam corporis valetudinẽ, etiã optimos saluberrimosq; cibos auersant. Ita & hi anima ægrotãtes, & mẽtalibus oculis capti, ad lumẽ veritatis respicere nõ possunt. Idcirco nostro fungẽtes munere, manus eis porrigamus, magnaq; eis mãsuetudine loquamur. Nã & beatus Paulus ita nos monuit dicẽs. Vt in mãsuetudine eruditãtur aduersarij, si forte det eis deus pœnitentiã in agnitionẽ veritatis, & emergãt a laqueo diaboli, capti ab ipso in illius voluntatem Vides quõ verbis declarauit, quod quasi ebrietate obruti sint? Nã quod dicit, emergant, ostẽdit quod ab aliquo mersi sint. Et iterum. Capti, inquit, a diabolo, quasi diceret, laqueis irretici sunt. Vnde & nobis gemina opus est mãsuetudine & longanimitate, vt possim⁹ eos eripere, & educere ex laqueis diaboli. Dicamus igit eis. Emergite & respiscite paulisp, aspicite lumen iusticiæ. Expendite vobiscum verborũ diligentiã. Neq; eñ cum dixit. Faciamus hominẽ secundum imaginẽ & secundũ similitudinem nostram, hic sermonem finiuit, sed per ea quæ adiungit, manifestũ nobis facit, quo sensu nomẽ imaginis posuerit. Quid eñ dicit? Et dominẽtur piscibus maris, & volatilibus cœli, & oñibus reptilibus super terrã. Imaginẽ ergo dixit, de principatu & dominio, nõ de alio aliquo, quia deus fecit hominẽ principẽ omnium, quę sunt super terrã, & nihil super terrã homine maius est, & oñia sub potestate eius sunt Quod si adhuc ea dicta esse cõtendant de formæ imagine, dicemus eis. Igitur deus non solũ homo, sed & mulier erit, quia eandẽ formã vterq; habẽt. Verum hoc absurdum est, & ratione caret. Audi eñ & beatum Paulum dicentẽ. Vir eñ non debet velare caput, imago & gloria dei existens. Mulier autẽ gloria viri est. Vir eñ imperat, mulier autẽ subiecta est, sicut & CHRISTVS ab initio ad eam dixit. Advirum tuum cõuersio tua, & ipse tibi dominabitur. Itaq; qñ iuxta rationẽ dominij nõ formæ ad imaginẽ factus est, ideo vir dominatur omnibus, mulier autẽ subiecta est. Ea

A

C ontra Arianos.

B

Cõtra anthropomorphitas.

C

De imagine dei.

Vir imago dei.

D propter dicit de viro Paulus, qđ imago & gloria dei sit, mulier aũt gloria viri. Quod si de forma vel figura dixisset, nõ vtiq; ea diuisisset. Eadẽ em̃ figura est viri & mulieris. Vidisti plenã veritatẽ, quomõ nullum veritatis prætextũ relinquit his, qui absq; causa impudẽtes esse volunt? Veruntamẽ etiam illis ita se habẽtibus ne cessemus magna suauitate cum eis agere, si forte det eis deus tempus ad agnitionem veritatis. Ne ergo torpescamus, si quo pacto per mansuetudinis studium possimus eos eripere a deceptione diaboli. Et si videtur citabimus iterum beatũ Paulum, qui Atheniẽsibus sic dicebat. Non debemus existimare, auro vel argento, vel lapidi vel sculpturæ artis, vel inuento hominis numẽ esse simile. Vidisti quãta diligẽtia omnẽ illorum errorem sapiẽs, magister amputauerit? Nõ solũ em̃ a corporali typo alienũ dicit numen sed & quod tale aliqd nulla humana cogitatio effigiare queat. Hæc subinde eis dicẽtes, nihil qđ vestrum est intermittatis, si forte ad veritatem respicere velint. Cæterũ vta beneuola illorũ instructione vobis desistendũ nõ est, ita oro, vt scita ecclesiastica probe teneatis, non cõfundẽtes dictorũ cõsequentiã, sed cum Iudęis, vt oportet loquamini, & demõstrate, quod nõ sint dicta de angelis & virtutibus, quorum officium est ministrare, sed de vnigenito dei filio. Arianis quoq; hinc parẽ filij cũ patre
E dignitatẽ indicate. Sed & his qui humanã formã numinis imaginãtur, allatis in medium his, quæ a beato Paulo sunt dicta, euellite ecclesiasticis placitis pnicioſos morbos, instar zizaniarũ pullulãtes, operãq; date, vt pia scita in eis plãtentur & roborentur. Volo em̃ & precor, omnes vos in doctorũ ordine esse, & nõ solum auditores nostrorum esse dictorũ, sed & alijs doctrinã nostrã afferre, piscariq; errãtes, vt in viam redeant veritatis, sicut & Paulus inquit. Vnus alterum ædificet. Et, Cum timore, & tremore salutẽ vestram operemini. Sic deus nostrã multitudinẽ augebit, & vos vberius superna fruemini gratia, magnã membrorũ vestrorum curam habentes. Neq; enim deus vult, vt Christianus seipso tantũ cõtentus sit, sed vt & alios ædificet, non per doctrinã solum, sed & per vitã & conuersationẽ. Neq; sic nos inducit in veritatis viam, vt in vitæ curã. Nã neq; tam consyderãtur ea quæ a nobis dicuntur, quam quę a nobis aguntur. Et vt scias, rem ita se habere, licet infinities tm̃ philosophemur verbis, & de patiẽtia differamus, & quũ tẽpus fuerit, eam operibus non demonstremus, non tantũ proderunt verba, quantum nocebunt opera, Sin ante & post verba, operũ specimẽ exhibuerimus, digni habebimur qui admoneamus alios eorũ, quę p opera adimplem?, quia & CHRISTVS illos beatos dixit, inquiẽs. Beatus qui fecerit & docuerit. Vide, qđ opus p̃posuerit, & postea doctrinã. Atq; adeo præcedente opere, etiã si nõ sequat doctrina, sufficiũt opa ipsa luce clarius, ad docẽdũ eos
F qui in nos respiciũt. Hoc igitur omnibus modis cõsyderemus, vt prius operibus doceamus, & postea sermonib?, vt ne & nos audiamus a beato Paulo. Tuq doces aliũ teipsum nõ doces? Et quũ volumus admonere alium, vt aliquod ex his quę necessaria agat honeste, prius studeam? & nos hoc ip̃m agere, quo nobis & maior sit loquẽdi fiducia, & omnis nostra cura sit in animarũ salute. Et quõ poterimus? Lasciuias carnis refrenemus, & verum probemus ieiuniũ. Ieiunium autem dico, abstinentiã a vitijs. Etenim abstinentia a cibis ꝓpter hoc recepta est, vt rigorem carnis refrenet, & equum moderãti facile parere faciat. Ieiunantẽ ante omnia oportet iram refrenare, mansuetudinẽ & lenitatẽ addiscere, habere cor contritum, & quod absurdas concupiscentias repellat, ante oculos cõtinuo ꝓponere oculum æterni iudicis, & tribunal indeprauabile, ex pecunijs fieri meliorẽ, & illis dominari, liberalẽ esse in danda elemosyna, nullum malum aduersus ꝓximum in cor admittere. Hoc verum ieiunium est. Sicut & Esaias ex persona dei loquens, dicit. Non hoc ieiunium elegi, dicit

Etiã laicorũ est docere

Doctrinę opera iungantur

Veriũ ieiuniũ. Ieiunij opera.

dominus. Et si torqueas vt circulum ceruicē tuam, & saccum & cinerē substernas, neq; sic vocabitur ieiuniū acceptū, dicit dominus. Sed quale dic? Solue, inquit, obligationes violētorum contractuū, frange esuriēti panē tuum, pauperē absq; tecto in duc in domū tuam. Et si hęc facies, inqt, tunc erumpet matutina lux tua, & sanitates tuæ statim oriētur. Vidisti dilecte, quale sit verum ieiuniū? Hoc vobis curæ sit, & nō vt pleriq;, existimemus definiri in hoc ieiuniū, si ad vesperā vsq; imprāsi maneamus. Non hoc est quod quæritur, sed vt cum ciborum abstinētia, & a cæteris abstineatur quæ nocere possunt, & spiritualib⁹ magis vacetur. Ieiunantē esse oportet demissum, mitem, humilē, gloriæ huius vitæ cōtemptorē. Nam sicut animæ suæ curam despexit, ita eum & inanem gloriā despicere decet, & ad illum solū, qui exquirit corda & renes, respicere, magnoq; studio preces & cōfessiones facere deo, & virtute eleemosynarū pro viribus seipsum iuuare. Hoc em̄, hoc mandatū maxime valet ad abolenda peccata & extinguendū geennæ ignem, modo ea vbertim & non ad ostētationē hominū fiat. Et quid dico, non ad ostentationē? Nā si recte sapimus, ob hoc solum, quod bonum est, & ob cōpassionē in cognatos eam virtutē exercere oportebit, nō ob p̄missas a deo mercedes. Verū nihil magnū vel sublime videri debet, etiā si hoc mandatum facimus, nullā ab hominibus venātes gloriā, vt ne & sumptus faciamus & mercede pariter priuemur. Id quod nō solum in eleemosyna, sed in vnoquoq; bono opere spirituali attendendū, vt nō ad hominū p̄conia respiciētes faciamus, alio quin nulla nobis vtilitas erit, neq; si ieiunemus, neq; si precemur, neq; si misereamur, neq; si quodcūq; aliud faciamus, nisi hæc p̄pter illum solum fiāt, qui nouit & abscōdita, & quæ in p̄fundo mentis sunt recōdita. Nam si ab illo præmia expectas, cuius gratia ab alio, qui natura tibi cognatus est, laudari & admirari vis? Et quid inquā laudari? Sępe is nō laudat, sed & inuidet. Sunt em̄ multi ita male affecti, vt & ea quę bene a nobis fiunt, in cōtrariū interpretētur. Cuius igit̄ gratia, dic obsecro, p̄uersum hoc iudiciū tanti facis? Insopitū em̄ & perpetuo vigilem illum oculū, nihil eorū quę fiunt, latere potest. Et oportet hoc cogitātes, tāto studio vitā suam instituere, perinde ac mox de oñibus verbis & operibus & cogitatiōibus iudicādi essemus. Ne igit̄ salutis nostrę contēptores simus. Nihil em̄ virtuti par est charissime, quę nos & in futuro seculo e geenna eripit, & regno cœlorū nobis frui cōcedit: & in p̄senti quoq; seculo oñibus superiores cōstituit, qui nobis sine causa insidiātur, & nō hominibus solū, sed & ip̄o salutis nostrę inimico diabolo fortiores efficit. Quid igitur illi par fuerit, quę nō solū hominibus insidiātibus, sed & dęmonibus superiores, sui studiosos efficit? Virtus autē est, humana oñia despicere, futura singulis horis cogitare, nullis p̄sentibus addictū esse, sed scire, oīa humana vmbrā esse & somniū, & si qd his vilius. Virtus est, erga negocia huius vitę nō magis quā erga mortuū effici, & ita vitiosæ op̄ationis expertē, vt ad ea quę offēdere animę salutē possunt, quasi mortuū esse, viuere autē & op̄ari tantū in his quæ spiritus sunt, sicut & Paulus dicebat. Viuo autē nō iā ego, sed viuit in me CHRISTVS. Proide dilecti, & nos tanq̄ CHRISTVM induti, oñia faciamus, et nō cōtristemus spiritū sct̄m. Quādo igitur turbamur a concupiscentia vel affectione absurda, vel ira, vel furore, vel inuidia, cogitemus eum qui in nobis habitat, et expellamus p̄cul omnē talē cogitationē. Reuereamur eminentē dei gratiā, quę nos obumbrat, et refrenemus oñes carnis affectiōes, vt cū legitime in breui hac et fragili vita certauerim⁹, coronas illas assequamur in futuro die illo, terribili quidē p̄ctōribus, desyderabili aūt virtute vestitis, et mereamur ineffabilia illa bona / gr̄a et mia dñi nostri Iesu Christi, cum quo sit p̄ri et spirituisancto gloria / imperium / honor / nunc et semper / et in sæcula sæculorum. Amen.

A

B

De virtute.

C

Virtus quid.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI IN GENESIN. HOMILIA OCTAVA.

D AGRICOLAE ſtudioſiores larga terrę ſemina cõcredũt, quã craſſam & pinguẽ vidẽt, & magnã cõtinuo diligentiã adhibẽtes, quotidie conſyderãt, num forte alicubi ſit, quod ſegeti nocere, & laborẽ eorum quẽ habuerũt, inutilẽ facere poſſit. Simili modo & nos, ſpirituale deſyderiũ veſtrũ, & ingẽs audiẽdi ſtudiũ vidẽtes, operã damus, vt quotidie ſententias quaſdã diuinæ ſcripturæ, veſtræ menti inſeramus, quibus detegantur ea quæ ſpirituali ſemini nociua eſſe poſſunt, ne forte nocumentis & inſidijs eorum, qui iuxta eccleſiaſtica placita, ſuorum capitũ figmẽta introducere tentãt, ſana doctrina intercipiatur, & turbeť. Veſtrum igiť fuerit, depoſita poſthac diligẽter ſeruare, & firma memoria cuſtodire, vt facilius & ſequẽtia tenere poſſitis. Nã niſi nunc ad profũdiora ſcripturarũ ſenſa deſcenderimus, & vos mentẽ veſtrã coaptauerítis, quando ie iunij tẽpus, quando ad natandum membra noſtra ſunt leuia, mentis autẽ oculus acutior, vtpote nõ turbatus damnoſo voluptatis fluore, ſpiritus quoq; ne male habeat, ſufficiẽtior, quãdo cõmode poterimus hæc facere? num quãdo delitiæ, & ebrietas, & voracitas, & crapula, & alia quæ inde naſcunť mala, regnãt? Non videtis, quod ij
E qui precioſos lapides in mari quærũt, nõ ſedẽt iuxta littus maris, fluctus numerãtes, ſed in ꝓfundum ſe demittũt, & vt ita dicam, quaſi in ipſos ſinus abyſſi deſcendentes, aſſequuntur, quod tanta opera exquirũt, quãuis quid magnæ vtilitatis vitæ huic attulerit illorũ lapidum inuentio? Vtinã non magna dãna & incõmoda inferrent. Exinſania eñ & rabiæ, quæ eſt in pecunias, innumera ſequi videmus mala. Attamen licet tanta inde naſcãtur mala & dãna, non eſt tamẽ quod grauet, ac deterreat eos qui in his occupati ſunt, ſed & laborẽ ſubeunt, & periculis ſe exponunt, vt inuenire poſſint quod quærũt. In diuinis autẽ ſcripturis, & in ſpiritualibus, & precioſis illis lapidibus, neq; periculũ ſuſpicari licet, neq; multus eſt labor, ſed lucrum ineffabile, tãtum quæ noſtra ſunt, cum alacritate afferam⁹. Gratia eñ eſt parata, quærẽs eos qui ſe cũ largitate ſuſcipiãt. Ita eñ ſe habet dominus noſter, quod ſi viderit animã vigilem & deſyderium feruens, & ipẽ ſuas diuitias largiter ſuppetat pro ſua magnificẽtia, vltra etiam quã petere audeamus. Hæc igitur quum ſciamus dilecti, purificatis cogitatib⁹ veſtris a ſecularibus negotijs, & dilatata mẽtis veſtræ latitudine, magna alacritate ſuſcipite, quæ a ſpirituſancto ſuppeditãtur, vt ſicut terra craſſa & fœcunda multiplicetis cõcredita ſemina, & faciatis fructum, alius quidẽ centuplũ, alius ſexagecuplum, alius trigecuplum. Audiſtis ſuperioribus diebus ineffabilẽ ſapiẽtiã eius, qui viſibilia hæc oñia fabricauit, & quõ verbo ſolum & præcepto oñia produxit. Dixit enim.
F Fiat, & factum eſt. Statim producta ſunt oñia elemẽta, & ſuffecit verbum, vt ſubſiſtere poſſent omnia, non quoniã ſimpliciter erat verbum, ſed quia verbum dei. Memores eorũ eſtote, quæ tunc a nobis mouebãtur, cõtra eos qui ex præiacẽte materia res factas eſſe cõtendunt, & ad eccleſiaſtica ſcita, etiã ſua deliria afferre nõ verẽtur. Didiciſtis cuius gratia cœlum quidẽ perfectum, terrã autem informẽ produxerit. Duas eñ tunc cauſas diximus, vnam, vt in elemẽto hoc potiori potentiã domini agnoſceremus, nullam ei impotentiã tribuẽtes. Alterã, quia terra mater & nutrix noſtra facta eſt, et ex ipſa paſcimur et ſumus, alijſq; omnibus fruimur, et ad ipſam redimus, ipſa eñ nobis eſt et patria, et ſepulchrum. Et ne quis ob vtilitatẽ et neceſſitatẽ eius, maius aliquid de ea ſentiat, oſtendit ipſam ab initio informẽ conditã, vt erudiamur per res ipſas, prædicta oñia non naturæ telluris aſſcribenda, ſed potius cõditoris virtuti. Didiciſtis item, quõ aquarũ ſeparationẽ fecerit, producto viſibili hoc firmamento. Scitis, animantia et ex terra, et ex aquis ædita. Hęc non abſq; cauſa et

temere nunc charitati vestræ cogor repetere, partim vt auditorũ animis hæc magis insideãt, partim vt his qui tunc nõ affuere, nihil dãni absentia sua attulerit, quia benignus pater etiã absentib⁹ filijs reliquias mẽsæ reseruat, vt cum aduenerint, ex earũ reseruatione suam cõsolẽtur absentiã. Vnde & nos omnium qui huc cõfluunt, non minorem quã membrorũ nostrorum curã gerẽtes, & profectum vestrum nostram existimantes gloriã, cupimus om̃es perfectos & consummatos fieri in gloriam domini, & laudẽ ecclesiæ, & nostrã gloriationẽ. Et nisi hoc vos interturbet, paucis charitati vestræ & hesterna dicta cõmemorabimus. Vidistis quanta diuersitate homo & creaturæ aliæ cõditi sunt. Audistis, quanto honore principem nostri generis dignatus sit, & in formatione ipsa, verborũ dictionũq; crassitudine honorẽ, quãto eũ formet, declarauerit, dicẽs. Faciamus hominẽ secundum imaginẽ & similitudinem nostram. Didicistis, quid sit secundũ imaginẽ, nempe quod non sit substãtiæ dignitas, sed dominij similitudo, & quod non secundum imaginẽ formæ, sed secundũ rationẽ dominij dixerit. Ideo & subdidit. Et dominẽtur piscibus maris, & volatilibus cœli, & bestijs & reptilibus terræ. Verũ hic gẽtiles in nos insurgũt, & dicũt, qđ cõpertum sit, hoc nõ esse verum. Nõ em̃ dominamur feris, quẽadmodũ pollicitus est sed ipsæ nobis potius. Imo nõ verum est qđ hi obijciunt. Nam mox vt apparuerit homo, feræ fugã capiũt. Quod si aliquãdo vel fame vrgẽte, ab illis nos inuadẽtibus lædimur, hoc nõ fit ideo, qđ illis in nos sit imperiũ, sed ob aliam causam. Nã & armamur, & dẽsidiã excutimus, ne latrones nos impetant, nõ quod illi nostri domini sint, sed quod tanta nobis salutis nostrę sit cura. Audiamus autẽ nunc quę sint dicta. Faciamus hominẽ secundum imaginẽ, & secundum similitudinẽ nostrã. Sicut imaginem dixit ob principatus rationẽ, ita & similitudinẽ, vt pro viribus humanis similes fiamus deo, mansuetudine inquã & lenitate, & virtutibus deo similes efficiamur, quod & Christus dicit. Similes estote patri vestro qui est in cœlis. Nã quẽadmodũ in terra hac spaciosa & lata, animantiũ alia mãsuetiora sunt, alia ferociora, ita in latitudine animę nostræ, cogitationũ alię sunt magis pecuinę & irrationales, alię ferociores & agrestiores. Domãdæ igitur illæ sunt, & rationis imperio magistrãdæ. Et quõ quis cogitationẽ ferociorẽ cõpesceret? Quid dicis homo? Leonib⁹ imperam⁹ & animos eorũ mãsuetos facimus, & dubitas, num mentis ferociã in mansuetudinẽ mutare possis? quãuis natura bestiæ feroces sint, & præter naturã mãsuetæ, contra, tu pręter naturã ferox, natura aũt mitis, & qui bestijs id qđ natura eis inest auferri, & quod eorũ naturę aduersum inserere potes, id qđ natura tibi præstitit, cõseruare nõ potes? En quantã hoc cõdẽnationẽ meret? Iam quod his admirabilius est, leonũ naturę & alia quędã difficultas inest, ratiõis em̃ ꝑticeps nõ sunt, & nihilomin⁹ videm⁹ sępe, duci eos mãsuetos ꝑ forũ. Multiq; ex officinis nũmos, vt mercedẽ artis & ĩdustrię, mãsuetario numerãt, qđ ferã mãsuefecerit. Animę vero tuę ratio cõcessa est, & dei timor, & alia vndequaq; adminicula, ne igit̃ prætextus, & incusatiões dei affer Potes em̃ si vis, mãsuetus esse, & placidus, & æquus. Faciamus, inquit, hominẽ secũdum imaginẽ, & secundũ similitudinẽ nostrã. Ad propositã quæstionẽ iterũ redeamus. Ostẽdit em̃ dictis illis, qđ ab initio homo plenũ & perfectũ super bestias principatũ habeat. Dominent̃ em̃ ait piscibus maris, & volatilibus cœli, & reptilibus terræ. Quod autẽ nũc terrori nobis sint bestiæ, & timeamus, & dominio exciderimus neq; ip̃e cõtra dico. Verũ hoc nõ arguit falsam dei ꝓmissionẽ. Nã ab initio res non ita habebãt, sed timebãt & tremebãt bestiæ, & suspiciebãt dominum. Vbi autẽ per inobedientiã, libertatẽ & dignitatẽ nostrã amisimus, etiam principatus noster mutilatus est. Subiecta em̃ homini animalia omnia fuisse, accipe ex scriptura, quæ dicit.

A

An homo dominet̃ feris.

B

Refrenandę cogitationes.

C

D Adduxit deus bestias & omnia bruta ad Adã, vt videret quid vocaret ea. Et cum videret iuxta se bestias, nõ resilijt, sed tanq̃ dñs aliquis seruis subditis nomia imposuit Et omne quod vocauit Adã (inquit) hoc nomen est ei. Quod vtiq; dominij signũ. Et deus volens per hoc docere ipsum, substantiæ suæ dignitatẽ, nominũ impositionem ei p̃misit. Operæpreciũ fuerit indicare, ab initio feras homini terribiles nõ fuisse. Est & aliud quiddã non minus, sed & hoc argumento manifestius. Et quodnam hoc? Colloquiũ serpentis cum muliere. Nã si terribiles fuissent hominibus bestiæ, mulier serpente cõspecto nõ mansisset, neq; consiliũ accepisset, neq; in tãto pauore ei loquuta fuisset, sed statim ad aspectũ eius obstupefacta p̃fugisset. Verũ colloquitur, nec metuit, nondũ em̃ erat timor ille. Cæterũ vbi peccatum intrauit, ablata est hæc potestas & dignitas. Et quẽadmodũ inter seruos fieri solet, vt p̃batiores & honestiores cõseruis terrori sint, alij autẽ socios & seruos timeant, sic & de homine factum est. Nam quãdiu salua eius in deum fiducia, terribilis erat & bestijs, vbi aũt impegit, timere cœpit & cõseruorũ extremos. Quod si quę dicimus, non fers demonstra tu mihi, vbi terribiles fuerit homini bestiæ, sed nõ poteris. Quod autẽ postea subijt timor, etiã hoc diuinæ misericordię maximũ argumentũ est. Nam si postq̃ homo mandatũ præuaricatus est, integer eius mãsisset honor & immobilis, haud facile a lapsu destitisset. Quãdoquidẽ cum obedientes & inobedientes pari dignitate fruũtur, malitiæ assuefiũt magis, quã statim ab ea desistãt. Cum em̃ nunc sub tot terroribus, pœnis & supplicijs non emendantur, quales fuissent, si nihil passi graue pro suis delictis? atq; ita principatus nobis a deo ob magnã nostri curã ablatus. Tu autẽ charissime, & inde misericordiã dei ineffabilẽ consydera, quomodo Adam totum mandatum subuerterit, & totã legẽ transgressus sit. Misericors autẽ deus, bonitate sua nostra vincẽs delicta, nõ omnẽ honorẽ abstulerit, nõ toto deiecerit principatu, sed eadũtaxat animalia a nostra potestate alienauerit, quę nõ multũ ad huius vitę vtilitatem nobis cõducũt, quę vero vitæ nostræ multũ seruiũt, & vtilia, & necessaria, ea in seruitute & subiectiõe sua reliquerit. Dedit itaq; nobis boũ armẽta, vt aratrũ trahamus, seram⁹, terrã sulcemus. Dedit & subiugaliũ multa genera, vt nos adiuuẽt ad vtilia quæq; cõuehẽda. Dedit ouium greges, vt haberemus quæ ad vestiẽdũ nos sufficerent. Dedit & alia animantiũ genera, vnde multa nobis suppeditantur commoda Nam puniens hominẽ ob inobedientiã suam, dicebat. In sudore faciei tuæ vescaris pane tuo. Vt ne sudor & labor hic noster intolerabilis foret, sudoris molestias, & laboris onus alleuiauit iumentorũ multitudine, quę vna nobiscũ laborãt, & molestias ferunt, idẽ faciens quod benignus & prudẽs paterfamilias, qui flagellato seruo, etiã curã flagellis adhibet. Nam vt condemnauit peccatorẽ deus, leniorẽ etiam condẽnationẽ esse voluit, quia ad laborẽ & sudorẽ adiudicato subsidiaria fecit multa brutorum genera. Atq; ita, qđ honorẽ nobis dederit, & abstulerit, & bestiarum nobis metum immiserit, & om̃ia si quis diligẽter & cordate inquirat, offendet plena sapiẽtiæ, p̃uidẽtiæ, & misericordiæ. Quocirca pro his om̃ibus gratias ei agamus, qui tanta in nos beneficia collocauit. Neq; em̃ graue aliqd & onerosum a nobis requirit, sed solũ vt eius testemur & fateamur beneficia, & pro his gratias referamus, non qđ ipse his egeat, qui sufficientissimus est, nullaq; re indiget, sed vt nos discamus autorẽ bonorũ diligere, & nõ ingrati simus, sed dignã tantis bñficijs & p̃uidentia virtutẽ afferamus. Nam sic ipsum ad maiorẽ nostri solicitudinẽ prouocabimus. Oro igit̃, ne desides simus, sed vnusquisq; supputet apud se singulis horis, nõ solum cõmunia beneficia: sed & priuata, in se collata, non ea tantũ quæ omnes fatentur, & quæ omnibus manifesta, sed & propria ac latentia. Hinc em̃ ad continuã gratiarũactionem

Hominis in animalia dominiũ.

Sacrificiũ nostrum, gratiarũactio

domino referendam incitabimur. Hoc maximũ sacrificiũ, hæc perfecta oblatio est hoc fiduciæ nostræ ad deum argumentũ. Et quomõ dico? Qui hæc cõtinuo in mẽte sua versat, & suam tenuitatẽ agnoscit, & eminentẽ diuinam misericordiã cogitat quomodo res nostras gubernans & dispensans, non attendat quid mereãtur nostra peccata, sed ad suam bonitatẽ, is nimirum mentẽ humiliat, cor cõterit, omnẽ fastũ & arrogantiã castigat, discit modeste agere, contẽnere præsentis vitæ gloriã, ridere visibilia oñia, cogitare futura vitæ imortalis bona. Qui sic afficitur animo, verũ & acceptũ sacrificiũ deo offert, sicut propheta dicit. Sacrificiũ deo spiritus cõtribulatus, cor contritũ & humiliatũ deus non despiciet. Cordatos eñ famulos nõ tam pœnæ & supplicia emendant, vt beneficia, & agnoscere quod non iuxta delictorũ merita pœnam luerunt, Conteramus igitur pectus nostrũ, humiliemus obsecro mẽtem, & maxime nunc cum hoc ieiunij tẽpus multa nobis præbet subsidia. Nã si ita affecti fuerimus, poterimus & magna sobrietate preces facere, & confitentes pctã multum gratiarũ superne obtinere. Et vt sciatis, tales animas deo placere, audi ipm dicentem. Ad quẽ respiciã, nisi ad humilẽ, & quietũ, & trementẽ sermones meos? Idcirco & CHRISTVS dicit. Discite a me, quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiẽ animabus vestris. Nã qui vere seipsum humiliat, nunquã poterit ira cõmoueri, & proximo succẽsere, quia anima eius in sui cõsyderatione occupata est & humiliata. Anima autẽ, quæ sic se habet, quid esse posset beati? Quicũq; talis est, is in portu cõtinuo sedet, ab omni tẽpestate liber, & oblectat in serenitate cogitationũ. Et ideo CHRISTVS dicebat. Et inuenietis requiẽ animabus vestris. Itaq; sicut qui affectiões illas sopit, multa requie fruit, ita deses & supinus, & qui nequit seipm vt decet moderari, ppetuo pturbationib⁹ & affectionibus obnixius est, domi bellũ habet, nemine psequẽte turbat, & grauẽ sustinet tẽpestatẽ. Et propterea fluctibus se eleuãtibus & exoriẽtibus malorũ spirituũ pcellis, sæpe nauis eius ob imperitiã gubernatoris demersa, simul submergit. Proinde decet nos esse sobrios & vigiles et ppetuã indesinẽtẽq; animæ nostrę solicitudinẽ habere. Christiani eñ est aduersus cõcupiscẽtias carnis semper in acie stare, & leges domini nostri nobis datas, semper in auribus sonare, & his muniri, & illius lõganimitate non abuti, & nõ expectare, vt re ipsa ire illius periculũ faciamus, vt ne & de nobis dicatur. Quãdo occidebat eos, tunc inquirebant eum. Charissimi, adiumẽto nobis nũc est ieiunij tempus, omnes ad confessionẽ peccatorũ nostrorũ festinemus, & ab omni quidem malitia abstineamus, exerceamus autẽ virtutes oñes. Nã sic et beatus Dauid docet, dicens Declina a malo, et fac bonũ. Quod si in hunc modũ vitam nostrã instituerimus, & abstinentię ciborũ abstinentiã a malis adiunxerimus, poterimus & nos magna fiducia frui, & vberiorẽ a deo misericordiã assequi, & in præsenti vita, & in futuro illo die terribili, precibus & intercessionibus eorũ qui deo maxime placuerunt, gratia, & misericordia domini nostri IESV CHRISTI, cum quo patri simul & spiritui sancto sit gloria, imperiũ, honor nunc & semper, & in sæcula sæculorũ. Amen.

A

De humilitate.

B

C

HOMILIA NONA.

QVIDNAM sibi vult, qd minor est hodie vester cõuentus, & infrequẽs theatrũ eorũ qui ad nos cõfluũt? Fortassis aliqui erubuerũt, post carnalẽ mẽsam ad spirituale hoc venire cõuiuiũ. Et hęc eius absentię causa. Sed audiãt sapientẽ quendã dicentẽ. Est cõfusio quę inducit peccatũ, & est cõfusio ad gloriã & gratiã. Nõ est cõfusione dignũ, eum qui corporalis mensæ pticeps fuit, qd veniat ad spirituale conuiuiũ. Nõ eñ vt humanæ res, ita et spirituales ad definita tẽpora distinctæ sunt

Sermoni ſpirituali omne diei tẽpus idoneũ fuerit. Et quid dico diei tempus? Neq; ſi
D nox ingruat, ſpirituali doctrinę preiudicat. Propterea & Timotheo dicebat Paulus
ſcribẽs. Inſta tẽpeſtiue intẽpeſtiue, argue, increpa, obſecra. Et iterũ audi beatũ Lu-
cam dicentẽ. Diſceſſurus craſtino Paulus a Troade, diſſerebat eis, & ſermonẽ ꝓdu-
xit vſq; ad mediã noctẽ. Nunqd tẽpus obfuit, dic quæſo? num ꝓpterea doctrinę ſer
monẽ impediuit? Sobrius auditor etiã prãſus ſpirituali cõuentu dignus eſt. Itaq; ſi-
cut ſupinus & deſes, etiãſi ieiunus ꝓmaneat, nihil inde vtilitatis capiet. Et hæc dico,
non vt ieiunij rigorẽ ſoluã. Abſit, nam multũ laudo proboq; ieiunãtes, ſed docueri
ſobrio quodã modo, nõ cõſuetudine ad ſpiritualia eſſe accedendũ. Non eñ turpe
fuerit, eum qui cibum antea accepit, adeſſe ſpirituali ſermoni, ſed ignauo animo ad-
eſſe, & ab affectionib⁹ vexari, & carnis laſciuias nõ cõprimere. Num comederema
lum? abſit, ſed gula damnoſa eſt, & impleri plus quã ſatis, & diſrũpere ventrẽ, id qđ
ipſam etiã, quę ex cibo haberi poteſt, voluptatẽ offendit. Itaq; nihil mali eſt, vinum
ad menſurã bibere, ſed ebriũ fieri, & intẽperãtia, rationis ſubuertere iudiciũ. Etenim
dilecte, ſi ob corporis imbecillitatẽ nõ poteſt ieiunus diem producere, nullus qui ſa-
pit, propter hoc te arguere poterit. Dominũ enim habemus manſuetum & miſeri-
E cordẽ, & nihil ſupra vires noſtras a nobis exigentẽ. Neq; enim ieiunium & abſtinẽ-
tiam ſimpliciter a nobis exigit, neq; hoc ipm, vt ieiunij hucuſq; permaneamus, ſed
vt a ſecularibus operibus nos abdicãtes, oñe noſtrũ ocium in ſpiritualia collocem⁹.
Quod ſi ſobria mẽte vitam noſtrã inſtituerimus, & quicqd ocij datur, in ſpiritualia
impenderimus, & cibos ita ſumpſerimus, vt tantũ ſatiemur, quantũ vſus exigit, & vi
tam omnẽ in bonis operibus diſpenſemus, iam nullo opus fuerit ex ieiunij s adiumẽ-
to. Sed quia negligẽs eſt humana natura, & delicijs gaudet, & relaxatiões quærit, id
circo miſericors pater & dñs hanc ex ieiunio medicinã excogitauit, vt & delicata e
medio tollantur, & ſæcularium curã ad ſpiritualia opera transferamus. Si igitur ſunt
aliqui præſentes, quos corporis vetat infirmitas, ieiunos & imprãſos ꝓmanere, eos
laudo qđ corporis infirmitatẽ curant, & ſpirituali hac doctriua nõ ſolum nõ priuã
tur, ſed & prãſi plus exhibẽt ſtudij. Sunt enim, ſunt profecto viæ, quibus fiduciæ ad
Verũ ie deum ianuæ aperiri poſſunt, multo maiores, quã ciborum abſtinentia. Igitur qui ci-
iuniũ. bum accipit, & ieiunare nõ valet, largiorẽ det eleemoſynã, feruẽtior ſit in precibus,
F maiorẽ habeat alacritatẽ in audiẽdis diuinis eloquijs, in quibus corporis infirmitas
nihil obſtare poteſt. Inimicis recõciliẽt, oñe odium & vindictæ cupiditatẽ ex ani-
mo effuget. Qui hæc fecerit, verum ieiunabit ieiuniũ, quod a nobis expoſcit domi-
nus. Propter hæc eñ hanc a cibis abſtinentiã fieri præcipit, vt refrenantes carnis la-
ſciuias, eam obedire faciamus, & ad mãdata dei implenda ſequacẽ. Quod ſi ob infir
mitatẽ corporis, ſubſidium hoc, quod ieiuniũ præſtat nobis, adhibere nolumus, &
deſidiæ deditiores ſumus, maxima nobis ipſis dãna afferimus. Iam ſi ieiuniũ abſenti
bus alijs prędictis operibus nihil nobis ꝓdeſt, quãto magis ſi etiã ieiunij pharmacũ
nobis deeſt? Proinde ſciẽtes hęc, oramus vos, qui ieiunare valetis, vt ipſi, quãtũ cũq;
poſſibile, bonã & laudatã hanc veſtrã intendatis et augeatis promptitudinẽ. Quan
to enim externus noſter homo corrumpitur, tanto internus renouatur. Ieiuniũ cor-
pus cõprimit, et laſciuias inordinatas refrenat, animã autem clariorẽ effícit, et ſubli-
mem et leuem facit. Fratres quoq; noſtros, quotquot ob corporis valetudinẽ ieiu-
nare nequeũt, exhortemini ne ꝓpterea ſpiritualẽ hanc menſam relinquant, et adil-
los referte quæ a nobis didiceritis, docẽtes qđ prãſus nõ indignus ſit hoc auditorio
ſed deſes et diſſolutus. Et dicite eis apoſtolicũ hoc dictum. Et qui manducat, domi-
no manducat, et qui nõ mãducat, domino non mãducat. Igitur qui ieiunat, gratias

agat domino, qui vires ei tribuit ad ferendos ieiunij labores. Et qui manducat, iterũ gratias agat deo, quia nihil ipsum offendere potest, ne qua minus animæ salutẽ agat modo velit. Neq; dici potest, quot nobis vias pararit misericors dñs, per quas, si vo A
lumus, summã fiduciã assequi licet? Hęc propter absentes dixisse contenti simus, vt tollatur eis cõfusionis occasio, & sciatur, quod nõ oportet, ꝓpter hoc confundi, Neq; eñ comedisse, confusionem nobis affert, sed male egisse. Peccatũ magna cõ fusio est, si hoc admittimus, non solum erubescere, sed & nos occultare, & miseros nos dicere, & reos, & eos qui offenderũt, imo neq; tunc desp̃dere animum, sed ad cõfessionem & gratitudinẽ festinare debemus. Is eñ est dominus noster, vt nihil aliud requirat, admisso peccato, si quando per ignauiã delinquimus, quam vt erra- te cõfiteamur, nec vltra ꝓgrediamur, nec in eadẽ recidamus. Cęterum quum cibo Confi-
noſtrę mẽsuræ congruo vtimur, non opus vt erubescamus. Nã dominus nos huic teri deo
corpori cõiunctos esse voluit, quod alioqui cõsistere nequit, nisi cibo pascatur, tan tũ intẽperantia ne admittatur, id quod nobis ad sanitatẽ, & corporis bonã habitudi nẽ plurimũ cõducit. An nõ videtis quotidie, ex sumptuosis mẽsis, & immodica in- gluuie, infinita morborũ genera iduci? Vnde podagrę? vnde capitis dolores? vnde corruptorũ humorum abũdantia? Vnde innumeri alij morbi? nonne ab intempe- rantia & largiore vini i gurgitatione quam oportet? Nam sicut nauis, quę aquis ita ī
pletur, vt exhauriri nequeat, statim submergitur, ita & homo quãdo crapulę & ebrie Gulę
tati seipsum exponit, in pręceps vadit, & rationẽ suam submergit, deniq; iacet qua- mala,
si viuũ cadauer, ad mala quidẽ operãda sępe potens, ad bona autem omnia nihil se B
melius habens quam mortui. Idcirco obsecro, vt secundum beatum Paulum, carnis prudentiam ne feceritis in cõcupiscentijs, sed cũ hoc quod desistitis ab his malis, & validiores efficimini, etiam cum maiori alacritate in spiritualibus studijs magnam exhibete diligentiam. Hęc omnia fratribus vestris dicite, & persuadete, ne forte spi- rituali hoc alimento se priuent, sed & si pransi sint, veniant omni cum alacritate, vt accepta hic spirituali doctrina, diabolicis insidijs fortiter resistere possint. Cæterum vobis consuetam spiritualem mensam nos apponemus, charitatis vestræ in audien- dis diuinis studium sic remuneraturi, & debitum quod promisimus exoluturi. Sci- tis enim omnino, & meministis, quod de hominis formatione dicere cœpimus, & angustia temporis prępediti, lectionem totam perficere nõ valẽtes, in doctrina de ferarũ vtilitate finem fecimus, ostendendo quod homo propter inobedientiã a prin C
cipatu, quẽ prius sup eas habebat, exciderit. Vnde hodie quod reliquũ est, absolue- mus, dictisq; illis auditis vos dimittemus. Et vt manifestior sermo noster sit, operæ precium meminisse vbi tunc missum fecerimus sermonẽ, vt inde facto initio, quę re liqua sunt impleamus. Vbi igitur missum fecimus? Vt diximus de dicto, Faciamus hominem secundum imaginem, & secundum similitudinem nostrã, & dominentẽ piscibus maris, & volucribus cœli. Quia tunc sermo prolixior fuit, & natũ est nobis pelagus quoddã sententiarum, nec cõcessum vt vlterius progrederemur, sed subsi- stẽdum ibi erat, & sic sequentia non attigimus. Vnde nunc necessariũ, vt charitative strę, quę sequuntur, legantur, vt scire possitis quę nã vobis dicturi simus. Statim igi- tur diuina scriptura subdit, Et fecit deus hominẽ, secundum imaginem dei fecit eos. Et benedixit eis deus, dicẽs, Crescite, & multiplicamini, & implete terram & domi nemini ei, & domineminí piscibus maris, & volatilibus cœli, & oĩbus pecoribus, & omni terrę, & omnibus reptilibus repẽtibus super terram. Breuia sunt verba sed ma gnus reconditus thesaurus in tam breuibus verbis. Spiritu ei loquẽs beatus hic pro- pheta, nunc nos arcana quędã docere vult. Nam postquã dixit, Faciamus hominẽ

D & consiliũ, & (vt dicitur) studium adhibuit omnium opifex, vt ipsa formandi figura hominis dignitatẽ ostenderet, & ante formationẽ etiam doceret, quantum principatum formando homini daturus esset. Itaq; vt dixit, Faciamus hominẽ secundũ imaginẽ, & secundum similitudinem nostram, subdidit, Et dominẽtur piscibus maris. Vide quomodo statim ab initio latẽtem nobis thesaurũ demonstrat. Spiritu ei loquens ꝓpheta, & q̃ nondũ subsistebẽt quasi subsistãtia & factavidet. Quare ergo dic obsecro, vt dixit, Faciamus hominẽ, nunc dicit, Et dominentur? Occultum nobis sacramentum hic iã cõsequenter declarat, qui dominentur. Vides quomodo nihil est in diuinis literis temere & absq; causa positum, etiã verbum quod fortuitum videri posset, magnum thesaurum in se latentẽ continet. Et ne mireris quod dictũ est. Mos eñ hic est prophetarum omniũ, de non factis vt de factis loqui, quia mentali q̃us oculis videbãt, quæ post multorũ annorum curricula erant futura. Et idcirco quasi nunc ob oculos posita spectarẽt, ita narrabant. Et quo manifeste hoc scias audi beatũ, Dauid dicentem, & ante hęc secula vaticinantẽ de cruce Christi, & clamantem, Foderunt manus meas, & pedes meos. Et iterum, Diuiserunt vestimenta mea sibi. Vides quomodo lõgo tempore post futura, quasi iam facta prædixit? Sic
E & beatus ille ꝓpheta iam insinuans nobis mulieris formationem, ęnigmatice, & obscure dicit, Et dominẽtur piscibus maris. Et progressus vltra manifestius inquit, Et fecit deus hominẽ, secundum imaginẽ dei fecit eum, masculum & fœminam fecit eos. Animaduerte quanta vsus est diligẽtia, semel atq; iterum idẽ dicẽs, vt in mentibus auditorum bene reponi possint quę dicuntur. Nã nisi hoc ei curę fuisset, sufficiebat dicere, Et fecit deus hominẽ, sed iterum apponit, Secundum imaginẽ dei fecit eum. Postquã enim nos docuit per pręcedẽtia, quid sit, secundũ imaginem, denuo ea de causa hic eundẽ repetit sermonẽ, & dicit, Secundũ imaginẽ dei fecit eum. Et vt ne impudentem defensionis prętextũ relinquat, ecclesiæ dogmata impugnare volẽtibus, paululum ꝓgressus idem iterũ docet, quod ideo imaginis nomine vsus sit, quod ĩperaturus, & sub se creaturas omnes habiturus esset. Iam videamus quid dicit. Et fecit deus hominẽ, secundũ imaginẽ dei fecit eũ, masculum & fœminẽ fecit eos, Id quod supra insinuauerat, dicens, Et dominentur, hic manifestius dixit, idipsum tamen recõditiori modo nos docens. Mõdum eñ de formatione docuerat, neque dixerat, vnde mulier ꝓducta. Masculum, inquit, & fœminam fecit eos. Vidisti quomodo, quod nõdum factum, quasi iam factũ narrauit? Tãtum valent oculi spirituales. Neq; idẽ pręstare possunt corporales illi oculi, qui visibilia cernunt, quantũ oculi spiritus, qui ea, quę nõ vidẽtur, neq; subsistunt, videre possunt. Igitur vt dixit, Ma-
F sculum & fœminã fecit eos, quasi vtriq; benedictionẽ daret, dicit, Et benedixit eis deus, dicens, Crescite, & multiplicamini, & ĩplete terram, & domineminí ei, & imperate piscibus maris. Ecce quã eminens benedictio. Nã hoc, Crescite & multiplicamini, & ĩplete terram, etiã de brutis animalibus & reptilibus dictũ est, Sed, domineminí & ĩperate, de viro & muliere dictũ. Vide misericordiã domini. Anteaquam mulierẽ ꝓducat, participẽ eam fecit ĩperij, & benedictionis eã honore dignatur. Et ĩperate, ait, piscibus maris, & volatilibus cœli, & oĩbus pecoribus, & vniuersę terrę, & oĩbus reptilibus quę repũt super terram. Vidisti inenarrabilẽ potestatẽ? Vidisti principatus magnitudinẽ? Vidisti cõdita omnia sub huius potestatẽ redacta? Ne posthac paruũ aliquid de rationali hoc animãte imagineris, sed cogita honoris magnitudinem, & dñi erga illud beneuolẽtiam, obstupescens eius insuetã & indicibilẽ misericordiã. Et dixit deus, Ecce dedi vobis omnẽ herbã satiuam afferentem semẽ, quod est super terrã, & omne lignũ quod habet in seipso fructũ seminis satiui vobis

erit in cibum, & omnibus feris terrę, & omnibus volatilibus cœli, & omni reptili repenti super terram, quod habęt in seipso animam vitę, & omnem herbam viridem in cibum. Et factum est sic. Vide obsecro charissime, verbo rum diligentiam, & ineffabilem dei misericordiam, & ne quid dictorum simpliciter prętereas Et dixit (inquit) deus, Ecce dedi vobis omnem herbam satiuam, quasi ad duos sermo fit, quāuis nondum muliere ꝓducta. Deinde vt discas excellētem bonitatem vide quō eminentem bonitatem, & mirā liberalitatē non in viro & muliere solum declaret, sed & in ipsis brutis. Nam vt dixit, Vobis erit in cibum, subdidit, Et oībus bestijs terrę. Vide iterū aliā abyssum misericordiæ, non solum brutis domesticis & nostro vsui seruientibus, vel pascendo, vel ministrādo, sed & feris. Et quis pro dignitate attigerit īmensam illam bonitatem? Vobis erit in cibū (inquit) & omnibus bestijs terræ, & omnibus volatilibus cœli, & omni reptili repēti super terrā, quod habet in semetipso animā vitę, & omnem herbā viridē in cibum. Magna dñi erga hominē, quem condidit, ostēditur cura. Nā quia ipsum proxduxit, & omne ei dominiū creaturę tradidit, vt ne statim ab initio iumētorum multitudinē videns, stomachari possit, quasi non sufficeret ad alēda tot & tanta animalia, priusq̄ de hoc cogitaret, bonus deus præueniendo demulcet eum, vt ita dicā, & ostendit, quod tam ipse quam iumēta & bruta omnia, præcepto dñi omnem copiam, terra suppeditante, sit habiturus. Nā postq̄ dixit, Erit vobis in cibum, mox subixit, Et omnibus bestijs terrę, & volatilibus cœli, & omni reptili repēti super terram, quod habet in semetipso animā vitæ, & omnem herbā viridē in cibum. Et factum est ita. Omnia quæcunque īperauit conditor, inquit, opere ꝓfecta sunt, & omnia in cōgruo ordine sunt cōstituta. Propterea statim subdit, Et vidit deus oīa quęcunq; fecit, & ecce bona valde Quis prodignitate laudarit diuinę scripturę diligentiā? Ecce em̄ & hic verbo vno (Et vidit deus omnia quæcūq; fecit) linguā omnium cōtradicere conantiū compescuit. Et vidit deus (inquit) quæcunq; fecit, & erant valde bona. Et factum est vespe rū, & factū est mane dies sextus. Quoniā de vnaquaq; creatura dicebat, Et vidit deꝰ quoniā bonum, nunc quando omnia cōpleta sunt, etiam diei sexti opera finē acceperunt. Et qui creaturis omnibus fruiturus erat, ꝓductus est, īquit. Et vidit deus omnia quęcunq; fecit, & ecce valde bona. Cōsydera quomodo creaturas oēs illo verbo, omnia, simul cōplexus, omnes simul magna laude ꝓsequutus est. Neq; em̄, vt dixit, Omnia cōtentus fuit eo verbo, sed subdidit, Quęcunq; fecit. Et neq; hęc tantū dixit, sed, Et ecce bona, &, Valde bona. Igitur cū deus, qui res ex nihilo, vt essēt ꝓduxit, eas bonas, & valde bonas dicit, qui tā insanus, vt velos aperire & contradicere dei verbis audeat? Quoniā em̄ in visibilibus non solū lumen cōdidit, sed & tenebras aduersas lucī, & nō solum diem, sed & noctē contrariā diei, & in seminibus quę ex terra nascuntur, non solū herbas vtiles, sed & pniciosas, & arbores non solū fructuosas, sed & infructuosas, & animalia non solum mansueta, sed & syluestria & truculenta, & in his quę aquę ꝓduxerunt, non solum pisces, sed & cete, & alias marinas beluas. Terra non solū habitabilis est, sed & īhabitabilis. Et nō solum planities sunt & cāpi, sed etiam montes & colles. Et inter aues, nō solum domesticę & altiles sed & ferę, nullumq; cōmodum per se afferētes, & miluī & vultures, & alię quędam Prętereā in his quæ terra profert, nō sunt tantum māsueta & innoxia animalia, sed & serpentes, & lacertę, et dracones, et leones, et pardi. Quin et in aere non solū pluuię venti vtiles, sed et grandines et niues. Et si quis singula pertractare vellet multa in vnaquaq; creaturarum inueniet, quę nō solū non vtilia, sed et nociua existimētur. Et ideo vt nulli posthac liceat ex creaturis accusare conditorem, et dicere, Qua

re hoc et hoc? ad quid ístud? hoc bene factum est, hoc non bene, sacra scriptura om
D nes ingratos, & loquí tẽtantes compescitura, sexto die absolutis creaturis omnibus,
inquit, Et vidit deus omnia quęcunq; fecit, & ecce valde bona. Quid igitur, obsecro
par fuerit tã fidelibus testimonijs? cuí iustius fides habeatur, quẽ conditorí, quí ipse
calculũ suum affert, & dicit, Omnia quęcunq; facta sunt, bona sunt, & valde bona?
Quocirca cũ videris aliquẽ, quí suis rationibus moueri, & obloquí diuinæ scripturę
audet, eum quasi insanũ auersare, imo ne auerseris, sed misertus ignorantiæ eius, ci-
ta aliquid ex diuina scriptura, & dic, Vidit deus oĩa quæcunq; fecit & dixit, Ecce val
de bona. Fortassis indomitã eius linguã continere poteris. Nã si in humanis rebus
cũ videmus aliquos quí ĩ dignitate habentur, factis eorũ non obsistimus, & adstipu-
lamur, & eorum sententiã proprio iudicio & operi pręferimus, quãto magis in his
visibilibus quæ ab omniũ opifice facta sunt hoc fieri oportet, pręsertim quũ ab ipso
met suã de his acceperimus sententiã? Proinde sopiãtur rationes nostræ, & nihil il-
lí vltra pręferatur, idoneis autẽ & crebris argumẽtis persuasum sit, quod oĩa ratione
quadã & misericordia ab eo ꝓducta sint, & in summa nihil temere & absq; causa fa
ctum. Verũ licet nos, ob nostrę rationis ĩbecillitatem, ignoremus factorum causam
E ipse tamen iuxta suã sapientiam & potẽtissimam misericordiã omnia produxit. Et
factum est, inquit, vesperũ & factum est mane dies sextus. Finí diei sextę etiã finem
formandí creaturas addidit, & ꝓpter hoc subdit & dicit, Et ꝓfecta sunt cœlũ & ter
ra & omnis ornatus eorũ. Cõsydera quam nihil sit superfluũ, nihilq; nõ amabile, in
diuinis literis. Vt cõplexim elemẽtorũ meminit, nõ vltra particulatim cõmemorat
sed vt dixit, Perfecta sunt cœlũ & terra, inquit, & omnis ornatus eorum. Quo signi-
ficat, omnia & quę in cœlo & quæ ĩ terra, Ornatus eñ terrę sunt ea quę ab illa pro-
ferũtur, vt herbarũ germina, fructuũ prouẽtus, arborũ fructus, aliaq; omnia quibus
illã deus ornauit. Ornatus autẽ cœli, sol, luna, stellarũ varietas, creaturęq; omnes ĩ-
termedię. Et idcirco sacra scriptura, cœlũ terramq; cõmemorans, omne dei opifi
cium ꝓ hęc elementa cõplectitur, Et ꝓfecit, inquit, deus die sexto opera sua quę fe-
cit. Cõsydera quomodo semel & iterum idẽ dicit, vt discamus quod intra sextũ diẽ
absoluta sunt omnia. Et ꝓfecit, inquit, die sexto, opera sua quę fecit. Et requieuit de⁹
in die septimo ab omnibus operibus suis, quę fecit. Quid est, quod dicit, Requieuit
deus die septimo ab operibus suis quę fecit? Vide quomodo humano more, & qua-
F dã attẽperatione ad nostram ĩbecillitatem diuina scriptura loquitur, alioquí nisi hac
ratione vsa fuisset, non possibile erat, vt aliquid dictorum suorum intelligemus. Et
requieuit, inquit, deus ĩ die septimo ab omnibus operibus suis, quę fecit. Quasi dice-
ret, Substitit & cessauit a formandis ꝓducendisq; ex nihilo rebus vt essent. Omnia
quecunq; oportebat, ꝓduxerat, & eum qui his fruiturus erat, formauerat. Et bene-
dixit, inquit, deus diem septimũ, & sanctificauit eũ, quia in eo requieuit ab omnibus
operibus suis, quę cœperat deus facere. Nã postquam substitit opifex, & omnia q̃
cunq; voluit, secundum misericordiã suam produxit in mediũ suo pręcepto, tunc fi
nẽ formãdi fecit die sexto. Nihil eñ aliud die septimo ꝓducere voluit, eo quod om
nia quę facere voluerat, iã perfecta erant. Et vt habeat etiã dies ille aliquod ad verbũ
& nomen suũ, & ne videatur minus aliquid habere, eo quod nihil in eo factum sit, be
nedictione eum dignatus est. Et benedixit, inquit, deus diẽ septimum, et sanctifica
uit eũ. Quid igitur, non erant et cęteri dies benedicti? etiam ꝓfecto, sed sufficiebat
eis pro omni benedictione, qđ in singulis illis creaturę ꝓductę fuerunt. Et ideo de
illis non inquit, Et benedixit, in solo autem septimo hoc dixit, et apposuit, Et sancti
ficauit eum? Quid est, et sanctificauit eũ ab alijs eũ segregauit. Deinde docens nos

diuina ſcriptura cauſam, ꝓpter quam dixit, Et ſanctificauit eũ, adíjcit, Eo quod ín eo requíeuerat ab oĩbus operíbus ſuís, quę cœperat deus facere. Iã híc ab ínítío doctrínã hanc nobís ínſínuat deus, erudíẽs ín círculo hebdomadís díẽ vnum íntegrum ſegregãdum & reponẽdum ín ſpírítualem operatíonẽ. Quíppe ob hoc dñs, cõpleto ín ſex díebus opífícío ſuo, ſeptímũ benedíctíone dígnatus eſt & ſanctífícauit, eo quod ín eo quíeuerat ab oĩbus operibus ſuís quę facere cœperat. Verũ híc íterum vídeo ímenſum nobís ſentẽtíarũ pelagus naſcí, quod ſímplíciter prætería nolím, quín & vos harum ſpírítualíũ mercíum partícipes fíerí cupío. Quę ígítur ílla eſt, quę híc ꝓſpectat queſtío, díuína ſcríptura dícẽte, quod deus requíeuít ab operibus ſuís, ĩ euangelíjs Chríſtus ínquit, Pater meus vſq; nũc operatur & ego operor, non vídẽtur tíbí ex verborũ ꝓlatíone hęc dícta eſſe cõtraría? ſed abſít. Níhíl cõtrarium ín ſacrís ſcripturís cõtínetur. Nã híc quídẽ, cum ſcríptura dícít. Quod requíeuít de⁹ ab operíbus ſuís, docet nos quod a formãdo, & ex níhílo res vt eſſent ꝓducẽdo, requíeuerít díe ſexto, Chríſtus autẽ dícens, Pater meus vſq; hodíe operatur & ego operor contínentẽ ſuã prouídentíã nobís declarat, & operatíonem vocat cõſeruatíonem factorum, quíbus largítur vt permaneant, dum totum gubernat mundum. Níſí eĩ hoc eſſet, quomodo vníuerſum ſubſíſteret ac duraret, nõ gubernãte & dírígente ſuperna manu, cũ vísíbílía hęc oĩa, tum humanum hoc genus? Et ſí quís voluerít prudẽter & ſpecíatím ĩſpícere omnía, quę quotídíe ín noſtrũ benefícium ab omníũ opífíce ꝓfícíuntur, abyſſum ínueníet míſerícordíæ. Quís emẽ ſermo, quæ mẽs ad índícíbílẽ hanc bonítatẽ ꝓtíngere poterít, quã humano generí ꝓpetuo oſtendít, orírí faciens ſolẽ ſuum ſuꝑ malos & bonos, & pluens ſuꝑ íuſtos & íníuſtos, omnemq; alíã copíã ſuppedítãs? Forte prolíxus quã oportebat, ſermonẽ ꝓduxímus, verum hoc nõ abſq; ratíone, neq; temere factum eſt, ſed vt abſentes ex vobís díſcant, quantum ſíbímetipſís dãní fecerít, ob corporalẽ cíbum ſemetipſos a ſpírítualí cíbo ſubducentes. Cęterũ ne valde cõtríſtentur, fraterna eos beneuolentía ꝓſequamíní, recenſentes eís quę a nobís dícta ſunt. Hoc emẽ germanæ charítatís argumẽtum. Nam ſí íter magna charítatís ídícía habent, qui ita de ſenſíbílíbus edulíjs hoc faciunt, multo magís qui ĩ ſpírítualíbus hoc agũt, magnum noſtrí pręconíũ celebrant, reditq; ad nos quícquíd íd eſt vtílítatís. Nã cuíus ſtudíum eſt docere ꝓxímum, ís non tantum íllí benefacít, quantũ ſíbíjpſí magnã mercedẽ parat dum duplícẽ percípít mercedẽ, retributionẽq; a deo maiorẽ aſſequítur. Deníq; ís qui fratrẽ docere tentat, dũ íllí commemorat, & dícta ſecum repetít, & melíus tenet. Igítur cogítãtes tantum lucrumveſtrũ, ne ĩuídeatís fratríbus veſtrís, ſed a vobís díſcãt quę nunc a nobís dícuntur. Vt autẽ plenius doceãtur, ducíte eos ad nos, ꝓſuadentes eís, quod níhíl obeſt ſpírítualí menſę, ſí præcedat corporalís cíbí ſumptío, ſed haberí debet omne tẽpus ſpírítualí ſermoní ídoneũ. Hęc ſí recte teneamus, poterímus & domí verſantes, & poſt cõuíuíũ, acceptís ĩ manus díuínís líbrís, vtílítatẽ índe capere, & ſpírítualem cíbũ anímæ ꝓbere. Nã ſícut corpus ídíget ſenſíbílí cíbo, ſíc & anima quotídíana ſpírítualíum cíborum refocíllatíone, vt roborata aduerſus carnís ĩſultus, & contínuum bellum, quo vrgemur, reſíſtere poſſít. Et perículũ eſt, ne ín ſeruítutem redígatur anima, ſí vel parum deſídes eſſe voluerímus. Proínde ꝓpheta Dauíd beatũ íllum dixít, qui ín lege dñí medítatur díe ac nocte. Et beatus Moyſes Iudaící populí doctor dícít, Cum comederís & bíberís, & ſatíatus fuerís, memor eſto dñí dei tuí, Víde, quomodo & tunc potíſſímũ cõgruít, poſt ſumptum corporalẽ cíbum, ſpírítuale cõuíuíum ꝓponí, vt non poſt ſatíetatem cíbí corporalís, anima torpere & deſes fíerí ĩcípíens, pernícíem alíquam ſentíat, & locum det díabolí machínatíonibus, qui nullo nõ tempo

D re obſeruuat, num ferire cõmode queat. Et iterum alio loco dicebat idem ille propheta. In lecto cubantes & exurgentes mementote dñi dei veſtri. Vidiſti quod nunquã vos deceat hanc memoriã ex anima veſtra excludere, ſed continenter in cõſciẽtia habere, ac ĩ perpetuo certamine viuere, nullaſq; vnquam admittere inducias, imo vt bene ſcientes, quantus ſit furor inimici noſtri erga nos, ſobrios eſſe & vigilare & oẽs eius iſidias impedire, & nunquam ſpiritualem negligere alimoniam? Hęc noſtra ſalus eſt, hę ſpirituales diuitię, hęc ſecuritas, ſi ſic nos ipſos quotidie munimus & p lectionẽ, & per auditum & per ſpirituale verbum. Poterimus enim ſic etiam ipſi iuicti fieri, & maligni dęmonis technas eludere, cœleſtiaq; regna aſſequi, gratia & miſericordia domini noſtri Ieſu Chriſti, cum quo patri ſimul & ſpirituiſancto ſit gloria, imperium, honor nunc & ſemper & in ſecula ſeculorum. Amen.

CAPVT SECVNDVM.

TEX. ET perfecta ſunt cœlum & terra, omnis que ornatus eorum. Et pfecit deus die ſexto opera ſua, quę fecit. Et requieuit die ſeptimo ab omnibus operibus ſuis, quæ fecit. Benedixitq; deus diẽ ſeptimũ, & ſanctificauit eum, quia in eo requieuit ab omnibus operibus ſuis, quę cœperat deus facere. Iſte eſt liber geneſeos cœli & terræ quando facta ſunt, quo die fecit dñs deus cœlum & terram, &

E omne viride agri, priuſquã fieret ſuper terram, & omnẽ herbã agri priuſquam oriretur. Nõ eñ pluerat deus ſuper terram, & homo nõ erat qui coleret eã. Fons autem aſcẽdebat de terra, & rigabat omnẽ faciẽ terræ. Et formauit deus hominem, puluerẽ de terra, & inſpirauit in faciẽ eius ſpiraculum vitę, factuſq; eſt homo in animã viuentem. Et plantauit deus hortũ in Edẽ ſecundum oriẽtem, & poſuit illic hominem quẽ formauit. Et fecit exoriri deus præterea ex terra omne lignum pulchrũ ad vidẽdũ, & bonũ ad edẽdum, & lignũ vitę in medio horti, & lignum ad ſciendum noticiã boni & mali. Fluuius autẽ egreditur ex Edẽ vt riget hortum. Inde diuidítur in quatuor initia. Nomẽ vni Phyſon, hic eſt qui circuit omnẽ terrã Euilat, illic ſcilicet eſt aurum, & aurum terrę illius bonum, & illic eſt carbũculus, & lapis praſinus. Et nomẽ fluuio ſecundo Geon, hic circuit omnẽ terrã Aethiopiæ. Et fluuius tertius Tigris, hic eſt qui pgreditur aduerſus Aſſyrios. Quartus autẽ fluuius Euphra-

F tes. Et accepit dñs deus hominẽ quem formauit, & poſuit eum in horto, vt coleret illũ & cuſtodiret. Et pręcepit dñs deus Adę, dicens, De omni ligno quod eſt in paradiſo comedẽdo comede, de ligno autem ſciẽdi bonũ & malũ, ne comedas de eo. Quocunq; die comederitis de eo, morte moriemini. Et dixit dñs deus, Non eſt bonum eſſe hominem ſolũ, faciamus ei adiutricem ſecundum eum. Et formauit deus adhuc de terra omnes beſtias agri, & omnia volatilia cœli, & duxit ea ad Adam, vt videret quid vocaret ea, & omne quodcunq; vocauit Adã animã viuentem, iſtuc ipſum nomen eſt ei. Et vocauit Adã nomina omnibus pecoribus, & omnibus volatilibus cœli, & oĩbus beſtijs terrę. Adæ autem nõ eſt inuentus adiutor ſimilis ei. Et ĩmiſit dominus deus exceſſum in Adam, & dormiuit. Et accepit vnam coſtarum eius, & impleuit carnẽ pro ea. Et ædificauit dominus coſtam, quã accepit de Adã in mulierem, & duxit eam ad Adam. Et dixit Adam, Hoc nunc os ex oſſibus meis & caro ex carne mea. Iſta vocabitur mulier, quia de viro ſuo ſumpta eſt. Propterea relinquet homo patrem ſuum & matrem, & adhęrebit vxori ſuæ, eruntque duo in carnem vnam.

HOMILIA DECIMA.

SCIO quod superioribus diebus mētē vestram grauioribus sentētijs intēderim & exercuerim, eam ob rē hodie animus est faciliorem proponere doctrinā, Nā sicut corpus ieiunio emaceratum nōnulla indiget refocillatione, vt vigescenti alacritate ad ferendos ieiunij labores redeat, ita & anima vestra recreatione īdiget & quiete. Neq; eñ semp intēdere, neq; semper remittere oportet, sed nūc hoc nunc illud faciendum ad regēdum animę statū, & domandam carnis petulantiā. Nam sicut semp intentū esse laboribus dolorē affert, & succūbere facit, ita subinde remittere, ad ignauiā inducit. Id quod & ī anima & in corpore vsu euenire, videre quis potest. Propterea modus vbiq; bonus est. Quod erudiens nos omniū deus, & per creaturas suas nostrā harmoniā tēperauit. Discere hoc licet a die & nocte, hoc est a luce & tenebris. Quādo quidē diē segregauit ī opus humanę naturę, & noctē in requiem & remissionē laborum, mēsurasq; & terminos vtrisq; prefixit, vnde nobis beneficia quędā prouenirēt Nā & lux, diurnę operationis est tēpus, de quo audi Dauid dicētem, Egredietur homo ad opus suum, & ad operationē suā vsq; ad vesperam. Et bene inquit, Vsq; ad vesperam, nā ingruente vespere lux abscedit, & succedētes tenebrę humanam naturā sopiunt. Et corpus qđ laborauerat, quiescere facit, ac sensus omnes remittit, & quasi nutrix optima, sensorijs oībus quietem a laboribus fatigationibus q; concedit. Cū vero mēsura noctis īpleta fuerit, appropiante lucis aduentu, excitat, & facit, vt reuigescentes subtilioresq; facti sensibus ad solis radios, feruenti & iuueníli quadā promptitudine, cōsueta aggrediātur opera. Illud etiā in anni versionibus & partibus fieri cernimus. Hyemē ei excipit ver, & exactę ętati succedit autūnus, vt per vicissitudinē temporum & mutati aeris, quiescētia corpora nostra, neq; frigore nimium cōgelata corrūpantur, neq; caloris vehementia nimiū calefacta dissoluātur, & vt ad hoc nos prępareт, hyemi pręmittit autūnum, & ętati ver. Quod si quis prudenter hęc omnia secum expenderit, īueniet in oībus creaturis ordinē & rationē quandam, & nihil temere & absq; ratione factum. Hoc & ī seminibus, quę ex terra nascuntur, qs videre potest. Neq; eñ omnia eodem tēpore tellus ꝓfert, neq; omne tempus ad excolenda terrę germina idoneum est. Nouit agricola cōgruum tempus, quod a sapiētia adeo data habet, quando serēdum, qñ plantandæ arbores, quando vites terræ sinibus cōcredendę, quādo ad fœnum acuendę falces, qñ decerpēdi vinearū fructus & botri demendi, quando & oliuarū baccæ colligendæ. Et īnueníes, si hęc omnia diligēter volueris inquirere, magna sapiētia etiam agricolas esse prædítos, Iam non solum in terra hoc videre licet, sed etiam in mari. Ecce & hic aliā admirabilem sapiētiam spectare potes. Scit eñ nauclerus, qñ a littore soluenda sit nauis, quando transeūda maria. Et maxime ī nautis deprehēditur ītellectus, quem diuina sapientia humanę naturę indidit, Neq; enim qui per vias publicas currunt, ita diuerticula sciunt vt hi qui in aquis certū iter faciunt, Propter hoc & scriptura obstupescens eminentē sapientiā dei, dicit, Qui dedit in mari viam, & ī aquis magnis semitam. Quæ humana ratio potest hęc ꝓnoscere? Eandē rationem inueniet quispiā etiā in cibis quos accipimus, nā singulis tēporibus & anni partibus varia & diuersa nobis alimenta dñs largitur. Terra eñ quasi optima nutrix dona sua nobis ꝓfert, præcepto dominico seruiens. Verum ne ꝓlixius sermonē extendā, licebit intelligentibus per se recensere alia omnia. Da eñ inquit, sapienti occasionē, & sapientior erit. Neq; ī nostris dūtaxat cibis hoc videtur, sed & in his quę brutorum sunt. Et potestis, si vultis, etiam in multis alijs inquirere & addiscere optimi artificis dei indicibilē sapientiā, & eminēm bonitatem, quomodo creaturę singulę ratione quadam conditę sunt. Similiter

A

De remittenda seuēritate.

B

C

Dígitur & in hac ſacra quadrageſima cõſtitutum nobis inueniemus. Nam quẽadmodum in viis publicis ſunt ſtationes & diuerticula, in quibus feſſi viatores & reſpirãt, & quieſcunt, vt alacrius poſtea iter ſuũ cõficiant, & ſicut ī mari littora ſunt, & portꝰ vt in eos ſe recipiãt nauigãtes, & expectent donec vẽtorum impetus conquieſcant, & ſic iterum nauigare incipiant, Ita & nũc, qui in hac quadrageſima ieiunij curſum ſuſcepere, quaſi ſtationes & diuerticula, & littora & portus, ꝓ duos hebdomadę dies dñs quietẽ largitus eſt, vt & corpori aliquantulũ ieiunij labores remittantur, & animã refocillent ieiunãtes, & exactis duobus illis diebus in pulchre cœpto itinere alacriter ꝓgant. Age igitur, quia hodie remiſſionis dies eſt, obſecramus veſtrã charitatẽ, vt magna diligentia lucrum ex ieiuniõ collectũ cuſtodiatis, & ſumpta parũper reſpiratione, mox iterũ priora nouis incrementis ꝓuehite, & ſic paulatim ad maiorẽ negociationẽ inſtructi, in dominicũ diem occurrite, & ſpiritualem veſtrã nauim in portũ ſanctę feſtiuitatis adducite. Nã ſicut omnia quę a dño ſunt facta, ſicut & ſermo teſtabatur, & res ipſa ĩdicat, ratione & ſapientia quadã facta ſunt, ſuum cõgruũ opus ꝓficientia, ita & quę a nobis fiunt, decet ne abſq; cauſa & fruſtra fiant, ſed iuti litatem & lucrũ noſtræ ſalutis. Quippe quum ſecularibus negocijs dediti, adduci ne queunt, vt rẽ aliquã incipiant, niſi priꝰ aliquid lucri ſuboleant, multo magis iuſtum eſt, vt nos hoc faciamus. Et ne ita ſimpliciter ieiuniorũ hebdomadæ prętereant ſcrutemur ſuã quiq; conſcientiã, & rationem examinemus, & cõſyderemus quidnam ī hac hebdomada probe actũ ſit, quid in alia, & quale augmẽtum fecerimus ad ſequẽtem, quas ī nobis affectiones correxerimus. Quod ſi nõ vitam noſtrã inſtituerimus magnã animę noſtræ curam habẽtes, nihil nobis vſui erit ieiuniũ, vel inedia, quam toleramus, preſertim ſi cõperti fuerimus inferiores his, qui tantũ ſtudiũ colligendis opibus ĩpendũt. Nullũ eñ horum inuenies, qui vel nõ ſumma vigilãtia laboret quo prioribus quotidie aliquid adijciat, vel vnquã ſatietur, ſed quanto facultatum maior eſt acceſſio, tanto & curã & ſtudiũ ſuum amplius intẽdit. Quod ſi vbi ſtudium eſt in utile, & diuitię nonnũquam magnã ſalutis animæ iacturam faciunt, tãta vigilantia res aguntur, & pręter hęc magna illic eſt formido, & inſtabilis opum poſſeſſio, nõ ſolũ quod iminente morte, ipſę hic manẽtes, nullam eis qui illas collegere, vtilitatem cõferunt, ſed quod manentibus hic illis, iſti magna ſeueritate cogẽtur de eis alibi rationẽ reddere, quãuis ſępe & ante mortẽ, poſt multos labores, & ſudores, & erũnas, quaſi ꝓcella quadã ingruente negociorum difficultate, repente qui plurimas poſſidebat diuitias, pauperrimis factus eſt pauperior, qualia ſingulis diebus videre contigit. Atqui in ſpirituali negociatione nihil tale formidatum eſt vnq̃, ſtabilis eñ & īmota manet. Talibus enim bonis et hic multum egemus, et alibi adiuuamur plurimum. Igitur dũ tẽpus habemus, obſecro, vel ſaltẽ id ſtudij impendamus ſpiritualibus mercibus cõquirendis, quod alij in perituras collocant. Nec ab hac ſolicitudie ceſſemus, ſi recte quid actum fuerit, vel ſi aliquã affectionũ noſtrarum magna vigilãtia expugnauerimus, vt conſcientię pigna certitudine habita, multiplicis voluptatis fructum ꝓcipiamus. Neq; eñ hoc ſolum queritur, vt hęc quotidie conueniamus et de illis continuo audiamus, et totã quadrageſimã ieiunemus. Qñquidẽ ſi nihil ex hac cõgregatione, et admonitione, et ieiunij tẽpore lucraturi eſſemus, tunc nõ ſolũ nihil vtilitatis afferrent hęc, ſed et maioris condẽnationis occaſio fierent, ſi quidem in tanta diligentia ij dem permanemus, & neq; iracũdus fit mitis, neq; indignabundus, mãſuetus, neq; inuidens, amicus, neq; inſania in diuitias correptus deſiſtit abaffectionibus, et eleemoſynis diſpertiendis et alendis pauperibus vacat, neq; intẽperãs, caſtus, neq; vanę gloriæ ſtudioſus illam cõtemnere, et veram gloriã deſyderare

Nihil temere agẽdũ.

E

F

diſcit, neq; charitatis in ꝓximum negligens, ſeipſum admonens, cognoſcit non ſo
lum quod minor ſit publicanis (nam ſi diligitis eos q vos diligunt, inquit, quid am- A
plius facitis? nõne & publicani hoc faciũt?) ſed & vt ſeipſum doceat, & inimicos hu
maniter aſpicere, & magna charitate fouere. Quod ſi affectionibus illis, & alijs quę
in nobis ſubnaſcuntur mala, ſupiores non fuerimus, licet quotidie hic cõueniamus
& cõtinuo doceamur, & tantũ a ieiunio adminiculũ nobis datũ ſit, qualis erit venia
qualis defenſio? Dic mihi obſecro, ſi puerum tuũ quotidie videas in ludum ire, & ni
hil lucri facientẽ multo tẽpore, patienter ne ferres? Nonne & puerum verberares, &
magiſtrũ argueres? & deinde diſcens, quod magiſter omne ſuum officiũ feciſſet, &
plane intermiſiſſet nihil, pueri aũt ignauia cauſa ſit omnium, nõne indignationẽ om
nem in puerum tranſferres, non iam accuſans magiſtrũ? Idipſum & hic iuſte fieret.
Nos eñ, qa gratia diuina huic loco deſtinati ſumus, quaſi ſpirituales filios in haſce
ſcholas vos quotidie vocamus, ſalutarẽ vobis doctrinã ꝓponẽtes, & nõ quas ex no
ſtra mente excogitauimus, ſed eas q̃ a domino per diuinas ſcripturas nobis donatæ
ſunt, doctrinas in mediũ afferimus, illaſq; vobis inculcamus. Si ergo cum nos vigi-
lanter oẽm adhibemus diligentiã, & quotidie inviam veritatis ducimus, vos in ijſdẽ
perſeueratis opinionibus, cogitate quãtus & noſter ſit dolor, & veſtra condẽnatio, B
ne quid dicam acerbius. Qñ nos nihil ꝑtermittimus, quod ad veſtram ꝓtineat ędi
ficationẽ, ſed veſtre ſalutis curam gerimus, & ideo non poſſumus non grauiter ferre
veſtram ignauiã. Quia & doctor cũ videt diſcipulum, nullũ ſtudio ſuo fructũ face-
re, non vulgariter dolet & gemit, videns ſe oẽm laborem ꝑdere. Hęc nunc dico, nõ
vt charitatẽ veſtram contriſtẽ, ſed vt excitẽ & inſtruam, non ſimpliciter ieiunijs cor
pus caſtigare, neque temere & inuanum dies quadrageſimę ſanctę tranſmittere, Et
quid dico dies quadrageſimæ ſancte tranſmittere, cũ prorſus nullã nos diem vnquã
tranſigere oporteat, ſi poſſibile eſt, per oẽm vitam noſtrã, in quo non lucrũ aliquod
ſpirituale in nobis reponamus, vel per preces, vel per confeſſionẽ, vel per eleemoſy
nas, vel aliqua alia ſpiritualia bona opera? Nam ſi Paulus tantus & talis, qui arcana Laudes
illa verba audiuit, q̃ vſq; in hodiernũ diem nullus cognouit, clamabat dicens, Quo Pauli.
tidie morior per veſtram gloriationẽ, & docens nos, quod ſic ſeipſum ꝓ pietate pe-
riculis expoſuit, quod quotidie morti vicinus eſſet, & quod natura nõ fert (Vni eñ
morti obnoxij ſumus oẽs) hoc ipſe pertinaci ſuo inſtituto agebat, tametſi deus eum
quotidie in aliorũ ſalutem cõſeruaret. Proinde ſi ille qui tot ꝑ claris operibus excel- C
ſus eſt, & quaſi angelus ſuper terrã apparebat, quotidie ſtudebat lucri facere, & ꝓ ve
ritate ſtare in acie cõtra pericula. & ſibi colligere ſpirituales merces. & ſemꝑ progre
di, qualem habebimus nos defenſionem, qui nõ ſolũ bonis operibus omnibus deſti
tuti ſumus, ſed & malis grauati, quorũ vnum duntaxat in ipſum ꝓditionis profundũ
detrudere nos ſufficeret, nullumq; præterea ſtudiũ nobis eſt, vt vel ſaltem hæc emen
demus? Et quum idem ſępe non vno flagitio, ſed pluribus eſt obnoxius, nẽpe & ira
cundus eſt & intemperans, & auarus, & inuidus, & ferox, & neq; hęc corrigere, neq;
virtutis opera attingere vult, qualis poſtea erit ſalutis ſpes? Hæc dico, & dicere non
deſinam, vt auditores ſuum quiq; remedium accipiant ex noſtris dictis, & ſtudeant,
vt ſtatim ab affectionibus mentem turbantibus liberẽtur, cõualeſcenteſq; virtutum
ſtudijs poſthac ſe accõmodent. Sicut & in his fieri ſolet, qui corporali morbo labo
rant, quamuis ſexcenties medicus remedia afferat, & valetudinarius medicinæ curã
reſpuat, & ſæpe ſuccenſeat, ſi medicus imponat pharmacũ, & impatiẽs doloris illud
reijciat, nulla inde vtilitate ſuſcepta, nemo prudens medicũ arguerit, qui ſuũ egit of
ficium. Eodem modo & hic nos medicamentum ex ſpirituali doctrina confectum

D ímponimus. Veſtrũ autẽ poſthac fuerit, ferre dolores & curã cũ vtílitate admíttere vt a morbo líberatí, ad verã regredíamíní ſanitatẽ. Sic enĩ & ípſí magnã percípietís vtílitatẽ, & nos mírũ ín modũ refocíllabímur, ſí vídérímus eos quí prius laborabãt, ſtatím bona frui valetudíne. Obſecro ígitur oẽs vos, vt vnuſquiſq; ſi nõ antea, vel certe iã operã det, vt vítium quod affectiones ſuas magis íterturbat, ex aĩa execet, & pía cogítatiõe quaſi ſpírituali quodã gladío vtẽs, ſeipſum ab affectiõíbus líberet. Dedit enĩ nobis deus rationẽ q̃ ſufficiat & poſſit, ſi velímus parũ reſpícere ad edomanda oĩa q̃ ín nobís naſcuntur vítia. Propterea etiã ſanctorum oĩm vítas & cõuerſationem ín díuínis ſcripturís perſcriptã, ſpíritus ſancti gratia relíquit, vt díſcentes, quod licet eiuſdem fuerínt naturæ, vírtutibus tñ ſtuduerunt, ne ſimus nos ígnaui & deſides ín íj s exercẽdís. An nõ naturæ noſtræ fuit & beatus Paulus? Flagro amore huius virí, & ꝓpterea cõtínuo verſatur ípſe ín oré meo, & quaſi ĩ archetypum alíqđ exemplar, íta ín eius aĩam reſpícíẽs, obſtupeſco ín hoc víro mirã affectionum ſuppeditationem, fortítudínís excellẽtíam, amorís ín deũ feruorẽ, & arbítror, qđ vnus homo oẽs vírtutes cõgregarít, & perfecerit, verum nos ne vnum quídẽ bonũ opus vel mediocre facere volumus. Quíd ígitur nos erípiet a ſupplício ĩeuitabílí? Nã quũ eiuſdẽ ílle nobíſcum fuerit naturæ, & íj ſdem obnoxíus affectionibus, & ín tanta tẽ-
E porum difficultate quotídie, vt íta dícã, trahebatur/lacerabatur/& publice rapiebatur ab his quí prædicationẽ oppugnabant, quí & ſæpe ípſum mortuũ exíſtímabant & quaſi deſtínatã animo cædẽ perpetraſſent, ípſum reliquerunt. Inuenítur ne aliq̃s noſtrum, quí ſic deſides ſumus, & tot peccatís ímplícíti, tantam vírtutum magnitudínem præ ſe ferre? Verum quanta beatus ílle p̃ clara opera fecit, & fortitudínẽ quã pro religionís prædicatiõe quotídie declarauit, nõ a noſtra audite língua, ſed ípſum met audite dícẽtem. Quando enĩm ín eã deuenít neceſſítatẽ, vt ꝓpter pſeudapoſtolorum ímpoſturas res ſuas enarrare cogeretur, tam graue & moleſtum ei erat, vt excuſaret, & nunquã ín mediũ ea afferre vellet, ſed & ſeipſum audebat vocare blaſphemum, & perſequutorem, Quia autẽ magnũ quíd erat, íta ab ímpoſtorĩbus vítupera rí, & ín os percutí, & diſcípulos ínterím puſillanímes fierí, ſic fere cœpit poſt multa alía dícere. In quo autem ſi quís audet, per ínſipientiã loquor, audeo & ego. Conſydera píam animam, nõ ſolum audet, ſed & ínſipientiã, rem eã vocat, docens & nos ne vnquã cítra neceſſítatẽ & nullo vrgente, q̃ a nobís facta ſunt euulgemus, ſíquidẽ alíquí ex nobís ſunt quí bonum alíquod ſunt operatí. In quo autẽ ſi quis, inquit, audet, per ínſipientíam loquor, audeo & ego hoc eſt quoníam ego multã vídeo neceſſítatẽ, audere volo, & ínſipientiæ opus declarabo. Hebræí ſunt, ſum & ego. Iſraelítæ ſunt, ſum & ego. Semen Abrahæ ſunt, ſum & ego. De hoc, ínqt, ſublíme ſapiũt
F & gloriãtur, ne putent ea nobís deeſſe, etiã nos eorundẽ partícipes ſumus. Deínde ſubiecít. Miníſtrí Chriſtí ſunt, delírãs loquor, excellẽtíus ſum ego. Vide hic quæſo beatæ huius aĩæ vírtutẽ. Nã poſtquã ſe audacẽ eſſe, & ínſípiẽtíam díxít quod a ſe factum, quamuís ín tanta eſſet neceſſítate conſtitutus, neq; ſic tñ dictís contentus fuit ſed quum demõſtraturus eſſet q̃d íllos p̃celleret ipſe magno ínteruallo vt ne q̃s eum putet ob philautíam & ſuí ípſíus amorẽ hæc dícere, íterum delírium vocat quod a ſe dícebatur, quaſi díceret. Bene ſcío, quod rẽ facío quæ ſupra multos ſit, & q̃ neq; me deceat, ſed me compellít magna neceſſítas, ídeo ígnoſcíte mihi ínſipiẽtiæ verba loquentí. Huius ſí vel vmbram ímítaremur nos: quí tantís premímur peccatís, & ſæpe ſi parũ quíddam recte facímus, neq; ípſum ín prõptuarío mentís noſtræ repoſítum manere patímur, ſed vt gloriolã alíquã ab hoĩbus venemur, ínuulgamus, & ob íntẽ peſtíuam nugacítatẽ díuína retríbutíone noſmetípſos fraudamus. At níhíl tale bea

to Paulo accidebat. Sed quid? Ministri Christi sunt, delirans, inquit, loquor excellentius sum ego. Dein, adducit ī mediū, ea quib⁹ pseudapostoli plane carebāt. Neq; eñ ea habebāt hi qui veritatē ipugnabāt, & p̄dicatiōi religiōis obsistebāt, & propter hoc oīa faciebāt, vt mētes supplicīorū subuertere possent. Igitur vt dixit. Excellētius sum ego, enumerat postea fortitudinis suæ p̄clara opera, et inquit. In laboribus copiosius, ī verberib⁹ supra modū, ī mortibus frequēter. Quid dicis? Est hoc rarū & admirabile, quod a te dicit? Est ne possibile, vt qs sępe moriat? Etiam, inqt, quāuis nō experiētia, attamē ꝓposito, docēs nos, qđ subinde se illis exposuit mortiferis periculis ob p̄dicationē, sed dei gratia in mediis periculis athletā seruauit, quo discipulis magis prodesset. In mortibus, inquit, frequēter, a iudæis quinquies quadraginta vna minus accepi: ter virgis cæsus fui, semel fui lapidatus, ter naufragiū feci, noctē ac diē in ꝓfundo egi, in itineribus sæpe, in periculis fluminū, periculis latronū, periculis ex genere, periculis ex gētibus, periculis ex falsis fratrib⁹, periculis in bellis, periculis in solitudine, periculis ī mari. Ne simpliciter p̄tream⁹ dicta hęc dilecti, nā quodlibet horū per se pelagus aliquod tentationū secū fert. Nō enī simpliciter iter vnū dixit, sed in itineribus sæpe, neq; vnū periculū in fluuiis, sed multa & varia, et omnia tulit magna quadā cōstantia. Et post hæc omnia, iterum inquit In labore & molestia, in vigiliis sæpe, in fame & siti, in frigore & nuditate, absq; his quæ extrinsecus accidunt. Vide iterum aliud pelagus tentationū nobis aperiri. Vt enim dixit, Absq; his quæ extrinsecus accidunt, insinuauit, prætermissa plura esse verisimiliter quā quæ dicta sunt. Et neq; hic contentus, præterea alia nos docet, pressuras, et curarum vortices, quas tolerauit, sic dicens. Incumbēs mihi quotidiana cura omnium ecclesiarum. Ecce & hoc bonum opus vel vnicū sufficiēs est, vt summ⁹ ei virtutum apex tribuatur, cura omnium ecclesiarum, non paruæ vnius, vel duarū, vel trium, sed omnium quæ in toto orbe, & quantam terram sol radiis suis illustrat, tantam curam & solicitudinem habuit Paulus. Vidisti latitudinem animæ? vidisti mentis magnitudinem? iam quod subsequitur, omnia superiora obscurat. Quis eñ infirmatur, inquit, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non vror? Papę quantus in filios amor & indulgentia? quanta vigilantia? quāta cura? Que mater sic luget viscera filij febrientis, & in lecto decumbentis, vt beatus ille pro quouis infirmo quocumq; ille loco est, imo infirmatur, & pro scandalizatis vritur. Consydera quæso verborum latentem vim & emphasim. Non dixit: Quis scādalizatur & ego non contristor? sed vror, inquit, intensum nobis dolorem declarans, quasi demonstraret, quod intrinsecus accenderetur & vreretur pro his qui offendebantur. Scio quod in magnam prolixitatem extendi doctrinam, quamuis statueram hodie breuior esse, vt paululum a ieiunij labore possitis respirare, sed nescio quomodo, vt in diuitias bonorum operum huius sancti incidi. linguam mihi, quasi rapidi fluminis vis rapuit, & ꝓpterea hucusq; sermo ꝓfluxit. Oro charitatem vestram, vt continue illum in mente circunferatis, & subinde cogitetis, quod eadem nobiscū natura cōmunicat, iisdem affectionibus obnoxius, opifex vilis & cōtemptibilis / pellium sutor, & ī officinis frequēs, quia voluit & decreuit virtutū studio se mācipare, & idoneū se constituere receptaculū spirit⁹ sancti, largit⁹ quoq; sup na liberalitate potitus est, Et nos ītē, si voluerimus, quod nostrū est, facere, nihil ꝓhibebit eadē nos bona cōsequi. Liberalis eñ dñs, & vult oēs homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. Idoneos igitur nosipsos exhibeamus, & feruēti alacritate virtutē vel nūc saltē apprehendamus: & affectiones nostras corrigētes, efficiamus, vt spiritussancti accōmodas simus habitacula. Quod vt mereamur, concedat gratia et misericor

A

B

C

dia domini nostri IESV CHRISTI, cui cũ patre simul & spũsancto sit gloria, imperium, & honor nunc, & semper, & in secula seculorum. Amen.

HOMILIA XI.

D AGe, promissum nostrũ hodie impleamus, & cõsuetã doctrinã tractantes, dicẽda nunc his, quæ supra dicta sunt, contexamus. Scitis enim, quod semel atq; iterũ, cũ hoc facere decreuerimus, & ad hoc pperauerimus, sed linguã nostrã cura fratrum, quã gerimus, in eorum admonitionẽ alio rapuit. Quando quidem interdum infirmis fratribus, quibus, sumpto cibo corporali, sequestrare se ab hoc spirituali cõuentu, & mutilare nobis sanctæ festiuitatis gaudia, mos fuit, suasimus cõsulendo & exhortãdo, ne ab ouili CHRISTI absint, & extra caulam hãc spirituale aberrent, noie quidẽ & appellatione nobis vniti, reuera autẽ iudæos sectãtes, qui orto sole iustitiæ adhuc vmbræ assident, lucernæq; addicti sunt. Interdum obsecrauimus etiã eos qui adsunt, & parum adhuc de sacris instructi, vt in spirituali vocatiõe currant, excussoq; ignauiæ somno, feruẽti desyderio, & intenta alacritate, paratos se ad suscipiẽda regia munera præstent, & pperẽt ad eum qui remissionẽ donat peccatorum, & liberaliter innumera bona suppeditat. Itaq; cũ vulneribus, prout requi-
E rebat necessitas, medicamẽta imposuerimus, & nobis congruã curã impẽderimus partim arguẽtes eos qui de paschali festo male sentiẽtes labuntur, & obseruatiuncula quadam multum se incõmodant, partim admonẽtes, alioqui rudes, indoctos & tepidos, nunc autẽ, quia a morbis quæ vrgebãt, discedimus, vt pote qui quod nostri est officij, adimpleuimus, reliquũ fuerit, vt omnibus vobis spirituale paretur cõuiuiũ Nam sicut iure quis nos reprehẽdisset, vt tẽporis oportunitatem & rationẽ negligẽtes, si priusquã fratrum nostrorum curam habuissemus, infirmitate eorum cõtẽpta cœptam materiam sectati essemus: ita nunc, quia nihil prætermissum est, quãtum nostræ vires sinunt, verbũ doctrinæ adhibuimus, pecuniã dinumerauimus, semina terræ spirituali commẽdauimus, consentaneum est, vt iterũ in mediũ afferantur, q̃ ex beato Moyse sunt lecta, quo fructu inde collecto, domum proficiscí liceat. Et quæ noua hæc? Audiamus. Iste est liber (inquit) geneseos cœli & terræ quãdo facta sunt, quo die fecit deus cœlũ & terram, & omne virgultum agri, antequã oriretur super terram, omnẽq; herbam agri, priusquam oriretur. Nõ enim pluerat deus
F super terram, & homo non erat qui coleret eam. Fons autem ascẽdebat de terra, & irrigabat vniuersam faciem terræ. Cõsydera obsecro, beati huius prophetæ admirabilem sapientiam, imo sancti spiritus doctrinam. Nam postquã nobis patres enarrauit creaturas omnes, & sex dierum pertractauit opera, & formationem hoïs, potestatẽq; visibiliũ oĩm ei concessam, nũc iterum summatim oĩa recapitulãs, inquit. Iste est liber generationis cœli & terræ, quando facta sunt. Operæpreciũ hic fuerit inquirere, q̃re scriptura librũ hũc vocauerit. Cœli & terræ. quãuis multa alia in se cõtineat, & doceat nos de pluribus alijs, nẽpe de iustorum virtutibus, & de misericordia dei, & indulgentia, quam erga protoplastum, & omne humanum genus declarauit, & de alijs multis, quæ huius tẽporis non fuerit declarare, Ne mireris dilecte, mos enim hic est sacræ scripturę, nõ vt vbiq; oĩa particulatim enarret, sed cũ generalissima, & ea q̃ plurima cõplectuntur, dicere cœperit, vt relinquat sequentia studiosis auribus cõsyderanda. Et vt discas, quod ita sit, manifestũ faciã ex his quæ nunc sunt lecta. Ecce enĩ in superioribus cũ nos docuit diuina scriptura particulati formationẽ oĩm, nũc non omniũ meminit, sed inquit. Iste est liber generationis celi & terræ, quando facta sunt, die quo fecit deus cœlum & terram. & cetera. Vide

quomodo totum ſermonē ad cœlum & terram cōuertit, in illis alia omnia nobis cō
tuenda relinquēs. Cum ergo dicit, cœlum & terram, oñes creaturas ſimul compre A
hendit, tam eas quę in cœlo, quā quæ in terra. Sicut igitur in enarratiōe creaturarū
non omnia quę ſequūtur, dicit, ſed maxime generalia tantū cōmemorat, & non ad=
huc ſigillatim enarrat, ita & librum totum, libellū generationis cœli & terræ appel=
lauit, noſtræ memoriæ qđ reliquū eſt, cōiectandū relinquens, cōtineri in hoc libro
de viſibilibus, tam his quæ in cœlo, quā quæ in terra, & oñe virgultū agri, antequā
fieret ſup terram, & omnem herbā agri anteq̄ oriretur. Nō em̄ pluerat deus ſup ter=
ram, neq; homo erat qui coleret eam, ſed fons aſcendebat e terra, & irrigebat vniuer
ſam faciem terræ. Grandis theſaurus in pauculis verbis illis recōditus eſt. Vnde ma
gna prudentia, quę dicuntur, iuuante nos dei gratia, cōgruit explicare, & facere vos
ſpiritualium harum diuitiarū copiæ p̄ticipes. Spiritus em̄ ſanctus, futurorū p̄ſcius
vt nulli poſthac cōtendere, & eccleſiaſticis dogmatibus, ex p̄priis ſenſibus, aduer=
ſa diuinis ſcripturis immiſcere liceat, etiam nunc denuo, poſtq̄ creaturarum ordinē
docuit, qđ hoc quidem primū, iſtud autē ſecundo productū, & quod ſemina ſua tel
lus verbo mandatoq; dñi miniſtrans, ædidit, & p̄ducendi vim accepit, cum neq; ſo
lis cooperatione egeret, qui nondū erat, neq; pluuiarū, neq; hymbrium, neq; homi= B
nis cultura, nam & ille nondū in mediū prodierat. Ideo iterum repetit particulatim
omnia, vt indomitę impudēter blatterantiū linguæ cōpeſcantur. Quid autem inq̄t
die quo fecit cœlum & terrā, & oñe virgultū agri priuſq̄ fieret ſup terrā, omnemq;
herbam agri priuſquam oriretur. Non enim pluerat deus ſuper terram, nec erat ho
mo qui coleret eam. Fons autē aſcendebat e terra, & rigabat vniuerſam faciē terræ.
Hoc vult dicere, qđ ſermone, & præcepto eius quę prius nō erant, vt eſſent p̄uene=
runt, & quę nō erant ſubito cōparuerunt. Herba eſt quæ ex terra p̄uenit, hic autem
herbam dicens, ſemina oñia vocat. Et de pluuijs docens nos, iterum ſcriptura ſub=
dit. Non em̄ pluerat deus ſup terram, hoc eſt nondū pluuiæ deſuper ferebantur. De
niq; oſtēdit, quod neq; hominis operatione habuit opus (nō em̄ erat homo qui ope
raretur terram) quaſi clamans & dicens poſteris oñibus. Audite hæc & diſcite quō
ab initio oñes terræ p̄uentus ſint p̄ducti, & ne terram colentium diligentiæ omnia
tribuite, neq; eis hanc germinandi vim adſcribite, ſed mandato & præcepto, quod a
conditore ſuo audijt. Hæc autem oñia fiunt, vt ſciamus, terram ad ædenda ſemina
ſua, aliorum elementorū cooperatione non egere, ſed cōditoris mandato contentā C
eſſe. Eſt & hoc minime vulgare & admirandū, quod is, qui nunc verbo ad tot ſemia
producēda, fœcundā faciens, declarauit potentiam ſuam, quæ humanæ rationis ca
ptum tranſcēdit, hanc tam grauē & tantū ferentē ornatū, ſup aquas fundauit, ſicut
& propheta dixit. Qui fundauit terram ſuper aquas. Quæ humana ratio cōprehen
dere hoc poteſt? Nam quum homines domus ædificāt, & fundamēta facere volūt,
prius fodiūt, & vbi ad p̄funda puenerint, ſi vel paruum humorē viderint, omnia fa=
ciunt, vt omnē ipſam exhauriāt, & ſic fundamēta locent, Propterea opifex omniū,
omnia ſecus quā homies facit, vt ex hoc diſcas ineffabilem potentiā. Et quādocūq;
voluerit, elemēta hæc plane cōtrariū quā ſolent, effectum iuxta cōditoris p̄ceptū
oſtendunt. Et vtid qđ dicitur dilucidius nobis fiat: iam de hoc aliquid diſſeramus,
poſtea ad aliud tranſituri. Hoc em̄ contra aquarū naturam eſt, ferre corpus tam gra
ue, & iterum cōtra naturā terræ, ſedē ſuam in tali fundamēto habere. Et quid mira=
ris? In quacūq; creatura ſcrutari volueris, inuenies immēſam opificis potētiā, et qđ
ſua volūtate gubernat oñia. Videre em̄ hoc licet in igne, cui abſumptiua natura eſt,
omnia em̄ domat, materiam lignorū, lapidum, corporum, et ferri, idq; magna faci=

D litate, at postquam imperauit dominus, corpora tenera, & corruptibilia non tetigit, sed illæsos pueros seruauit in medio camino. Et ne miremini, quod corpora eorũ non tetigit, sed irrationale elementum tam composito ordine fuit, vt nullus dicere queat, nam nec capillis eorũ nocebat, sed circũibat eos, & intra se claudebat, ignis autem essentia tanquam obedientiam exhibẽs, & domini mandato seruiens, illęsos & intactos seruabat admirabiles illos pueros, qui quasi in prato & horto ambulãtes tanta fortitudine in camino versabãtur. Et ne quis putaret, visibilem hunc ignẽ operatione carere, idcirco misericors deus eius efficaciam & operationem non impediuit, sed vim illam vrendi illæsam seruauit, sed seruos suos illo superiores fecit, quam vt eius nocumento læderentur. Cæterũ vt scirent qui pueros iniecerant, quãta esset omnium dei potentia, in illos ignis suam operationem exercuit. Et illis quidem qui intra caminum erant, & circa quos stabat, pepercit, eos autem qui foris erant, exussit & absumpsit. Vidisti quod quando dominus vult, elementa omnia in contrariã mutat operationem? Conditor enim est & dominus, & pro sua voluntate omnia dispẽsat. Vultis & in aquis idipsum videre factum? Nam sicut ignis hic his qui intus erant nihil nocebat, sed eis parcebat, oblitus suæ operationis, in eos autem qui foris erant

E sæuiebat more suo, sic & aquas videbimus, alios quidem submergere, alijs autem cedere & viam dare, ita vt absq; damno transeant. Memẽtote hic Pharaonis & Aegyptiorum, & ex alia parte populi Hebræorum, quomodo hi ad mandatum domini, magno Mose duce, per mare Rubrum, quasi per aridam transierunt. Aegyptij autẽ qui eandẽ viã cum Pharaone ire volebãt, aquis obruti submersi sunt. Ita solẽt elemẽta reuereri seruos domini, & a suo se cõtinere impetu. Audiam⁹ nos, quotquot feroces & iracundi, & alijs affectionibus ob nostram ignauiã impliciti, nostram salutem pessundamus, & imitemur tantã ratione carentium elementorum obediẽtiam, nos qui ratione insigniti sumus. Nã si ignis, qui ita edax, ita vehemẽs, corporibus corruptibilibus, & tam teneris pepercit, quã meretur veniã homo, suum refrenare furorẽ propter mandatum domini, & iram erga proximũ e pectore suo eliminare nolens? Et quod maius, ignis tantam vrendi vim habet, & suam operationẽ nõ ostendit, homo autem mansuetũ animal, & rationale, & benignũ, contraria suæ naturæ facit? & negligẽtia mores suos in ferinos vertit? Idcirco & diuina scriptura propter affectiones illas interturbãtes, ab irrationabilib⁹ & a feris agnominatiões his qui ratione insigniti sunt, imponit. Interdum canes ob impudentiã & impetũ vocat dicẽs. Canes muti, nõ valentes latrare. Interdũ ob libidinẽ equos. Nam Equi in fœminã insaniẽtes. Vnusquisq; vxori proximi sui adhinniebat. Interdum vero asinos, ob stupiditatem & ruditatem. Comparatus est em̃, inquit scriptura, iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Interdũ etiam leones & pardos vocat, ob rapacitatẽ & habendi auiditatem. Aliquãdo autem aspides, ob fraudulentiam. Venenũ, inquit, aspidũ sub labijs eorum. Nonnunquã serpentes & viperas, ob latens venenũ & malitiã, sicut & beatus Ioannes clamabat, dicens. Serpentes progenies viperarũ, quis vobis demõstrauit fugere a ventura ira? Insup̱ & alia affectionibus respõdentia nomĩa imponit, vt sic vel tarde cõfusi, ad suam aliquãdo redeant nobilitatẽ, & suo generi cõfœderẽtur, affectionibusq; suis diuinas leges præferant, quibus sese delinquẽdo permiserũt Sed nescio quomodo a sermonis orbita in hæc digressus sum. Age nunc ad institutum redeamus, etiã aliud quid docere nos vult beatus ille propheta. Nã vt dixit, Iste est liber generationis, progressus vltra, narrat iterũ diligenter hominis formationẽ. Et quia superius breuiter dixerat, inquit. Et formauit deus hominẽ puluerẽ de terra, & inspirauit in faciem eius spiraculũ vitę, & factus est homo in animã viuentẽ. Ma-

gnum est hoc quod hic dixit, & stupore plenum, ac humanam transcendens mentē Et formauit (inquit) deus hominē puluerem de terra. Sicut de omnibus creaturis visibilibus dicebam, quod omnia præter naturæ morē agat omniū opifex, quo & per hoc ineffabilis eius monstretur virtus, ita & in hominis formatione inueniemus nunc factum, Vide enim quō super aquas terrā fundauit, id quod citra fidē humana ratio nō capit, & quomō quādocūq; voluerit, sicut ostendimus, omnes substātiæ diuersa earum naturæ vt agant, efficit. Simili modo & in hominis formatione nunc nobis qd factum sit declarat. Formauit deus (inquit) hominē puluerē de terra. Quid dicis? Accepto ne de terra puluere formauit hominē? Etiā, inquit, & nō simpliciter, nec quamuis fortuito terram dicit, sed puluerem, quasi si quis dicat: tenuissimū & vilissimum quod est in terra. Magnum tibi & admirabile videtur quod dictum est. Verum si cogites quis opifex, neutiquā discredes facto, sed miraberis & adorabis conditoris potentiam. Quod si hæc iuxta cogitationum tuarum imbecillitatem emetiri volueris, & curiosius explorare, probabile est quod tibi in mentem veniat, ex terra corpus nunquā fieri, sed vel laterem, vel testam, & non tale corpus. Vides, quod si potētiam conditoris nostra mente existimare volumus, & si nostris rationibus tam imbecillibus innitimur, non possumus dictorum capere sublimitatem. Nam quæ dicuntur, fidei oculis indigent. Suntq; hæc ob nostram infirmitatem tanta verborum attemperatione descripta. Quandoquidē istucipsum quod inquit. Formauit deus hominem, et inspirauit, indignum deo fuerit, sed propter nos & propter infirmitatē nostram, hæc sic narrat scriptura, ad nostram se tenuitatē submittens, vt quoniam nos tanta familiaritate dignatur, ad fastigium illud redire posse cōfidamus. Et formauit inquit, deus hominem puluerē de terra. Hinc si attendere volumus, non parua nobis humilitatis offertur doctrina. Nam cum cogitauerimus, vnde cōstitutionis suæ initium natura nostra susceperit, etiamsi sexcēties supercilia surrigamus, ea reprimemus, & humiliabimur, & substantiæ nostræ qualitatem perpendentes, modestiā discemus. Et propterea deus, cui tanta salutis nostræ cura, ad nostri eruditionē, pphetæ linguam sic direxit. Quippe cum superius dixerat diuina scriptura. Et fecit deus hominē, secūdum imaginē dei fecit eum, & dedit ei omniū visibiliū potestatē, vt ne ignorādo quō cōstitutus sit, magnus sibi videatur, & præscriptos sibi limites trāseat propterea repetendo docet & formationis eius originē, & vnde primus homo productus sit. Nā quū post hāc doctrinā, qua agnouit se e terra habere originē, ex qua & cætera animalia, quāuis formatio, animæq; substātia multo excellētior per misericordiā dei concessa sit, eo quod rationalis sit, & omnibus alijs dominetur, quū inquā post hanc doctrinā & serpentis deceptione parem aliquā cum deo æqualitatem imaginatus est, qui de terra formatus, si priori narratione contentus fuisset pphetā, & nō repetitis omnibus diligēter nos docuisset, in quā nō incidissemus insaniā? Atq; adeo plurimū ad erudiendū nos cōducit scire, vnde substātia nostra primū originē acceperit. Et formauit (inquit) deus hominē puluerē de terra, & insufflauit in faciē eius spiraculum vitæ. Quoniā hominibus loquitur, aliter audire non valētibus, hac verborum simplicitate & crassitudine vtitur, quam audire & accipere possemus. Et vt doceat nos, qd formatū illum de terra misericordia dñi, & rationalē animę essentiam habere voluerit, per quā animal hoc absolutū & pfectū fieret. Inspirauit (inqt) in faciem eius spiraculum vitæ, vitalem, dicere vult, operandi efficaciam, ei qui de terra formatus est, spiraculum datum esse, & hoc substantiam' animæ constitutam. Vnde subdit. Et factus est homo in animam viuentem. Ille formatus, inquit, & de puluere susceptus, inspiratus spiraculo vitę, factus est in animā viuentē, hoc est, effi-

D eaciter operantẽ, cui membra corpori ſeruiant, cuiusq; voluntati ac efficacię auſcultent. Cæterũ haud ſcio, quomõ noſtrum ſubuerterim⁹ ordinẽ, & vſq; adeo inualuerit malitia, quæ in tantũ cogit carnis concupiſcẽtijs obſequi, vt deturbetur a throno ſuo regina, cuius erat prę̃ſidere, ordinare & imperare. Cogimus eñ eam carnis pare
A re voluptatibus, ignorãtes eius generoſitatẽ, & quantam prę illa eminentiam ſortita
De nobilitate animę. ſit. Nam cogita, obſecro, formationis ordinẽ, & expende tecum, antequã inſpirare tur ei a domino ſpiraculum vitæ, quis erat formatus ille? ſimpliciter inanimis quędã imago, operatione carens, & ad nihil vtilis. Ad totum illud quod in tantum honorẽ ipſum ꝓuehit, nõ eſt niſi ſpiraculũ illud a deo inſpiratũ. Cęterum vt hoc non ſolum ex his quę tunc facta ſunt, & ex his quę nunc quotidie cõtingunt, videas, cogita tecum, quõ poſt animæ emigrationẽ, corpus hoc tam inſuaue & iniucundum apparet Et quid dico, inſuaue & iniucundũ? quomõ fœtore impletum, & deformidate horrendum fugitur, quod antea cum ab anima regeretur, clarum, amabile, iucundum, ſpecioſum, ad bona opera faciẽda valde accõmodũ? Hæc vtiq; omnia nobis cogitanda ſunt, & maxime animæ nobilitas quanta ſit exiſtimandũ, ne quid ea indignũ operemur, ne coinquinemus eam illicitis operibus, ne ſub carnis ſeruitutẽ eam ſubiu
E gemus, ne tam nobilẽ, tãtaq; dignitate ſublimẽ, ſic crudeliter & imiſericorditer tractemus. Nam ꝓpter eius ſubſtantiã nos, qui corpore inuoluti ſumus, poſſum⁹ cum incorporeis virtutibus, adiuuante nos diuina gratia, certare, & in terra obambulãtes quaſi in cœlo viuere: & nihil minus quã cœleſtes facere, & quodãmodo aliquid amplius. Et quomõ hæc? Ego dicam. Quãdo eñ quis inuentus fuerit corruptibili hoc corpore circundatus, eodem modo vitam agens, vt ſupernę illę virtutes, quomõ nõ propenſiorẽ dei gratiam ſortitus fuerit, quia & corporis neceſſitatibus obnoxius, in corruptam & inuiolatã animę generoſitatẽ ſeruauit? Et quis vnquã, dicis, poterit inueniri talis? Merito impoſſibilis nobis hæc res videtur, ob immodicã virtutis arduitatem. At ſi vis diſcere, quod nõ ſit hoc impoſſibile, cogita, oro, oñes iuſtos, qui domino ab initio vſq; ad præſens tẽpus placuerunt, magnũ illum Eliam, & infœcũdæ filium, & eremi ciuem Ioannẽ, Paulum quoq; magiſtrum orbis, & omnẽ ſanctorũ numerum, qui eandẽ quã nos naturã habuere, ijſdem corporis neceſſitatibus obnoxij fuere. Et ne vltra impoſſibile eſſe opus puta, neq; ſegnior fias ad virtutẽ, ad quã faciliter amplexandam tantas a domino nactus es occaſiones. Sciẽs eñ miſericors dominus, noſtræ voluntatis infirmitatẽ, & ad labendũ procliuitatem, magna nobis medicamina in ſacrarum ſcripturarũ lectione reliquit, quæ cum ſubinde vulneribus noſtris imponimus, & vitam illorum beatorũ virorum ante oculos ꝓponimus, ad
F æmulandum prouocemur, & virtutem nõ negligamus, ſed fugiamus peccatum, & omnia faciamus, ne indignos nos ineffabilibus illis bonis exhibeamus. Quod nobis, oremus, cõcedat gratia & miſericordia domini noſtri IESV CHRISTI cum quo patri & ſpiritui ſancto ſit gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

HOMILIA XII.

VIDENS veſtrum inexplebile deſyderium, & immodicam auiditatem, mentemq; intentiſſimam, necnon omnes ad ſpiritualem hanc doctrinam anhelantes & accelerantes, quamuis valde ſim meæ inopiæ mihi conſcius, quotidie tamen inopem & tenuẽ hanc menſam vobis proponere ſtudeo, confidens, quod flagrantes deſyderio, maiori promptitudine quæ dicuntur, ſuſcepturi ſitis. Quãdoquidẽ & in ſenſibilibus eduliis hoc cõtingere viderit aliquis. Excitato enim conuiuarum appetitu, etiam ſi paupercula mẽſa ſit, & inops quidem qui conuiuio excipit, magna tamẽ cum voluptate ſumuntur

appoſita. At ſi faſtidioſus epulantium fuerit ſtomachus, etiam ſi ſumptuoſum fuerit epulũ, & varia & copioſa edulia, nullũ inde cõmodũ, cũ nemo ſit q vti appoſitis q̃at. A
Hic autem quia gratia dei alacres & famelici ſpirituale mẽſam acceditis, & ipſi magno deſyderio dicimus ſcientes quod ſobriis auribus apponimus diuinas haſce narrationes. Quoniã & agricola, ſi pinguẽ & craſſum agrum iueniat, nihil ſui officij intermittit, ſulcos ſecat, aratrũ ducit, ſentes excidit, largiter ſeminat, ſpe paſcitur quotidie agri fertilitatẽ conſyderans, ſemẽtis germen, ſegetẽ, & meſſem expectat. Similiter & nobis, cũ videmus alacritatẽ veſtrã quotidie increſcere, deſyderiũ vigere ſtudiũ incrementa ſumere, egregia ex vobis ſpes eſt, & ipſi quoq; maiori ſtudio, & prõptitudine, quantũ vires noſtrę ſuppetunt, in ędificationẽ veſtræ charitatis, in gloriã dei, & gloriationem eccleſiæ dei, aliquid afferre anhelamus. Age igitur, ſi placet, repetitis breuiter his quæ heri dicta ſunt, cõſequenter hodie lecta tractemus. Quid autẽ eſt quod pridie tractabatur, & quouſq; ſermonem extendimus, & vbi miſſum fecim⁹? Et formauit deus hominẽ puluerẽ de terra. Et iſpirauit in faciem eius ſpiraculũ vitæ, factuſq; eſt homo in animã viuentẽ. Quod tunc dicebã, id & nunc dicam & ſubinde memorare nõ ceſſabo, quod magna & ineffabilis eſt mia communis omnium dñi erga genus noſtrũ, & ob ſalutẽ noſtram, vſus eſt multũ nobis cõgruẽti dicẽdi modo, magnoq; animal hoc, hominẽ dico honore ꝓſequutus eſt, necnon verbis & rebus declarauit, quod maiorẽ eius quam viſibiliũ curã habuerit. Quid enim prohiberet, etiã hodie de iiſdẽ iueſtigare apud charitatẽ veſtrã? Nam ſicut thymiamata, quanto magis digitis atterũtur, tanto maiorẽ natura ſua fragrantiam reddunt B
ita & in ſcripturis vſu euenit, quanto quis illis eſt familiarior, tanto magis videre põt latentẽ in eius theſaurum, plureſq; ꝓcipere idicibiliũ eius diuitiarum fructus. Et formauit, inquit, deus hominẽ, puluerẽ de terra. Animaduerte, obſecro, quanta ſtatim varietas ex ipſo verborũ proœmio. In oĩbus enim aliis creaturis docuit nos beatus Moyſes modũ formationis, dicendo, Quia dixit deus, Fiat lux, & facta eſt lux, fiat firmamẽtum, cõgregetur aqua, fiant luminaria, germinet terra herbã fœni ꝓducãt aquæ reptilia animarũ viuentium, & ꝓducat terra animam viuentẽ. Vidiſti quomodo ratione omnia formata ſint? Sed videamus quid poſtea, quum hominẽ formatũ quit, Et formauit deus hominem. Vide quomodo ꝓ verba quę noſtrę paruitati cõgruunt, vſus eſt, ſimul & modũ formationis, & in formando potentiã docẽs, & quaſi, vt humano more dicã, manibus dei ipſum formari depingit, ſicut & alius ꝓpheta inquit, Manus tuæ fecerunt me & plaſmauerunt me. Nam ſi iperaſſet ſimpliciter ex terra ꝓduci hominẽ, non productus fuiſſet, qui productus. Sed vt modum quo formauit, cõtinuo memoriij ſiculcaret, & nõ ſupra quam oportet de nobis ſentiremus, ideo tãta diligentia ſingula enarrat &, inquit, Formauit deus hominem, puluerẽ de terra. Vide & in hoc huius dignitatem. Non eñ ſimpliciter terram accipit, ſed puluerem, & tenuiſſimũ, vt ita quis dixerit, de terra. Et hũc puluerẽ terræ ſuo pręcepto in corporis naturam vertit. Nam ſicut ſubſtantiã terrę quum non eſſet ꝓduxit, ita & nũc quum voluit, puluerẽ terrę in corpus vertit. Hic exclamare iuuat, pulchrum illud beati Dauid dictum, Quis loquetur potẽtias dñi, & auditas faciet laudes eius? quia de puluere tale animal ꝓduxit, & tanto honore venuſtauit, tantiſq; beneficiis ſtatim ab initio ꝓſequutus eſt, mõſtrans per omnia ſuam mĩam. Et inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitę. Et factus eſt homo in animam viuentẽ. Hic inſenſatorũ aliqui ſuis moti opinionibus, nihilque deo dignũ cogitantes, neque verborũ diſpenſationem animaduertẽtes, dicere audent, animã ex dei eſſentia eſſe. O inſaniam, o deliriũ. Quot ꝓditionis vias diabolus peperit, ſi q eas ingredi volunt? Et vt diſcas,

D consydera quomodo diuersis inter se vijs incedunt. Nam alij ansam ex verbulo, in-
spirauit, rapientes, ex dei essentia esse animas asserunt, alij autem quod animæ in bru
torum substantiam transeant. Quid hac amentia deterius fieret? Nam quoniam ob-
tenebrata est ratio eorum, etiam veram scripturę mentem ignorauerunt. Sicut capti
oculis in diuersa præcipitia feruntur, & illi quidem supra dignitatem eam efferentes
alij autem contra dignitatem dehonestãtes. Nam si ideo quod scriptura dicit, inspi
rauit in faciem eius spiraculum vitæ, hoc dicere volumus, necesse erit & deo os affin
gere & manus tribuere, quandoquidẽ, inquit, Et formauit hominem. Sed ne illorũ
ineptias in mediũ proferẽtes, etiã ipsi indecora dicere cogamur, age eorum stultitiã
& multiphariã dementationẽ destruentes, ad ipsum diuinæ scripturæ scopũ inceda
mus, quæ seipsam interpretat, tantũ ne crassis verbis addicti simus, sed cogitemus,
crassorum illorum verborum causam esse nostram hebetudinem & infirmitatẽ. Ne
queunt enim aliter humanæ aures quæ dicuntur accipere, nisi tantũ adhibeatur tem
peramentum. Proinde animaduertẽtes tantam nostram imbecillitatem, & quia de
deo sunt dicta, ita ea accipiamus, vt par est ea de deo accipere. Ne subijciam⁹ deum
membrorum cõpositioni, & figurarum deliniationi, sed honeste de deo, & vt de eo
E conuenit, imaginemur. Simplex enim & incõpositus, & infigurabilis est deus. Nã
si deo membra & liniamenta attributuri sumus, nostris opinionibus impulsi mox in
gentilium impietatem incidemus. Igitur quum audieris scripturam dicentẽ. Forma
uit deus hominem, cogita virtutem, eandem, quam dum dicit fiat. Et iterum quãdo
audis. Inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ, hoc iterum cogita, quod visum est
sibi, & sicut incorporeas virtutes produxerit, sic enim & corpus illud ex puluere, ra-
tionalem animam habere iussit, quę corporeis membris vti possit. Formatum enim
corpus hoc iuxta præceptũ domini, quasi instrumentũ erat, quod egebat aliquo se
mouente, imo sicut lyra, quę opus habet aliquo, qui possit arte & scientia sua per mẽ-
bra quasi per fistulas, cõuenientẽ illi melodiã domino offerre. Inspirauit in faciem
eius spiraculum vitę, & factus est homo in animã viuentẽ. Quid est, inspirauit spira-
culum vitę? Voluit & imperauit, vt hoc corpus haberet vitalẽ vim, quæ facta est ani
mali in animã viuentẽ, hoc est efficaciter operantẽ, & suam artem, membrorũ mo-
tu ostẽdere valentẽ. Et vide etiã in hoc ipso, quã varie hoc admirabile rationale ani
mal, & cætera irrationalia formata sint. De illis emĩ inqt. Producãt aquę reptilia ani
F marum viuentiũ, Et p̃dierunt ex aquis animãtia animata. Sic & de terra. Producat
terra animã viuentẽ. De homine autem nõ sic, sed prius de terra corpus formatur,
& postea vitalis ei virtus datur, quę scilicet animæ est substãtia. Et idcirco de brutis
dicebat Moyses. Sanguis eius anima eius est. In homine autẽ, substantia quędã est
incorporea & imortalis, multo interuallo corpus excellẽs, & tanto quãto corporeis
eminent incorporea. Et forte diceret aliquis. Quare si anima dignior est corpore, in
dignius primo formatũ est, & postea qđ eminẽtius? Non vides dilecte, quod & in
creaturis hoc idem vsu euenit? Sicut emĩ cœlum, & terra, & sol, & luna, & cætera om
nia formata sunt, & irrationalia animalia, & post hæc oĩa homo, horum principa
tum susceptur us. Ita & in hac hominis formatione prius corpus p̃ducitur, & postea
anima, quæ dignior erat. Et sicut animalia ministerio hominis vtilia futura, ante ho
minem formãtur, vt paratũ haberet ministrũ is ad cuius vsum creabãtur, ita etiã cor
pus ante animã formatur, vt cum secundũ ineffabilẽ eius sapientiã anima producere
tur, posset suas potentias operari per corporis motionẽ. Et plantauit deus hortum in
Edem secundũ orientẽ, & posuit illic hominẽ, quẽ formauit. Postquã dominus vni
uersi suam nobis declarauit benignitatẽ, & eum p̃pter quem oĩa visibilia formata

ſunt, in medium adduxit, ſtatim incipit in eum beneficia collocare. Et plantauit de' hortũ ſecundum orientẽ. Conſydera & hic dilecte, quod ſi nõ, vt dignũ eſt, de deo verba hæc recipiantur, neceſſe eſt vt in profunda errorũ detrudamur. Quid em̃ dicere poterint & de his verbis, qui omnia quæ de deo dicuntur, humano more accipere audent, Et plãtauit deus hortũ. Quid? dic oro, foſſorione opus habuit, & agricultura, & alia cura, vt paradiſi hortũ excoleret? abſit. Iterum em̃ etiam hoc locoverbum illud, plãtauit, ſic intelligẽdum, quod imperauerit hortũ in terra fieri, ita vt productus homo in eo verſaretur, hac em̃ de cauſa hortum ꝓduxit, de quo audi ſcripturam dicentem. Et plãtauit deus hortũ in Edem ſecũdum orientem, & poſuit illic hominem quẽ formauit Et idcirco nomen loci ſcripturis inſeruit beatus Moyſes, vt nõ liceat nugari volentibus, imponere ſimpliciorũ auribus, & dicere, nullũ eſſe in terra hortum quẽ vocant paradiſum, ſed in cœlo, & fabulas quaſdam eiuſmodi ſomniare Nam cũ diuina ſcriptura, tanta vſa eſt diligẽtia, nõ refugiunt quidã, loquacitate, ſapientiaq; peregrina inflati, aduerſa ſcripturis loqui, & dicere, non eſſe ſuper terram paradiſum, multaq; talia præter ea quæ dicta ſunt introducẽtes, nõ ſicut ſcripta ſunt ſed alia ratione intelligenda, & ea quę de terra, de his quę in cœlis ſunt, dicta eſſe arbitrandũ ſit, niſi humilitate & congruenti nobis ſermonũ familiaritate beatus Moyſes vſus foret, ſpiritu ſancto linguã eius mouente, quo nõ excidiſſent? Quãuis ſacra ſcriptura. cũ nos tale quiddã docere vult, ſeipſam exponit, & auditorem errare non ſinit. Sed quia pleriq; non vt cõmodi quippiam ex ſacris literis aucupentur, ſed voluptatis gratia aures accõmodant his, qui demonſtrata narrant, & propterea nõ eos qui magis proſunt, ſed qui magis oblectant, vt audire poſſint, quærunt. Oro igitur, vt omnibus illis præcluſis auribus, adamuſſim canonem ſacrę ſcripture ſequamur. Et quando audis dilecte, quod plantauit deus hortum in Edem ſecundum orientẽ hoc quod dicit, plantauit, vt decet, de deo intelligas, nempe quod præcepit. At qđ reliquũ eſt, crede, qđ & paradiſus factus ſit, & in illo loco, vbi ſcriptura ſignificauit. Cæterum non credere his quæ in diuina ſcriptura continentur, ſed alia quędam ex propria ſententia inferre, opinor plurimum periculi ſecum aduehere his qui talia audent. Et poſuit illic hominem, quem formauit. Vide, quantum honorem ſtatim homini dedit. Extra paradiſum quidem formauit eum, ſed mox introduxit, vt reipſa ſenſu beneficiorum frueretur, ſciretq; quantus ei honor eſſet cõceſſus. Et poſuit hominem illic, quem formauit. Verbum, poſuit, iterum ſic intelligamus, pro eo quod prędcepit ei vt eſſet illic, vt & ex aſpectu & conuerſatione multã percíperet voluptatem, prouocareturq; ad gratitudinem, intelligens quãtus ſit affectus beneficijs, qui nullum adhuc boni ſpecimen prębuiſſet, Ne mireris ergo verbũ hoc, poſuit. Perpetuus enim ſcripturę mos eſt, propter nos, & propter noſtram vtilitatem, humanis vti verbis. Et vt ſcias vide quomodo ſuperius cum de formatione ſtellarum ageret. eadem dictione ſit vſus cum dixit. Et poſuit ea in firmamẽto cœli. Nõ qđ affixerit ea cœlo, cogitandũ (nam vnũquodq; eorum ſuum ꝓficit curſum, de loco ad locum tranſiens) ſed vt diſcas, quod in cœlo eas eſſe præceperit, quõ & hominem in paradiſo voluit verſari. Et oriri fecit deus prętera ex terra omne lignũ pulchrũ ad videndũ & bonum ad edendũ. Et lignũ vitę in medio horti, & lignum ad ſciendũ notitiã boni & mali. Ecce ſecundã bñficẽtiæ ſpeciẽ, et honorẽ quem in recens formatũ collocauit. Nã poſtquã eum in paradiſo cõuerſari voluit, prędcepit varias arbores ex terra prouenire, quæ ſimul et oblectare eum poſſint, vtpote ſpectatu iucũdæ, et eſui accõmodæ. Omne em̃ (inquit) lignum pulchrũ ad viſionem, hoc eſt ad ſpectaculũ, et bonum ad eſum, hoc eſt quæ poterant exhilarare aſpectu, et voluptatẽ præbere eſu, et

quia erāt tā multa, & quia conceſſa, mirificā fruituro cōtuliſſent voluptatē. Omniū
D enim lignorū quęcūq; dixeris, ꝓuentū fecit. Vidiſti miſeriæ neſciā cōuerſationem
Quaſi angelus aliquis vixiſſet homo ſuper terrā, corpore quidem amictus, ſed extra
corporis neceſſitates conſtitutus, & ſicut rex paluda mēto & diademate ornatus, &
purpura veſtitus, ita in paradiſo impauide verſabatur in magna rerū copia. Et lignū
vitæ in medio paradiſi, & lignū ſciendi notitiam boni & mali. Poſtq̄ nos docuit qđ
terra produxit omne lignū iuxta mandatū domini, & iucūdum viſu, & bonum eſu,
tunc ait. Et lignū vitæ in medio paradiſi. & lignū ad ſciendū notitiam boni & mali.
Miſericors em̄ domin⁹, cum vt opifex præſciret, ex multa copia, ꝓcedente tēpore
nocumētum ſubnaſci, ꝓduxit lignū vitę in medio horti, & lignū ſciendi notitiā bo
ni & mali, & nō multo poſt abſtinere ab iſto iuſſurus erat, vt ſcire poſſit, quod grā &
liberalitate eis frueretur, eſſetq; dñs aliquis & naturę ſuę, & omniū viſibilium, ꝓpter
hociā lignī memoriā fecit, & narrauit nobis conſequēter fluminū nomina, & eorū
ſeparationē. De quibus dixerit aliquis, quod ex illis rigetur paradiſus. Alij autē qui
diuiſerunt in quatuor origines, ita mūdi climata nobis diſtinxerūt. Sed forte ſunt, q
ex ꝓpria ſentētia, quęlibet, dicere volūt, hi iterū neq; flumina cōcedent eſſe flumi-
E na, neq; aquas aquas, ſed ꝓſuadere conantur eis qui ſibi aures accōmodare volūt, vt
aliud quiddā imaginētur. Cæterū vos obſecro, ne feramus tales, ſed obturemus au-
vita do ctrine conſo net. res, credamus diuinę ſcripturę, & ea quę in ea dicūtur, ſectemur, ſanas doctrinas in
pectora noſtra reponamus, & cum his etiā vitā diligēter inſtituamus, vt vita teſtifi-
cetur doctrinę, & doctrinę longe fideliorē vitā declarent. Nam neque ſi recta ſcia-
mus fidei dogmata, vitā autē neglgim⁹, aliquid nobis ꝓfuerit, neque ſi vitā habea-
mus, & rectas neglgimus doctrinas, lucrifacere aliquid, qđ ad ſalutē noſtrā ſit vtile
profuerit. Nam ſi voluerimus & gehēna liberari, & regnū aſſequi, operę precium eſt
vtrinque ornari & dogmatū rectitudine, & vitę diligentia. Quid em̄ vtile fuerit, dic
obſecro, arbori, quę in ſummum ſe extēdit, & foliis frondet, ſi fructu careat? Sic &
Chriſtiano nihil ꝓderint recta dogmata, ſi vitā ſuā nō bene inſtituat. Propter hoc
et Chriſtus tales beatos dixit, inquiens. Beatus qui fecerit, & docuerit. Multo enim
fidelior & certior doctrina operum, q̄ ſermonū. Nam qui talis eſt, etiā ſilens, & cū
nō videtur, docere poteſt, & alios quidē qui eū vident, aliosvero qui de eo audiūt, &
multa fruetur dei gratia, nō ſolum ꝓpter ſe, ſed & propter alios qui eū vident, & inci
F tantur vt glorificent dominum ſuum. Talis per mille linguas, & multo plures, gra-
tias & laudes referet deo. Neq; enim noti ſoli, teſtes ſunt vitę eius, & cum mirabun-
tur, & ipſum dominum, ſed & qui non cognoſcunt. & ab alijs diſcunt, & qui valde
procul habitant, & diuiſi ſunt, & non amici ſoli, ſed & inimici reuerebuntur virtutis
eminentiam. Tanta enim huius virtus, vt & compeſcat ora & linguas eorum, qui
virtuti infeſti ſunt. Et ſicut ad ſolis radios infirmi oculis nō audent reſpicere, ita ne
que virtutem malicia contueri audebit vnq̄, ſed dorſo obiecto diſcedet, victamq; ſe
fatebitur. Id quod & perſuaſum nobis ſit, vt virtutē arripiamus, & diligenter noſtrā
vitam inſtituamus, & a peccatis, cum adhuc parua apparent, ſiue in ſermone, ſiue in
opere, ſtatim deſiſtere ſtudeamus. Neque enim vnquam in maiora incidemus pecca
ta, ſi a paruis nobis cauerimus, & ſic procedente tēpore poterimus, ſuperna gratia fa
uente, & exceſſam virtutem apprehendere, reconditamq; effugere pœnam, & æter-
na conſequi bona, gratia & miſericordia domini noſtri Ieſu Chriſti, cum quo patri,
ſpiritui q; ſancto ſit gloria nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum. Amen.

HOMILIA XIII.

DEterum, si libet, etiã hodie ex cõtextu eorũ q̃ heri dicta sunt, spiritualẽ vobis doctrinã vt contexamus, dabimus operam. Multa enim & ĩ his quæ cõmodum lecta, recõditiora sunt, et opus est vt in profundiora descendamus, diligenterq; scrutemur oĩa, quo fructum aliquẽ lucrifaciamus. Nam si id agunt, qui precioſos lapides in mari inuenire cupiũt, tãtum laborem & moleſtiã ferentes, periculoq; indomitarũ aquarum ſe exponentes, quo deſyderatis potiantur, multo magis noſtrum fuerit, animum intendere, vt viſis quæ in profundo dictorum latent, p̃cioſos illos lapides comprehẽdamus. Sed ne timueris dilecte, quum audis ꝓfunditatem. Non enim hic eſt tãta vis æſtuantiũ vndarum, ſed ſpiritus ſancti gratia, mentẽ noſtrã illuſtrãs, & facile ĩueniri deſyderata cõcedens, omnẽ laborẽ alleuiat. Et gẽmas alias inueniſſe, ĩuentori nõ multũ prodeſt, ſæpe autẽ & nocuit, & innumerorũ naufragiorũ occaſio fuit, neq; tantã in inueniẽdo habuit læticiã is qui ĩuenit, quãtã inuentis illis iniucũ ditatẽ attulit, aduerſus ſe in uidorũ oculis cõcitatis, & auaris ad bellũ armatis. Et adeo nequit noſtrę vitæ ꝓdeſſe tales reperire, vt & multorũ bellorũ ſit argumẽtum, Auaritiæ enim materia eſt, & caminũ cupiditatis ſuccẽdit, captorũq; animã expugnat. Atqui de ſpiritualibus noſtris theſauris nihil taliũ formidare oportet, ſed & diuitiæ q̃ inde colligũtur ineſtabiles, & voluptas imarceſcibilis, & multo iteruallo ſuperat oĩm hoĩm læticiã. Et quod hoc verũ ſit, audi beatum Dauid dicẽtẽ. Deſyderabilia eloquia tua ſuper aurum & lapidẽ p̃cioſum multum, Vides quod quũ in mediũ attulerit materias, q̃ pręcioſiores reputãtur, nõ ſolũ hac cõparatione contẽtus fuit, ſed & appoſuit, multum & poſtea excellentiã, q̃ inde eſt, nobis manifeſtauit. Super aurum, inquit, & lapidẽ precioſum multum, non quod in tantũ duntaxat ſint deſyderabilia eloquia dei, ſed quia ſolas haſce materias vidit apud hoĩes in maiori precio haberi præ aliĳs, ꝓpter hoc adductis illis in mediũ, ita excellẽtiam monſtrauit, & quod deſyderiũ eloquiorum ſpiritus vehemẽtius ſit. Et vt ſciatis, quod ſemper is mos ſit ſacræ ſcripturæ, vtilitatem, q̃ hinc eſt, ſenſibilibus rebus conferre, & ſic excellentiam oſtendere, Audi & quę deinceps ſubdit. Et dulciora ſuper mel & fauum. Et hic, non quod tantã poteſt p̃bere voluptatẽ, ſed quia nihil aliud habetur in rebus ſenſibilibus, quod diuinorum eloquiorum voluptati opponeret. Et idcirco quũ hoc cõmemoraſſet iterũ ſic excellentiã docuit, & maiorem dogmatum voluptatẽ eſſe docuit ſpiritualiũ doctrinarum. Eadem regula inuenies & Chriſtum, in euangeliĳs vſum. Nam quum diſcipulis loquebatur cupiẽtibus diſcere interpretationẽ parabolæ eius, q̃ ſeminauit bonum ſemen in agro, et inimici zizania inter triticum ſeminantis, particulatim omnem ediſſeruit parabolam, quis fuerit qui ſeminauit bonum ſemẽ, & quis ager, et q̃ ſint zizania, et qui alia interſerit, & qui meſſores, & q̃ meſſis. Et quando oĩa eis manifeſte detexit, tunc dixit, Iuſti fulgebunt ſicut ſol in regno cœlorum. Non quod non maiorẽ claritudinẽ habituri ſint iuſti, ſed mõſtrat, quod multo maiora; Tantã autẽ dixit, quoniã maiorẽ hac ſimilitudinẽ in rebus viſibilibus inuenire nõ licebat. Quando igitur tale aliquid audiuerimus, nõ tantũ maneamus in his quæ dicuntur. ſed in ſenſibilibus & viſibilibus, ſpiritualium maximam eminentiã colligamus, Itaque, & hic quum vehemẽtius deſyderium inueniri poteſt, & voluptas ſuauior & certior. Diuina enim eloquia ſunt hæc & ſpiritualia, & q̃ multo maiorẽ parere poſſunt læticiã ſpiritualẽ, modo dictis attẽdamus magna promptitudine, vehementiq; deſyderio, vt veras diuitias hinc nobis acquirẽtes, et ad philoſophiã Chriſti plurimis ſuſceptis ſeminibus tãdem domum redeamus. Audiamus igitur q̃ hodie ſint lecta ſed obſecro, attenta ſitis mẽte, & excuſſis curis ſecularib⁹, omniq; ignauia depoſita

A

Gẽmarumpni cies.

B

C

D hæc quæ dicũtur accipite. Diuinę enĩ leges ſunt & cœlitus allatæ ob ſalutẽ noſtrã Iam ſi cũ regię leguntur literę, vbiq; eſt ſilẽtiũ, abeſtq; ſtrepitus & tumultus oĩbus aſtãtibus & aures arrigẽtibus, vt ſciãt. q̃ regijs literis manifeſtẽtur, & q̃ſquis vel parum tumultuatus fuerit, in magno periculo eſt. Multo magis hic cũ magno timore & tremore aſtandũ, & altum habendum ſilẽtiũ, & pellendæ cogitationes turbulẽtę vt q̃ dicuntur, ĩtelligere poſſitis, quo rex approbata obediẽtia veſtra, maioribus vos muneribus remunerare dignetur. Videamus ĩtaq; quid nunc nos doceat beatus ille Moyſes, nõ ſua lingua hæc dicẽs, ſed a ſpiritu ſancto afflatus. Et accepit dñs deus hominẽ quẽ formauit. Bene ſtatim ab ĩnitijs duo hæc poſuit. Nõ enim dixit, dominus, & tacuit, ſed adiunxit, deus / occultum aliquod myſteriũ hic nos docẽs, vt ſcire poſſemus, quod ſiue dicamus dñm ſiue deum / nullã ĩ nobis eſſe varietatẽ. Hoc autem nunc non abſq; ratione commemoraui, ſed vt quum audieris Paulum dicentem. Vnus deus pater ex quo omnia, & vnus dñs Ieſus per quẽ omĩa / ne putes ĩ dictionibus eſſe diuerſitatẽ, & hanc maius aliquid ſignificare, iſtam minus. Et idcirco ſcriptura abſq; diſcrimine eis vtitur, vt cõtẽtioſis / ea quæ ex ſua ſentẽtia excogitarũt, ad dogmatũ rectitudinẽ afferre nõ liceat. Et quod diuina ſcriptura neutrũ horum cũ ſingulari quadam obſeruatione & ſuperſtitione enunciet / ex iſtoc ipſo quod
E nunc dicitur, diligẽter cõſydera. Et accepit dñs deus. De quo vult hereticus / eſſe dictum? De patre ſolum? Eſto, ſed audi Paulum dicẽtẽ. Vnus deus pater ex quo oĩa & vnus dñs Ieſus per quẽ oĩa. Vides quomodo nomen dñi filio attribuit? Quare ergo dicunt nomẽ, dñs / maioris eſſe momenti, quã nomen, deus? Videte, quanta abſurditas & quanta blaſphemia, quãdo quis nõ ipſum diuinæ ſcripturæ canonem ſequitur ſed ſuis opinionibus locum dat quę mentem diſturbant / & verborũ pugnas & infinitas q̃ſtiones ſanis rectiſq; dogmatibus immiſcet. Et accepit dñs deus hominem quem formauit. & poſuit eum in horto voluptatis, vt coleret eum, & cuſtodiret. Vide, quãtam formati hominis curam habuit. Poſtquam enim heri docuit nos beatus Moyſes dicẽs. Plantauit deus hortum, et poſuit illic hominem / id eſt, voluit eum illic habere domicilium, & verſari ibi, ac horti delicijs frui, hodie iterum oſtendit nobis ineffabilem miſericordiã dei, quam in eum contulit, & repetẽs ſermonẽ, inquit. Et accepit dominus deus hominem, quem formauit. & poſuit eũ ĩ horto voluptatis. Nõ ſimpliciter dixit / in horto, ſed appoſuit, voluptatis / vt excellentem voluptatem, qua fruiturus eſſet, inhabitãdo nobis declararet. Et vt dixit. Poſuit eũ in
C horto voluptatis / addit vt coleret eum, & cuſtodiret. Etiã hoc magne curę & ꝓuidẽtiæ noſtri argumentum eſt. Nã cũ oĩbus delicijs potirent / ibi vitã agentes. tã oblectamentis eoꝝ q̃ videbãt, quã lætitia eorum quibus fruebãtur, vt ne ĩmodica ꝓſperitate homo iſoleſceret. Omnem enĩ malitiã docuit ocium, ꝓpterea p̃cepit deus,
F vt operaret illum / & cuſtodiret. Quid autem, dicet aliq̃s, eius cura indigebat paradiſus? Non hoc dico, ſed voluit tum vt paruã quãdã, ſibiq; cõgruã gereret curam, partim cuſtodiendo, partim operãdo. Erat autem opatio tũc citra laborem. Dederat enĩ occupationem quãdã, q̃ neq; dolorem, neq; moleſtiã afferret. Cæterum quod dicit / cuſtodiret / non abſq; cauſa appoſitum eſt, ſed cõgruunt verba, vt plane ſcire poſſit, quod ſub domino agat, quĩ hãc largitus ſit fruitionem, & p̃ter eam, etiam cuſtodiam cõmiſerit. Deus enim omnia facit & operatur ꝓpter noſtram vtilitatem, cum ea etiam fruitionem, & refocillationem præbet. Nã cum ob excellentem ſuã miſericordiam, etiam priuſquã nos produceret / ineffabilia bona præparauit, ſicut ipſe dicit. Venite benedicti patris mei, poſſidete in hæreditatem præparatum vobis regnum ab initio mundi, multo magis præſentia omnia largiter præbebit. quan-

do quidem tãta beneficia in iam conditũ cõtulit. Primum, cum nõ esset, dedit ei vt esset. & ex puluere corpus formare dignatus est, & post hæc dominã animã dico, in corpoream per inspiratione dedit. Dein, paradisum fieri iussit, & illic eũ viuere præcepit, post hæc iterũ, sicut clemẽs pater tenero filio. oĩni copia fruẽti, ne isolẽs fiat, paruam & cõgruã quandã curã excogitat, sic & dns Adæ operatione & custodiam præcepit. vt cum voluptate vbertateq; ac iucunditate, placide hæc duo faceret, quæ procliuitatem eius morarentur & impedirẽt. Porro vt hæc quæ iam erant condito homini, ita & quæ sequuntur magnã & excellentem dei in eum nobis declarant misericordiã, quã sola bonitate sua exhibuit. Et quid est quod inquit scriptura. Et præcepit dominus deus Adæ? Ecce iterũ hic etiã eadẽ cõsuetudine vtitur, vt cum sæpe idem inculcatur, diligẽtiori memoria doctrina suscipiatur, neq; vltra feramus temere noĩa discernẽtes, q aliud patri, aliud filio tribuunt, quorum vna tñ est essentia. Et idcirco indiscriminatim tribuit scriptura hãc appellationẽ nũc patri, nunc filio, Et præcepit dns deus Adæ, dicens. Dignum & hic fuerit obstupescere mĩam dei, quæ omnem transcendit rationẽ, quã breui hoc verbo nobis exhibet. Et præcepit, inqt Vide statim ab initio, quãto honore hoĩem ꝓsequitur. Neq; enim dixit, imperauit vel iussit, sed quid? Præcepit. Sicut amicus amico de rebus necessarijs præcipiens, loquitur. ita & deus humanę naturę quasi hoc honore ad obediendum his, quę a se pręcipiebãtur, attracturus. Et pręcepit dns deus Adę dicẽs. De omni ligno quod est in paradiso comedẽdo comede, de ligno autẽ sciẽdi bonum & malum, ne comedatis. Quocunq; autẽ die comederitis ex eo, morte moriemini. Magna huius ꝑcepti facilitas est. Sed dilecte, graue malũ est desidia, facitq; vt facilia oĩa, videãtur difficilia, sicut studio & vigilãtia, etiã oĩa ardua & difficilia, facilia nobis fiũt. Quid emĩ dic q̃so, hoc facilius? qd hoc honore maius? Cõcedebat, versari in paradiso, & visibilium formositate oblectari, & aspiciẽdo exhilarari, & fruendo magnã voluptatẽ percipere. Cogita quã iucũdũ fuerit videre arbores fructibus oneratas, florum varietatẽ, herbarum diuersitatẽ, foliorum comas, atq; alia q̃ verisimile est ĩ paradiso esse, & in paradiso a deo plãtato. Propter hoc emĩ superius diuina scriptura dixit. Oririq; fecit adhuc ex terra oĩe lignum pulchrum ad vidẽdum, & bonum ad comedẽdum / vt scire possimus, quomodo fruẽs tanta vbertate, ꝑ magnã intemperantiã & desidiam: datum sibi mandatum ꝑuaricatus sit. Cogita obsecro honoris eminẽtiã qua eum ꝓsecutus est data ei mensa ꝓpria & segregata in paradiso / vt ne puer eandem sibi & iumẽtis instrui, sed haberet, quasi rex in paradiso agens / deliciarum copiam, & quasi dns aliã quã ministri habitationẽ sortiretur, Et ꝑcepit dns deo Adæ dicens, Ex omni ligno quod est in paradiso comedens comede, Ex ligno autẽ sciẽdi bonum & malum, ne comederitis ex eo. Nam quocunq; die comederitis, morte moriemini. Quasi diceret ad eum. Non molestum aliquid & graue petam ex te frui enim omnibus tibi permitto. Vnum ꝑcipio, ne tetigeritis. Et magnam pœnam decerno, vt vel timore te coercens / datum a me mandatum custodias. Hæc faciebat, quasi dominus aliquis liberalis, domum magnã alicui cõcredẽs, & vt dominium sibi saluum maneat, paruã tñ pecuniã dandã ab illo ꝑscribat. Sic sane & misericors noster dns, cõcesso oĩ mq; in paradiso sunt fructu, ab vno tãtum ligno abstinere iussit. vt scire debeat, quod sit sub dño, cui obedire debeat, & parere si quid ille ꝑrarit. Quis pro dignitate admirabitur communis omnium nostri patris liberalitatẽ Quum nullum adhuc bonitatis specimen præ se tulerit Adam, tanta a deo beneficia accipit. neq; enĩ dimidiatã ei dedit rerum fruitionem, neq; a pluribus abstinere iussit, & cæteris frui, sed participẽ omniũ, quę sunt in paradiso, esse voluit. Ab vno

ſolo ligno abſtinere præcipit, mõſtrans reipſa, nullius alterius gratia hoc ipſum ſe facere, quam vt tanto⁹ beneficiorũ autorem agnoſcere poſſit. Et cõſydera cum alijs
D etiam hic bonitatẽ dei, quanto honore etiã mulierem ꝓſequitur, quæ ex illo formanda erat. Nondum ea eñ producta, quaſi vtriq; mãdaret, dicebat, Ne comederitis ex eo, & quocunq; die comederitis, morte moriemini, manifeſtans ſupra & ab initio, quod vnũ ſunt vir & mulier. Sicut & Paulus inquit, Caput viri mulier. Et propterea quaſi vtriq; loquitur, vt poſthac formata ex viro muliere, occaſionẽ illi præbeat docendi eam p̃cepta. Iam ſcio quidem vulgatiſſimam eſſe de hoc ligno quæſtionẽ, & quod multi temere loquuntur, & culpã ab homine in deum tranſferre nituntur, audentq; blatterare. Cuius gratia dedit mandatũ, quod ſciebat hominẽ tranſgreſſurũ Et iterum, Quare iuſſit lignũ fieri in medio paradiſi? Et multa alia. Sed ne nunc ante tempus præuaricationis videamur proſilire ad ea enarrãda, operę precíũvt & nos expectemus beatum Moyſen enarrantẽ, vt quum ad eum locum ꝓuenerimus, tẽpeſtiue, quæcũq; dei gratia dederit, de ea re dicentes, verum ſcripturæ ſenſum, veſtram doceamus charitatẽ, quo ſcientes ſcripturarũ veritatẽ, debitam dño gloriã offeramus, & non peccatorũ noſtrorũ culpã inculpatiſſimo deo imputemus. Iam aũt ſilibet de p̃ſenti lectione, quod ſequitur ꝓſequamur. Et dixit dñs deus, Non eſt bonũ
E hominẽ eſſe ſolum. Ecce iterum ſimiliter dicit ſicut & prius, Dominus deus, vt bene figentes animo dicta, ne putemus diuinæ ſcripturæ noſtras opiniões p̃ſtantiores eſſe. Dixitq; dñs deus, Non eſt bonũ, eſſe hominem ſolũ. Conſydera, quomodo nõ ceſſat bonus deus, ſed beneficia beneficijs cumulat, & diuitias bonitatis omni honore circũdat, & vult animali huic rationali præſtare, vt non ſolum honeſte, ſed & cõmode viuat. Et dixit dominus, Non eſt bonũ hominem eſſe ſolũ, faciamus ei adiutricem, ſecũdum eum. Ecce iterum etiam hic, dicit faciamus. Sicut enim in principio cũm de homine formando diceret. Faciamus hominem ſecundum imaginem noſtram, & ſecundum ſimilitudinem, ita & nunc mulierem formaturus, eodem verbo vtitur, & inquit, Faciamus. Cui hoc dicit? non creatæ alicui potẽtiæ, ſed ei, qui ex ſe natus eſt, conſiliario admirabili, potenti, principi pacis, vnigenito filio ſuo. Et vt ſciret Adam, quod animal formandum, æqualis cum ipſo dignitatis eſſet futurũ, idcirco dicebat, Faciamus ei adiutorium ſimile ſibi. Nolo, inquit, eum ſolum eſſe, ſed producendum erit adiutorium ſibi congruum, mulierem inſinuans. Et propterea dicit, Faciamus ei adiutorium ſimile ſibi, vt quum videris ſtatim adduci beſtias,
F et omnia volatilia cœli, ne putes de eis eſſe dictum. Nam licet adiuuent eum in laboribus ſuis multa irrationalia animantia, nullum tamen par eſt rationali mulieri. Vnde ob hoc, quum adhuc dixit adiutorium ſecundũ eum, ſubdit. Et formauit deus de terra omnes beſtias agri, & omnia volatilia cæli, & duxit ea ad Adã, vt videret, qd vocaret ea. Et omne quodcũq; vocauit. Adam animã viuentem, iſtuc ipſum eſt nomen ei. Non temere, neq; abſq; cauſa hoc factum eſt, ſed ꝓpter futura. Deus enim præſcius, quid non multo poſt euenturum, oſtendit nobis quantã ſapientiã condito homini dedit, vt quum præuaricatio mandati a deo dati contingat, non putetur per ignorantiã peccaſſe, ſed ſcire poſſis, quod lapſus ille ex deſidia fuerit. Et qđ magna ſapientia præditus fuerit, diſce ex his, quæ nunc fiunt. Et adduxit ea, inquit, ad Adam, vt videret, quid vocaret ea. Fecit hoc deus demonſtraturus nobis magnam illius ſapientiam, Et iterum Quod vocauit, inquit, Adam, hoc eſt nomen ei. Factũ autem hoc eſt, non vt diſcamus eius ſapientiã ſolum, ſed vt & ſymbolũ dominij per nominũ impoſitionẽ cognoſcatur. Nam & hominibus mos eſt, hoc facere ĩ ſignũ dominij, vt cum ſeruos emerint, ipſorum noia mutent. Vnde & Adam inſtruit, vt

omnibus brutis tanquã dominus nomina indat. Ne igitur hic subito prætereas dile A
cte, quod dicitur, sed cogita quantæ fuerit sapientiæ, volatilibus, reptilibus, feris, iumentis, & alijs brutis domesticis, & agrestibus, & in aquavitam agentibus, & e terra productis, & in summa oñibus, cõgrua & conueniẽtia suæ naturæ imponere noïa. Nã quodcũq; vocauit Adã, inqt, hoc nomẽ est ei, Vidisti cõsummatã potẽtiã? Vidisti dominij autoritatẽ? Perpẽde cum alijs etiã hoc qđ & leones & pardi, & viperę & scorpij & alia oñia etiã illis truculẽtiora, ad eum quasi dominũ oñí cũ subiectione accesserũt. Ne igitur arguat aliquis, qđ a deo sunt creata, neq; cõtra opificem linguam acuat, imo cõtra suũ caput, dicẽdo illa inutilia verba. Cuius gratia ferę ꝓductæ sunt? Nã oïa perinde ac mansueta, seruitutẽ agnouerũt & dñium, id quod monstrat manifeste noïm impositio. Nomina q̃ imposuit eis vsq; in hodiernũ diem permanent. Ita enim hęc firmauit dñs vt perpetuam habeamus memoriã, quẽ honorẽ initio, quum adhuc obediens esset Adã, a dño oïm accepit, & ablati huí? causam ei adscribamus, qui peccato suo hanc suam potestatem mutilauit. Et vocauit Adã nomina oïbus pecoribus, & omnibus volatilibus cœli, & omnibus bestijs terræ. Hic iam cõsyderavoluntatis libertatẽ, & sapientię eius eminentiam. Et nõ dic, q đ ignorarit quid bonum quid malũ. Nam qui potest cõgruis nominibus iumenta appella- B
re, & volatilia cœli, & alias bestias, neq; ordinem cõfundit, neq; mansuetis animalibus cõuenientia feris imponit, sed oïbus sua dat noïa, quomodo nõ oñí sapiẽtia & industria pollet? Expendite tandẽ, quanta huius spiraculi in illo potentia, & quanta incorporeæ animæ sapiẽtia, quam dominus ei dedit / quam admirabile sit rationale animal hoc, ex duabus naturis cõstitutũ, & incorpoream animæ substãtiam corpori, quasi optimũ artificẽ, instrumento cõiunctam. Igitur cũ tecum cogitabis tãtam huius animalis sapientiam, obstupesce, & admirare opificis sapiẽtiam. Nam sic cœli pulchritudo a cordato spectatore visa, eum in cõditoris glorificationẽ producit / quanto magis rationale hoc animal, cum suam formationem, & gloriam a deo sibi datam, eminentiam & magnitudinem donorum. & ineffabilia beneficia, consyderat autorẽ horum, cõtinuis laudibus ꝑdicare, & pro suis viribus glorificare deũ poterit? Vellem & de sequẽtibus agere, sed ne multitudine eorũ, q̃ dicũtur dictorũ obruam memoriã, operæpretium fuerit sermonẽ hoc loco claudere. Neq; eñ hoc solum nobis curæ est, vt multa dicamus, sed ideo dicimus, vt bene ea animis vestris cõmendetur, & solum sciantur q̃ in diuinis scripturis continenť, sed vt & alijs fiatis doctores / possitisq; & alios admonere. Hoc oro, vt oẽs qui hinc egrediuntur, cum proximis denũc dictis inter se mutuũ cõferant, & ita oñia colligentes, ac recẽti memo- C
ria tenẽtes, domum cõcedite, apud vos ipsos ruminãtes diuinas hasce doctrinas, vt huc omni cura vestra cõuersa, menteq; in his occupata, possitis facile & turbulẽtas animi affectiones vincere, & diaboli insidias effugere. Nã quũ malus ille dęmon videt aïam de diuinis rebus solicitam, & perpetuo illas versantẽ, neq; appropriare audet, a spũs opatione quasi a succẽso rogo abactus. Vt igitur & nobis plurimũ sit lucri, & illum vincere valeamus, & supne nobis copiosior ꝑstetur gratia, his vacet animus noster. Nã ita ꝓsperabuntur ī manibus nostris oïa, & erunt facilia oïa, q̃ difficilia erant, & bonum exitum sortientur, q̃cunq; cõtristabãt. Quãdoquidem si nobis curę fuerint diuina, & ipse quoq; deus ꝓ nobis solicitus erit, vt magna securitate per pelagus huius vitæ nauigemus, duce & gubernatore deo ipso, in illius misericordiæ portum occursuri, cui gloria & imperium, cũ vnigenito suo filio & deo, simulq; sancto & viuifico eius spiritui, nunc & semper & in secula seculorum. Amen.

HOMILIA.XIIII.

D INgentes vobis habeo gratias, quod tanta alacritate hesternā meā accepistis admonitionem, & dictorū ꝓlixitate non solū nō estis offensi, sed & eodē rigoris tenore perpetuū audiēdi desyderiū vsq; ad finē seruastis, Vnde in magna expectatione sumus, quod & opera ipsa quæ a nobis consulta sunt, facturi sitis. Nā qui tāta voluptate audit, declarat, ad opera quoq; faciēda separatū. Alioqui creber ille vester cōuentus, certū argumētum est, quā aīa bene valeatis. Nā sicut esurire, signū est bonæ valetudinis, ita amare diuina eloquia, spiritualis sanitatis indiciū fuerit maximū. Quoniā autē fructꝰ vestri studij arguit, quod & obediendo adimpleturi sitis, age & nos mercedē quā heri pollicebamur hodie dinumerabimus. Spiritualē doctrinā mercedē dico, q̄ potest & meā augere substātiā cū dinumerauero, & vos q̄ recipitis, ditiores efficere. Hoc eñ modo se habēt spūalia oīa. Id quod in rebus sensibilibus nō est. Nā in illis qui dinumerāt pecuniā, imminuūt suā substantiā, & locupletiores fiunt q̄ recipiūt. Hic autem nō sic, sed & q̄ dinumerat suas facultates, magis auget. & recipientiū diuitijs
E nonnihil accedit. Itaq; quū & nobis prōpta sit beneuolentia, & vos spirituales illas opes suscepturi, sinus mentis habetis capaces, age præstemus, quod recepimus, & iterum in manus acceptis his quę ex cōtextu beati Moysis lecta sunt, ide vobis mercedem dinumeremus. Quæ igitur sunt. q̄ hodie lecta, in mediū afferri debēt, vt thesauros sensuum in verbis latētes, diligenter q̄sitos, charitati vestræ ꝓponamus? Audite nunc scripturā, dicētem. Adæ autē non inuentus est similis ei. Quid vult breuis hæc dictio, Adæ autē / quare apponit cōiūctionē, an nō sufficiat dicere, Adæ. Nō absq; ratione, neq; curiositatis gratia, inquirendi talia nobis studiū est, sed vt diligenter omnia vobis interpretantes doceamus vos, neq; dictionē paruā, neq; syllabam in diuinis literis contētam, esse prætereundā. Nō enim verba tantum sunt, & spiritꝰ sancti verba. Et propterea magnū in his thesaurum inuenire licet, etiā in vna dictione. Auscultemus igitur obsecro magna diligētia, nullus deses, nullus somniculosus sit, omnes vigili aīo adeste. Nullus externis occupationibus mentem distrahat, nullum seculares curę sibi vendicent. Sed cogitet vnusquisq; spiritualis huius cōgregationis dignitatē, & quod ea quę audimus deus per prophetarū linguas nobis loquit
F atq; sic arrectas simul mentem & aures adhibeat. ne semē aliquod quod erogamus in petram cadat, vel secus viam, vel inter spinas, sed integrū semen in terrā bonā, laetitudinem puto mentis vestræ, proiectum, largum vobis fructum afferre queat, & a nobis concredita multiplicet. Cęterū videamus quid sibi velit huius coniunctionis copula. Adæ vero nō inueniebatur adiutor similis ei, Vide obsecro diuinæ scripturę accuratā diligētiā. Nā postquā dixit. Adę vero nō inuētus est adiutor, nō ibi substitit, sed adiecit, similis ei, additamento illo causam nobis declarās, ob quā coniunctionis copulā addiderit. Existimo acutiores cōiectare posse, & ꝓuidere qd dicturi simus. Verū quia nostri officij est, quoniā cōmunē oībus doctrinā proferimus, omnibus etiam manifesta facere, q̄ a nobis dicūtur / age docebimus vos, cuius gratia sic dixerit, sed parumper sustinete. Nam postquam in superioribus dictis, sicut memores estis, scriptura diuina dixit, faciamus ei adiutoriū secūdū eū / statim docuit nos bestiarum, & reptilium, & brutorum omnium formationem, inquit enī. Et formauit deus de terra omnes bestias, & volucres cœli, & duxit ea ad Adā, vt videret, qd vocaret ea. Et quēadmodū dominus omnibus imposuit nomina, & vnicuiq; bestiarum, & volucrum, & brutorum omnium generi, suū vocabulū, iuxta conceſſam sibi sapiētiā distribuit, vt scire possemus, quod omnes illæ creaturæ, licet homini ministrent, & manum simul adhibeant cooperando nobiscum, irrationalia tamē sunt,

&homine lōge inferiora, Vnde ne putemus eum de illis dixisse, faciamus ei adiuto A
riū. Nā licet adiuuent, & in multis ministerio suo seruiāt, ratione tamē carent. Sane
quod iuuent nos, rerū docet experiētia, alia eñ vtilia sunt ad cōuehenda necessaria,
alia ad colendā terrā. Qñquidem bos aratrū trahit: sulcos secat, & varia agricultū-
ræ opera exercet. Asinus autē ad cōuehenda necessaria vtilis est, & pleraq; animalia
alia corporis nostri vsui seruiunt. Etem̄ oues quoq; lanā ad parandas vestes p̄bent,
& caprę quoq; ex suis capillis aliqd nostro ministerio afferunt, lacteq;, & alio quo q̄
modo nos pascunt. Proinde ne existimes, quod supra dicit, Faciamus ei adiutoriū,
ad hoc dictum. Ideo nunc sermonē incipiens, inqt, Adæ vero nō inuentus est simi-
lis ei. Quasi doceret nos beatus Moyses, & hæc diceret verba. Hæc omnia p̄ducta
quidē sunt, & ab Adam sua acceperunt nomina, nihil tñ ex his oībus dignum fuit in
uentū eius adiutorio. Ideo volens nos docere p̄ducendi animalis formationē, & qđ
animal hoc p̄ducēdum, istud ipsum sit, de quo dicebat, faciamus ei adiutoriū sc̄dm
eum, simile ei, inqt, hoc est, eiusdē substantię, dignitateq; eo nihil inferius, & hāc ob
rem dicebat, Adæ vero nō inueniebatur similis ei, mōstrans nobis beatus ille, quod
quantūcunq; nobis ministerium exhibent hæc bruta, aliud tamen quoddā adiuto- B
rium est multis numeris excellentius, quod a muliere Adæ p̄statur. Itaq; oībus ani-
malibus iam p̄ductis, & suū nomen a protoplasto sortitis, misericors deus, similem
ei adiutorē, vt p̄duceret inquirebat. Qui omnia a se facta, per se gubernat, & omnē
visibilium creaturam p̄duxit, is cum alijs omnibus & mulierem format. Et vide quā
diligenter formationem nos doceat. Nam postquā nos docuit, quod vellet p̄duce
re ei adiutoriū simile ei, nā superius dixerat, Faciamus ei adiutoriū sc̄dm eum, & hic
inqt, Nō inueniebatur similis ei, eam ob causam, ex illius substātia ipsam format, &
inquit, Et immisit dñs deus excessum in Adam, & dormiuit, & accepit vnam costa
rum eius, & impleuit carnē pro ea. Aedificauitq; dominus deus costam, quā accepit
de Adam, in mulierē, & duxit eam ad Adam. Magna verborum vis est, & oēm hu
manum captū transcendens. Non eñ aliter possunt hæc magna intelligi, quā fidei
oculis cōspecta. Et immisit deus excessum in Adam, & dormiuit. Vide diligētiā do
ctrinæ, vtraq; posuit beatus ille p̄pheta, imo spiritus sanctus per eius linguā, docens
nos factorū seriē. Immisit, inqt, excessum in Adam & dormiuit. Quod tūc fiebat,
neq; excessus solus erat, neq; somnus solitus. Sed quia sapiēs & potēs nostrę naturę
opifex, vnam ex costis illius ablatur⁹ erat, vt ne sentiēdo dolorē mulieri ex se forma
tæ, postea doloris memor, infensus fieret, ea p̄pter immisso excessu, tāto eū somno
oppressit, quasi crapula quadā correptum, ne quem rei quæ fiebat sensum caperet & C
sicut optimus artifex auferebat, quod sibi videbat, & supplebat vbi qd deerat, & qđ
inde sumpserat, iuxta suam formabat misericordiā. Immisit (inqt) excessum ī Adā
& dormiuit, accepit vnam costarū eius, & īpleuit carnem p̄ ea, vt ne possit discusso
somno qđ factum erat ex vacuitate sentire. Nam quamuis eo tēpore quo auferebā-
tur, ignorauit, postea tñ cognitūrus erat. Itaq; vt ne eum in auferendo, dolore, neq;
ob ablationem, tristicia afficeret, vtraque sic dispēsauit, vt & citra cruciatū eius aufer
ret, & impleto eo loco vnde abstulerat, factorū sensum p̄cipere non sineret. Igit̄ ac
ceptā hanc costam ædificauit dñs deus in mulierē. Admirabile dictū, nostrā ratio-
nem nimia excellentia vincēs. Eiusmodi eñ sunt omnia, q̄ a domino. Nam hoiem
e puluere formari, nō erat illo miraculo minus. Et vide iterum quō diuina scriptura
verbis nostræ infirmitati accomodis, vsa est. Et accepit, inqt, vnā costarū eius. Ne
humano more accipias q̄ dicūtur, sed crassa verba hæc humanæ imbecillitati cōue
nire, cogites. Nā nisi his verbis scriptura fuisset vsa, quō tā arcana mysteria discere

D potuíſſemus? Ne igíť verbis tãtum addícti ſimus, ſed omnía, vt par eſt, de deo ſentía
mus. Quandoquidẽ dum dicíť, accepít, & omnía talía, propter noſtram infirmitatẽ
ita dicta ſunt. Animaduerte autẽ quomodo & hic eadem vſa eſt cõſuetudíne, qua ſu
pra, quum de Adam ageret. Nam vt tibi ſemel ac íterum, & ſæpius díxit, Et accepit
dominus deus hoíem. & iterum, Et præcepit dominus deus Adæ. & iterũ, Dixitq;
Domínus deus faciamus ei adiutorium ſcđm eum, ſic & nunc inquit, Et ædificauit do
mínus deus coſtam, quam accepit ab Adam in mulierem. Et paulo ſuperius, Et im
miſit dñs deus in exceſſum in Adam, vt diſcas quod nullam patris & filij diuerſitatẽ
hæ dictiones indicẽt, ſed qa vtriuſq; eſt vna eſſentia, indiſcríminati nomínibus iſtis
ſcríptura vtiť. Vnde & hanc cõſuetudínem, cum de formatione mulieris agit, ſimili
ter obſeruauit, dicens, Et ædificauit dñs deus coſtã, quam accepit ab Adam, in mu
lierem. Quid ergo hic dicent hæretici, qui oñia curioſius explorare volunt, & cõdí
toris oĩm generationem cõprehendiſſe ſe putãt? Quis ſermo hoc explicare poterit
Quę mens deprehendere? Vnam coſtam (inquit) accepit, & quõ ex hac vnica coſta
totum animal formauit? Dic obſecro, quõ ablatio facta eſt? quõ Adam, quum au-
E ferretur coſta, nõ ſenſit? Sed níhil horũ dicere poteris. Vnus eñ tantum ſcit, qui ípſe
eſt cõditor. Quod ſi hæc, quæ in manibus ſunt, & animalis illíus quod nobis carne
cognatum eſt, formationem nõ cõprehendimus, quanti delirij, & amentiæ fuerit,
curioſius íquírere, quæ ípſius cõditoris ſunt, & dicere, quod illa cõprehenderis, quo
rum neque incorporeæ & diuinæ virtutes iuſtã ſcientiã habeant, ſed cum timore &
tremore glorificantes, cõtínuo humiliantť? Et ædificauit dñs deus coſtam, quã acce
pit ab Adam, in mulierẽ. Vide ſcripturæ diligentiã. Nõ eñ iam dicit, formauit, ſed
ædificauit, quia ex iã formato partem accepit, & quaſi diceret aliqs, quod deerat de
dit. Et ꝓpter hoc dixit, Et ædificauit, non aliã formationem fecit, ſed ex eo quod iã
formatum, accepta portiuncula quadã, hanc partem ædificauit, & perfectum fecit
animal. Quãta optimi architecti dei potẽtia, q̃ ex tantilla particula, tã elegantía mẽ
bra cõcinnauit, tantos formauit ſenſus, & perfectum, & integrum, & abſolutũ ani-
mal fecit, q đ poſſit & colloqui, & cõmunione ſubſtantiæ viro multa afferre ſolatia?
Nam ob eiuſcemodi cõſolationẽ animal hoc formatũ eſt. Vnde & Paulus dicebat,
Nõ eñ formatus eſt vir ꝓpter mulierẽ, ſed mulier ꝓpter virũ. Vides quõ oñia pro
F pter virum fiunt. Cõdita eñ creatura, ꝓductis brutis, & cibo & miníſterio vtilibus,
quia formatus homo indigebat aliquo cõfabulatore, & eo q particeps ſuæ ſubſtãtię
multũ ſolatij afferre poſſet, Ideo ex latere eí⁹ hoc rationale animal format, & ſcđm
induſtriam ſuam ſapientiã perfectum & abſolutum hoc facit, per oñia homini ſimi
le, & rationale, & quod poſſet in neceſſarijs, & cõmoditatibus huius vitæ, ſubſidio
eſſe. Deus eñ omnia ſapienti quadam ratione cõdidit & moderatur. Et nos q tam
imbecilli mẽte ſumus, tametſi modũ, quo facta, ſcire nõ poſſumus, credimus tamẽ,
quod voluntati eius omnia ceſſerint, & paruerint, & quicquid imperauerit, factũ ſit.
Et ædificauit deus coſtam quã accepit ab Adam, in mulierẽ, & adduxit eã ad Adã.
Oſtendens quod ꝓpter illum eam cõdidit, adduxit eam ad Adam. Qm̃ nullus (in-
quit) in oĩbus brutis adiutor ſibi ſimilis. Ecce hoc quod pollicebar, promiſi eñ tibi
facturum me adiutoriũ ſimile tibi, nunc ꝓfectum trado tibi. Adduxit eam ad Adã.
Et dixit Adã, Hoc nũc os ex oſſibus meis, & caro ex carne mea. Obſecro dilecte,
vide hic, quõ cum ineffabili illa ſapiẽtia ſibi a deo ſuppeditata, cuiusnobis indicia de
Adam monſtrata ſunt per nominum impoſitionẽ, quæ tot brutorum animaliũ generibus
prophe indidit, & ꝓpheticã gratiã accipit. Nã idcirco docuit nos beatus ille ꝓpheta quod
ſa. & ſomno, & ecſtaſi correptus ſit, ita vt ne ſenſum quidem vllum, eius quod fiebat,

acciperet vt quum nunc discis, quod visa muliere diligenter factũ enarrat, credas cer A
to, quod spiritus sancti doctrina afflatus, & accepta ꝓphetica gratia hęc loquatur.
Quippe quum nihil de his, q̃ facta erant sciret, postquã deus eam illi adduxit, inqt,
Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro ex carne mea. Alius quidam interpres, ꝓ nũc
vertit semel. Manifestum / quod semel tantum hoc factũ est neq; vltra erit talis for-
matio mulieris. Nũc, iqt, facta est ex viro mulier, posthac nõ sic erit, sed ex muliere
vir, imo nõ ex muliere, sed ex vtriusq; cooperatiõe / sicut & Paul⁹, inqt, Nõ est enim
vir ex muliere, sed mulier ex viro, & nõ cõditus est ꝓpter mulierẽ, sed mulier ꝓpter
virũ. At istecipsa, dicit aliqs, ostẽdunt nobis q̃ sunt dicta, quod mulier ex viro facta
sit. Verũ expecta, & vide doctrinam quã subijcit, dicit enĩ. Verũ tñ, neq; vir sine mu
liere, neq; mulier sine viro. Quo docet nos, quod postea vtriusq; cõgressu, vtrorũq;
& viri & mulieris constitutio erit. Et idcirco & Adam dicebat. Hoc nunc os ex os-
sibus meis, & caro ex carne mea. Deinde vt scias huius ꝓphetiæ certitudinẽ, & quo
modo vsq; ad finẽ effulgeant eius dicta, audi sequẽtia. Ista vocabitur mulier, quia ex
viro suo sumpta est ista. Propter quod derelinquet vir patrẽ suũ & matrẽ suam, & ad
hærebit vxori suę, & erunt duo in carnem vnam. Vidisti quomodo oĩa nobis diligẽ
ter aperuit, & singula ꝑ prophetiã suã explanauit. Ista, inqt, vocabitur mulier, quia B
de viro suo sumpta est. Iterũ nobis ablationem costæ insinuat. Deinde manifestans
euentura, inqt. Propter hoc relinquet homo patrẽ suum & matrem suam, et adhære
bit vxori suæ, & erũt duo in carnẽ vnam. Vnde dico oro, habuit ille, vt hæc diceret.
Vnde sciebat futura, quod multiplicandũ humanum genus, & quod hoc viri mulie
risq; cõgressu futurũ, vñ noscebat? Cõgressus enĩ ille post ꝑuaricationem fuit. Nã
vsq; ad illam quasi angeli versabãtur in paradiso, nõ cõcupiscentijs flagrantes, non
ab alijs affectionibus infestati, nõ naturæ necessitatibus obnoxij sed prorsus incor
ruptibiles & immortales cõditi, neq; vel vestimentorũ amictu ibi egebãt. Erant enĩ
inqt, ambo nudi, & nõ erubescebãt. Nondũ enim superueniente peccato & ꝑuari-
catione, gloria, q̃ superne veniebat, vestiti erãt, & ideo nõ erubescebant. Post trans
gressionem autẽ ꝑcepti, introgressa est & erubescẽtia, & nuditatis agnitio. Vñ igi-
tur dic q̃so habuit / quod hęc sciret? Nõne propheticæ gratię particeps, oĩnia hæc
spiritualibus videbat oculis? Hęc nunc non absq; ratione prolixiorib⁹ dico, sed vt
etiam hinc immodicam dei misericordiam discatis quam humano generi exhibuit
Data ei ab initio vita angelica, & innumeris in eum collocatis beneficijs, & cũ alijs
omnibus etiã prophetica dignitate ei cõcessa, vt cum videritis hominẽ post tot be-
neficia delinquere, culpam in deum ne reieceritis, sed huic totum imputaueritis. Ip- C
se enim sibimetipsi omnium malorum autor fuit, quod & postea discetis, tum quod
tantis bonis excidit, tum quod ob ꝑuaricationẽ cõdemnatus est. Nam quum cogi
tauero vitę suę statum quem ei dominus dedit, tam multipharia in eum beneficia cu
mulando, & primũ quidẽ quod ante eius formationem ꝓpter eum totum hunc mũ
dum, & creaturas cõdidit, & postea ipsum formauit, vt factus visibilibus oĩbus frue
retur. Dein, qđ vt iussit esse paradisum / in eo statim ipsum vitã agere voluit, aĩalia
bruta ab eo separauit, oĩm ei dedit potestatẽ / quasi dominũ seruis & subditis nomĩa
imponere iubẽdo. Postea / quia solus erat / quum indigeret aliquo adiutore, q naturę
eius particeps esset, neq; hoc omisit, sed producta muliere / modo quo sibi placuit / il
lam ei in manus cõcredidit / ꝑter hæc omnia / prophetiæ quoq; dignitate eũ insigni
uit. Et quod summa, & caput aliorũ est beneficiorum / donauit ei, vt ab omnib⁹ cu-
ris & solicitudinib⁹ corporis liber esset, neq; vllis vestiũ indumẽtis, neq; alio aliquo
indigere eũ permisit / sed vt dixi, quasi angelus terrestris super terrã versari eũ vo-

luit. Quum igitur omnia hæc supputauero, obstupesco & domini misericordiam in
D humanum genus, & hominis desidiam, & diaboli inuidentiam. Non enim ferebat malus ille dæmon videre in corpore hominem, angelicam vitam agentem. Cæterum ne nimia prolixitate sermonem extendamus, si placet, reponemus in posterum quæ de diaboli insidijs sequuntur, vestram orantes charitatem, vt diligenter ea quæ dicta sunt memoriæ cõmendetis, & vobiscum expendatis ea omnia, vt profundius in cogitationibus vestris consideant. Nam si continuo beneficiorum dei, quæ in nostrorum genus contulit, recordamur, & ipsi grati erimus, & ad virtutis viam magna erit extimulatio. Quippe manifestum, quod beneficia dei secum recogitans, operã dat, ne illis indignus videatur, sed tanti studij & gratitudinis est, vt & alia consequẽter mereatur. Ita liberalis est dominus noster, vt quando videt nos bene & cum gratitudine vti his, quæ iam nobis concessit, vltra nos potioribus maioribusq; muneribus impleat. Tantum nobis nostra salus curæ sit, ne ita incogitanter & absq; fructu tempus transeamus, neq; hoc attendamus, quod dimidium quadragesimæ transierit, sed si qua in hoc tempore a nobis bene gesta sunt, & si quas affectionũ perturbationes correxerimus. Nam si quotidianis spiritualibus doctrinis refocillati, semper
E ijdem manserimus, neq; in virtutibus creuerimus, neq; peccatorum genera e pectoribus nostris effugauerimus, non solum nihil erit vtilitatis, sed & plurimum nocumẽti. Quando quidẽ, qui in tãta cura nihil lucrifacit, neq; proficit, maiorem sibi coacerbabit gehennæ ignem. Ideo oro, vt reliquum ieiunij tẽpus, i hoc in quod opus habemus, sicut oportet, insumamus & singulis hebdomadis, imo singulis diebꝰ nos ipsos consyderemus, & negligentiam ab animabus nostris repellamus, & bonorum operum possessionẽ conquiramus, sicut propheta noster admonuit. Declinemus a malo, & virtuti studeamus. Hoc etenim verum est ieiunium. Iracundus ferocem perturbationem pia cogitatione ab anima eliminet, mansuetudinem autẽ, & lenitatem amplexetur. Deses & intemperans, & formosorum corporum curiosior spectator cogitationes suas refrenet, & in latitudine mentis suæ inscribat legem CHRISTI, dicentem, Qui inspexit mulierem vt concupiscat eam, iam adulterium cõmisit cum ea in corde suo. Vnde incontinentiæ vitium effugiat, & sobrietatis virtutẽ operetur. Qui præcipitis & temerariæ linguæ est, & quæcunq; obuenientia effutit, imitetur beatum prophetã & dicat, Pone domine custodiam ori meo, & ostium munitionis
F labijs meis, & nunquam temere & absq; vtilitate proferat verba, sed audiat Paulum, dicentem, Omnis vociferatio, & furor, & blasphemia, & obscœnitas, & vrbanitas tollatur a vobis cum omni malitia. Et iterum, Si quis sermo bonus, ad ædificationẽ vtilis, vt det gratiam audientibus. Iuramenta quoq; modis omnibus fugiat, audiens sententiam, quæ dicit, Dictum est antiquis, Non peierabis, ego autem dico vobis, non iurãdum omnino. Ne igitur dicat aliquis, In re iusta iuro. Neque enim in re iusta, neq; iniusta iurare licet. Purum a iuramentis seruemus os. Et his omnibus muniamus nostram linguam, labia & mentem, ne vel quid malarum cogitationũ intrinsecus nascatur, vel per linguam pronũcietur. Aures quoq; sepiamus, vt securæ sint, & ne vanas fabulas audiant. Sicut & beatus Moyses præcepit, dicens. Auditum vanũ ne accipias. Et iterum beatus Dauid dicebat, Obtrectantem secreto proximo suo, hunc persequebar. Vidisti dilecte, quanta nobis vigilantia opus, quanta opus seueritate ad virtutẽ? quomodo & parua particula neglecta, totius periculum infert? Quo circa & alibi clamat beatus Dauid, accusans hoc facientem, & dicẽs, Sedens aduersus fratrem tuum obloquebaris, & contra filium matris tuæ ponebas scãdalũ. Si sic nostra omnia membra muniuerimus, poterimus ad virtutis opera excitari, & linguã

Beneficiorum dei recordatio.

Iuramẽta illicita.

in laudibus & glorificatiõe dei occupare, aures autẽ in auditu & disciplina diuinorũ eloquiorũ, & mentẽ in spiritualibus dogmatibus contẽplandis, manus vero nõ in rapina & auaricia, sed misericordia & bonis operib⁹ faciẽdis, & pedes nõ in theatris & spectaculis dãnosis, equestribusq; ludis, sed in ecclesijs & domibus precationum & martyrũ loculis, vt ab eis benedictionẽ percipiamus, & nos a diabolicis laqueis irretiri nõ sinamus. Si sic solliciti, nostrã salutem procurauerimus, poterimus & ex ieiunio lucrum facere, & dæmonis insidias effugere, & magnã superne gratiam assequi, quam vt nos omnes assequamur, concedat gratia, & misericordia domini nostri IESV CHRISTI, cum quo patri, sancto q; spiritui sit gloria, imperium, honor nũc & semper & in secula seculorum. Amen. A

CAPVT TERTIVM.

ERant ambo nuditam Adam: quã vxor eius: et non erubescebant Serpens autẽ erat prudẽtissima oĩm bestiarum sup terrã: quas fecerat dñs deus. Et dixit serpẽs mulieri: Quid quod dixit deus: Ne comedatis ex omni ligno quod est in paradiso. Et dixit mulier serpenti: De omni ligno paradisi comedimus: de fructu autẽ ligni: quod est in medio paradisi: dixit de⁹: ne comedatis ex eo: sed ne tetigeritis illud: vt ne moriamini. Et dixit serpens mulieri: Non morte moriemini: sciebat enim deus: quod quocunq; die comeditis de eo: aperiantur oculi vestri: et eritis sicut dij: scientes bonũ et malum. Et vidit mulier: qõ lignum bonum ad esum: et quod gratum oculis ad spectandum: et formosum esset ad contẽplandum: acceptumq; fructum eius comedit. Et dedit etiã viro suo. qui erat cum ea: et comederunt: et aperti sunt oculi amborum: et cognouerunt quod nudi essent: et consuerunt folia ficus: et fecerunt sibimetipsis succinctoria. Et audierunt vocem domini dei deambulantis in horto ad meridiẽ: et delituerunt tam Adã quam vxor ei⁹ a facie domini dei: in medio ligni paradisi. Et vocauit dñs deus Adamũ: et dixit ei: Vbi es? Et dixit ei: Tuam deambulantis in paradiso vocẽ audiui: et timui: quia nudus sum: et delitui. Et dixit ei: Quis annunciauit tibi: quod nudus es: nisi de eo ligno de quo mandaui tibi: vt de solo eo nõ comederes: comedisses? Et dixit Adam: A mulier quã dedisti. vt sit mecum: ista mihi dedit de ligno: et comedi. Et dixit dñs deus mulieri: Cur hoc fecisti? Et dixit mulier: Serpens decepit me: et comedi. Et dixit dñs deus serpenti: Quoniam fecisti hoc: maledictus tu pre omnibus pecoribus: et pre omnibus bestijs: que sunt sup terram: super pectus tuum et ventrẽ tuum gradieris: et terram comedes omnibus diebus vite tue: et inimicitias ponam inter mulierem: et inter semen eius. Ipsa tuum tenebit caput: et tu tenebis eius calcaneum. Et mulieri dixit: Multiplicans multiplicabo tristitias tuas: et gemitum tuum. In tristitijs paries filios: et ad virũ tuum cõuersio tua: et ipse tui dominabitur. Ade vero dixit: Quia audiuisti vocẽ vxoris tue/et comedisti de ligno. De quo mandaui tibi/vt ex eo solo non comedas: de illo comedisti/maledicta terra in operibus tuis. In tristitijs comedes eam omnibus dieb⁹ vite tue. Spinas et tribulos ozri tibi faciet/et comedes fenum agri. In sudore faciei tue vesceris pane tuo/donec reuertaris tu in terram/de qua sumptus es. Quoniã terra es/et in terram abibis. Et vocauit Adam nomen vxoris sue Vita: quia ipsa mater omnium viuentium. Et fecit domin⁹ deus Adam et vxori eius tunicas pelliceas/et induit eos. Et dixit dominus deus: Ecce Adam factus est sicut vnus ex nobis/sciendo bonum et malum. Et nunc ne forte extendat manum suam/et accipiat de ligno vite/et comedat/et viuat in seculũ. Et emisit eum dominus deus ex horto delitiarum: vt operaretur terram/de qua sumptus erat: et eiecit Adam/et fecit habitare eum e regione horti delitiarum/et ordinauit Cherubim: et flammeũ gladium versatilem ad custodiendum viam ligni vite. B C

HOMILIA XV.

DHODIE vobis dilecti spiritualē thesaurū aperire volo, qui licet inter multos diuidatur, nunq̄ tñ absumitur, oēs enim locupletat, non tātum nulla sui imminutione, sed & quodā augmento. Nam sicut, si quis de sensibili thesauro vel paruam acceperit portionē, multas tñ diuitias inde sibi parabit, ita & in diuinis scripturis, etiam in breui lectione, sensuū grauitas & ineffabiles inueniunt diuitiæ. Talis enim natura huiꝰ thesauri, vt abūdare faciat eos q̄ se inueniunt, & nunquam deficiat, Fontis enī huius scaturigo est spiritus sanctus. Reliquū, vestrū fuerit quæ ꝓpositā sunt summa seruare memoriæ diligētia. Cæterū, vt facile dicta assequi possimus, tm̄ qđ nostrū est, magno studio afferamꝰ. Gratia enim parata est, & requirit eos q̄ se largiter suscipiāt. Audiamus igitur q̄ hodie sunt lecta, vt discamꝰ dei misericordiā, & quāto salutis nostræ gratia, sermonis temperamēto sit vsus. Et erant ambo nudi tā Adam quam vxor eius, & nō erubescebāt. Consydera, q̄so, eminētem beatitudinē, quomodo superiores fuerint oībus corporalibus necessitatibus, quomodo terrā quasi cœlū incoluerit, & quum essent in corpore, nihil corporale tulerint, neq; tecto, neq; veste, neq; alio tali opus habentes. Porro diuina scriptura nō simpliciter & absq; ratiōe hoc nobis significauit, sed vt quū didicerimus, vitam eorū tristiciæ doloriſq; expertē, & angelicū quēdā statū, vt ita dicā, & postea viderimus eos omnibus illis destitui, & quasi e magnis diuitijs in extremam inopiam redigi, ipsoꝝ peccato totum qđ fit, asscribamus. Op ēp cium autē lecta ipsa audire. Nam vt dixit beatus Moyses, qđ nudi erant, & non erubescebant, neq; enī sciebant se nudos esse, mira gloria amicti, & maiori quam vllus vestitus posset ornare, inquit. Serpens autē erat prudētissima oīm bestiarū super terram quas fecerat dominus deus, Et dixit serpēs mulieri. Quid quod dixit deus, ne comedatis ex oīni ligno qđ est in paradiso? Vide maligni dæmonis inuidentiam, & multiplices technas. Quando quidē sciuit, hoiem formatū in summo esse honore, & nihil minus habere angelis ipsis, sicut & beatus Dauid, inquit. Minuisti eū paulo minꝰ ab angelis. Atq; hoc ipsum paulo minus iobediētię peccatū introduxit. Nam post preuaricationē hoc loquutus est ꝓpheta. Videbat igitur sup terram angelū terrestrē & a sua rodebatur inuidia dæmō malorū autor. Quoniam cū ipse inter supnas virtutes esset, & ob voluntatis suæ nequitiam, & maliciam excellentē, e summo illo cœlo ꝓiectus fuerit, magna vsus est machinatione, vt & hoiem gratia dei priuare, & ingratū factū, a tantis bonis ei per diuinam bonitatē cōcessis, nudare posset. Et qđ facit? Inuento aīali hoc serpentē dico, q̄ cætera, callidītate sua vincebat, sicut & Moyses testatus est, quū dixit. Erat autē serpens, prudentissima oīm bestiarū sup terram, quæ fecit deus, eo quasi īstrumento quodam vsus, p quod mulierem vt potē simpliciꝰ, & infirmius vas, illius familiaritate in errorē, & deceptionem ꝓuocaret. Et dixit serpens mulieri. Collige hic, qđ ab iitio, nulla bestiarum sup terram terrebat vel virum vel mulierem, sed dominiū, & subiectionem agnoscebant oīa. Et sicut nunc domestica aīalia, ita & fera, & immansueta tunc subdita erant. At forte hic dubitauerit qs, & vt sciat q̄s ierit, num & hoc aīal rationis fuerit particeps. Non ita est, absit, Nam sequentes scripturam hoc expendere dīnt, qđ verba quidem sunt diaboli, quem sua inuidia cōcitabat, vt ita hoiem falleret. Animal autem hoc, vt instrumento accommodo vtebatur diabolus, quo suarum fraudium esca deuorata, supplanta reprimum posset mulierem, q̄ facilius decipi poterat, & postea p illam etiam ꝓtoplastum supplantaret. Itaq; hoc bruto vtit ad insidiarum suarum machinationes, & per ipsam mulieri loquitur, et inquit. Quare dixit deus, ne comedatis ex oīni ligno,

quod est in paradiso. Cõsydera obsecro, malignitatis excellentem subtilitatem, inducit enĩ sub ratione cõsilij & interrogatiõis, etiam quod nõ erat dictũ, quasi. s. curam ipsorum haberet, id quod ostendit, quum inqt. Cur dixit deus, ne comedatis de oñi ligno: quod est ĩ paradiso, quasi diceret malignus ille dęmõ. Quare de⁹ priuauit vos tanta fruitione? cur nõ cõcedit, vt participes sitis bonorũ, q̃ sunt in paradiso? sed p̃stitit quid, vt visu frueremini, maiori tñ voluptate interdixit? Cur dixit de⁹, Quare inqt hoc, q̃ vtilitas versari ĩ paradiso. & nõ frui his, q̃ in eo sunt? Sed ideo maiorem fertis dolorẽ, qđ spectare quidẽ vobis licet, frui nõ licet. Vidisti quõ per verba, quasi per escã virus suum immittit? Debebat mulier ex ipso aggressu eminentẽ cõiectare maliciam, tũ quod dicebat, q̃ nõ erant vtilia, tũ quod quasi curam eorum gerat, vt scire posset, q̃ eis adeo p̃cepta, & sic ad p̃uaricationẽ ipsos traheret. Igitur cum posset statim eius ĩposturam videre, & auersari verba eius vti nugacia, & seipsã in tantam humilitatẽ nõ reijcere, noluit. Oportebat inquã initio colloquiũ eius nõ ferre, sed illi soli loqui, ꝓpter quẽ, & in cuius adiutorium facta particeps dignitatis illius. Quia autẽ, nescio quõ, allecta familiaritatẽ serpẽtis tulit, per quẽ, vt instrumentum, pernicioſa diaboli verba suscepit. Congruũ erat, statim quũ disceret ex verbis ab eo dictis, quã diuersa a verbis dei essent, & quod alia quidem cõditor imperasset, alia autẽ ille & plane cõtraria deo diceret, vt ipsa auersaretur, & fugeret eius consuetudinem, abominareturq; eũ, qui suam linguam cõtra datũ eis mãdatum acuere audebat. Verum quia non seipsam attendebat, non solum non est eũ auersata, sed omne mandatũ ei detexit, & margaritas porcis obiecit, impletur quod a Christo dictũ Ne mittatis margaritas vestras ante porcos, ne forte cõculcent eas pedibus suis, & conuersi vos disrũpant. Id quod & factũ est. Apposuit enĩ porco, huic malæ bestiæ dæmoni videlicet, qui per serpentem operabatur, diuinas margaritas, & non solum eas cõculcauit, sed et dictis se opposuit, & cõuersus non eam solũ, sed cum ipsa ꝓto plastũ quoq; in morbũ inobedientiæ perduxit. Tantũ malum est, absq; delectu cuiuis diuina mysteria detegere. Audiant, qui sine discrimine simpliciter cũ oĩbus colloquuntur. Neq; enĩ ibi Christus de porcis p̃cipit, sed hoĩes porcinis moribus denotat, qui sicut bruta illa in peccati luto inuoluuntur, docens nos, vt personarum diuersitatẽ, & vitæ rationes inquiramus, quando aliquid diuinorum eloquiorũ exponere opus fuerit, ne & illos & nosmetipsos lædamus. Nam qui tales sunt, nõ solũ nihil lucri ex dictis aucupantur, sed & bonas illas margaritas absq; disquisitione eis ꝓpositas, secum in suæ perditionis ꝓfundum abijciunt. Ideo cum diligentia obseruãda sunt hæc, ne eadem patiamur, q̃ illi qui hic decepti sunt, Nam & nunc si voluisset mulier nõ ꝓponere margaritas porco, neq; ipsa in p̃cipitiũ ruisset, neq; virum secum traxisset. Sed audiamus qđ ei respõdeat. Nãvt dixerat ei, cur dixit deus, de omni ligno paradisi ne comedatis? inquit mulier serpenti. De omni ligno paradisi comedimus, de fructu autẽ ligni quod est in medio paradisi, dixit deus, ne comedatis, neq; attigeritis ipsum, vt nõ moriamini. Vidisti malignitatẽ, dixit quod nõ erat, vt in colloquiũ ꝓuocaret, & disceret qđ erat. Mulier enĩ postea, cõfidẽs qđ beneuole erga se affectus esset, totum mandatũ detexit, diligẽterq; recẽsuit omnia, & responso suo oẽm sibimetipsi defensionẽ abstulit. Quid enĩ potes dicere, o mulier? Cur dixit deus, ne comedatis de oñi ligno, quod est in paradiso? Oportebat te auersabundam ab eo, qui diuersa a deo dixerat, dicere. Apage, impostor es tu, nescis neq; mãdati nobis dati potẽtiam, neq; quãtis fruimur, neq; copiam eorũ, quæ nobis suppeditantur, Nã tu quidem ais deum dixisse, quod nullũ degustare debeamus lignum. Dominus autem & conditor, ob immodicam suam bonitatem nobis permisit frui

D & ptātē habere oīm, & ab vno tm̄ abstinere iussit, idq; nostræ curæ gratia, ne participes eius, morte occūberemus. Oportebat siquidē prudēs fuisset, his ad eum dictis, eum omnino auersari, nihilq; vltra ei loqui, neq; audire eum loquentem, sed reuelato p̄cepto, & narratis dei verbis, aliud lethiferū, & pernicioſum cōsilium ab eo accipit. Nam postquam dixit mulier, de ligno paradisi edimus, de ligno autem qđ est in medio paradisi, dixit deus, Ne comedatis ex eo, ne moriamini. Iterum malignus salutis nostræ inimicus cōtrarium deo consilium affert. Quippe quum miseri cors deus ob magnam nostri curā sumere prohibuerit, vt ne per inobedientiā mortales fieremus, Ille dicit mulieri. Non morte moriemini. Quali venia quis dignaretur mulierem, omnino enim aures occludere potuerat, illo temeraria hæc dicente? Nam cum deus dixerat, ne comedatis vt ne moriamini, ille inquit, non morte moriemini. Dein, nō cōtētus, qđ dixerat cōtraria dictis dei, īcusat eū etiā vt iuidū opificē, quo sic fraudes suę ꝓcedāt, & supplātata muliere ꝓpositū suū īpleat, Nō morte moriemini. Sciebat enī deꝰ qđ quocūq; die comeditis ex eo, aperientur oculi vestri, & eritis sicut dij, scientes bonum & malum. Ecce nihil hic nisi escam. calicē enī perniciali veneno plenum mulieri dedit, quæ lethiferum hoc esse videre noluit. Poterat enim si voluisset ab initio hoc scire. Sed vt audiuit ab eo, quod ideo esum hunc
E prohibuisset deus, quia sciret oculos nostros apertos futuros, & nos sicut deos fore scientes bonum & malum, diuinitatis spe inflata, magna quędam secū concipiebat. Tales enim sunt machinationes inimici, vt quando per deceptionē in sublime subduxerit tandem & in profundū per præceps deij ciat. Igitur vt diuinitatē mente sua imaginata est, ad esum ꝓperauit, & illuc postea fixit & cogitationem & mentem. Et nihil aliud consyderabat, quam vt calicem a maligno dæmone temperatū, epotaret. Nam quod accepto pernicioſo illo serpentini consilij veneno, tale ei studium fuerit, audi scripturam dicentem. Et vidit mulier, quod bonum esset lignum ad vescendum, & gratum oculis ad videndum, formosumq; ad contemplandum, & accepit de fructu illius, & comedit. Vere corrūpūt bonos mores colloquia praua. Quare enim non ante diabolicum consilium, huius pulchritudinē vidit? sed timebat mā datum dei. & subsequuturum supplicium, nunc autem postquam a mala hac bestia decepta est ita vt crederet, qđ per hoc non solum non offendantur, sed & deo æquales sint futuri, tunc eam spes promissionis ad sumendum cibum impulit, neq; intra suos limites contenta, sed inimico & hosti salutis nostræ maiorē fidem habens, quā verbis dei, didicit experientia ipsa non multo post, consilij perniciē, & quanta calamitas ipsos deprehensura esset. Nam vt vidit (inquit) quod lignum esset bonum ad
F vescendum, & quod oculis gratum ad videndum, & formosum ad cōtemplandum, cogitauit secum, forte ex diaboli deceptione, quam per serpentem ille afferebat. Si & ad vescendum bonum esset lignum, in quo tanta formositas, & quod tantum oblectare potest oculos, etiam præbebit nobis eius sumptio summum honorem, & habebimus eandem quam conditor dignitatem, quare non sumeremus de eo? Vidisti quomodo eam diabolus captiuam accepit, & allexit rationem, fecitq; vt quæ supra suam dignitatem erant, sapere auderet, quo in flata spe vana, & ab his quoq;, quæ ei concessa erant, excideret. Et accepit de fructu eius, & comedit. Et dedit etiam viro suo qui erat cum ea, & comederunt. Et aperti sunt oculi eorum, & cognouerunt qđ nudi essent. Quid fecisti o mulier? Quare pernicioſo consilio accepto legem a deo datam conculcasti, & contēpsisti, & in tantam venisti intemperantiam, vt non contenta tot tantorumq; fruitione, etiam vnicum hoc lignum, quod ne comederes præceperat dominus, ausa es contrectare? & fide habita his quæ a serpente dicta sunt, si

delius putasti eius consilium quam mandatum a conditore datum? Et in tantum de
cepta es, vt ne venia quidem digna dei sis, neque enim eiusdem naturæ erat, qui hoc A
consulebat, ex subditis erat & seruis, & sub tua potestate erat, quare sic te ipsam cō
fudisti? Quare illo relicto, propter quem formata es, ad cuius auxilium producta es
cuius dignitatum particeps, & cum quo eiusdē es substantiæ & vocis, in familiaritatem serpentis venire decreuisti, vt a diabolo per hanc bestiam acciperes consilium,
quod manifeste contrarium his, quæ a deo iniuncta, neq; sic auersata es eum, sed spe
promissionis, de cibo illo sumere ausa es? Esto igitur teipsam in tantum præcipitiū
depuleris, & honore maximo priuaueris, quare & virum tantæ ruinæ socium facis?
& cuius te adiutricem esse oportebat, eius facta es insidiatrix, & illum quoq; tecum
a gratia dei abalienas? Que te prodigiosa insania in tantam audaciam induxit? Nō
satis erat tibi, beatam hanc vitam agere, & corpore quidem vestiri, neq; corporalis
alicuius indigam esse, omnibus in paradiso frui, excepto vnico hoc ligno, visibilia
omnia sub tua esse potestate, & te esse omnium dominam? Sed vanis decepta pmis
sionibus, sperabas etiam in summū peruenire honoris fastigiū. Idcirco discas reip-
sa, quod non solum illam non asse queris, sed & omnibus iam a deo tibi datis, priuabis, & teipsam & virum. Atque in tantā pœnitudinē venietis, vt & seruus vester do B
lor futurus, & malignus hostis, qui hoc damnosum vobis cōsilium suggessit, risurus
& super vos incessurus sit, vt pote iacentes, & eos quibus eadem, quę illi obuenerint
Et enim sicut ille, supra quadam decebat de se sentiēs, a concessa dignitate deturbatus, & e cœlis in terram deiectus est, istucipsum & vos facere, & per mandati præuaricationem in mortis venire pœnā voluit, ita suæ satisfaciens inuidiæ, sicut & sapiēs
quidam dicebat. Inuidia autem diaboli, mors in mundū intrauit. Et dedit etiā viro
suo, & comederūt. Et aperti sunt oculi amborum. Magnum & viri peccatū est, Nā
licet illa eiusdem generis esset, & mulier, attamen oportebat virū maioris facere preceptum dei, quod continuo ei insonabat, quā illicitam hanc concupiscētiam, & nō
fieri præuaricationis participē, neq; ob minimas voluptates tantis seipsum priuare
bonis, & offendere benefactorem, qui illū tanta liberalitate amplexatus est, vitamq; doloris & laboris omnis expertē concessit. An non licebat omnibus alijs q̄ in paradiso erant frui? Quare tam leue mandatum, neq; ipse voluisti seruare: sed forte audiuisti a muliere consilij promissionem, & spe etiam ipse inflatus, cibi statim participeps factus es, & idcirco vtriq; supplicū luetis. Docebitq; vos rerum experientia C
non esse fidelius maligni dæmonis consiliū, quā dei p̄ceptū. Et dedit etiā viro suo,
& comederunt, & aperti sunt oculi amborū, & cognouerūt, quod nudi essent, Quæstio magna nobis hic nascitur, ea scilicet quā pridie pollicebar charitati vestræ. Merito enim quis rogauerit, quam virtutē habuerit hoc lignū, q̄d eius esus illorum oculos aperuerit, & quare lignū scientiæ boni & mali vocetur. Et si placet expectate, vt
pauca etiam de his differens, charitatē vestrā doceam. Quod si voluerimus prudenter, quæ in diuina scriptura dicūtur intelligere, nihil dictorū nobis difficile erit. Neq; enim esus ex eo ligno oculos illorum aperuit. Nā & ante esum videbāt. Sed quia
gustus ille inobedientiæ erat argumentum, & præuaricatio mandati deo traditi, ob
quam causam postea ablata est gloria, quæ eos circundabat, quia se indignos tali honore fecerant, propterea scriptura morem suum obseruans, inquit. Comederunt, &
aperti sunt oculi amborum, & cognouerunt quod nudi essent. Nudati propter peccatum supernæ gratiæ amictu, & sensibilis suę spoliationis sensum acceperunt, vt p
erubescentiam, quę inuadebat eos, certo scirent, in quantum periculum adduxisset
eos mandati dominici p̄uaricatio, qui eiā antea fruebantur tanta fiducia, & neq; si-

bi conſcij erant ſeſe nudos eſſe, nec nudi erant, quando quidem ſuperna eos gloria, quouis veſtimento honeſtius tegebat, poſt eſum autem, hoc eſt poſt p̄uaricationem
D præceptorum in tantam humilitatē redacti ſunt vt ob intolerabilem erubeſcentiam veſtem tunc quærerent. Quippe mandati præuaricatio vt ſuperuenit, veſtem illam nouam, & admirabilem gloriæ inquam, ac ſupernā beneuolentiam, eos expoliauit, & tam confuſione indicibili circundedit, quā nuditatis ſenſum p̄buit. Et conſuerūt folia ficus, & fecerunt ſibimetipſis ſuccinctoria. Obſecro dilecte cogita, quomodo & a quanto faſtigio in ꝓfundū præcipitiū deiecit illos diaboli conſilium. Nā tanta gloria dudū circundari, nunc folia ficus cōſuunt, & ſibi ſuccinctoria faciunt. Hoc diabolicæ deceptionis lucrum eſt. Hoc machinabatur illius conſultatio, vt non ſolum maiora non cōferret, ſed & nudaret, & deſtitutos ab his, q̄ habebant, oſtēderet Itaq; quia cibi occaſio p̄uaricationem fecit, idcirco inquit. Et comederunt, & aperti ſunt oculi amborum, non de ſenſibilibus oculis dicens, ſed de ſenſu mentis. Quia poſtquam mandata tranſgreſſi ſunt, deus eos ſentire fecit ea, q̄ ante ob ſingularem illius in ſe beneuolentiam non ſentiebāt. Igitur cum audieris, quod aperti ſunt oculi eorum, hoc cogita, quod fecit eos poſtea nuditatem ſentire, & auferri gloriam illam, qua ante eſum fruebantur. Quod autem hæc ſit ſcripturę conſuetudo, audi eam ali-
E bi dicentem. Nam quū ancilla Saræ dominium fugiens, erraret, & poſito iuxta abietem puero, a longe conſyderaret illius mortem, inquit, Aperuit deus oculos Agar non quod antehac non viderit, ſed quod mentem eius excitarit. Vides quod verbū. Aperuit. non de corporalibus oculis dicit, ſed de ſenſu mentali. Idipſum & de altera q̄ſtione dixerimus, quæ hic ꝓſpectat. Dicunt enim. Quare lignum ſcientiæ boni & mali vocatur? Sunt enim contentioſi multi qui dicere audent, quod poſt eſum ligni, ſcientiam habuerit Adam ad diſcernendum bonum & malum, id quod extremę fuerit amentiæ. Nā propter hoc pridem quum p̄uideremus hæc, de ſapiētia homini a deo tradita tā multis tractauimus, oſtendētes hanc ex nominū impoſitione, quę feris omnibus & volucribus cœli & brutis indidit, & quod cū tam inenarrabili ſapientia & ꝓphetica gratiam fuerit aſſequutus, vt ne quis hoc dicere auſit. Igitur q̄ nomina animātibus dedit, quiq; admirabilem ꝓphetię gratiam fuit aſſequutus, quā de muliere ꝓnunciauit, ſicut iam diximus, quomodo ignoraret quid bonum, & q̄d malum? Quod ſi receperimus, iterum blaſphemias in conditorem tranſferremus. Nam quomodo ignoranti p̄ciperet, quod malum ſit tranſgreſſio? Verum nō ita eſt abſit, ſed ſciuit clare. Enimuero hac de cauſa animal hoc ab initio, libero arbitrio eſ ſe fecit. Quod ſi non fuiſſet, neq; quum mandatum p̄uaricatus eſt, eum puniri, neq;
F ſi ſeruaſſet, remunerari oportebat. Factus enim mortalis eſt ꝓpter p̄uaricationem, vt ex hoc mandato & his q̄ ſequuta ſunt, claret. Audi enim mulierem ipſam loquētem ſerpēti. De fructu ligni huius in medio paradiſi, dixit deus, ne comedatis ex eo vt non moriamini, itaq; ante p̄uaricationem immortales erant, alioqui poſt cibum non hoc ſupplicij loco impoſuiſſet. Quis ergo ferret q̄d homo poſt eſum de ligno acquireret primo ſcientiam boni & mali, q̄ & antea tanta ſapiētia plenus erat, & cū ſcientia etiam ꝓphetica gratiam aſſequutus fuit? Et quomodo hoc rationi conſonū vt ſciat caprarum & ouium & omnium brutorum natura, q̄ herba ſalutaris ' & cibo vtilis, & q̄ pernicioſa, vt illā inquirat, hanc fugiat, & hominem rationale animal ne ſcire quid bonū & quid malum? Sed ecce, inquit, ſcriptura lignum hoc vocat, lignū ſcientię boni & mali, Neq; me hoc latet, ſed ſi ꝓphetes diuinę ſcripturę diſcerevoluerīs, ſcies quare hoc nomen huic ligno tribuit, non enim quod homini ſcientiam dederit, ſic vocatum eſt, ſed quia per illud facta eſt tranſgreſſio mandati. Et ex illo

poſtea intrauit ſcientia & erubeſcentia, & ꝓpterea ſic appellatum eſt. Mos enim di
uinæ ſcripturæ eſt/a rebus contingentibus nomina locis imponere, ſicubi res con- A
tingant. Eaq; ꝓpter lignū hoc vocatum eſt lignū ſcientiæ boni & mali / quia circa
illud obſeruatio & tranſgreſſio mādati. Miſericors enī deus a principio docens ho
minem/quod habeat conditorem & factorem eum, quiviſibilia omnia produxit, ip
ſumq; formauit, per vnum tantum mandatum declarauit ſe dominum eſſe. Et qua-
ſi liberalis dominus/magnam & admirabilem quandam domū alicuius vſui donās,
nec recipere vult quod ſe decet, ſed paruulā aliquā partem accipit, vt dominij ius ſal
uum ſibi maneat, vt ille interim ſciat, quod nō ædificij dominus ſit, ſed gratia & mi-
ſericordia dñi fruatur huius vſu. Sic vtiq; & dominus noſter, quū viſibilia hęc omnia
homini concrederet, & præſtaret ei, vt verſaretur in paradiſo, & frueretur omnibus
quę in eo ſunt, vt ne paulatim diſtracta mente putet viſibilia hęc per ſe eſſe/ ſentiatq;
aliquid ſupra ſe/iuſſit ab vno ligno abſtinere/magna definita pœna/ſi hoc tranſgre
diatur, vt ſcire poſſit, quod dominū habeat, cuius beneuolentia & cęteris fruatur. Ve
rum quia in magna inconſyderantia vixit, ſicut & mulier in ruinam tantam cō cidit,
vt præuaricaretur p̄ceptum traditum, & lignum deguſtaret, Atq; ideo bene hoc li
gnum ſcientię boni & mali nominauit, nō quod antea ignorauerit. Nā ſic nō igno B
rauit. Nam ſerpenti mulier inquit, Dixit deus/ne comedatis ex illo, ne moriamini/
& ſic ſciebat quod mors, pœna eſſet/ſi mādatum præuaricarētur. Sed quia poſt hu
ius eſum/& ſuperna gloria ſpoliati, & ſenſibilem nudationem experti ſunt/ideo vo
cauit lignum ſcientię boni & mali. Erat enim circa illud/quaſi quędam obedientiæ
dei exercitatio. Didiciſtis/quare dixit, quod aperti ſunt oculi eorū & cognouerunt
quod nudi erant? Cognouiſtis, quare lignū hoc ſcientię boni & mali vocetur? Co-
gita enim quanta confuſione digni facti ſuut. Deniq; poſt huius eſum, quū tranſgreſ
ſi ſunt p̄ceptum dñi/conſuerunt folia ficus & fecerunt ſibi ſuccinctoria. Vide a quā
ta gloria in quātam vtilitatem deducti ſumus/qui antea quaſi terreſtres angeli viue-
bamus. Tegmen ſibi ex foliis excogitant, tantum malum eſt peccatum. Non ſolū
enim nos a ſuperna gratia alienos facit/ſed & ad multam confuſionem & humilita-
tem deducit/& cum nos priuat a bonis q̄ iam poſſidebamus, omnem etiam fiducia
aufert. Sed ne omnino triſtem faciam ſermonem, ſurſum deorſumq; verſando pec-
catum/quod per eſum ligni & inobedientiam hominē deiecit. Age ſi placet, ab hoc
ligno ad lignum crucis ſermonem vertamus/& videamus, q̄ nam mala illud intulit, C
& quę bona iſtud conciliauit. Imo neq; lignū attulit mala, ſed voluntas peccans, &
contemptus circa prȩceptum habitus. Lignum illud mortem itroduxit. Nam poſt
prȩuaricationem mors intrauit, ſed iſtud immortalitatem largitum eſt, Illud e para-
diſo eiecit/iſtud in cœlos nos reduxit. Illud ꝓpter vnam tranſgreſſionem tanti ſup
plicij reum Adam fecit/iſtud nos plurimis peccatorū ſarcinis exonerauit, fiducia-
q; ad dominū nobis cōciliauit. Vidiſti ligni & ligni differentia? Vidiſti diaboli mali-
gnitatem & hominis peccatum/& domini miſericordia? Quoniā ipſum verū deū
noſtrum decet gloria nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum. Amen.

HOMILIA.XVI.

SAtis opinor, pro noſtra virili heri locū de ligno interpretantes, enar-
rauimus. Do cuimus enim charitatem veſtram, quare diuina ſcriptura
lignum cognitiuū boni & mali vocet/proinde hodie animus eſt ad ſe-
quentia pergere, vt diſcatis ineffabilem dei miſericordiam, & quāta ſer
monis attemperatione vſus ſit, noſtrę naturę prouidentiam & curā ha
bens. Omnia enim fecit & operatus eſt vt rationale hoc animal, a ſe conditū, in om

ni honore esset, & in nullo angelorum vita minutior foret, sed & in corpore illorum possideret impassibilitatem. Cæterum vt vidit vtrosq; peccando transgressos perne
D gligentiam ea, q̃ a se p̃cepta erant, & quãuis minis eos munierat & retraxerat, neq; nunc tamen a misericordia sua cessat, sed semper sibi similis, quasi clemẽtissimus pater/filium indignũ quid nobilitate sua commisisse, & a summo honore in extremã vilitatem redactum videns. paternis visceribus commotis non illũ consilij inopem & auxilio destitutum sinit/sed iterum suum agit officium, breui illum a vilitate liberatum, pristinę restituens dignitati. Simili modo bonus deus miseratus est hominis cum vxore sua circũuenti diaboli insidijs/cuius per serpentem consilium acceperat Nam velut i medicus ad inualidum, & ægrotantem iacentem q; ac indigentem cura & medici manu, protinus eum accedit, Sed vt & ex verbis discas, quã ineffabilis sit dei benignitas, operepręcium fuerit audire q̃ lecta sunt. Et audiuerunt vocẽ domini dei deambulantis in horto ad meridiem, & delituerunt tam Adam quã vxor eius a facie domini dei, in medio ligni paradisi. Dilecti ne inconsyderanter prętereamꝰ quę dicta sunt, neq; in verbis ipsis hæreamus/sed consyderemus, ob nostrã imbecillitatem tantam hic esse verborum humilitatem. Nam si vellemus verba, vt sunt pronunciata, sectari, & non digne vt decet, de deo exponere, dic quæso/quomodo nõ
E multa simul comitabuntur absurda? Ecce enim statim ex his, quę in principio lecta spectare hoc licet. Et audierunt vocem domini dei deambulantis in horto ad meridiem, & delituerunt. Quid dicis? deambulat deus, pedes ei tribuemus, & de eo nihil sublime cogitabimus? Non ambulat deus, absit. Quomodo enim ambularet, q̃ vbiq; pręsens est, & omnia implet? cui cœlũ thronus, & terra scabellum, ipse in horto continetur? Quis cordatus hoc diceret? Quid igitur est. Audiuerunt vocem domini dei, deambulantis in horto ad meridiem? Voluit eos hæc tali modo sentire, vt in magno mentis angore constituerentur, id quod & factum est. Nam postquã ita eis videbatur, & ita sentirent, quasi adesset deus, occultari cœperunt. Mox enim vt intrauit peccatum, & præuaricatio tumultuario simul eos inuasit & erubescẽtia. Quippe iudex incorruptus. conscientiam puto, quũ aduersus hominem exurgit, clara vo
conscię tia accusatrix, ce clamat, & accusat & ostendit, & quasi ante oculos scribit peccatorum magnitudinem. Eam que ob rem misericors deus principio quum formaret hominem, con scientiam ei indidit, accusatricẽ perpetuam, quę decipi, & deceptionem ferre posset nunquam. Et licet quis admisso peccato, perpetratoq; aliquo facinore illicito, om-
F nes homines cælet, illi tamen accusatrici non poterit delitescere, nam eam intrinsecus habẽtes, vbicunq; sumus, circunferimus. Ipsa nos circumit, obturbat, laniat, flagellat, nunquã quiescit, sed & domi & in foro, & in templis, & in mensa, & dormientem, & surgentem adoritur, rationem delictorum exigit, ob que oculos proponit & delictorum grauitatem, & subsequuturam pœnam. Et quasi medicus optimus, non cessat sua medicamenta apponere, & si semel depellatur, neq; sic desistit, sed continuam curam gerit. Hoc & conscientię opus est, vt iugiter memoriam ingerat, nec permittat vnquã in factorum obliuionẽ venire, sed ob oculos proponat, vti vel hac etiam ratione nos tardiores faciat, ne in eadem peccata prolabamur. Porro si quum hinc tantum nobis est subsidij, & tantum adiutorij, & assidet nobis tam importuna accusatrix, quę nostram mentẽ flagellet, & cor lancinet, & quouis carnifice grauius apprehendat, & plerique neque sic peccata vincimus, si hoc destitueremur subsidio, quorsum tunc non statim excideremus? Et propterea protoplastus vt eum sensum accepit, & aduentum domini secum cogitans, statim se occultauit. Quare dic oro? Quoniam videbat sibi trucem adstare accusatorem, conscientiam dico. Neq; enim

alium habuit obiurgatorem & testem peccatorum, sed vnicum illum quem intrinse
cus circunferebat. Docebant tamen peccati magnitudinem alioquin & nuditas & A
ablatio gloriæ, quę eos antea quasi vestimentum fulgidum vestierat. Ita q; post grae
ue peccatum illud, confusione amicti delitescere tentauerunt. Audiuerunt enim (in
quit) vocem domini dei deambulantis in horto ad meridiem, & occultauerunt se tã
Adam quam vxor eius a facie domini dei in medio ligni paradisi. Nihil peccato pe
ius, dilecte. Ipsum enim vt introierit, nõ solum confusione totos nos replet, sed & in
sipientes facit eos qui antea intellectu & sapientia multa prędĩti. Animaduerte, obse
cro, quam insipienter agit nunc, qui antea tanta pollebat sapientia, qui reipsa tradita
sibi sapientiam nobis declarabat, qui talia prophetabat, audita voce dei deambulan
tis in horto ad meridiem, occultauit se tam ipse quam vxor eius a facie domini dei in
medio paradisi. Quantæ hoc est insipientiæ, quod a deo, qui vbiq; præsens est, q ex
nihilo res vt essent produxit, qui abscõdita scit, qui finxit sigillatim corda hominũ
& nouit omnia opera eorum, qui scrutatur corda & renes, qui etiam ipos cordis mo
tus cognoscit, abscondere se tentant? Sed ne mireris dilecte, talis enim peccantium
consuetudo est, tametsi occultari non possint, occultari tñ velint, & studeant. Quã
doquidem non ferentes confusionem, qua post peccatum vestiebantur, nudati ĩcor B
ruptibili illa gloria, hoc faciebant. Consydera autem & vbi occultantur. Nam sicut
flagriones & ingrati quidam famuli, quum non possint a domino suo occultari, huc
& illuc in angulos domus currere solent, metu illorum conscientias cõcutiente. Ita
& hi nullum inuenientes effugium, in ipsa domo, paradiso inquam, versantur. Nec
absq; ratione tempus assignatur. Audiuerunt enim, inquit, vocem domini dei deam
bulantis in horto in meridie. Sed vt discas domini misericordiam, quod neq;, vt so
let, differebat, sed mox vt vidit quod factum erat, & vlceris magnitudinem, ad opitu
landum festinauit, vt ne vlcus grassando fieret incurabile vulnus, idcirco vt p̃ueniat
accelerat, & velociter crescenti vlceri adest, & pro sua bonitate, neq; ad paruum tẽ
pus a cura sua illum destitutum relinquit. Nam sicut tantam præ se ferebat insaniam
salutis nostræ inimicus, qui semper nostris bonis inuidet, vt mox sub initium moli
retur insidias, & suo pernicioso consilio nos admirabili hac vita priuaret. Ita contra
optimus & omnipotens deus, qui sua sapientia res nostras dispensat, videns diaboli
malignitatem, & hominis peccatum, per quod cum muliere deceptus, in tantam in
cidit confusionem, mox assistit, & quasi mansuetus, & misericors iudex in tribunali C
terrore & horrore pleno sedet, & examinat diligenter, per hoc nos docendo, ne quẽ
fratrum nostrorum condemnaremus, nisi causa antea diligẽter cognita. Audiam⁹
igitur si placet, quæ iudex rogat, & quæ rei respondent, & quas pœnas ferunt, & cui
condẽnationi obnoxius fuit, qui in illos tãtas insidias machinatus est. Sed obsecro
mentem colligite, & cum timore dictis auscultate. Si enim quum videmus iudicem
in sublimi sella sedentem & reos in medium producentem, & supplicijs afficientem
non sine timore adstamus, audire volentes, quid nam iudex dicat, & quid respõdeat
reus. Multo magis, nunc hoc nobis faciendum, quum videmus opificẽ naturę, pœ
nam suis creaturis intentare. Verum diligenter attendite, videbitis, quantum inter
sit inter misericordiam dei, & hominum inter se austeritatẽ. Et vocauit dominus de⁹
Adam, & dixit ei / Adam vbi es? Vel ex ipsa interrogatione hac dignum est, vt ob
stupescamus ad eminentem dei misericordiam. non solum quod vocauit, sed quod
per seipsum vocauit. Id quod homines facere nunquã ferrent inter se, licet eandẽ na
turam sortiti sunt. Scitis enim, quum iudices in alto solio sedent, supplicijsq; malefa
ctores afficiũt, nec suo eos responso dignantur, hoc ipo ostendẽtes eis, quãta igno-

mina ſeſe aſperſerint ſuis flagitijs, & iudex quidē reſpondet, ſed alius quiſpiam a iudi
ce hæc excipiens, reo annunciat, & iudici quoq; quæ reus dixerit, & hic ferme vbiq;
D iudicantium mos eſt. Verum deus nō ſic agit, ſed quō? Et vocauit dñs deus Adam,
& dixit ei, Adam vbi es? Vide in breui hac dictione quanta vis recōdita ſit. Etīm
vocare magnæ & ineffabilis eſt miſericordiæ, tum ob benignam interrogationem
quæ erubeſcentem, & neq; os aperire, neq; linguam mouere audentem animabat, tū
ipſum dicere, Vbi es? plurimā habet miſericordiæ vim. Significat eñ, quaſi ita dice
ret ad eum. Quid factū eſt? In alio te loco reliqui, in alio te inuenio, alia gloria veſti-
tum te reliqui, nunc in nuditate te inuenio. Vnde tibi hoc accidit? Quis te in tantam
induxit viciſſitudinē? Quis latro, vel fur, ſic ſemel oēs diuitiarum ſubſtātias auferēs,
in tantā te inopiā deduxit? Vnde nuditatis ſenſus tibi cōtigit? Quis tibi autor fuit,
quod ablatū a te veſtimentū illud admirabile, quo amictus eras? Quæ repētina hæc
mutatio? Quæ tēpeſtas ita ſubito oēs tuas merces demerſit? Quid accidit, quod ab
eo qui tibi tanta beneficia p̄ſtitit, & in tantū honorē euexit, occultari attentas? Quē
nunc timens, deliteſcere ſtudes? Num adſtat tibi qui accuſet? Num premunt teſtes?
Vnde tanta formido, tantuſq; metus te inuaſit? Tuam, inquit, deambulantis in hor-
to vocē audiui, & timui, quia nudus ſum, & abſcondi me. Et vnde tibi nuditatis tuæ
E ſcientia contigit? Dic obſecro, quid hoc noui & rari? Quis hoc vnquam annuncia-
re potuiſſet tibi, niſi ipſe huius cōfuſionis autor eſſes factus? niſi a ligno, de quo præ
cepivt ab eo ſolo nō comederes, comediſſes? Vide excellentē miſericordiam & pa-
tientiam dñi. Nam quum poterat ne reſpō ſo quidē dignari eum, qui peccauerat, ſed
ſtatim pœnā ei infligere, quam prius ſtatuerat, p̄uaricaturo, lōganimis tamen eſt &
ſuffert, & interrogat, & reſpōſum accipit, & iterum interrogat, quaſi ad defenſionē
eum p̄uocans, vt arrepta occaſione etiā poſt tantam p̄uaricationem, ſuam erga illū
miſericordiā declaret. Quo etiam nos docet, vt quando & nos condēnamus, non tā
crudeliter reis loquamur, neq; ferina in eos vtamur ſæuitia, ſed lōganimiter & miſeri
corditer agamus, vt pote noſtra ipſorū mēbra condēnaturi, & cogitātes eos nobis
ſcdm naturam cognatos, ſupplicium q; miſericordia tēperemus. Non eñ fruſtra tā
ta verborū humilitate noſtre tenuitati cōgrua vtitur diuina ſcriptura, ſed verbis craſ
ſis æmulari nos debere dei miſericordiā, docet. Dixitq;, Quis annūciauit tibi quod
nudus eſſes, niſi de ligno, de quo ſolo p̄cepi tibi ne comederes, de illo ipſo comediſ-
ſes? Vnde (inquit) poſſes hoc ſcire, & tanta cōfuſione veſtiri niſi multū intēperans
F fuiſſes, & mandatū meum contēpſiſſes? Cōſydera dilecte, bonitatis dei excellentiā
quō quaſi amicus amico loquitur, & quaſi cōqueritur ei qui mā data p̄uaricatus erat.
Quis annunciaſſet tibi quod nudus eſſes, niſi de ligno de quo ſolo p̄cepi tibi, ne co
mederes, de illo ipſo comediſſes? Nō caret emphaſi, & latenti quadā vi, quod dicit
De quo ſolo. Quaſi diceret, Num adeo anguſtos fruendorum bonorū limites tibi
præſcripſi? Nōne oēm tibi copiam præbui? nōne omniū quæ in paradiſo ſunt, po-
teſtatem tibi dedi? & duntaxat ab hoc vnico vt abſtineres præcepi, vt ſcire poſſes, te
ſub domino quodam eſſe, cui obedientiam debes. Quæ igitur negligētia illa, vt tan
tis fructibus non ſis cōtentus: ab hoc vnico abſtinere nolueris, & ſic ſtatim ad vio-
landum mandatum quod dedi, proruperis, temetipſum tantis malis immergendo?
Quæ tibi inde vtilitas? An non hæc p̄dixi. Nonne metu pœne volui te coercere &
munire. Nōne hac de cauſa, ne in tāta mala incideretis, hunc cibū p̄hibui, Quis te
poſt tanta mandata adeo inſenſatū factum venia dignaretur. Nonne ſicut pater ger
manum filium, de omnibus ſatis dilucide & diſtincte inſtruxi, & vt de alijs quidem
guſtares, ab hoc aūt abſtineres, vt ne omnia bona ſimul corrūpant. Sed forte ratus

es, alterius cõsilium meo mãdato melius & fidelius, & expectatione maiorũ bono A
rũ hęc fecisti, & offenso mãdato meo, de ligno edere ausus es. Ecce qd tibi acciderit, nũc re ipsa didicisti & expertus es, quãta cõsilij illius pnicies. Vidistis iudicis misericordiã, vidistis mansuetudinẽ & tolerãtiã dñi? vidistis verborũ attẽperationem omi sermone, & cogitatione superiorẽ? Vidistis, quõ per interrogationẽ, & dicẽdo Quis annũciasset tibi, nisi de ligno, de quo solo p̃cepi tibi, ne comederes, de illo ipso comedisses. Ianuas ei aperire vult defensionis, vt & misericordiã suã erga eũ, q tãtum peccauerat, declararet. Audiamus & eũ, quid ad hęc respõdeat. Et dixit Adã. Mulier quã dedisti, vt sit mecũ, ipsa mihi dedit de ligno, & comedi. Miserabilia scilicet verba, & magna miseratione plena, & digna, quę ad misericordiam dñm prouocent, tam mãsuetum, & bonitate suavincentẽ nostra peccata. Nam postquã magna longanimitate eius mentem commouit, & ostendit peccati magnitudinẽ, quasi defensione cõtexta, inquit, Adã. Mulier quã dedisti, vt sit mecũ, ipsa mihi dedit de hoc ligno, & comedi. Scio, inquit, q peccauerat, sed mulier quã dedisti, vt sit mecum, de qua ipse dixisti faciamus ei adiutoriũ secũdũ eũ, ipsa mihi huius ruinę causa fuit, Mulier quã dedisti vt sit mecũ. Quando enim expectassem, vt tanta confusiõe me respergeret, q̃ ideo cõdita, vt mihi solatio esset? Tu mihi istã dedisti tuipsam mi B
hi adduxisti. Ipsa, nescio vnde mota, dedit mihi de ligno, & comedi. Videntur hæc quidẽ defensionẽ quandã præ se ferre, sed prorsus venia carent. Qua enim venia dignus es, inquit, qui mea p̃cepta obliuisceris, & mulieris dationẽ meis verbis præferendam putas? Nam licet mulier cibũ dederit, sufficiebat tamen mandatũ meũ, & timor supplicij ad fugã escæ incutiendã. Nũ ignorabas, nũ nesciebas? Ideo curam vestri gerens prædixi, ne in hæc incideretis, vt licet mulier tibi ad trãsgressionẽ mãdati ministrauerit, tu p̃pterea insons nõ fieres. Maiorẽ enĩ fidẽ mãdato meo te habere oportebat, vt nõ solũ vt tuipse abesu caueres. sed & vt mulierẽ doceres peccatorum magnitudinẽ. Caput enim es mulieris, & p̃pter te illa p̃ducta est, tu autẽ ordinẽ inuertisti, & nõ solũ illã nõ correxisti, sed & ipse simul abreptus es. Et oportebat corp⁹ reliquũ capiti obsequi, sed diuerso modo res euenit, corporiq; reliquo caput obsequutũ est, & quæ sursum erant, in infimum locũ venerunt. Propterea quoniam omnẽ ordinẽ inuertisti, hoc loco nunc es, qui antea tanta gloria vestitus eras. Quis te satis digne deplorarit, cui tot & tanta bona ablata sunt? Verum tamen licet omnia hæc tibi acciderint, nulli tamẽ alteri causam ascribe, sed tibi ipsi & tuę ignauiæ. Neutiquam enim te nolentem mulier in tantam induxisset ruinam, Num obsecrauit? num disseruit? nũ decepit? Dedit tantũ, & statim tanq̃ facile ad sumendũ ci- C
bum adductus es, nullã mãdati vel memoriã fecisti, putasti a me te deceptũ esse, & p̃pterea cibũ hũc tibi nõ dedisse vt ne maioribus fruereris. Et quomodo rationi cõsonũ, quod ego te fallerẽ qui tot in te beneficia contuli. Et istuc ipsum quanta beneficentiæ magnitudo erat, vt prędicendo distinguerem: a quo abstinendum esset quo non incideres in quę incidisti. Sed hęc omnia non magni faciebas, Ecce nũc experiẽtia te docet, quãta peccatorũ sit magnitudo. Reliquũ, ne soli mulieri culpã ascribas, sed negligẽtiæ tuæ. Igitur cũ satis Adę dictũ est, & cõfessionẽ ille fecit cõmissorum, vt putabat, peccato in mulierẽ translato, vide bonum dominũ, quanta iterũ verborũ humilitate, dignaturq; etiã illã suo responso. Et dixit de⁹ mulieri, Cur hoc fecisti. Audisti virũ in te culpã transferentem, & omnia tibi ascribentem, q̃ ei in adiutricem data es, atq; ideo cõdita, vt tuis solatijs eum foueres, vt pote eandem naturam cum ipso sortita. Cur hoc fecisti o mulier, cur & tibi & viro tantæ confusionis facta es autor. Quæ vtilitas ex hac intẽperantia tibi accreuit? Quod ex hoc errore

lucrum tibi acceſſit, quod ſponte decepta, etiã virum eius malí participem facere voluiſti? Quid ergo ad hæc mulier? Serpens decepit me, & comedi. Vide etiam hęc q̃ natura meticuloſa, peruicax eſt, & peccata ſua defendit. Nam ſicut vir culpã in mulierem reijcere videtur, dicẽs. Mulier coegit me, & dedit, & comedi. Sic & ipſa, nullum effugium inueniens, fatetur factum, & inquit. Serpens decepit me, & comedi. Mala illa, inquit, beſtia hunc nobis lapſum attulit. Illius perniciosum conſilium, in hanc nos confuſionẽ adegit. Ille me decepit & comedi. Dilecti, ne tranſeamus ſimpliciter quæ nunc dicuntur, ſed diligenter ſcrutemur. Nam plurimam inde voluptatem percipiemus. Terribile enim iudicium eſt & horrore plenũ. Et ſane quiſquis bene audierit, magnum theſaurum menti ſuæ inferet. Cõſydera igitur & virum dicentem. Mulier quam dediſti, vt ſit mecũ, ipſa mihi dedit & comedi. Et ipſa quoq; apologiam cõcinnauit. Non dixit, ſerpens coegit me, & comedi, ſed quid? Serpens decepit me. Nuſquam neceſſitas, nuſquam violentia, ſed voluntas, & arbitrio. Dedit ſolum, non coegit, nonvim fecit. Inimicus enim noſtræ ſalutis, opera huius malę beſtiæ vſus, conſilium dedit & decepit, non vim fecit, neq; coegit, ſed pernicioſo conſilio, fraudes ſuas opere compleri fecit / quoniam mulierem offendit, quæ deceptionem facile admiſſura erat, nulla venia dignam. Serpens decepit me, & comedi. Vide igitur bonum dominũ, illorum verbis contentum, & ad plura dicenda nõ cogẽtem. Quandoquidẽ hæc nõ ignorãs interrogabat, ſed conſcius, & valde conſcius. Cæterum vt ſuam declaret miſeri-ordiam, ad illorum ſe infirmitatẽ demittit, & ad peccatorum confeſſionẽ prouocat. Atq; hac de cauſa, nihil vlterius ex eis q̃rit. An non & ſpecies impoſturæ diſcenda erat? Verũ vt nobis oſtẽdat, quod nõ ignorans interrogauerit, contẽtus fuit dictis, Nã dicẽdo. Serpẽs decepit me, & comedi, aperuit perniciosum cõſilium quod a diabolo per ſerpentẽ accepit. Vidiſtis quãta diligentia. Adam interrogatus eſt? cũ quanta tolerantia in iudiciũ adducta eſt mulier? quomodo vterq; ſe defendit? Vide conſequenter hic ineffabilem miſericordiæ iudicis excellentiam. Quia poſtquã mulier dixit, Serpẽs decepit me, & comedi, nõ iam ſerpentẽ dignatur vt audiatur, & locũ habeat defendẽdi, neq; rogat ſicut virum & mulierem / ſed accepta ab illis defenſione, in illũ, quaſi malorũ autorẽ, impetũ facit. Et quia deus, cui etiã ineffabilia, & arcana nota ſunt, ſciebat q̃d ſerpẽs miniſtrauerat diaboli inſidijs & inuidiæ, qua hominẽ perſequebatur / vt diſcas ſuã bonitatẽ, quomodo quũ de illis diceret, ad Adã quidẽ ait. Vbi es? Quis annũciauit tibi? Euę autẽ dixit. Cur hoc feciſti? de hac mala beſtia nihil tale dicit. Sed quid? Et dixit dominus deus ſerpenti. Quia feciſti hoc. Vidiſti differentiam? Mulieri dixit. Cur hoc feciſti? Serpẽti autẽ. Quia feciſti hoc. Quia hoc malũ (inquit) operatus es / quia perniciosum hoc cõſiliũ induxiſti, quia huic inuidiæ miniſtraſti, quia inuidiã acuiſti aduerſus creaturã meã. Maledictus tu præ oñibus pecoribus & præ oĩbus beſtijs terræ. Super pectus tuũ, & ventrẽ tuũ gradieris, & terrã comedes oñibus diebus vitæ tuæ. Et inimicitias ponã inter te, & inter mulierẽ, & inter ſemẽ tuũ, & inter ſemẽ eius. Ipſa obſeruabit caput tuũ, & tu obſeruabis eius calcaneũ. Attende oro hic, quanto ordine, ſequẽtia turgeãt miſericordia. Nã interrogans, a viro ĩcepit, deinde ad mulierem tranſit. Et poſtquam ipſa dixit, quis ei autor fuerit, vt ventum eſt ad ſerpentem, non iam illum dignatur, vt reſponſum ex eo audiat, ſed pœnam intentat, & talem quæ omni tempore duret, & ſui ſpectaculo omnibus poſthac futuris doctrina ſit / ne vltra peſtilens illud audiatur conſilium, neque locus cõcedatur doloſis eius inſidijs. Sed forte dixerit aliquis. Quum diabolus ſerpentis opera vſus / malum attulit conſilium, quur beſtiæ illi pœna inflígitur? Eſt & hoc ineffabilis miſericordiæ

dei opus, Nam sicut clementissimus pater puniens eũ, qui filiũ suum occidit, & gladium, & ensem, per quæ filius suus occisus, destruit, & in multas partes diuidit / eodem modo & deus egit. Quippe serpens quasi gladius quidã diabolice seruiuit malitiæ, vnde & perpetua ei pœna intentata est. Quo pervisibile & sensibile hoc ratiocinemur & expendamus, in quanta ignominia sit & diabolus. Nã si is, qui vt serpẽs ministrauit, tantam expertus est indignationẽ, quale supplicium, verisimile est susceppturum diabolum? Imo hoc nos iam docuit in diuinis euangelijs Christ⁹, dicẽs ad eos, qui a sinistra steterunt. Discedite a me maledicti in ignẽ, qui præparatus est diabolo, & nuncijs eius. Illi enim olim præparatus est inextinguibilis ille ignis. Quid ergo miserius illis, qui negligendo salutem suam, seipsos supplicio illi reos statuũt, qđ diabolo præparatũ est? Nã nobis, si voluerimus virtutẽ amplexari, & leges a Christo statutas sequi, paratum est regnũ, de quo ipsum audi loquentem. Venite benedicti patris mei, in hæreditatem accipite regnũ, quod vobis præparatũ est a constitutione mundi. Vidisti illi inextinguibilẽ ignẽ præparatum, nobis autem, nisi desides fuerimus, regnum? Hæc igitur cogitantes, & vitæ nostræ curam agamus, & malicia fugientes, nunquam diabolicis artibus decipiamur. At si & vos volueritis, iterũ in mediũ afferamus pœnã quæ serpenti inflicta est, vt paulatim ad finẽ iudicij ꝓperantes, videamus diuinæ misericordiæ magnitudinẽ. Nam si homines iudicẽ videtes publice sedentẽ, & contra reos sententiã pronunciantẽ, sæpe toto die ibi manẽt, nec inde abscedunt, donec surrexisse viderint iudicem, Multo magis nunc nos decebit iudicem videre bonũ deum, quõ serpenti grauem pœnã imposuerit, vt per sensibilis huius bestiæ pœnas, qua quasi organo vsus est malignus illæ dæmõ, intelligamus quas illi perpetuas in futuro seculo inflicturus est. Quomodo item congrua & misericordi correptione virũ & mulierẽ castigat, quæ admonitio potius sit quã punitio, vt his omnibus diligenter animaduersis, admiremur misericordis dei ꝓuidẽtiam, quã illæ nostrę naturæ exhibet. Quid ergo illi dictũ? Et dixit dominus de⁹ serpenti. Quia fecisti hoc, maledictus tu præ omnibus pecoribus, & præ omnibus bestijs quæ sunt super terrã. Super pectus tuũ et ventrẽ tuũ gradieris, & terrã comedes omnibus diebus vitę tuę. Et inimicitias ponã inter te & inter mulierẽ, & inter semẽ tuum, & semen eius. Ipsa tuum tenebit caput & tu tenebis eius calcaneum. Grauis indignatio, sed magna etiam, & eminens impostura, quã per eum malignus dæmõ intulit. Et dixit dominus deus. Quia fecisti hoc. Quia tali, inquit, malicię ministrasti, vt impostura illa opere cõpleretur, malũ consiliũ afferendo, & lethale poculum temperando / quia sic ministrasti & a mea beneuolentia excidere voluisti creaturas meas, ministerio maligni dæmonis sententiæ exhibito, qui ob excellentẽ inuidiam & superbiam suam e cœlis in terram deductus est / & ꝓpterea, quia te in his vt instrumento est vsus, perpetuam tibi pœnam impono, vt per ea quæ tibi fiunt, & ille scire possit, quam ipse expectet pœnam, & futuri homines erudiantur, non accedendum ad diaboli consilia, neq; eius fraudes accipiendas, vt ne in easdem incidant pœnas. Propterea maledictus es tu inter omnia pecora, quia callidi tate male, & nõ vt oportebat es vsus, sed priuilegiũ quod super omnia animantia possidebas, hoc tibi in omnium malorum cessit occasionem. Inquit enim. Serpens erat prudentissima omniũ bestiarum super terram. Propterea maledictus tu inter omnia iumẽta, & omnes bestias terrę futurus es. Et quia maledictio non erat sensibilis, neq; oculis videri poterat, propter hoc & sensibilẽ illi pœnam infert, vt continuo ante oculos videre possimus, supplicij eius monumenta. Super pectus & super ventrem gradieris, & terram comedes omnibus diebus vitæ tuæ. Quia & staturæ tuæ formatione abusus

es, & in familiaritatē rationalis animalis a me cōditi venire nō formidasti, sicut egit
diabolus, qui per te operatus, & te vt instrumēto vsus est, e cœlis deorsum depulsus
D est/quia pluſquam dignitatis ſuæ erat, ſapere volebat/ita ſimiliter ipero, vt & tu aliā
formationis figuram habeas, & ſuper terrā repas, eaq; alaris, atq; adeo ne liceat tibi
posthac ſuſpicere, ſed ſemper in hoc maneas ſtatu, & ſolus ex animalibus terra paſca
ris/& neq; hoc ſolū. Nam & inimicitias ponam inter te & inter mulierem, inter ſe-
men tuum & ſemen eius. Neq; hoc contētus ero, quod ſuper terrā reptes, ſed & ini-
micam fœdenſq; neſciā faciā tibi mulierē/neq; eā ſolā, ſed & ſemē eius ſemini tuo
hoſtem perpetuum faciam. Ipſa tuū ſeruabit caput, & tu eius ſeruabis calcaneū. Tā
tum enim illi robur concedā, vt continuo immineat capiti tuo, te autem faciam ſub
pedibus eius iacere. Vide hic dilecte. quomodo per pœnā huic beſtiæ deputatā, quā
ta humani generis cura deo ſit, demonſtretur. Et hoc quidem de viſibili ſerpente. Li
cet autem volenti poſt hoc conſyderare ſcriptorum tenorem, & cognoſcere, quod
ſi de ſenſibili ſerpente hæc dicta ſunt, multomagis accipienda ſunt hęc de ſpirituali
ſerpente. Etenim & illū pedibus noſtris ſubiecit humiliatum. Et nos incūbere eius
capiti fecit. An non hoc ſignificat, dicēs. Calcabitis ſuper ſerpētes, & ſcorpiones.
Deinde enim ne putemus de ſenſibilibus ſerpentibus eſſe dictū, ſubdit. Et ſup om-
E nem virtutem inimici. Vidiſtis ex his, quæ dicta ſunt de pœna, inſtrumento diabo-
lico inflicta, ingentem dei miſericordiam? Veniamus iterū, ſi placet, ad mulierem.
Serpens quia inſturā intulit, propterea & pœnam ipſe primus accepit. Et quia pri
mo mulierem decepit, ideo & ipſa prior plectitur, pœna magnā admonitionē habē
te. Et mulieri dixit. Multiplicans multiplicabo triſticias tuas, & gemitū tuum. In tri
ſticijs paries filios. Et ad virū tuum cōuerſio tua, & ipſe tui dominabitur. Vide bo-
nitatem dñi, quomodo poſt tantam præuaricationē, māſuetudine vtitur. Multipli-
cans multiplicabo triſticias tuas. Ego quidem volebā, inquit, te citra dolorē & ærū
nam viuere, liberamq; ab omni mœrore & triſticia, & omni voluptate repleri, & li-
cet corpore circundatam, corporalium ſenſu non affici. At quia non vſa es vt opor
tet, tanta proſperitate. ſed affluentia bonorum in tantā te ingratitudinem inuexit, p
pterea tibi frenum impono, vt ne amplius laſciuias, ad triſticias & gemitus te condē
nans. Multiplicans multiplicabo triſticias tuas, & gemitū tuū. In triſticijs paries fi-
lios. Rem (inquit) magnæ læticiæ & filiorum propagationē a triſticia te incipere fa-
ciam, vt & ipſa, quā ta peccati & inobedientiæ magnitudo, perpetuam habeas me-
F moriam ex perpetuis doloribus, & præſertim tēpore partus. Et ne proceſſu tempo
ris obliuioni tradas, quod factum eſt, quod hæc impoſtura horū tibi cauſa facta ſit,
ppterea multiplicās multiplicabo triſticias tuas & gemitū tuū. In triſticijs paries fi
lios. Hic ſignificat parturientiū dolores multiplicēq; illū laborē, quē ferre neceſſe
eſt, vt pote tot menſibus geſtare iterū, velut ſarcinā pueri, & ſentire ſingulares qui in
de oriūt dolores, & mēbra diſtēdi, & ferre intolerabiles illos dolores, quos ſolę illę
ſciunt, q̄ expertæ ſunt. Veruntn doloribus tanta ſolatia ſimul admiſcuit miſericors
deus, vt ferme cōferendū ſit gaudium, quod ex nato puero habetur, cum doloribus
illis, qui tot menſibus ventrē diſſecant. Nam tantū laborē, totq; dolorum cruciatus
ferētes, & vt ita dicā, pene de ipſa vita deſperātes, poſtquam pepererint, & dolorib⁹
fuerint ſolutæ, læticiaq; frui cœperint, iterum quaſi oblitæ laborum omniū, ſeipſas
filiorum generationi accōmodant, ſic diſpenſante miſericorde deo, vt hominū ſal-
uetur genus. Semper enim futurorū bonorum ſpes pręſentia incōmoda leuius ferri
facit. Id quod & in negociatorib⁹ quis viderit, qui remota maria trāſeunt, & naufra
gia ferūt, & piratas, & pręterea pericula multa, quibus eorum ſpes fruſtratur, neque

sic tamen desistunt, sed iterum eadē attentant. Hoc etiam de agricolis possemus dicere / etenim & illi quū ꝓfunde secuerīt terrā, & diligenter excoluerint, ac sementē A
fecerint, sæpe aridítate, vel immodícis pluuijs, vel tandem manipulorū collígendorum rubígine vel calamítate supueniente, spe sua excídunt, veruntñ neq; illi sic desístunt, sed iterum vt tempus appetierit, agrículturam exercent. Etín quibuscunq; stu díjs hoc obuiū est. Sic mulier quoq; & ipsa sæpe post mēses illos, post intolerabiles labores, post noctes insomnes, post membrorū distensiones, paruo quodam interuallo facto, licet ante statutum tempus partum abortíuerit informem, & nōdum líniamentís figuratum, vel etiam formatum quidem, non integrū autem, neq; sanum vel etiam sæpe mortuum, vix e periculis elapsa, attamen quasi oblíta horum omniū eadem q̄ antea fert & tolerat. Et quid dico? sæpe quū fœtu nato cōmori eas contíngit, & neq; hoc cæteras terret, neq; eis persuadet, vt rem fugiant, tātum deus tristib⁹ illis inseuit dolorem simul & voluptatem. Propter hoc dícebat. Multíplicans multíplicabo tristícias tuas, & gemítum tuum. In tristícijs paries filios. Hoc etiam Christus dícebat discípulis suis, monstrans tam doloris magnitudinē, quā lætícíæ excellentiam. Mulier quādo parit, tristíciam habet, quoníam venit hora eius. Deíndevo
lens nobis cōmendare, quomodo tristícíæ simul e medío tollātur, gaudiū autē & lę B
tícia succedant, inquit, Quando autem pepererit puerum, non iam memor est afflíctionis propter gaudium, quía natus est homo in mundum. Vidísti prouidentiam & curam nostri eximiam? Vidísti pœnam admonítionis plenam? In tristícijs paries fílios, deínde. Ad vírum tuum conuersío tua, & ipse dominabitur tui. Quasi se defendens apud mulierem, hæc dícit misericors deus. Ego (inquit) ab ínitio honore parē te formaui, & eiusdē dignitatis in omnibus partícipem, & sicut Adæ, ita & tibi omnium princípatū concredídi, cæterū, quía abusa es honoris dignitate, subíjcio te víro, & ad vírum tuum conuersío tua. Quía relícto eo qui dignitate par, & cuius naturæ particeps, & propter quē formata es, familiaritatem cū serpēte mala illa bestia habere, & eius accípere consílium voluísti, ꝓpterea posthac illi te subíjcio, & illum dominum tuum asséro, vt illíus scílícet dn̄m agnoscas. Et quía nescíuísti īperare, díscebene regí. Ad virū em̄ tuū (inquit) cōuersío tua, & ipse dominabitur tui. Melius est vt tu sub illo sis, & illū dn̄m habeas, quā impauide & libere víuēs, ꝓ præcípitia feraris / itaq; cōsyderans quod tibi vtile, ad illum te habere volo cōuersionē, & sicut corporis est caput sequi, dominiū eius suauiter agnoscere. Scío quod dícto⁹ prolíxita C
te fatígamini, sed excitemini alíquātulū oro, ne ímperfectū iudicíū relinquamus, neq; relícto adhuc iudíce sedente díscedamus. Et iam ferme ad fínē peruenímus. Vídeamus itaq; quíd post sermonē mulieri factū, víro dícat, & quā illi pœnā ínteneAdæ autē dixit. Quía audísti vocē vxoris tuæ, & comedísti de ligno de quo manda uí tibí, vt ex eo solo nō comedas, de íllo ípso comedísti / maledícta terra in operíbus tuís. In tristícijs comedes eā omnibus díebus vítæ tuæ, spínas & tríbulos orírí tibí faciet, & comedes fœnū agrí. In sudore faciei tuæ vescerís panetuo, donec reuertaris tu ín terrā, de qua sumptus es. Quía terra es, & in terrā abíbis. Plurima & ineffabílis etiam hoc loco ostēditur dei erga hominē prouidētia, & cura. Sed audiamus dilígēter vnūquodq; dictorū. Adæ aūt dixit. Quía audísti vocē mulerís tuæ, & comedísti de ligno, de quo p̄ceperā tibí, vt ex eo solo non comedas, de íllo ipso comedísti, Quoniā (inquit) audísti mulierē tuā, & comedísti de ligno & consiliū illíus meo mā dato maioris fecísti, & noluísti ab vnico hoc ligno abstínere, de quo solo præcepí tibí, ne comederes (nō em̄ tibí præcepi, vt a multís abstíneres, sed de vno solo, & neq; ab íllo abstínuísti, sed oblítus mādatorum meorū, a muliere persuasus es, idcirco

re ipſa diſcas, quātū malum ſis operatus. Audiant viri, audiant mulieres, & illi quí-
D dem, vt ue ferant mala cōſulentes, hęc autē, vt ne talia cōſultent. Nā ſi hic, culpa in
mulierē reiecta, nullam veniam aſſequutus eſt, qualem quis haberet veniā / dicens ꝓ
pter vxorē hoc & hoc peccaui, & hoc, & hoc feci? Ea enī de cauſa ſub tua poteſtate
facta eſt, & dūs eius ꝓnūciatus es, vt illa tibi pareat, & nō caput pedes ſequatur. Ve
rum non raro videmus contrarium vſu euenire, vt is qui ſuo ordine caput eſſe debe-
ret, neq; pedum ordinem ſeruat, & ea quæ in pedum loco eſt, in caput conſtituatur.
Idcirco & beatus Paulus magiſter orbis, hæc omnia p̄uidens, clamabat. Quī nāq;
ſcis mulier, an virum ſis ſaluatura? Aut qui ſcis vir, an vxorem ſis ſaluaturus? Verun
tamen viri eſt, vt diligenti opera male cōſulentem repellat, mulier vero ſemp in au-
ribus ſonans habeat ſupplicium, quod Euæ irrogatum, q̄ peſtiferum illud cōſilium
viro ſuggeſſerat / ne audeat talia cōſulere, neq; imitetur Euam, ſed illius exēplo pru
dentior fiat, & illa cōſulat, quę & ipſam & virum omī ſupplicio liberatura ſunt. Por
ro ad inſtitutum redeamus. Adæ autem dixit deus. Quia audiſti vocē mulieris tuæ,
E & comediſti de ligno, de quo p̄cepi tibi, de eo ſolo ne comederes, de illo ipſo come-
diſti. Quoniam (inquit) tanta tibi negligentia in obſeruando meo mandato, neq; ti-
mor te coercuit, neq; quod predixi futurum ex vſu huius ligni, quod tunc ab alijs in-
ternoſci faciebam, ſed in tantam malitiam perueniſti, vt neq; ab vnico hoc ligno ti
bi temperaueris, tametſi tot et tantis tibi frui licebat, atq; ideo maledicta terra ī ope-
ribus tuis, vide miſericordiam domini, quomodo ſerpentem punit, quomodo item
& rationale animal. Illi enim dicit. Maledictus tu de terra, hic autem nō ſic. Sed qd
Maledicta terra in opibus tuis. Et merito. Nam quia ꝓpter hominem ꝓducta eſt,
vt ille poſſet frui quæ ex ea naſcuntur, ideo iterum propter hominē peccantē male-
dictum ei inditur, quia maledictum terre eueniēs, hominis ſecuritati & felicitati ob-
eſt Maledicta terra in operibus tuis. Exin, vt diſcamus quid ſit, Maledicta, ſubdit,
In triſticijs comedes eā omnibus diebus vitæ. Vide quot nunc ſeculis hanc pœnā
luimus, vt non ſolum illis vtile ſit, ſed vt & poſteri ijſdem rebus doceantur, vnde illis
hæc ſupplicia ſunt inuecta. In triſticijs comedes eā omnibus diebus vitæ tuæ. Poſt
hoc diligentius docens nos maledicti ſpeciem & triſticiæ cauſam, ſubdit. Spinas &
F tribulos oriri tibi faciet. Ecce maledicti monumenta. Spinas, inquit, & tribulos ꝓ-
feret terra, itaq; multis laboribus & ærumnis operandum tibi & omī tēpore cū triſti
cia viuere te faciā, vt hoc tibi frenū ſit, ne quid ſupra dignitatē deteſentias, ſed conti
nuo cogites tuā ipſius ſubſtātiā, neq; feras, vt poſthac ſic decipiaris. Et comedes fœ
num agri. In ſudore faciei tuæ veſceris pane tuo. Animaduerte quo pacto poſt pec
catum & inobediētiam omnia ſecus cōtigerunt quā antea, & plane diuerſa, quaſi di
ceret. Ego quidē quū in hūc mundū te prodire feci, volebā te degere abſq; doloribꝰ
laboribus, ſudoribus & ærumnis, & omni felicitate frui, neq; corporalibus neceſſita
tibus obnoxiū eſſe, ſed ab omnibus illis liberū. Quia vero nō profuit tibi tanta ſecu
ritas, ea ꝓpter & terrę male dicā, ita vt abſq; ſatione & ratione nō ꝓferat ſuos fru-
ctus ſicut antea, ſed & cū multo labore, moleſtijs, & ærumnis, afficiam te triſticijs,
& continuis fatigationibus. Sudoribus itē totum humiliabo, vthis exercitatꝰ perpe-
tuam doctrinam habeas modeſte agendi, tuāq; ipſius naturā agnoſcēdi. Neq; hoc
ad modicū & breue tēpus erit, ſed omni tēpore vitę durabit, In ſudore eī faciei tuæ
veſceris pane tuo, donec reuertaris tu in terrā, de qua ſumptus es. Quia terra es, & in
terrā abibis. Hæc ſuſtinebis vſq; ad finē vitæ tuæ, & donec in illā reſolueris ex qua
formatus es. Nā quāuis tibi corporis dederim naturā, ob meā bonitatē ipſum tamē
hoc corpus ex terra exiſtēs, iterū erit terra. Terra eī es, & ī terrā abibis. Enimuero

vt ne hæc fierent, dixi ne comedatis de hoc ligno. Quocunque enim die comederitis, morte moriemini. Non enim hoc volebam. Sed quia eorum, quę ad me attinebant, nihil intermissum est, tu autem teipsum in hęc cõiecisti, ne in alium causam re A
tuleris, sed tuę ipsius desidiæ totum adscribito. Iã denuo alia nobis quæstio hic nascitur, qua si placuerit breuiter absoluta, finem sermonis hic faciã. Dixit, inquit, de? Quocunq; die comederitis, morte moriemini, multorum autem annorũ numerus ostenditur, vixisse illos post inobedientiam, & cibi esum. Et quæstio quidem aliqua esse videtur, his qui a superficie salutant diuinas literas. At si quis magno studio aures adhibeat, manifestum est, quod dicitur neq; quęstio fuerit attendẽti. Nam licet multos annos vixerint, attamen a quo tempore audierunt. Terra es et in terram abibis, & sententiam acceperunt mortis, mortales fuerunt, & ex illo ac si quis eos dicat mortuos fuisse. Hoc igitur & scriptura significans, dixit. Quocunq; die comederitis, morte moriemini, hoc est. Sententiam accipietis, mortales posthac vos futuros. Sicut enim in humanis iudicijs, quando quis sententia latavt capite mulctetur, iterũ in carcerẽ conijcitur, & licet ibi multo tẽpore agat, nihil melius tamẽ habet defunctis & mortuis, vt pote iam per sentẽtiã mortuus. Eodẽ modo & illi, ab eo die a quo mortalitatis sententiam acceperunt, tametsi longo tempore durauerint, nihilominus sententia mortui erant. Scio quod hæc doctrina pluribus, plixioribusq; tracta B
ta sit. Ideo quia gratia dei, p nostris viribus omnia in mediũ plata sunt, lectis nunc finem imponamus. Possent quidem & alia proferri & iterum mõstrari, inflictã hãc pœnam, & mortales nos factos multũ habere diuinæ misericordiæ. Sed ne multitudine dictorum mentẽ vestrã obruamus, age obsecrabimus vos, vt quũ hinc abieritis, ne in conuẽticula insipientiũ vos cõferatis, neque intempestiuæ nugacitati vacetis, sed intellígite & collígite vobiscum quę dicta sunt & in memoriã referte, quid nam iudex respondérit, quid rei pro se dixerint, & quomodo Adã quidẽ culpam in vxorem transtulerit, illa vero in serpentem, & quomodo etiã hunc punierit, & pœnam ei toto seculo duraturã inflixerit, grauemq; in eũ indignationẽ declarauerit, at q; ex hoc suam in deceptos curam, ppter quos impostorem ita vltus est. Manifestũ quod hic eos deceperat qui deo valde grati, & pro quibus multũ solicitus est. Dein, mementote supplicij meritis, & pœne quæ ei intentata, imo potius admonitionis Et sic quoq; recordemini, quę sint Adæ dicta. Sententiaq; in mente vestra scribat. Terra es & in terrã abibis. Hinc obstupescite ineffabilem dei misericordiã. Quod si nos, qui super terram sumus, & in terrã dissoluimur, si voluerimus virtutem amplexari & vitia fugere, assequi poterimus ineffabilia illa bona, quę parauit & pmisit di- C
ligentibus se. Gratias igitur ei multas debemus, nostrum confitendo dominũ, pro tot talibusq; beneficijs, & nequaquã ex memoria dimittendo, sed per bona opera & diligenti malorum fuga, eum mitigemus. Quomodo non oĩs ingratitudinis signũ fuerit, si ipse quidẽ cum deus sit, & immortalis naturæ, nõ refugit assumere mortalẽ & terrestrẽ nostrã substãtiam, vt & ab antiqua morte nos liberaret, supra cœlos eueheret, honore quo patri considet, exaltaret, & ab omni cœlesti exercitu adorari faceret? Nos autem contraria illi retribuere non erubescimus, sed & immortalitatẽ animam, quasi dixerit quis carni agglutinatã terrenam ipsam & mortuã, & nihil operari valentẽ, facere curamus. Obsecro ne sic fiat, ne sic ingrati simus erga benefactorem nostrum, sed eius pceptis obedientes, quæ ei grata sunt & probãtur, operemur vt & æternis bonis dignos nos ostendat. Quæ nos omnes assequi contingat gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre & spiritusancto sit gloria nunc & semper, & in secula seculorum. Amen.

HOMILIA. XVII.

D VIdistis heri iudicis misericordiam? Vidistis examen benignitate refertum? Vidistis supplicíorum diuersitatẽ? quõ punitus sit dolosus ille supplantator, quõ etiam deceptis pœna sit intentata, quæ magnã dei præ se ferret misericordiam? Vidistis quõ nobis cõmodorum occasio fuit, adsistere tribunali, & videre, quõ processerit examẽ? Cognouimusẽ quantis seipsos bonis mandati trãsgressione priuarint Adam & Eua, nudati gloria illa ineffabili, & vita non inferiore quam angelica. Cognouimus patientiam domini, didicimus, quantum malũ sit desidia, quõ & præsentibus spoliet, & magna ignominia denigret. Idcirco obsecro, sobrij simus, fiantq; nobis illorũ lapsus, remedia, et illorum desidia securitatis causa. Quia maior pœna est eorum qui post illos peccant, & tantis exemplis emendare se nolunt. Non eiñ qui postea eadem peccant, q̃ primi, in eandem pœnam incident. Id quod breuiter ab orbis doctore sapiẽtissimo beato Paulo inquam, discere possumus, qui dicit, Quicunq; enim sine lege peccauerunt, sine lege etiam peribunt. Et quicunq; in lege peccauerunt, & per legem iudicabuntur. His verbis dicit, non eandẽ luituros pœnam eos qui ante legem, & eos qui post legem. Grauius enim punientur, qui post legem datam peccauerint. Nam qui
E cunq; sine lege peccauerunt, etiam sine lege peribunt. Proficiet eis ad leuiorem pœnam, q̃ legis doctrina & adminiculo caruerunt. Et quicunq; sub lege peccauerũt, per legẽ & iudicabuntur. Istis dicere vult, quia & legẽ habuerũt magistram, & neq; sic emendati sunt, sed eadẽ quæ illi peccauerunt, grauiorẽ quoq; pœnã dabunt. Porro audiamus, q̃ hodie sunt lecta. Et vocauit Adam nomen vxoris suæ Eua, id quod est vita, quia ipsa est mater omniũ viuentium. Vide diuinæ scripturæ diligentiã, quo modo neq; hoc præterit, sed docet nos, quod & mulieri nomen Adam imposuerit. Vocauit (inquit) nomen vxoris suæ Eua, id quod est vita, quia ipsa est mater omniũ viuentium, hoc est, ipsa est origo eorum, qui ex illa sunt futuri, radixq; & fundamentum posteritatis. Dein, postquã docuit nos quomodo mulieri impositũ nomen, iterum ostendit nobis dei bonitatẽ, quę non despexit suas creaturas, in tanta nuditate, & ignominia versantes. Et fecit, inquit, dominus deus Adæ & vxori eius vestes pelliceas, & induit eos. Sicut misericors pater filium habens bona indole prædítum, & omni cura educatum, & fruentẽ omnibus delicijs, & veste nitida & Sericis amictũ, & paternis opibus secure vtentem, quum viderit eum in nimia prosperitate in malí-
F ciæ p̃cipitium prolapsum, priuat illis omnibus, & suæ potestati subijcit, & veste spoliat, & vilem seruilemq; togam eum induit, ne omnino nudus sit & turpis, ita & misericors deus, quoniã Adam & Eua indignos sese exhibuerunt indumẽto glorioso illo & nitido, & quod tegendo nullis corporalibus eos necessitatibus obnoxios esse sinebat, exuit nunc omni illa gloria & fruitione, qua ante grauẽ hanc ruinã gaudebãt multam, q̃ erga eos declarauit misericordiã, misericordia motus ob tantam ruinam quia videbat magna cõfusione circum amictos, & nescios, quid facerent. Tales eñ sunt diaboli machinatiões, vt si quando aliquẽ inuenit, qui sibi pareat, eum voluptatula quadam supplantatũm, & in profundum malitiæ proiectum, omnique cõfusione & ignominia plenum, iacere relinquat, miserabile omnibus qui illũ vident spectaculum. At animarum nostrarum curator vidẽs illos in tantis difficultatibus, eos nõ omnino destituit præsidio, sed velamentũ eis excogitat, vestẽ frugalẽ, ostendẽs eis, qualibus se vestimẽtis dignos fecerint. Et fecit domin⁹ deus Adæ & mulieri eius vestes pelliceas, & induit eos. Vide, oro, quantam sermonis humilitatem nobis attemperat diuina scriptura. Id quod sæpe dixi, & nunc dico, vt omnia ita intelligamus,

ſicut par eſt de deo intelligi. Et verbū fecit, accipe pro eo quod eſt imperauit, Iuſſit enim togis pelliceis veſtiri in perpetuam memoriam, quod inobedientes fuerimus domino. Audiant opulenti, & qui luxuriant in vermium operibus, & veſtiuntur Sericis, diſcantq;, quomodo ab initio humanam naturam miſericors dominus docuerit. Quia propter tranſgreſſionem pœnæ, mortis reus eſt factus protoplaſtus, opuſq; habebat veſte quæ confuſionē tegere, pelliceas fecit veſtes, quod docuit nos vt mollem & diſſolutam vitam fugiamus, neq; inertē & remiſſam ſectemur, ſed magis auſteram amplexemur. Sed forte grauatim ferentes hæc diuites, dicent, Igitur pellibus veſtiri nos iubes? Non hoc dixerim. Nam neq; illi perpetuo vſi fuerunt his veſtibus. Miſericors enim dominus prioribus beneficijs recentiora quędam ſuperaddit. Nam poſtquā ſeſe corporalibus neceſſitatib⁹ obnoxios fecere, & ab immortalitate illa & angelica vita excidērūt, diſpenſauit deus, vt ex ouium velleribus indumenta ſibi pararent, non alia de cauſa, quam vt tegumentum habeant, & ne rationale animal hoc ſimiliter nudum & inhoneſtum inter bruta illa verſaretur. Itaq; veſtiū amictus continuum ſit nobis monumentum, quo memores ſimus, quātis bonis excidērimus, & diſcamus quanto ſupplicio humanum genus ob inobediētiam ſit affectum. Dicant igitur nobis, qui tanto vtuntur apparatu, vt iam vſum lanæ prorſus audire nolint, ſed Serico veſtiantur, eoq; inſaniæ peruenere, vt aurū veſtibus intexāt. In primis autem mulieres huic mollitiei dedite ſunt. Quare dic obſecro, corpus ita ornas, & gaudes eiuſcemodi amictu? Non cogitas, quod pro magno ſupplicio, propter tranſgreſſionem tegmen hoc excogitatum eſt? Et quare non audis Paulum, dicentem, Habentes victum & amictum, eis contenti ſimus? Vides quod vnius duntaxat rei habenda ſit hic cura, videlicet, ne corpus nudum ſit, ſed vt tegatur. Num adhuc de varietate veſtium oportet ſolicitum eſſe? Cæterum ad ſequentia veniamus. Et dixit dominus deus, Ecce Adam factus eſt ſicut vnus ex nobis, ſciendo bonum & malum. Et nunc ne forte extendat manum ſuam, & accipiat de ligno vitæ, & comedat, & viuat in ſeculum. Et emiſit dominus deus ex horto deliciarum, vt operaretur terram, de qua ſumptus erat. Hic quoq; vide quam congruis & idoneis infirmitati noſtræ verbis vtat deus. Et dixit (inquit) deus, Ecce Adam factus eſt, quaſi vnus ex nobis. Vidiſti quanta dictionis humilitas? Hæc autem vt decet, digne de deo intelligamus. Vult enim hic per verba hæc in memoriā referre, quomodo decepti fuerimus a diabolo per ſerpentem. Quandoquidem ille dicebat, ſi comederitis eritis vt dij, & ſpe potiendæ diuinitatis cibum hunc ſumere auſi ſunt. Atq; hac de cauſa deus iterum eos monere volens, vt ſentirent, quam grauiter eſſent lapſi per inobedientiā et deceptionem, inquit, Ecce Adam factus eſt quaſi vnus ex nobis. Ita acriter verbū hoc vibratur, vt tranſgreſſorē attingere valeat. Propterea inquit, quod cō tempſiſti mandatum meum, ecce factus es quod expectaſti, imo nō quod expectaſti, ſed qualem te fieri dignum erat. Ecce Adam factus eſt quaſi vnus ex nobis, ſciēs bonum & malum. Hoc enim impoſtor diabolus dicebat per ſerpentem, aperiētur oculi veſtri eritiſq; ſicut dij, ſcientes bonum & malum. Et nunc ne forte extēdat manum, & tangat lignum vitæ, et comedat, & viuat in ęternum. Vide oro hic miſericordiam domini. Oportet enim quod dictum eſt, diligenter ſcrutari, vt nihil eorum quæ in fundo iacent, latere nos queat. Quum deus Adæ mandatum daret, a nullo alio abſtinere præcepit, quam ab vnico ligno, de quo quia edere fuit auſus, pœna capitalis irrogata eſt, id quod cum præciperet ei definiuit, ſi auderet. De ligno autem vitæ nihil ſignanter præceperat. Quā doquidem, vt exiſtimo, & eſt veriſimile, immortalem eū fecit. Potuiſſetq; ipſe, ſi voluiſſet, cum alijs etiam de hoc veſci, quod perpetuam ei cō

tulisset vitam, eo quod nullum mandatū de eo acceperat. Si autē curiosulus aliquis rogat, quare lignum vitæ appellatū est. Sciat, quod, si nostris rationibus innitamur non posse hominē omnia dei opera contueri. Visum eñ fuit domino, vt meditationem quandam obedientiæ, & inobedientiæ haberet homo a se factus, & in paradiso degens. Et hæc duo duobus illis lignis monstrabantur, nempe ligno vitæ, & mortis, Nam esus & transgressio mandati, mortē ei attulit, Itaq; quum de hoc accepit, mortalis factus est, corporisq; necessitatibus obnoxius. Et originem accepit peccati ingressus, propter quod & mors a domino vtiliter dispensata est. Non posthac in paradiso relinquit Adam, sed exire inde iubet, monstrans quod propter nihil aliud hoc faciat, quam propter misericordiam erga nos. Et vt discamus, operæprecium fuerit, verba diuinæ scripturæ denuo legere. Et nunc, inquit, ne quādo extendat manum, & accipiat de ligno vitæ, & comedat, & viuat in æternum. Nam quia magna intemperantiæ, inquit, indicia exhibuit, prævaricandoq; mandatum mortalis fact' est, ne nunc & lignum, quod vitam præbet cōtinuam, attingere audeat, peccaturus perpetuo, satius fuerit hinc ipsum eijci, ita vt magis prouidentiæ, quam indignationis fuerit illa eiectio. Hic enim mos est domini nostri, vt puniens non minus quam benefaciens suam erga nos declaret prouidentiam. Quippe & hanc pœnam admonitionis gratia nobis irrogauit. Quia vtiq; si scisset nos non peiores fieri impune peccando, ne vti quam vltra punisset, sed vt reprimat nostrum ad deteriora progressum & tollat malitiam vlterius grassantē, suam seruando misericordiam, punit, id quod & nunc facit, curam enim agens protoplasti, eijci ipsum e paradiso p̄cepit. Et emisit eum dominus deus ex horto voluptatis vt operaretur terram, de qua sumptus est. Iterum oro, vt hic diuinæ scripturæ diligentiam videas. Emisit eum (inquit) dominus deus ex horto voluptatis, vt operaretur terram, de qua sumptus est. Nec temere dixit, de qua sumptus est, sed vt perpetuo memoriam faceret, quanta humilitate operari debeat, scireq; possit, quod inde sit constitutus, & substantiam habeat ab initio. Et illam ipsam, inquit, operetur terram ex qua & constitutus est. Nam hoc quod in sentētia dicebat, In sudore faciei tuæ vesceris pane tuo, Idipsum & nunc dicit, eo qđ inquit, vt operet' terrā de qua sumptus est. Posthac vt discamus quanto spatio ipsum a paradiso habitare fecit, etiā illud ipsum scriptura nos docet. Eiecitq; dominus de' Adam, & habitare fecit eum e regione horti deliciarum. Animaduerte, quod dominus noster in singulis operibus, misericordiæ argumentū ostendit, & singulæ pœnarū species bonitate plenæ sunt. Non eñ hoc solum misericordiæ & benignitatis argumentū erat, quod emittebat & eijciebat, sed & quod cōtra paradisum eum habitare fecerit, vt iugem dolorē habeat, quotidie cogitās, vnde exciderit, & in quem statum se cōiecerit. Et quāuis grauissimi doloris spectaculū erat, est tamen magnæ vtilitatis occasio, vt dolens cōtinuo aspectu, munitior & cautior esset in alijs, ne iterum in ea peccata incideret, qui hominis vt in plurimū mos est. Nā quoniā quū bonis frueremur, nesciuimus ipsis vt oportet vti, eorū priuatiōe emēdati sumus, & tūc experiētia sentire cœpimus nostrā desidiā, Itaq; tanta rerū mutatione docemur, & a qbus excidim⁹, & qbus nos ipsos malis iniecim⁹. Itaq; qđ ꝑpe & e regione paradisi nos habitare iussit, maximæ prouidentiæ & nostri curæ signū fuit, vt & spectando memor esset, & inde lucrū faceret, & neq; immodica viuendi auiditate cōcupiscere, neq; foris existens de ligno comedere p̄sumeret. Diuina eñ scriptura omnia nobis prout nostræ infirmitati cōgruūt, narrat. Et præcepit vt Cherubim & flāmeus gladius custodiant lignum vitæ. Quoniā tam negligēs iam fuerat in mandato tradito, hinc factum est, vt tanta diligentia ingressus muniretur & præcluderetur. Obsecro

animaduerte hic, quod miſericors deus non ſolum cõtentus fuit, hominem e regione paradiſi habitare, ſed præcepit etiam quod flãmeus gladius ille verſatilis, & virtutes illæ Cherubim cuſtodirent viam quæ illuc inducit. Nec abſq; cauſa addidit, verſatilis ille, ſed vt doceat nos, quod omnis via illo ducens p̃cluſa ſit, eo quod gladius ille dum verſatur, obturet & præmuniat omnes vias, quæ illuc ferunt, vt continuam memoriam & timorẽ incutere ei poſſit. Adam autem cognouit Euam vxorem ſuã. Conſydera quando hoc factum ſit. Poſt inobedientiam, poſt paradiſi amiſſionem, tunc primum vſus rei Venereæ cœpit. Ante inobedientiam enim angelicam vitam imitabantur, & nullus de re Venerea ſermo erat. Vel quo pacto, quum neq; corporalibus neceſſitatibus obnoxij erant. Itaque ab initio virginitas palmam principatus accepit, ſed poſtquam per deſidiam peccatum intrauit, & aditus patefactus eſt hiſq̃ peccati ſunt, & illa quidem auolauit, vt pote ab his, qui indigni tantæ virtutis magnitudine facti erant. Subintrauit autem rei Venereæ lex. Cogita igitur dilecte, qãnta virginitatis dignitas, quam ſublimis & magna poſſeſſio, & quæ ſupra humanam naturam, & quæ opus habeat manu ſuperna. Quandoquidem qui virginitatem alacriter arripiunt in corpore, ea agunt, quæ in corpore earum ſunt virtutũ. Audi CHRISTVM Iudæis dicentem. Nam poſtquam de reſurrectione quæſtionem mouentes, ſermonem interrogare voluerant, dicentes, Magiſter, erant apud nos ſeptẽ fratres, & primus vxore ducta defunctus eſt, nõ habens pueros, & dimiſit vxorem ſuã fratri ſuo. Similiter & ſecundus & tertius & quartus & quintus & ſextus & ſeptimus. In reſurrectiõe ergo cuius e ſeptem illis erit vxor? omnes eñ habuerunt eam. Quid igitur dicit eis CHRISTVS, Erratis, neſcientes ſcripturas, neq; virtutem dei. In reſurrectione enim, neq; matrimonium contrahunt, neq; elocatur, ſed ſunt ſicut angeli. Vidiſti quomodo in terra ambulantes, & corpore circundati, angelicam vitam imitantur, qui CHRISTI amore virginitatis ſortem acceperunt. Nã quanto hęc maior eſt, & ſublimior, tanto maiores ſunt & coronæ, & retributiones, & repromiſſa bona, qui cum hac in alijs bonis operibus ſe exercẽt. Adam autem cognouit vxorem ſuam, & vt concepit peperit Cain. Poſtquam per inobediẽtiam intrauit peccatum, & ſententia mortales eos fecit, conſequenter omnipotens deus ſcđm ſuam ſapientiam humani generis durationem gubernans, conceſſit per coitum auctum iri noſtrum genus. Et dixit, poſſedi virum per deũ. Vide quomodo pœna inflicta mulierem emendauerit, melioremq; reddiderit. Nam puellum natum non naturæ, ſed deo acceptum tulit, ſuamq; gratitudinem declarat. Vidiſti quomodo pœna admonitionis loco eis fuerit. Poſſedi hominẽ, per deum. Non natura, inquit, puerum mihi dedit, ſed diuina gratia. Et adiecit iterum pariendo fratrem eius Abel. Quia pro nato puero grata fuit, & prius beneficium agnouit, aſſequuta & aliud. Talis enim eſt dominus noſter, quando in primis gratitudinem declaramus, & benefactorẽ agnoſcimus, largius ſua dona nobis erogat. Itaq; quia & iſta deo partum adſcripſit, propterea & alium accipit puerum. Summa eñ poſteaquam ſubintrauit mortalitas cõſolatio erat, filiorum ſucceſſio. Et idcirco miſericors deus, puniendi ſeueritatem imminuens, & mortis perſonam auferens, liberorum ſucceſſionem largitus eſt, & perinde quis dicat imaginẽ reſurrectionis per hoc ſubindicans, & diſpenſans, vt procadentibus alij reſurgant. Et factus eſt Abel paſtor ouium, & Cain operabatur terrã. Docuit nos diuina ſcriptura, quam vterque artẽ exercuerit. Nam Abel paſtoralẽ, Cain agriculturam delegit. Et factum eſt poſt dies, obtulit Cain de fructibus terræ ſacrificium deo. Conſydera, quomodo naturæ conditor ſcientiam animæ indidit. Quis eñ illum dic oro, ad hãc cogitationem perduxiſſet, nullus alius quam quæ in

D anímo conſcío ſcientía. Tulít (ínquit) de fructíbus terrę ſacrifícíũ dño. Sciebat em̃ & clare ſcíebat, quod cõgruũ eſſet, ex ſuís poſſeſſionibus alíquíd ei offerrí, nõ quod eo dñs índígeat, ſed vt ſuam gratitudínem declaret, quí talí benefícío fruítur. Nulla enim re índíget deus, nullíſq; noſtris opus habet. Quía ob ineffabílẽ míſerícordíam íta noſtræ ínfírmítatí attemperat, & propter ſalutẽ noſtram hæc fíerí tolerat, vt dei agnítío, humanæ naturæ vírtutís ſit ſchola. Et Abel etíam ípſe tulít, de prímogení-
tís ſuarum pecudum. Non abſq; ratíone ín ſermonibus prioribus veſtrã docuí cha-
ritatem, quod dominus noſter varietatem perſonarum ígnoret, ſed a voluntate exa
mínans, mentem & íntentíonem coronat. En & nunc attende ídem factum, ſed au-
ſcultemus dílígẽter dictís, & vídeamus, qd de Caín narret ſcríptura, & qd de Abel, & ne ín cõſyderanter tranſeamus. Nihíl enĩ temere vel fortuíto loquítur díuína ſcrí
ptura, ſed & ſyllaba, & apículus vnícus recõdítum habet theſaurum. Nã ín hũc mo-
dum ſe habent ſpírítualía omnía. Quíd ígítur ínqt? Et factũ eſt poſt dies, tulít Caín
E de fructíbus terrę ſacrifícíum dño, & Abel tulít etíam ípſe de prímogenítís ouíũ ſua
rum, & de adípíbus earum. His quí acutíus valent íntuerí, íam ex lectíone ípſa líquí
dum eſt quíd dícatur. Verum, quía omnium communíter habenda eſt cura, & reſpe
ctum perſonarum neſcit ſpírítualís doctrína, age manifeſtíus vobís detegamus quę
dícta ſunt, íterum ea repetentes. Caín (ínquit) tulít de fructíbus terrę ſacrifícíũ do-
míno, deíndevolẽs & de Abel docere nos ſcríptura díuína, dícít quod & ípſe de ſua
arte, nempe paſtorícía ſuum attulerít ſacrifícíum. Tulít enim (ínquít) et ípſe de prí-
mogenítís ouíum ſuarum, & de adípíbus earum. Obſerua, quomodo nobís pientíſ-
ſíma íllíus mens ſígnífícatur, & quod non tantũ de ouíbus obtulerít, ſed de prímoge
nítís, hoc eſt de precíoſíſſímís & maxíme exímíjs. Deínde & ex íllís ípſís prímoge-
nítís, precíoſíſſíma quæq;. Et de adípíbus (ínquít) earũ, hoc eſt de pínguíſſímís & op
tímís. De Caín níhíl tale adnotatum eſt. Sed quíd obtulít? de frugíbus terræ ſacrífí
cíum, quaſí díceret, qualía cũq; obueníebant, nulla ad delectum adhíbíta opera vel
dílígentía. Iterum dico, & dícere non ceſſabo. Non quía deus hís índíget, ſed vult &
per hæc oſtendí noſtram gratítudínem. Nam eum quí deo offert, & offert ex hís q̃
F deí ſunt, & íntellígít quantũ dífferat natura, & quũ homo ſít, tãtum ſít honorem ſor
títus, oportebat, quantũ ſíbí conceditur, ſuũ teſtarí officíũ, & præcíoſíſſíma offerre
Sed víde obſecro dílecte. Habes híc occaſíones, vt quod oportet cõtemplerís, me
rító pœnas luere eum, qui ſuam ob ígnauíam amíttít ſalutem. Neq; ílle doctorẽ alí-
quem habuít. Neq; híc ſuggeſtorem & conſílíaríũ, ſed vterq; cõſcientíæ ſuæ magí
ſterío, & ſapientía díuínítus hũano generí ſuppedítata, ad hanc oblatíonem íncíta-
tur, ſed varietas mentís & voluntatís ſegnítíes, íllíus quídem acceptíſſímã fecit obla
tíonem, huíus autem repudíatam. Et aſpexít deus Abel & ad dona eíus. Víde quo-
modo ímpletur hic quod ín euãgelío eſt dictum. Primí erunt vltímí & vltímí primí.
Ecce enim quí ob prímogenítúram príuílegíũ habebat, & ſícut vere primus offere-
bat, mínor víſus eſt fratre. Nam vtríſq; offerentíbus, dícít díuína ſcríptura. Et aſpe-
xit deus ad Abel, & ad dona eí⁹. Quíd eſt, Et aſpexít? íd eſt approbauít, laudauít mẽ
tem, coronauít volũtatem / & quaſí quís dícat, facto cõtentus fuít. Nam etíã de deo
loquímur, & de ímmortalí natura aperíre os audemus, ſed quũ homínes ſímus, non
poſſumus hæc alíter quã per línguã ſígnífícare. Attẽde rem mírã. Aſpexít, ínquít,
deus ad Abel, & ad dona eíus. Ouíum oblatíonem dona vocauít, quía præcíoſa, exí
mía & ímmaculata obtulerat, nõ quod nullís notís aſperſa, ſed quæ vndequaq; præ
cíoſa erant, tum ob mentem eíus quí obtulerat, tum quod prímogenita erant & ex
íllís electíſſíma, & ex adípíbus ípſís, hoc eſt ex optímís optíma. Et aſpexít deus ad

Abel & ad dona eius, ad Cain autem & ad sacrificia eius nō attendebat. Quia recta A
intentione, & syncera mente obtulerat, Aspexit, inquit, deus ad Abel, accepit, gratum habuit, laudauit. Cæterum oblata vocauit dona, vt per hoc offerētis animo maiorem honorem haberet. Ad Cain autē & ad sacrificia eius non attendebat. Ne pigeat videre scripturæ diligentiam. Nam quum dicit non attendebat, monstrauit reprobationem oblatorum. Et iterum aliud nos docet, vocando oblationes fructuū terræ sacrificia. Ecce quō per facta & verba ipsa docet dominus, quod hæc omnia a nobis vult fieri, vt animi nostri per ea quæ a nobis fiunt, manifesti conspiciantur, & vt sciamus quod dominū habemus & cōditorē, eum qui ex nihilo nos vt essemus produxit. Oues enim nominando diuina scriptura munera, terræ autem fructus sacrificia appellando, docet nos, quod deus, neq; vt bruta adducantur, neq; terræ fructus offerantur, sed tantum mentis affectionē quærit. Vnde & nunc ille cum donis approbatus est & gratus fuit, at hic cum sacrificio suo reiectus est. Quod autē aspexit ad Abel & ad munera eius, ad Cain autē & ad sacrificia eius non attendit, intelligamus vt decet digne. Vult enim dicere, quod cognoscere eos fecerit, se illius approbare voluntatē, huius autem repellere ingratitudinem. Et talia sunt quæ ad deū spectantia egerunt. Videamus autē & sequētia. Et tristicia affecit Cain valde. Duplex B
ei tristicia facta est, & quod solus ipe repudiatus fuit, & quod fratris donum acceptū fuit. Et tristicia affecit Cain valde, & cōcidit vultus eius. Quid affecit eum tristicia? Vtraq; hęc valde tristicia affecerunt, & qđ dns nō attēdit sacrificiū eius, & qđ donū fratris acceptū fuit. Igitur opus erat, vt delictū corrigeret, is q ex his q̄ egerat causę conscius erat. Nam dominus noster, quum misericors sit, quando delinquimus, nō sic nos auersatur ob delictum, quam quando perseueramus in delicto. Et vt hoc euidenter scias, & misericordiæ suæ magnitudinē ineffabilem videas, vide ex his quæ nunc fiunt bonitatis suæ excellentiam, & patientiæ magnitudinē. Nam postquam vidit eum supra modū mœstum, & vt ita dicam, a tristiciæ fluctibus submersum iri, non despexit, sed quam erga patrem eius misericordiam declarauerat, dando ei satis faciendi occasiones, & fiduciæ ianuam aperiens, & dicens, Vbi es? Post grauem illam ruinam, misericordiam & nunc erga ingratum illum declarat, manum ei quasi in præceps eunti porrigens, & occasionē præbere volens, vt delictū corrigat, dicit ei, Quare tam mœstus es, & quare concidit vultus tuus? Nōne, si recte obtuleris, recte autem non diuiseris, peccasti? Quiesce. Ad te cōuersio eius, & tu eius dominaberis. Expende oro dilecte ineffabilem misericordiam, & in docendo nobis congruā humilitatem. Quia postquam vidit eum ab inuidentiæ affectione oppugnari, vide C
quomodo pro sua benignitate congrua ei remedia apponit, vt statim educatur, & aquis non obtegatur. Quare tristis factus es, quare concidit vultus tuus? quia & in facie mœroris magnitudinē ostēdis, quare ita te inuasit, quare nō a te ipso quod oportebat fieri, consyderasti? Num homini sacrificium obtulisti, qui falli possit? ignoras quod mihi non est opus vt aliquid offeratur, sed sanam offerentium mentem volo? Quare concidit vultus tuus? Nonne si recte obtulisti, non autē recte diuidas. Hoc quidē quod in animum accepisti, esse offerendum, laude dignum est, quod vero nō recte diuidis, oblati repudiationem operatum est. Oportet enim offerentem deo, in discernendo magnam adhibere diligentiam. Et quantum differunt qui offert & qui accipit, tanta & in discretione faciēda diuersitas. Athorum nihil tu cogitasti, sed vt fortuito contigit obtulisti. Atq; idcirco non potuerunt esse accepta. Nam sicut intentio tua, cum qua oblationem fecisti, nihil distare existimans reiectanea fecit, quę a te sunt oblata, sic fratris tui animus, qui rectus fuit, dignumq; in discernēdo studiū

habuit, accepta eius dona fecit. Verumtamen, neque si pœnam delicti repeto, sed
ostendo duntaxat delictum, & consilium affero, quod si accipere volueris, & pecca
D tum emendabis, & te ipsum grauioribus malis non inuolues. Quō? Peccasti, & gra
uiter peccasti, sed non punio ꝓpter delictū. Misericors em̄ sum. Et nolo mortē pec
catoris, sed vt conuertatur & viuat. Igitur quia peccasti, quiesce, tranquillitatem fa-
cito tuarum cogitationum, & libera mentem a procellis fluctuum inundantium, co
hibe tumultus illos tuos, ne addas priori peccato grauius aliud. Ne cōsiliū arripias,
vt medicina posthac nihil prosit. Ne teipsum maligno dęmoni captiuū tradas. Pec
casti, quiesce. Sciebat ab initio, quod fratrem hic adoraturus esset, & ideo antea ver-
bis reprimit. Deus em̄, cui etiā arcana sunt cognita, quia sciebat cordis eius motus,
multum admonendo, & verba eius infirmitati accōmoda proferendo, congruā ei
narrationem protulit, sua omnia faciens, tametsi ille repulso medicamento, in fratri
cidij profundum se præcipitarit. Peccasti, quiesce. Ne putes, inquit, licet tuum auer
satus sim sacrificiū ob prauam mentē, fratrisq; oblationem acceptam habuerim ob
sanam intentionē, quod ideo primatu te destituam, & primogenituræ dignitatem a
te auferam. Nam licet honore ego illum prosequutus fuerim, acceptaq; fuerint eius
dona, verumtamen ad te cōuersio eius, & tu ipsius dominaberis. Ateq; post peccatū
E hoc permittovt primogenituręq priuilegijs gaudeas. Illumq; sub tua potestate & do
minio esse iubeo. Vide misericordiam domini, quō furorē & insaniam eius demul-
cere, & verbis his impetum auferre nititur. Quippe motus mentis eius videns, & cru
delem ac sanguinariam eius voluntatē sciens, nunc pręmitigare eius rationem vult,
& serenitatē menti inducere, subijciendo ei fratrem, & potestatē eius nihil minuen-
do. Verumtamen post tantam curam & tanta remedia, nihil cōmodi amplius inde
sensit. Tantum agit mentis peruersitas & malitiæ excellentia. Proinde obsecro, vt
caueamus, ne eum imitemur, & relicta omni malitia, mādata domini perficiamus,
præsertim post tanta talia q; exēpla. Nam si hic, Cain inquam, nullum ante se inue-
nit, qui tale quiddam egerit, nihilominus tamen intolerabilem, & grauem sustinuit
pœnam, quam & vos postea scietis, quid verisimile est nos passuros, qui eadēvel etiā
grauiora peccauimus, idq; post tantam gratiæ largitatē? Nonne certū, quod ignis
æternus, vermis qui non interibit, stridor dentium, tenebræ externæ, gehēna ignis,
& aliæ ineuitabiles pœnæ nobis intentabuntur? Nulla enim defensio nobis relicta
est, si ita negligentes, & ignaui fuerimus. Nōne scimus omnes, q̄ sint facienda & quę
F non facienda? Et qui faciunt quę oportet, principales coronas assequentur, alij autē
extremę extremorum supplicijorum pœnę addicentur. Oremus, vt illa omnes effu
giemus, & accepta dñi gratia, bona acquiramus æterna in IESV CHRISTO
domino nostro, cui gloria & imperium cum patre & sancto spiritu, nunc & semper
& in secula seculorum. Amen.

CAPVT QVARTVM.

Adam autem cognouit Euam vxorem suam: et vt concepit peperit
filium Cain: dixitq;: Possedi hominem per deum. Et adiecit: vt pa-
reret fratrem eius Abelem. Et factus est Abel pastor ouiū. Cain
autem operabatur terram. Et factū est post dies: obtulit Cain de
fructibus terre sacrificium deo. Et Abel etiam ipse tulit de primo-
genitis pecudum suarum: et de adipibus earum. Et aspexit deus
ad Abel: et ad dona eius: ad Cain autem et ad sacrificia eius non attendebat. Et tri
sticia affecit Cain valde: et concidit vultus eius. Et dixit dominus deus ad Cain:
Vt quid mestus factus es: et vt quid concidit vultus tuus? Nōne: si recte offeres:
non autem recte diuidas: peccasti? Quiesce. Ad te conuersio eius, et tu dominabe.

ris eius. Et dixit Cain ad Abel fratrem suum: Egrediamur in campum. Et factũ est: cum essent in campo: et surrexit Cain in Abel fratrem suum: et occidit eũ. Et dixit dominus deus ad Cain: Vbi est Abel frater tuus? Et dixit: Nescio. Num custos fratris mei sum ego? Et dixit dominus: Quid fecisti? Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra: et nunc maledictus tu de terra: que aperuit os suum vt acciperet sanguinem fratris tui de manu tua. Quando operaris terram: nõ apponet robur suum: vt det tibi. Gemens et tremens eris super terram. Et dixit Cain ad dominum deum: Maius est peccatum meũ: quam vt dimittar ego. Si ejcis me hodie a facie terre: et a facie tua occultabor: et ero gemens et tremens super terram. Et erit: omnis qui inuenit me occidet me. Et dixit ei dominus deus: Nõ sic. Omnis qui occiderit Cain: septies vltione exquisita soluet. Et posuit dominus deus signũ Cain: vt ne occideret eum omnis qui inueniret eum. Exiuit autem Cain a facie dei et habitauit in terra Naid e regione Edem. Et cognouit Cain vxorem suam: & vt concepit: peperit Enoch: et erat edificans ciuitatem: & nominauit ciuitatem in nomine filii sui Enoch. Genuit autem Enoch Gaidad: Gaidad autem genuit Maleleel. Et Maleleel genuit Mathusala: et Mathusala genuit Lamech. Et accepit sibi Lamech duas vxores: nomẽ vni Ada: & nomẽ secũde Sella. Et peperit Ada Jobal. Hic erat pater habitantium in tabernaculis: pascentium pecora. Et nomen fratri eius Jubal. Hic fuit qui demonstrauit psalterium et citharam. Sella autem et ipsa genuit Thobel: et fuit malleator et faber eris et ferri. Soror autem Thobel Noema. Dixit autem Lamech suis vxoribus Ade et Selle: Audite vocem meam vxores Lamech: auribus percipite meos sermones. Quia virũ occidi in vulnus mihi: et adolescentem in cicatricem mihi: quia septies vltio exquiretur de Cain: de Lamech autem septuagiessepties. Cognouit autem Adam Euam vxorem suam: et vt concepit: peperit filium: et nominauit nomen eius Seth: dicens: Excitauit enim mihi deus semen aliud pro Abel: quem occidit Cain. Et Setho natus est filius: appellauit autem nomen eius: Enos: hic speravit inuocando nomen domini dei.

A

B

HOMILIA XVIII.

QVemadmodum incurabilia vulnera neque austeris medicamentis cedunt, ita & anima semel captiua, si se peccato cuipiam obnoxiam fecerit, consyderare non vult, quæ sibi sunt vtilia, etiam si quis innumera inculcet eius auribus, nihil proficiet, sed quasi mortuæ essent aures nullam ex admonitione suscipit vtilitatem, non quia illa non potest, sed quia non vult. Non enim sicut in corporalibus vulneribꝰ videri solet, ita & in voluntate est. Nam in corporalibus, naturæ affectiones sępe immobiles sunt, in voluntate autem non ita se res habet. Sæpe enim si voluerit, etiam qui malus est mutatur, & fit bonus, & qui bonus, per ignauiam excidit & fit malus. Quia liberi arbitrij esse nostram naturam fecit omnium dominus. Ipse enim quæ sua sunt, omnia pro sua misericordia semper exhibet. Et sciens abscondita in profundo mentis & arcana, laudat, consulit, conatusq; nostros primum reprimit. Et necessitatẽ vtiq; non imponit, sed congruis remedijs appositis totum iacere in ægrotantis sententia dimittit. Hoc igitur & in Cain factum est nunc. Vide enim post tantam prouidentiam & sui curam, & in quantam inciderit insaniam. Oportebat conscium peccati sui, in emendando postea occupatum esse. At ille quasi ebrius, affectioni & vulneri priori aliud vlcus coniungens, & medicinam tanta diligentia adhibitam, nõ admittens, sed destinatam cædem in opus perducere festinans, a dolo & malitia exorditur et fallacibus verbis fratrem decipit. Tam efferus & pecuinus est homo, qui in peccatum declinauit. Nam sicut magnum & venerãdum est rationale hoc animal, & maxime quando in virtutis viam contendit, ita quando in malum declinat, truculentarum bestiarum imitatur crudelitatẽ. Quin & cum feroces illarum mores assumpse-

C

rit, quamuis rationale & manſuetum animal ſit, multis tamen nominibus illarum ſu
perat ferociam. Videamus igitur & de illis qui acciderit. Et dixit Cain ad Abel fra-
D trem ſuum, Egrediamur obſecro in campum. Verba quidem fratris, mẽs autem ho
micidæ. Quid facis o Cain? neſcis cui loqueris? Non cogitas, quod tibi cum fratre
colloquium eſt? Non reputas, quod eodẽ quo tu vtero natus eſt? Non expendis abo
minabiles conatus? Non times iudicem qui falli nequit? Non horret mens tua faci-
nus? Quamobrem in campum prouocas fratrem? & foris a paternis vlnis abducis?
Quare ipſum paterno auxilio deſtituis? Quid noui accidit, quod nunc fratrem in
campum trahis? & id quod prius non feciſti, nunc facere attentas? & amicitiæ occa-
ſione fraternã beneuolentiam p̃texendo, hoſtilia quæq; perpetrare deliberas? Quę
inſania? quæ rabies? Eſto excæcatus mente, fraternæ affectionis nullam rationem
habeas, neq; naturam agnoſcas, ſed aduerſus eum ad bellum te inſtruis, qui nulla te
iniuria affecit. Quid item habes, quod parentibus obij cis, quos tanta mœſtitia affli
gere deliberas, & actor terribilis tragœdiæ, vt primum violentam mortem videãt?
Has eis retributiones reddis ſuæ educationis? Quæ diaboli ars in hoc te flagitium
impulit? Habes ne quod dicas? An gratia domini erga eum, ipſum aduerſum te ex-
tollifecit? Nonne prius ob hanc ſanguinariam tuam mentẽ ſubiecit eum tibi, & ſub
E tua poteſtate eum eſſe fecit? Et dixit, Quia ad te cõuerſio eius. Et tu ipſius domina-
beris. Nam hoc de fratris ſubiectione accipiẽdum eſt. Sunt eñ aliqui, dicentes, qđ
de ſacrificio oblato ab eo deus ei dixerat talia, Ad te conuerſio, inquit, doni, & tu ei⁹
dominaberis, id eſt eo frueris. Et ideo vtrunq; ſenſum dixi, relinquens veſtræ prudẽ
tiæ id quod dictis magis congruũ videtur, eligendum, mihi eñ videtur de fratre eſſe
dictum. Et factum eſt, quum eſſent ipſi in campo, ſurrexit Abel contra fratrẽ ſuum
& occidit eum. Horrendum facinus, periculoſi auſus, abominabile opus, incondo
nabile peccatum, efferatæ animæ ſententia. Surrexit, inquit, contra Abel fratrem
ſuum, & occidit eum. O abominabilem manum, o dexteram miſerabilem, imo nõ
manum oportet vocare abominabilem & miſerabilẽ, ſed mẽtem cui membrum ſer
uiuit. Dicamus igitur ſic, O audacem mentẽ, & abominabilem & miſerabilem, &
quicquid dici poteſt, non ſatis dicetur, Quomodo non obduruit manus? quomodo
potuit tenere gladium, & intentare plagam? quomodo nõ auolauit a corpore anima
quomodo valuit operari tam nefandum facinus? quomodo non inflexa eſt, & mu-
tauit mentẽ? quomodo non cogitauit naturam? quomodo non expẽdit, antequam
F adoriretur nefas, operis finem? quomodo ferre potuit poſt facinus vt videret corpus
fratris ſpiritum efflans ſup terram? quomodo potuit videre corpus mortuum ſuper
terram, & a ſpectaculo non ſtatim perijt? Nam quum nos poſt tot annorum nume
rum, quum quotidie morientes videmus, quãuis vulgari morte, & ſanguine nihil no
bis iunctos, viribus deſtituimur, & ſi inimicus ſit, inimicitiarum finis eſt, quanto ma
gis veriſimile eſt, has diſſolutas eſſe & hunc ſtatim expirare debuiſſe animam, quum
videret fratrem, qui paulo antea loquebatur, eadem matre natum, eodẽ patre geni-
tum, eiuſdem uteri partu editum, dei ſingulari gratia acceptum, ſubito abſque ſpiritu
& operatione iacentẽ, & ſuper terram palpitantẽ. At videamus poſt nefarium illud
facinus, & poſt flagitium nulla venia dignum, quanta iterum verborum humilitate,
quantaq; miſericordia, omnium deus vtitur. Et dixit deus ad Cain. Idipſum vel ſo-
lum, quantæ bonitatis fuerit, vt eum qui tanta cõmiſerit, colloquio dignatur? Nam
quum nos ſæpe cognatos noſtros abominamur, ſi quando viderimus eos tale quod
dam facinus perpetraſſe, quanto magis bonũ deum obſtupeſcimus, tanta vti tole-
rantia? & valde merito. Medicus eñ eſt: & clementiſſimus pater. Nam & ſicut medi

cus nihil non facit, vt graui morbo impliciti confirmentur / & sicut clementissimus pater filios, qui nobilitatem suam ignauia amisere, paterna indulgētia ad pristinā fe A
licitatem reducere cupit. Proinde quia immensæ bonitatis est, iterum misericordiā suam, ei qui talia fuerat ausus ostendere vult, Dicit enim ei. Vbi est Abel frater tuus Multa & immensa dei patientia est. Non en interrogat quasi ignoret, sed idipsum agit, quod & patri eius fecerat. Nihil enim obstat, quin idē denuo dicatur. Nā quē-admodum illum, quū se præ confusione nuditatis tegeret, rogabat. Vbi es? nō ignorans, sed fiduciæ occasiones ei p̄bens, vt per confessionē peccati delictū eius abluretur. Hunc em̄ morē habet, vt ab initio a nobis peccatorū exigat cōfessionē, & veniam præbeat. Rogat & nunc Cain, & inquit. Vbi est Abel frater tuus? Ignorantiam simulat misericors deus, hac interrogatiōe eum, qui talia cōmiserat, pręparās, vt ad peccati confessionē aduceretur, posset q; veniam forte & misericordiā assequi Vbi est Abel frater tuus? Quid igitur ad hæc ingratus, & impudens? Oportet eum cogitare quod deus nō ignarus rei rogaret. sed ab eo confessionē criminis exigeret, & nos doceret, nunq̄ causa non examinata sentētiā cōtra fratres debere ferri, & me mori mente seruare consiliū domini, & q̄d hunc illius conatū reprimēs, et cōscius etiam antequā eueniret, quid ille habebat in animo, pręseruatoris vsus est. Oportebat his omnibus cogitatis finem esse insaniæ, & dicere quid factū & ostendere me- B
dico vlcus. & accipere ab eo pharmaca. Verum ille iterum dirūpit vulnus, & vlcus increscere facit. Et dicit Haud scio. Vide responsi impudentiam. Nū homini loq̄-ris? quē forte decipere posses. Nescis infelix & miser, quis est qui tibi loquit? Nō cogitas, q̄d ob bonitatē magnā quærit, occasionē quādam inuenire cupiēs, per quam suam tibi declararet misericordiā, & vt postea indicatis a se omnibus, nullā habens defensionem, pœne teipsum obnoxium constitueres? Et dixit (inquit) Haud scio. Num custos fratris mei sum ego? Cogita hic obsecro conscientię accusationem & quomodo qui conscientia impellebatur (vt ita dicam) nō potest dicere, Haud scio sed subdit, Num custos fratris mei sum ego? quasi seipsum reprehendens. Tametsi, quia grādior ætate, etiam sc̄dm naturæ leges custodē fraternæ salutis esse te oportebat. Hoc enim natura decreuit, & oportet eos, qui ex eodē vtero nati sunt, mutuo esse custodes. Quod si hoc nolebas, & noluisti custos esse fratris, quare ergo eius interfector es factus? & eum qui te nulla affecit iniuria, perdidisti? & putasti, nec forte aliquem qui te de hoc reprehensurus esset. Sed expecta, & videbis accusatorē tuum fore interfectum, & te viuente & ambulante, clara voce clamaturū. Et dixit deus, C
Quid feciſti hoc? Magna huius verbi recondita vis est, & emphasis. Quare inquit, hoc operatus es? Quare feciſti nefarium hoc facinus? abominabile opus, factum in expiabile, insaniam intolerabilem, cædem nouam & raram, iam primum hominum vitæ tua dextra inuectam? Cur feciſti hoc, tam magnum tam terribile, quo nō est peccatum aliud grauius? Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Num homo sum (inquit) qui solam illam vocem audiam, quæ per linguam profertur? Deus sum, qui possum & per sanguinem audire clamantem, & alicubi prostratum & in terra iacentem. Ecce quousq; volat vox sanguinis huius, & vsque in cœlum a terra ascendit, & prætercurrens cœlum, cœloque superiores virtutes, regio throno assistit, & tuum deplorat homicidium, ac nefarium hoc scelus denunciat, Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Nam (inquit) ī alienum & hospitem, iniquitatem hanc patrasti? in fratrem tuum, illum, qui nulla te iniuria affecerat, sæuisti. Sed forte mea beneuolentia hanc illi cædem peperit, & quum non posses mecū pugnare, in illū effudisti furorem tuum indomitum. Ea propter talē tibi pœnam in-

fero, vt quę in te fiunt, omnibus posthac sequuturis castigatio & admonitio sint. Et
D nunc quia hoc feciſti, & opere perfeciſti, mala quę probaſti, & per inuidiã cædẽ cõmiſiſti, Maledictus tu de terra. Vides maledictionis diuerſitatẽ dilecte? Ne igit inconſyderanter hinc tranſeas, ſed ex maledicti magnitudine, flagitij immanitatẽ expende. Iam quanto maius peccatum hoc p̃uaricatione protoplaſti, ex maledictionis varietate ſcire volenti licet. Illic enim inquit. Maledicta terra in operibus tuis & in terram effuſa eſt maledictio, oſtenſa ſua in hominem cura. Hic vero quia res pernicioſa, facinus iniquum, & inexpiabile flagitium, ipſe pœnã luit. Et nunc maledictus, inquit, tu de terra. Nam quia ferme eadem egit quæ ſerpens, & quaſi organum ſeruiuit diaboli ſententiæ, & ſicut ille fraude malitiam introduxit, ſic & hic deceptũ fratrem, & in campum eductum, armata in eum manu, cædem compleuit. Et propterea ſicut illi dixit. Maledictus tu in ter omnes beſtias terræ, ſic & huic, quia eadẽ quæ illæ operatus fuit. Nam ſicut diabolus, qui odio & inuidia mouetur, ferre nõ potuit tot ineffabilia beneficia, quæ in hominẽ collocata ſunt, ex inuidia ad deceptionem extimulatus eſt, quę mortẽ induceret. Ita & hic, deum erga fratrẽ ſuum videns beneuolentia magna affici, ex inuidia ad homicidium proſilijt. Idcirco dicit ei. Et nunc Maledictus tu de terra. Maledictus (inquit) eris & terræ illi, quæ aperuit os ſu
E um, vt ſanguinem fratris tui de manu tua exciperet. Et terræ illi (inquit) eris maledictus, quæ ſuſtinuit, tali ſanguine irrigari, qui tanta abominatione effuſus eſt. Dein, ſcriptura diuina maledictionem interpretans manifeſtius, dicit. Quando operaris terram, non adijciet, vt det tibi robur ſuum. Magna pœnæ ſpecies & graue idignationis pondus. Laborem quidem (inquit) ſuſtinebis, & quę tu facere potes, omnia facies, & operaberis terram tali ſanguine coinquinatam, non ſenties autem aliquem fructum tam multorum laborum, ſed inutilis erit omnis labor tuus quẽ feceris. Neq; hic finis erit pœnę, ſed & gemens & tremẽs eris ſuper terram. Quia enim (inqt) abuſus es robore corporis & membrorum viribus, propter hoc continuum hũc tremorem & motum tibi infero, vt non ſolum ipſe habeas iugem admonitionẽ, & memoriam huius nefaſti ſceleris, ſed vt & omnes qui te vident. viſo te, quaſi clara eis voce annunciaretur, diſcant, ne talia audeant, & pœna tua alios doceat omnes, nevltra tali ſanguine terram inceſtent, & præterea non breui te morte plectam, vt ne factum obliuioni tradatur, ſed vitam morte grauiorem ſuſtinere te faciam, vt per hæc diſcas, qualia perpetraueris. Et dixit Cain domino. Maior eſt iniquitas mea quam vt dimittar ego. Magnum aliquid, & ſaluti noſtræ plurimũ conducibile hic licebit addiſcere. Et dixit Cain. Maius eſt peccatũ meũ, quã vt dimittar ego. Magnũ aliquid, & valde vtile ſaluti noſtræ licet hic addiſcere, ſi voluerimus attendere. Et dixit
F Cain. Maius eſt peccatũ meum, quã vt dimittar ego. Ecce abſoluta confeſſio. Tale tantumq; eſt, inquit, peccatũ quod cõmiſi, vt non poſſim accipere veniam. Ecce (inquit) confeſſus eſt, & ſic confeſſus eſt, vt omnem excederet diligentiam, ſed nihil inde lucri dilecte. Intempeſtiua enim confeſſio eſt, Hoc enim facere oportebat tempore congruo, quando adhuc impetrari poterat a iudice miſericordia. Memores nunc eſtote oro, quod ante breue tempus dixi, quod terribili illo die, & iudiciũ illud nõ poterit deprauari, & vnuſquiſq; noſtrum ob peccata deſperabit, videns ante oculos terribilia illa tormẽta, & ineuitabiles pœnas, nullã inde habiturus vtilitatẽ tempore deſtitutus. Pœnitẽtia em̃ priuſquã pœna inferatur, tempus habet & ineffabilẽ vim. Proinde obſecro, quũ adhuc efficax eſt mirificũ hoc pharmacum, cõmoda & fructus inde p̃cipiamus, & quũ adhuc ſumus i p̃ſenti vita pœnitẽtiæ medicamẽnõ aſpernemur, ſciẽtes liquido, quod nihil tunc nobis pœnitudo proderit, quum ſolu

tum fuerit ſpectaculum, & tempus certaminũ ablatum. Verũ ad inſtitutũ redeam? Op ortebat enim tunc, quũ interrogaretur a domino. Vbi eſt Abel frater tuus, cõ- A
fiteri peccatum, & procidere, & orare, & veniã petere. Et tunc quidem medicinam reiecit/nunc autem poſt ſententiam, poſt finem, poſt omnia, poſtquã clara voce ac cuſatus a ſanguine in terra iacentis, cõfitetur, nihilq; inde lucrifacit. Vnde prophe- ta dicebat. Iuſtus ſui ipſius accuſator eſt in principio ſermonis. Et hic quoq; ſi præ- ueniſſet domini reprehenſionẽ, omnino miſericordiam conſequutus fuiſſet ꝓpter immenſam domini benignitatem. Nullum enim peccatum quantũcũq; graue ſit, quod eius miſericordiam vincat, modo tempore debito pœnitentiam agamus, & veniam petamus. Et dixit Cain. Maius eſt peccatum meum quam vt dimittar ego. Sufficiens confeſſio, ſed intempeſtiua. Et dixit. Si eiecerís me hodie a facie terræ, & a facie tua abſcondar, & ero gemens & tremens ſuper terram. Et erit, omnis q̃ in- uenerit me, occidet me. Vide quã miſerabilia verba, tum quia intẽpeſtiua, tũ quia tẽ pore elapſo nullum fructum afferentia. Et dixit ſi eijcis me hodie a facie terræ, & a facie tua abſcondar, & ero gemens & tremens ſuper terram. Et erit, omnis qui me in uenerit, interficiet me. Si in terra, inquit, maledictum me feciſti, & ipſe me auerſaris tantæq; pœnæ tradidiſti me, ita vt gemam & tremam/nihil ꝓhibebit poſtea, quin B
quiſquis in me vel fortuito inciderit, nudatum tua gratia, interficiat. Facile inuadere me poterit (inquit) ſi quis interficere volet. Neq; enim ipſe obluctari potero, tã diſ- ſoluta imbellia q; membra circunferens, & vndiq; tremiſcẽs/inſuper & hoc qđ ſciũt omnes, tua me gratia deſtitutũ, ſi quis vult occidere, vt ad cædẽ meã proſiliat, arma- bit. Quid ergo miſericors et bonus dñs? Et dixit ei dominus deus. Non ſic. Ne pu- tes, inquit, hæc ita fieri. Neq; eñ licet, vt te quiſquis volet, interficiat. Extẽdã eñ vi tam tuã, maiorq; inde & tibi dolor erit, & relinquẽte poſteritati magiſtrũ, vt tui ſpe ctaculum ei ſit admonitio & caſtigatio, nulluſq; exemplũ tuũ ſequatur, Et dixit do- minus deus, Nõ ſic. Omnis qui occiderit Cain, ſeptíes vltiõe exquiſita ſoluet. For taſſis multa ſunt, q̃ dixi, & prolixitate corpori moleſtiã attulimus. Sed quid patiar? Quia video veſtrã in audiendo auiditatẽ & ingens deſyderiũ, relíqua etiam pertra- ctabo, & pro viribus meis interpretabor. Quid eſt, ſeptíes vltione exquiſita ſoluet? Iterum vereor, ne dictorũ memoriã his quę dicuntur adobruã, & videtur nobis ſuf ficere ſermo. Sed ſi non fatigamini, ſuſtinete, & abſoluto hoc cõtextu, ſermonẽ fi- niemus. Et dixit ei dñs deus. Nõ ſic. Omnis qui occiderit Cain, ſeptíes vltione ex- quiſita ſoluet. Et poſuit dominus deus ſignũ in Cain, ne omnis qui inueniret, eũ oc C
cideret, Hoc timuiſti, inquit, ne occidere. Confide, hoc non erit. Nam q̃ſquis hoc facere attẽtauerit, ſeptuplici pœnæ ſe faciet obnoxiũ, & idcirco hoc ſignũ tibi ipo- no, vt nullus ignorans interfecto te penis illis ſe obnoxiũ faciat. Et hãc ob cauſam ſignũ hoc tibi impono. Sed decet, vt manifeſtius vos doceam, quomodo qui Cain occidit, ſeptem pœnarum reus ſit. Vos precor attendite. Nam ſi nunc, ſicut & i ſu- perioribus diebus ſæpe charitati veſtræ dixímus, quum ieiunij tẽpus eſt, & tanta trã quillitate fruimur, & liberati a cogitationibus, quæ mentem noſtram perturbãt, nõ ſumma diligentia addiſcimus quæ in diuinis ſcripturis continentur, quãdo ea alijs temporibus diſcere poterimus? Ideo oro & precor & ſupplico, & quaſi genua ve- ſtra contingo, intenta mente his quæ dicuntur auſcultemus, vt fructu aliquo nobili, & prę cipuo accepto, domum poſtea redeamus. Quid igitur eſt, ſeptíes vltione exq̃ ſita ſoluet? Primum quidẽ ſeptenarius numerus de multitudine dicitur in diuina ſcri ptura, id quod ſæpe in ſcripturis occurrit, vt quod ſterilis peperit ſeptem, & ſimilia. Coniectare autem hic licet peccati magnitudinem, & quod non vnum peccatum

D commiserit, sed septem. quorum quoduis per se magna pœna luendum. Igitur quo modo hæc numerabimus? Primũ inuidet, damnum allaturus. Secundo fratrẽ suũ occidere destinat. Tertio fraudes consuit. Quarto cædem opere implet. Quinto fratrem occidit. Sexto, primus mortẽ operatus est. Septimo, deo mentitus est, Ob seruate dicta, si vultis ea iterum recensebimus, quo sciatis, quomodo vnum quodq; per se sufficiebat, vt maxima plecteretur pœna. Nam quis vel venia dignaretur inuidentem, quod plus diuina gratia potiatur? Ecce vnũ maximũ & inexpiabile peccatum. Deinde hoc maius ostẽditur, quia frater erat, cui inuidebat, & nulla eũ prorsus iniuria affecerat. Ecce & hoc quoq; non vulgare peccatum est. Iam tertium, qđ dolos nexuit decepto, & in campũ tracto fratre, neq; ipsam naturã reueritus, Quantum peccatum ipsa erat cædes, quam perpetrauit. Quintũ quod fratrem occidit, eodem ex vtero prognatũ. Sextum, quod primus cædis faciem introduxit. Postremũ quod rogatus a deo omniũ domino. Vbi est Abel frater tuus? mentiri ei ausus est. Dicit igitur. Qui te occidere attentauerit, septem maximis pœnis seipsum reum faciet. Ne igitur hoc metuas. Ecce enim & signũ in te pono, ita vt nullus qui te inuenit ignorans tua morte capiatur, & reum se faciat septem horum peccatorum. Nam totius vitæ tuæ productio posteritati vtilis erit, & id quod solus nullo præsente operatus es, hoc discent omnes qui gementem & trementem vident, & quasi clamantem E & omnibus dicentem. Nullus alia talia audeat, qualia ego, vt ne in eandẽ pœnã incidat. Hæc audientes, dilecti, quæ dicta sunt, non inconsyderanter p̃tercurramus, neq; hoc solũ spectemus, vt huc quotidie cõueniẽdo, spirituali mẽsa fruamur. Nulla enim solius auditus vtilitas fuerit, nisi assint obedientia & opera. Sed cogitantes vnde in hoc inexpiabile, & graue peccatum Cain seipsum impulerit, vt innoxiũ ac fratrem aggrederetur dolo, & occideret, ne fugiamus aduersa & mala pati, sed potiꝰ caueamus, ne alijs mala per nos inferantur. Ille enim est, qui vere male affligitur, qui proximo suo negocium facit. Et vt verum hoc esse scias. vide hic obsecro, quis est, qui mala patitur, an occidens vel occisus? manifestum quod occisus. Et vsq; ad nostra tempora, in ore omnium decantatur & p̃dicatur & coronatur, vt veritatis primus testis. Sicut dicit & beatus Paulus, Mortuus Abel adhuc loquitur. Et qđ occidebat etiam tunc vitã agebat miserabiliorẽ quam vllus homo, & postea ab omniꝰ male audit, vt abominabilis & vt adeo maledictus, a diuina scriptura traducitur, & F hoc quidem in præsenti vita, quæ semel intercidit. Quæ autem in futuro seculo occurrere debeant, cum vnicuiq; pro suo opere reddet iustus iudex, quis sermo dicere posset, q̃ bona, vel q̃ mala? Nullus, nullus plane, neq; iucũda, neq; tristia narrauerit Enimuero Abelis quidẽ est regnũ cœlorum, & perpetua habitacula, & chori patriarcharum, prophetarũ, & apostolorum, & omnium sanctorum cõgregatio eum suscipient simul in immortalitate regnaturum, in Christo Iesu domino nostro, vnigenito dei filio & deo. Huius autem, Cain inquã est gehenna ignis, aliaq; immortalia omnia tormenta eum excipient, vt puniant in infinita secula, & cum eo oẽs qui simillia egerunt, & maxime turpissimis affectionibus captos, quanto & maior pœna a domino omnium pronunciatur. Audi enim beatum Paulum dicentem, Quicunq; enim sine lege peccauerunt, sine lege peribunt, hoc est, leuiorem ferent pœnã, eo quod non habuerint legẽ quę minaretur & corrigeret. Et quicunque in lege peccauerunt, per legem quoq; iudicabuntur. Hi autem (inquit) qui eadem faciunt, quæ illi, & legis adminiculum habuere, grauiores & intolerabiliores sustinebunt cruciatus, & merito, neque lex, neque quod alios modestiores, & meliores reddidit, hos emendare potuit. Quocirca obsecro, vt vel saltem nunc aliorũ correptionibus nos

ípſos emendemus, & vitam noſtram corrígamus ad domíni obedíentiam, eius obA
temperantes legíbus, & neq; líuor, neq; ínuídia, neq; corporalís amor, neq; huíus vi
tæ gloría & potentía, neq; ventrís voluptas, neq; alía q̃dam abſurda concupíſcẽtía
dominetur anímæ noſtræ, ſed expurgatí ab omní matería voluptateq; temporalí, &
valedícto omníbus fœdíſſímís abſurdíſſímísq; affectionibus, ad beatam íllam vitã,
& íneffabília íllа bona, quæ deus ſe dílígentibus promíſit, íntroducamur. Oremus,
vt hæc omnibus nobís cõcedantur gratía et míſerícordía domíni noſtrí Ieſu Chrí
ſtí, cum quo patrí, ſímul & ſpíritui ſancto ſit gloría, ímperium, honor nunc & ſemp
& ín ſecula ſeculorum. Amen.

HOMILIA.XIX.

AGeiterum hodíe ín manus ſumentes, quæ ín contextu lecta ſunt, índe vobís doctrínam apponamus, et ſolum ex libris beatí Moyſí colloquí um habeamus, ímo ex ſanctí ſpíritus eloquíjs, quæ p prophetæ línguã díuína gratia nos docuít. Sed quo manífeſtíor ſermo noſter ſit operæ precíum fuerit, vtín memoríam vobís referam⁹, vbí doctrínam nuper abſoluerímus vt eadẽ hodíe repetíta, & de nunc lectís dícere íncípíamus. Scítís eĩn, quo d argumentum de Caín & Abel narrauímus, oſtendentes tam ex hís quę facta B
ſunt, quam ex hís de quíbus obtulerunt domíno, quomodo faciendorũ agnítío aní mís noſtrís ínſíta ſit, et quod omnũí opífex nos líberí arbítrij fecerít, & vbíq; vel co ronat, vel condemnat ſecundum quod noſtra eſt íntentío. Ob hoc enim ſacrífícíũ Caín repudíatum fuít, donavero Abel accepta. Et quod hínc ínuídía orta. Cainem ín cædem fratrís extímulauít, quí & poſt ímpíum facínus volente deo prouocare eũ ad confeſſionem peccatorum, neq; remedíũ ſanítatí accepít, ſed ſceleſto homící dío mendacíum coníunxít, & grauem íllam pœnam ſíbí concílíauít, ſupernaq; gra tía ſe nudauít, poſterís ín correctionís exemplum propoſítus. Quía ob ſentẽtíam ín ſe acceptam, omní homínum generí loquítur, quaſí clamans & dícens. Ne tale quíd vllus veſtrum vnquam audeat, ne quís ín ſímíles íncídat pœnas, Vidíſtís domíní mí ſerícordíam, quomodo ſua ín íllum pœna non eum ſolum caſtígare, ſed per eum ſí mul poſteros omnes modís omnibus fugiendum tam temerarium facínus, docere voluít? Age nunc ſequentía attíngamus, vídentes quíd hodíe nobís narret beatus íl le propheta, ſpíritus ſancti operatione noſtrís auríbus ínſonans. Nam poſtq̃ a dño ſentẽtíam accepít. Egreſſus eſt (ínquit) a facíe dei. Quíd eſt, exíjt a facíe deí? hoc eſt nudatus eſt præſídío dei propter abomínabile & pernícioſum facínus. Et habitauít ín terra Naíd, e regione Edem. Narrauít nobís díuína ſcríptura & locum ín quo po C
ſtea habítauít. Et docet quomodo & hic non procul a paradíſo verſatus ſit, vt e re gione eíus exíſtens, contínuo memor eſſet, tum quæ patrí ſuo ob præuarícatíonem contígerunt, tum magnítudínem eorum, quæ ípſe perpetrauerat, propter quæ tan ta eí, neque patrís correptíone emendato, pœna írrogata eſt. Et locus íllе ín quo ha bítauít, perpetua memoría fuít, non íllí ſolí, ſed & ſeculís poſterioríbus, ob tremo rem & motíonen. Nomen enim Naíd hebraíca dictío eſt, & vocatur motío. Itaque crímẽ eíus notum & a loco, quaſi ín columna ærea ſcríptum eſſet. Deín de (ínquit) Et cognouít Caín vxorem ſuam, & vt concepít, peperít fílíum cuí no men Enoch. Mortales tunc facti homines, merito de fílíorum ſucceſſíone curam habebant. Sed forte díxerít alíquís. Quomodo, quum ſcríptura nuſquã alterius mu líeris meminít, dícít quod Caín habuerít vxorẽ? Ne míreris dílecte. Nuſquã enim catalogũ mulíerum dílígenter facít, ſed ſcríptura ſuperuacuum non commemorãs neq; oẽs víros cõmemorat, ſed ſuccíctíus nobís narrat, dícens, quod generauerínt

filios & filias, & mortui sint. Verisimile igitur etiã nũc Euã, filiã peperisse post Cain. Nam quia initia erant, debebatq; augeri humanũ genus, sorores vt acciperent, concedebatur. Et ideo consectanea hæc nobis coniectanda relinquit scriptura, & hoc solum narrat, dicens. Et cognouit Cain vxorem suam, & vt concepit, peperit
D Enoch. Et erat ædificans ciuitatem in nomine filij sui Enoch. Vide quomodo res nostræ paulati deteriores fucatioresq; fiunt. Quippe hominibus factis mortale studium fuit, vt immortalem suam memoriam facerent, partim ex filijs quos generabant, partim ex locis, quibus filiorum nomina imponebãt. Hæc omnia recte quis diceret peccatorum & ruinę primę monumenta, qua e pristina gloria exciderũt, in qua quum essent, nihil horum egebant Adam & Eua, vt pote affectionibus superiores & nihil obnoxij. Porro Enoch ipsi natus est (vt inquit) Gaidad, & Gaidad genuit Maleleel, & Maleleel genuit Mathusala, & Mathusala genuit Lamech. Vide quam cursim transit genealogias. Et virorũ tantum memor est beatus ille, nusquam
E vero mulierum meminit. Sed quẽadmodum de Cain dictũ est, quod Cain cognouit vxorem suam, quum nusquam nos docuerit, neq; dixerit, vnde habuerit vxorẽ, sic sane & ibi iterum inquit. Et accepit sibi Lamech duas vxores, nomen vni Ada, & nomen secundę Sella. Et peperit Ada (inquit) Iobal, hic fuit pater habitantiũ in tabernaculis, atq; pastorũ. Et nomen fratri eius Iubal, hic fuit is q demõstrauit psalterium, & citharam. Vide scripturæ diligentiam, docuit nos & nomina eorum, qui nati sunt ex muliere Lamech, & docuit nos quę studia eorum fuerint, nempe quod vnus alendis pecoribus fuit deditus. & alter excogitauit psalterium & citharã. Sella autem (inquit) & ipsa peperit Thobel, & erat malleator, & faber æris & ferri. Iterũ & artem eius qui ex Sella natus erat, non obticet, quia ferrariã exercebat. Vide quo modo, quæ ad vsum humani generis, quo melius subsistere queat, spectant, paulati extructa sunt. Et primum Cain a nato suo ciuitatem ædificatam nominauit. Deinde eorum qui ex vxoribus Lamech nati, vnus pascendis pecoribus occupabat, ali9 ferrariam exercebat, alius etiam psalterium & citharam demonstrauit. Soror autẽ (inquit) Thobel Noeman, Quid hoc nouum sibi vult, quod nunc primum nunc
F patim mulieris memoriam indicat? Sed non simpliciter, neq; temere, sed vt occultum quid nobis hic declararet. Hoc fecit beatus propheta, id quod in aliud tempus reponemus / nunc historiam sequamur, neq; enim fortuitum quiddam est, quod subditur, & plurimo labore habet opus & diligentiore inquisitione, ita quod si possent omnia ad amussim a nobis perquiri, multũ hinc vtilitatis nobis accederet. Dixit (inquit) Lamech vxoribus suis Adæ & Sellæ. Audite vocem meam vxores Lamech auribus percipite sermones meos. Quia virum occidi in vulnus mihi, & adolescentulum in cicatricem mihi. Quia septies vltio sumpta de Cain, de Lamech vero septuagies septies. Obsecro mente intenta estote, & omnia quæ ad seculares curas pertinent, seponite, cum diligentia quæ dicuntur perserutemur, vt nihil eorum nos lateat, sed quãtum possibile, ad profundum ingressi, occultum thesaurum venari possimus, in paucis illis verbis latentem. Dixit autem (inquit) Lamech vxoribus suis Adæ & Sellę. Audite meam vocem vxores Lamech, & auribus percipite sermones meos. Consydera obsecro statim ab initio, quantum illi profuit pœna Cain irrogata. Non solum enim non expectat, vt ab alio arguatur, quod in idem & grauius, pec
De con catum lapsus sit, sed nullo vel accusante vel increpãte, ipse semetipsum manifestũ fa
fessione cit, & cõfitetur q̃ facta sint, mulieribusq; narrat delicti magnitudinẽ, quasi illud qđ a propheta dictum est, implẽs. Iustus sui ipsius accusator est in principio sermonis. Plurimũ enim ad emẽdãda peccata valet cõfessio, itaq; sicut grauius e peccatis ipsis,

poſt peccata commiſſa peccata inficias ire. Id qđ fratricida ille agebat, & rogatus a miſericorde deo, non ſolum non confeſſus eſt, quod auſus fuerat, ſed & vt prolõga A
retur vita ſua, fecit. Cæterum & hic in illa ipſa peccata inciderat, ſed animo expendens, quod negatio grauiorem ei pararet pœnam, vocatis mulieribus ſuis, nullo reprehendente, vel arguente, ipſe ſua lingua & confeſſionem peccatorum facit, & cõferens quæ a ſe facta erant cum his quæ a Cain, pœnam definit. Vidiſti prudentiã domini, quomodo pœnæ eius occaſio ſunt miſericordiæ, & quod miſericordia ſua non ſolum ad eum pertingit, qui pœna plectitur / ſed & multis aliis vtile efficit inde remedium, modo velint inde aliquẽ fructũ capere? Vnde enim aliunde, dic quæſo, Lamech ad hanc confeſſionẽ adductus eſt / niſi eorũ quę illi cõtigerunt, memoriã haberet, quę illius cõtinuo mentẽ decutiebat, Dixit (inquit) audite vocem meam, & auribns percipite ſermones meos. Vide quomodo cõtra ſeipſum iudiciũ conſidere facit, & eas hoc modo hortatur, ne dicta negligenter acciperẽt. Dicẽdo enim. Audite vocẽ meã / & auribus percipite ſermones meos. Mentem veſtrã (inquit) intentã præbete, & diligenter auſcultate, quæ dicturus ſum. Nõ enim de fortuitis vobis loquar, ſed occultas quaſdam cauſas vobis aperiã, & confitebor, & q̃ nullus alius ſcit ſed ſolus ego / & oculus ille / qui ſopiri neſcit, quẽ timens feſtino & anhelo, vt vobis B
manifeſta faciã, q̃ a me ſunt acta, & quantis pœnis ego meipſum nefariis obnoxiũ fecerim operibus. Quia virum occidi in vulnus mihi, & adoleſcentẽ in cicatricẽ mihi. Quoniam ſepties vltus eſt de Cain / de Lamech autẽ ſeptuagies ſepties. Magnũ quid dictum eſt, & valde magnũ. Multiplex pia q; viri prudentia / non ſolũ enim factum confitebatur, & cædes in mediũ afferebat, quas operatus erat, ſed & pœnã ſibi inferebat, comparans peccatum ſuum peccato Cain, Qua enĩ venia (inquit) fuerit dignus, qui alterius pœna emendatior non fit / & perpetuo memor eius rei eſt, & admonetur, & inſuper duplex homicidiũ patrauit? Quia virũ (inquit) occidi in vulnus mihi, & adoleſcentẽ in cicatricem mihi. Non tantum (inquit) nocui illis / quos occidi, quãtum meipſum. In pœnã enim quam effugere nõ poſſum / meipſum coniecí, peccata operatus tanta, quę veniam nõ merentur. Nam ſi ille pro vna cæde ſeptem pœnis obnoxius factus eſt, ego dignus fuerim, ſeptuagies ſepties pœnam luere. Cuius gratia, & quare? Nam licet cędem ille operatus ſit & fratris attamen nullo vnquam antea conſpecto / qui hoc fecerat, neq; alio viſo, qui pœnã dederat eiuſmodi facinoris, & a tanta ira tentato, que vtraq; mihi pœnas augent. Quia & ante oculos habens / quod ab illo perpetratum, & pœnam videns ſic immedicabilẽ eſſe, cau C
tior factus non ſum. Propterea licet ſeptuagies ſepties magis quam ille punirer, attamen neq; ſic dignam luerem pœnam. Vidiſti dilecte / quomodo noſtram deus mẽtem fecit liberi arbitrij, Et ſicut deſides ſupplantamur, ſic & ſi reſipiſcere voluerim⁹ contuemur quod oportet. Quis enim dic obſecro talem ad confeſſionẽ adegit, nullus alius quam conſcientia / & incorruptus ille iudex. Nam quia in peccatum declinauerat, & opere perfecerat malum conatum / ſtatim inſurrexit conſcientia, inclamans & oſtendens etiam peccatorum magnitudinẽ / et omnibus ſeipſam pœnis obnoxiam facit. Ita enim ſe habet peccatum / vt priuſquam fiat, & ad opus perueniat, obtenebret & decipiat mentem, poſtquam autem conſummatur, manifeſte ſuã nobis abſurditatem proferat et oſtendat. Vnde breuis illa, & abſurda voluptas continuum menti dolorem inſerit, conſcientiæ que fiduciam aufert, confuſione captam perfundens. Miſericors enim deus eiuſcemodi nobis accuſatorem aſſiſtere voluit, vt nunquam ſoli relinquamur, ſed indeſinenter ille congrediens clamet, & pœnam exigat delictorum. Et hoc quis viderit manifeſte ex factis ipſis. Scortator enim vel

adulter, vel qui aliud tale quiddã admiſit, etiam ſi omniũ obliuiſci queat, nunquam tamen ſic in ſolitudine verſatur, quin habens acrem illũ accuſatorem, ſuſpitiones timeat, vmbras tremiſcat, & eos qui conſcij ſunt, & qui nõ ſunt, perpetuaq; in animo eius tempeſtas eſt, & recíprocantes ac contrarij fluctus. Inſuper neq; ſomnus ei ſuauis / ſed terrore & formidine plenus / neq; cibus voluptatem præbet, neq; amicorum colloquia talem refocillare, vel liberare ab vrgente anxietate poſſunt / ſed quaſi carnificem circumgeſtans ſe lancinantem, & flagellantem continuo, ita poſt abſurdũ facinus obambulat nullo conſcio, ſuſtinẽs intolerabiles pœnas illas, & iudex ſuíipſius factus & accuſator. Iam qui hæc fecit, ſi voluerit, vt decet, vti conſcientiæ adiumento, & ad confeſſionem facinorum feſtinare, & medico oſtendere vlcus quí curet & non exprobret, atq; ab illo remedia accipere, & ſoli ei loqui, nullo alio cõſcio & omnia dicere cum diligentia, facile peccata ſua emendabit. Confeſſio enim peccatorum, abolitio etiam eſt delictorum. Vnde cum Lamech ille ſuis mulieribus cædes a ſe commiſſas detegere & confiteri non refugit, quali erimus venía digni, ſi eiq omnia noſtra accurrate nouit delicta, confiteri nõ volumꝰ peccata? Nũ quia ignorat, diſcere vult? Nequaquam, quia ignorat, confeſſionem a nobis requirit, qui omnia ſcit antequam fiant, ſed volens per confeſſionem nos quoq; peccatorum habere ſenſum, & gratitudinem erga ſe oſtendere. Num opes aliquæ hic ſunt expendendæ? Num via prolixa eunda eſt? Num dolorem, & cruciatus affert hæc medicina? Abſq; ſumptu & cruciatu eſt præſens pharmacum, in priſtinæ valetudinis firmitatem reſtituens, Sic & remedia vulnerum largitur dominus. Igitur qui vult ſtatim ad ſanitatem ſuam redire, animęq; curare vlcera, reſipiſcens medicum adeat, ab omnibus ſecularibus curis ſe abdicans, calidas lachrymas profundat, ſedulitatẽ plurimã præ ſe ferat, fidẽ firmã afferat, & medici confidat arti. Vidiſti medici gloriã ad quã ſi omnium patrum amor conferatur, nõ tam erit conſpicua? Num graue aliquid & moleſtum a nobis requirit, contritionem vult cordis, compunctionem mentis, cõfeſſionem ruinæ, ſedulitatem continuam & non ſolum largitur vulnerum curam, & a peccatis mundos oſtẽdit, ſed & eum, qui antea inumeris peccatorũ ſarcinis grauabatur, iuſtum efficit. O miſericordiæ magnitudinẽ. O bonitatis excellẽtiã. Qui peccauit, quãdo confitetur peccata, & veniam petit, accipit poſthac ſecuritatẽ, repenteq; iuſtus apparet. Et quo clare hoc diſcas, audi prophetam dicentem. Dic tu prior iniquitates tuas, vt iuſtificeris. Non ſimpliciter inquit, Dic tu iniquitates tuas ſed adiecit, prior, Hoc eſt, ne expectes te arguentem, ne præſtoleris actorem. Ipſe præueni, & rape ſermonis principium, vt accuſatoris linguam obmuteſcere facias. Vidiſti iudicis miſericordiam? In humanis quidem iudicijs ſi quis hoc faceret & ante accuſationem facinora confiteretur, quamuis apud humanum iudicem, is ſententiam capitalem omnino in ſuum caput accerſeret. At miſericordis dei, & animarũ noſtrarum medici tanta eſt, tamque ineffabilis bonitas, & clementia, vt omnẽ etiã rationem tranſcendat. Nam ſi aduerſarium noſtrum præuerterimus, diabolum dico, qui in die illo ob faciẽ noſtram ſtabit, & iam in præſenti vita, antea quam ad tribunal ingredimur, facinora confeſſi fuerimus, dicendiq; principiũ rapuerimus, noſtri ipſorum facti accuſatores, in tantam miſericordiam prouocabimus dominum, vt non ſolum nobis donet, liberari a peccatis, ſed & in iuſtorum catalogo numerari. Enĩuero ſi Lamech ille, q neq; legẽ habuit, vñ hoc diſcere poſſet, neq; pphetas audiuit, neq; alia quadã admonitiõe, ex iudicio qđ naturę datum, conſcius eorũ quæ auſus fuit, & in medium affert quæ patrauit, & ſeipſum condemnauit, quomodo aliquam defenſionem nos habere poterimus, vulnera noſtra nõ omni diligẽtia domi-

De confeſſiõe.

no ostendentes, eorũ iam medicinam inde susceptur⁹? id quod nisi nunc fecerimus: quando ieiunij tempus est, quando tanta mentium tranquillitas, quando luxus ablatus e medio, quãdo ad cogitanda facinora nostra vt veniamus, vacabit? Idcirco sem A per vos obsecro, vt sobrij sitis & vigiles, & p̃sentem vitam omnẽ in hoc insumatis, vt sedulitate perseuerãtiaq; in bonis operibus, intolerabile illud iudiciũ effugiamus & ignem gehennæ non ingrediamur. Maxime autẽ maioriq; nunc studio id curandum, quando ꝓpter ieiunij tempus continuis maioribusq; fruimini admonitionib⁹ Cognouit autẽ (inquit) Adam Euam vxorem suam, & vt cõcepit, peperit filium, & appellauit nomen eius Seth, dicens, Excitauit deus mihi semen aliud pro Abel, quẽ occidit Cain. Postquam scriptura diuina genealogiam vsq; ad Lamech deduxit, iterum ad Adam, & vxorem eius regreditur, & dicit, Cognouit autem Adam Euam vxorem suam, & vt concepit, peperit filium, appellauitq; nomen eius Seth, dicens, Excitauit deus mihi semen aliud pro Abel, quem occidit Cain. Peperit (inquit) filium, appellauitq; nomen eius Seth. Nec contenta, quod imposuisset illi nomen, dicit. Excitauit mihi deus semẽ aliud pro Abel, quem occidit Cain. Vide hic quomodo & mater natũ sibi filium nominando, memoriam scelesti huius operis continuã mentibus inserit, vt & posteri sciãt, quid Cain patrare ausus fuerit. Dicit pro Abel, quem occidit Cain. Dolentis animæ verba sunt, & confusæ ob facinoris memoriã B Partim autẽ gratias agit Eua ꝓ nato puero, partim appellãdo puerũ, quasi infamat Cain, qui vere luctũ non mediocrem parentibus attulerat, armata aduersus fratrem dextra tam charũ & amabilem, eis ostendendo humi iacentem, mortuũ, & sensu carentem. Nam licet sententiã acceperit Adam, Terra es & in terram abibis, Et quocunq; die comederitis, morte moriemini, sententiã tamen tunc e verbis cognoscebant, & nondũ sciebant, qualis esset mortis species, sed hic prior ob odiũ in fratrem & liuorem qui intrinsecus eũ rodebat, in fratricidiũ ruit, graue parentibus spectaculum exhibens. Proinde mater, quæ parũ respirauit, & vix tandẽ aliquando tanti luctus cõsolationem inuenit, gratias affert domino ob natũ puerum, & fratricidæ scelus infamat. hac maxima eũ pœna afficiens, vt factũ eius perpetuæ commẽdaretur memoriæ. Vidistis, quantũ malum est peccatum? quomodo peccantibus confusionem & obprobrium inurit? Vidistis quomodo ꝓpter hoc diuina gratia spoliatus, & omnibus ridiculus factus est? Vidistis quomodo & parentibus, natura ad̃ amandos filios propensis, ꝓpter pessimũ hoc facinus abominabilis fuit? Igitur fugiamus obsecro peccatũ, quod tantis nos malis inuoluit, & virtutem arripiamus, vt & dei no- C bis gratiã conciliemus, & supplicium effugiamus. Et Seth (inquit) factus est filius. Appellauit autem nomen eius Enos, hic sperauit, inuocando nomen dñi dei. Vide hic, quõ postea ferme docent in appellationibus filiorum, suæ gratitudinis indiciũ. Quia & hic dicit, quod Seth nati filij nomen appellauit Enos, & deinde scriptura volens nobis nominis appellationẽ interpretari, Hic sperauit, inuocando nomẽ domini dei. Ex hoc eñ posthac beatus propheta & genealogiæ memoriam facturus est, reiecta memoria Cain, & eorum qui vsq; ad Lamech ab eo descenderunt. Nam quia primatum natura sibi datum, primogenituræ dignitatem inquã, suę voluntatis malicia dehonestarat, & ipse & qui ex eo nati catalogo eij ciũtur. Seth vero quod ei natura negatũ erat, id mentis dexteritate cõsequitur, & in se translatum primogenituræ ius accipit, & quãuis non natura, attamen ob voluntatis intentionẽ ac sententiã etiã qui ex eo nati sunt, in genealogijs recẽsenť. Et sicut hic Enos vocat⁹ est, eo quod inuocauit nomen dñi dei, sic & qui ex eo ducunt originẽ, eandẽ sortiunť appellationem. Et ꝓpterea beatus propheta narrando subsistens, aliud iterum principium fa-

Dcit. Cæterum ne incepta lectione, & nos aliquanto prolixiorem faciamus sermonẽ, hic etiam nos cum beato propheta sermoni finẽ imponemus, sequẽtem interpretationem in alium sermonem reponentes. Iam autẽ de præsenti admonitam charitatem vestram vellẽ, quo ampliorem quendam ex dictis nostris fructum percipiatis, vt quotidie vos examinetis, quid ex hoc sermone, & quid ex alio lucrifeceritis, & nõ solum auribus percipiatis nostra dicta, sed & menti vestræ bene cõmendetis, & quotidiana meditatione memoriã vestram firmetis. Vellem emñ vos non vobis tantum proficere, sed & aliorum fieri magistros, itavt potentes sitis ad admonendum etiam alios, neque hoc verbis duntaxat agere, sed & operib⁹ erudire vicinos ad virtutis correctionẽ. Cogitate oro, quod si vos, qui hic affuistis, quotidie portiunculam tantũ accepissetis ad emendandas affectionum perturbationes, iam ad summum aliquod fastigium peruenissetis. Nam non cessamus quotidianis sermonibus inculcare auribus vestris, quæ ad instituendam optimam vitam attinent, vt eradicentur malii isti affectus, iram dico, inuidiam, & liuorem, quibus sublatis, facilius & insania illa in colligendis pecunijs emendationẽ admitteret, & cessante insania auaritiæ, maiori potentia illicitæ, fœdæq; cogitationes cõprimerentur. Radix emñ omnium malorum est auaritia. Quod si radicem funditus extirpauerimus, facilius ramos licebit amputare
E Arx emñ malorum, & colophon, vt ita dicam, peccatorum est rabies illa colligendarum diuitiarũ, quam si domare voluerimus, nihil vetat, quin simul & hac insania liberemur, & cum hac euellamus & eradicemus omnes pernicios os affectus. Iam ne existimetis magnum aliquid esse, opum contemptum. Quia quum mecum reputo, quod tam multi ob inanem, & inutilem gloriam multa auri talenta effundunt in nullam vtilitatẽ, sed vt a forensibus, & triuialibus homunculis aucupentur nonnũquam nominis celebritatem, quæ ad vesperam finẽ sumit, & sæpe nõ vsq; ad vesperam durat, sed & priusq̃ dies compleatur, innumeris malis circũdatur. Alij autem gentiliũ errore præoccupati, etiam ipsi ad humanam respicientes gloriam, quam maximi faciunt, abiectis simul omnibus, & pallio tantum atq; baculo seruatis, sic omnem vitã conterunt, omnẽ laborem illum, & miseriam ob vani nominis celebritatem amãtes Quum igitur hęc mecum reputo, nescio quam habituri simus vel excusationem, vel veniam, neq; ob mandatum a domino traditum, neq; ob gloriam illam immortalẽ & interminam, vt multis illis digniores simus, non ferentes, quin & deteriores illis reddimur, neq; quantum præcellant, cogitamus. Nam illi ob hominum, qui eiusdẽ naturæ sunt, inutilem gloriam, eo vsq; peruenerunt, nos autẽ propter dominum nostrum, qui suppeditat ea quæ possidemus, & ineffabilibus suis donis cõciliatur, sæpe
F neque parum quiddam inopibus erogare volumus? Et qualibus oculis videbimus in diem, negligentes mandatum eius tam facile? Non emñ adhortor, vt omnia vestra abijciatis. Fruere omni prosperitate, & quum satisfeceris tuo vsui, quæ superua cua tibi, & ociosa iacent, necessariaq; sunt alijs, distribue fame laborantibus, & gelu rigescentibus, & per illorum manus in tuam patriam transmitte, in quam prope diẽ tibi pergendum, vt tibi accipias. Illi emñ plurimum tibi prodesse poterunt ad transuehendas illuc opes, vt quando abieris, omnia illic inuenias bene dispos ita, maioriq; illic fruaris abundantia, videns ea a transuehentibus, imo a miseric ordia dei ira multiplicata. Nullum laborẽ habet id negocij, nullam curã, nullam solicitudinẽ. Ad hęc transuehenda nullo tibi opus est iumento, non custode, neq; vllo alio. Nullus enim latro, vel fur hac via vadit, vt nocere queat, quæ a te mittuntur illuc, sed ea quæ reposueris in egenorum manus, illa in securum promptuariũ, nempe manum dei reposita erunt, quæ inuiolata, & custodita præbebit, quum redieris in patriam. Quin illis

redditis etiam prædicabit laudes tuas, & coronabit, & te in latitudine constituens, securum & felicem faciet. Effundamus ergo precor, reposita in pauperum ventres, & seminemus dum tempus est, vt opportuno tempore & metamus, & ne transmissa A
temporis cõmoditate, posthac fruſtra pœniteamus. Haccine de causa misericors deus plura tibi largitus est, vt in tuum solius vsum impendas quæ dedit, & reliqua in arculis & promptuarijs reconditas, non ea de causa, sed vt iuxta apostolicam admonitionem, abundantia tua aliorum inopiam suppleat. Et tu quidẽ forsitam etiã plus quam opus est, his frueris, in delicijs, vestibus, alioq; luxu, seruis quoq; & brutis argentum diuidens, pauper autem nihil horum a te petit, sed tãtum vt famem mitiges vt quotidianum ei cibum, ac necessarium vsum tribuas, vt viuat & nõ pereat, & neq; vt hoc facias, te accõmodas, neq; cogitas, quod sæpe direptis omnibus, omnia quę collecta sunt, hic relinques, & interim in hostes & inimicos transferuntur, ipse autẽ peccatis omnibus, per quę hęc collegisti, tecum receptis hinc migras. Et quid tunc dices in die illo terribili? Quomodo te excusabis, qui ita negligenter vitam tuam instituisti? Propterea mihi obtempera, & quum adhuc tẽpus habes, opes superuacuas distribue, vt prius illic in tuam reposita habeas salutem, quę vt nobis oremus, concedatur gratia & misericordia domini nostri IESV CHRISTI, cum quo patri simul & sancto spiritui sit gloria, imperium, honor nunc & semper, & in secula seculorum, Amen. B

CAPVT QVINTVM.

HIc est liber generatiõis hominum: quo die fecit deus Adam: iuxta imaginem dei fecit eum: masculũ & feminã fecit eos: & benedixit eos: et appellauit nomẽ eius Adam: quo die fecit eos. Vixit autẽ Adam triginta & trecentos annos: & genuit ſm̃ speciem suam: et ſm̃ imaginem suam: & appellauit nomen eius Seth. Facti autem sunt omnes dies Adam: quos vixit triginta & nongẽti anni: & mortuus est. Vixit autem Seth ducentos & quinq; annis: & genuit Enos. Et vixit Seth: postquam natus est ei Enos: septingentos & septẽ annos: & genuit filios & filias. Et facti sunt omnes dies Seth: nõgenti & duodecim anni: & mortuus est. Et vixit Enos centum nonaginta: & genuit Cainan. Et vixit Enos: postquam natus est ei Cainan quindecim annos: & septingentos: & genuit filios & filias. Et facti sunt omnes dies Enos nongenti & quinq; anni & mortuus est. Et vixit Cainan centum & septuaginta annos et genuit Maleleel. Vixitq; Cainan: postquã natus est ei Maleleel: septingentos & quadraginta annos: & genuit filios & filias. Factiq; sunt omnes dies Cainan nongenti & decem anni: & mortuus est. Et vixit Maleleel centum & seraginta quinq; annos: & genuit Jared. Et vixit Maleleel: postquam natus est ei Jared: septigentos et triginta annos: & genuit filios filiasq; . Et facte sunt omnes dies Maleleel anni octingenti & nonagita quinque: & mortuus est. Et vixit Jared centum & seraginta duos annos: & genuit Enoch. Et vixit Jared: postquã natus est ei Enoch: octingentos annos: & genuit filios & filias. Et facte sunt omnes dies Jared nongenti & seraginta duo anni: & mortuus est. Et vixit Enoch centum seraginta quinq; annos: & genuit Mathusalem. Placuit autem Enoch deo: & vixit Enoch postq; natus est ei Mathusalem: ducentos annos: & genuit filios & filias. Et facti sunt omnes dies Enoch trecenti & seraginta quinq; anni. Et placitus fuit Enoch deo: & nõ inuentus est quoniam transtulit illum deus. Et vixit Mathusalem centum & octoginta septẽ annos: et genuit Lamech. Et vixit Mathusalem: postquam natus est ei Lamech: septingentis octuaginta duobus annis: et genuit filios et filias. Et facte sunt omnes dies Mathusalem: quos vixit: nongenti et seraginta nouẽ anni: et mortuus est. Et vixit Lamech centum et octoginta annis: et genuit filium: et appellauit nomen eius Noe: dicens: Hic requiescere faciet nos ab operibus nostris: et a tristicijs ma- C

nuum nostrarum: et a terra cui maledixit dominus deus. Et vixit Lamech postquã natus est ei Noe quingentis et sexaginta ac quinque annis: et genuit filios et filias: et facti sunt oẽs dies Lamech septingenti septuaginta tres anni: et mortuus est.

HOMILIA. XX.

DIci nequit, charissimi, quam multiplex thesaurus in verbis cõmodum lectis recõditus sit. Et scimus, quod opinantur aliqui nihil amplius dici, quam illorum nominum enumerationẽ & appellationem, spectant enim ad solam superficiem. Ego autem omnes vos obsecro, ne simpliciter ea, quæ in scripturis sacris contenta sunt, transeatis. Nihil emm hic scriptum est, quod non multas sensuum habeat diuitias. Quã doquidem diuino spiritu afflati prophetæ loquuti sunt, ideo vti a spiritu scripta ingentem in se continent thesaurum. Et ne mireris, quod in hac nominum enumeratione, multas latentesq; diuitias sententiarum vobis me ostẽsurum pollicear. Neq; emm vel syllaba, vel apiculus est in sacris literis, in cuius profundo non sit grandis quispiam thesaurus, proinde nobis opus est vt diuina gratia ducamur, & spiritu sancto illustratos eloquia diuina adeamus. Neque opus habet diuina scriptura, humana sapientia vt intelligatur, sed reuelatione spiritus, vt hausto inde vero sensu, magnũ nobis hinc lucrum accrescat. Nam si in scriptis, quæ de secularibus negocijs ab hominibus conficiuntur, sæpeq; tẽpore corrumpuntur, tempore assignato, vel vnam pro œmij syllabam deesse, multum momenti fuerit. Quanto magis hoc in scripturis diuinis a spiritu sancto cõpositis inuenitur, modo sobrij simus, & non temere progrediamur, sed intenta mẽte diligenter omnia consyderemus, & non negligẽtiores simus alijs, qui hoc studio in prophanis vtuntur. Enimuero qui metalla effodiunt, non in superficie manẽt, sed quum valde profunde descenderint, & auri ramenta habere poterint, magno labore, & constantia ea a terra separant, postque multum illum laborem, breuem aliquã laborum inueniunt consolationem. Veruntamen licet hi sciãt, quod vtilitatem percipiant laboribus non respondentẽ, vt potemmorem, & qui sæpe post tot vigilias, & labores, expectatione sua frustrentur, neque sic desistunt, sed spe aluntur, & sensu laboris carent. Quod si illi tantum præ se ferunt studium in corruptilibus, incertis, & noxijs, multo magis addecet, vt nos, vbi diuitiæ auferri nequeunt, & thesaurus absumi non potest, & spenõ aberratur, par vel maius studium adhibeamus, vt hinc alio fructu percepto, desyderata assequi possimꝰ, agnita que ineffabili misericordia dei, gratias agentes domino nostro, eius nobis fauorem concilíemus, & diaboli retibus non illaqueemur. Age ergo prolatis in medium quæ nunc lecta sunt, diligẽter singula perscrutemur, vt solita refocillati doctrina domũ iterum concedatis. Iste est liber generationis hominum die quo fecit deus Adam, scdm imaginem dei fecit eũ masculum & fœminam fecit eos. Et nominauit nomen eorum Adam die quo fecit eos. Attende obsecro prophetæ huius admirabilem sapientiam, imo sancti spiritus doctrinam. Ab eo emm vt sæpe dictum est, afflatus nobis hæc omnia loquitur. Et linguam quidẽ propheta cõmodauit, gratia autẽ spiritus sancti per illã omnia humanum genus manifeste docet. Vide ergo quomodo ad originem sermonẽ reducit, & superiora iterum resumit. Quare & propter quam causam, Quia vidit eos qui tunc erant, magnam præ se ferre ingratitudinem, nec meliores fieri ex his quæ primo parẽti facta, sed in idem malicíæ profundum præcipitari. Nam quum ex illo natus statim concitante inuidia, ad fratricidium ruit, & ideo grauissimam pœnam tulit, sicut superius charitatem vestram docuimus, & posteritas eius nihil ea castigatione profecit, sed peiores facti sunt, sicut audiuistis heri, Lamech suum peccatum suis mulie

Diuina scriptura non opꝰ habet humana sapientia.

ribus enarrantem, pœnamq; aduersus se decernentem, itaq; quia paulatim vidit in crescere maliciam eorum, quasi malum humorē per totum corpus defluentem, sistit maliciæ impetum, & generationes alias quam quæ ex Cain vsq; in Lamech, ne memoria quidem dignatur, sed quasi principium quoddam faciens, & luctum Adæ & Euæ demulcere volens, cui eos iniecerat fratricida, armata contra Abel dextra, sic narrationem exorditur, & inquit, Iste est liber generationis hominum die, quo fecit deus Adam, scđm imaginem dei fecit eum, masculum & fœminam fecit eos. Cōsydera, quō ij sdem verbis vsus fuerit, sicut & in initio, vt doceret nos, quod generatiōes illas quasi reprobas factas, neq; memoria posthac dignatur, sed ex Seth, qui nunc ei natus est, genealogiam orditur, vt & ex hoc discas, quantam deus humani generis rationē habeat, & quomodo eos auersetur, quibus sanguinaria mens est. Nam eorū memoriam, quasi nunq̄ vixissent ita silentio præterit, monstrando nobis, quam graue malū sit peccatum, quod qui agunt, se primum & maxime pessundant. Ecce em̄ illi e catalogo expugnuntur, & eatenus memoriā assecuti sunt, vt infametur eorū malicia, & posterioribus seculis emendationis sint occasio. Atqui iniuste occisus, & fraterna manu interemptus, ex eo tempore vsq; in hoc nostrum, omniū decantatur ore. Et neq; tempus huius memoriā extinxit, neq; illius crimen imminuit, sed & hic quotidie prædicatur, & iste continue infamatur. Vidistis quantū maliciæ damnū, & quantum virtutis robur? Et quomodo malicia etiā si infestet & dominetur, extinguitur tamen & aboletur, virtus autē licet infestetur, & innumera grauia sustineat, ea occasione illustrior fit & clarior. Et liceret quidem hoc etiam ex alijs operibus quæ similiter eueniunt, claritati vestræ ostendere. Sed ne ab instituto nostro digrediamur, age denuo quæ dicta sunt, repetamus. Iste est liber generationis hominū, die quo fecit deus Adam, scđm imaginem dei fecit eū, masculum & fœminam fecit eos. Et appellauit nomen eorum Adam, die quo fecit eos. Vide quomodo iterū narratione superiori cœpta, diuina scriptura nobis commemorat, quantum honorē a conditore sortitutus sit homo. Die quo (inquit) fecit Adam, scđm imaginem dei fecit eū, hoc est, principem eum cōstituit omniū visibilium. Hoc em̄ est, scđm imaginē, scđm rationē dominij & principatus. Nam sicut omnium deus prīcipatū habet super omnia tam visibilia quam inuisibilia, omniūq; conditor & opifex est, sic & quū formauit rationale hoc animal, voluit omniū visibilium præfectura insigne esse. Proinde & animæ substātiam largitus est, volens ip̄m immortale esse & perpetuū, verum vbi per desidiam excidit, & transgressum est mādatum sibi traditum, neq; sic omnino ipsum auersatus est, sed pro sua misericordia, immortalitatē quidem ei ademit, morti autem adiudicatū, ferme ita reliquit, vt primum conditū est. Dein, quum ex illo natus in tātam prorupit insaniā, vt & primus mortis speciē inueheret, violentā illam mortē mōstrando, & magnam ingratitudinem præ se ferret, cædi mēdaciū coniungendo, diuturna castigatione emendari eū voluit, vt nō solum ille lucrū faceret ex his quæ ei contingebant, sed & posteros doceret cōmissorum magnitudinē & sceleris absurditatem. Cæterū quia magna ignauia, & posteri eius paulatim grauius peccabant, volens, vt ita dicam, solari Adamū qui non solum ob suam transgressionē tantum mœrebat, sed & ob flagitiū Cain luctus ei grauissimus erat, eo quod vidit suis oculis (neq; em̄ mortis speciem scierant, tametsi lata erat sententia) & duplex eorū, ac triplex luctus est factus; quia & primū vidit mortem in vitam introductam, & violentē mortē, & a filio perpetratam, & in fratrem eodem patre, eademq; matre natū, & qui in nullo nocuerat. Volēs ergo misericors deus afferre consolationē pro tristibus, alium ei dat filium, Seth videlicet,

D Quo vt eum satis solatus est, ab eo postea generationis initium ducit. Propterea & beatus ꝓpheta sic exorsus est, dicēs. Iste est liber generationis hominū. Deinde vt promisit se narraturum natiuitatem hominum, vide qua consequentia vtitur. Vixit Adam annis centum triginta, & genuit scđm speciem suam, & scđm imaginē suā. Et appellauit nomen eius Seth. Et fuerunt eius anni octingenti, & genuit filios & filias. Et facti sunt omnes dies Adam, anni nongenti triginta & mortuus est. Nō bene dicebā in exordio sermonis nihil esse simpliciter, & absq; vtilitate in sacra scriptura positum? Ecce eñ & nunc quanta diligentia vsus est beatus ille propheta, Genuit inquit, Adam scđm speciem suam, & scđm imaginē suam, & appellauit nomē eius Seth. Quum de priori loqueretur filio, Cain dico, nihil tale assignauit, nimirū iam antea significans eius ad malum ꝓcliuitatem. Et merito, non enim seruat paternos characteres, & mores, sed protinus ad malitiam confugit. Hic autem inquit, scđm speciem & scđm imaginem suam. hoc est eorundem morum quibus ille qui genuerat, & qui seruet paternos characteres, operibusq; paternos mores exprimat, quire-
E parare possit sua virtute peccatū. Neq; enim de corporalibus picturis, & characteribus nobis differēs, hoc dicit, Scđm speciem suam, & scđm imaginem suam, sed de statu animæ, vt discamus, quod hic non erit talis. Ideo & mater nomine imposito filio, cum gratiarum actione hoc nomen indidit, & neq; naturæ, neq; partui ascribit natum puerum, sed dei virtuti. Illa eñ naturam fœcundauit ad partum, & dicit, Cognominauit nomen eius Seth. Excitauit mihi deus semē aliud pro Abel, quem occidit Cain. Vide verbi diligentiam. Non dixit, Dedit mihi deus, sed, excitauit mihi. Vide quomodo obscure nobis hoc verbo resurrectiōis exordia hic ostendit. Nā dicebat, quasi diceret aliquis. Pro eo qui cecidit, excitauit mihi hunc. Ille, inquit, in terram dextra fratris percussus cecidit, & mortis periculum fecit, sed dei virtus prolapso hunc mihi suscitauit. Sed quia nondum tēpus erat resurrectionis, num lapsum suscitauit, an alium pro eo? Suscitauit mihi (inquit) deus semen aliud pro Abel, quē occidit Cain. Vidisti gratitudinē mulieris? Vidisti misericordiam domini? quomodo acceleratam eis consolationem excogitauit? hanc imitemur omnes, & totum su-
Deo tribuenda sunt oia pernæ gratiæ tribuamus. Nam licet natura operetur, non tamen sua virtute, sed præcepto eius, qui eam fecit, obediens operatur. Et nunq̃ doleant mulieres quando nō pariunt, sed gratitudinē mentis præ se ferentes ad naturæ opificem cōfugiant, & ab illo petant, qui naturæ dominus est. Et neq; cohabitantium cōgressui, neq; alteri ali-
F cui filiorum imputent generationē, sed conditori omnium, qui ex nihilo naturā nostram produxit vt esset, & claudicantem corrigere potest. Itaq; & ista ex affectionis occasione, glorificandi deum sumpsit argumentum, & domino totū tribuit, dicēs, Excitauit mihi deus semen aliud pro Abel, quē occidit Cain. Vides quomodo non solum non grauatim tulit, neq; triste aliquid loquuta est? Non enim intermisisset diuina scriptura, si quidē tale quiddam ab ea dictū foret. Verum generose ferens quod fiebat, consolationem statim meretur, & maiorem gratitudinem præ se fert. Nā datur ei non solum filius alius, sed & virtute præditū fore, antea ostenditur. Genuit eñ (inquit) scđm speciem suam, & scđm imaginem suam. Et vt statim discas nati virtutem, vide quia & ipse statim per appellationē sui nati ostendit suæ mentis pietatem. Et Setho (inquit) factus est filius, & appellauit nomen eius Enos, hic sperauit, inuocando nomen domini dei. Vidisti appellationem diademate clariorem, purpura nobiliorem? Quid fuerit illo beatius, qui inuocatione dei ornatur, idq; ꝓ nomine possidet? Vides quomodo, id quod ab initio dicebam, & in paruis appellationibus magnas sententiarum diuitias reconditas esse? Non solum enim hic parentum mōstra

turpietas,ſed & magna erga pueros diligentia. Et quomodo ſuperius, & a principio erudiebant pueros, qui eis naſcebantur, admonentes appellationibus, quas eis impoſuerant, vt virtutem exercerent? Et non ſicut nunc fortuito, & abſq; cauſa nomina fiunt. Dicunt enim, iuxta nomen aui vel abaui nominetur puer, at priſci non ita, ſed omnem operā adhibebant, vt talibus natis imponerent nomina, quæ non ſolum illos, qui nomina ſortiebantur, in virtutes adducerent, ſed & alios omnes etiam qui ſequentibus ſeculis futuri ſunt nullam non ſapientiā docerent. Id quod ſciemus, ſi ſermo aliquanto amplius proceſſerit. Igitur nos neq; vulgaria nomina pueris indamus neq; auorum & abauorum, & eorum qui genere clari fuerūt nomina tribuamus, ſed ſanctorum virorum qui virtutibus fulſerunt, plurimamq; erga deum habuerūt fiduciam. Imo neq; horum nominibus fidant, vel parentes, vel pueri quibus talia nomina contingunt. Nihil enim prodeſt alicui vocabulum, quo virtus non cōmendatur ſed habenda eſt ſalutis expectatio in omni virtutis operatione. Et neq; in appellatione ſublime ſaperæ, neq; in cognatione ſanctorum virorum, neq; in aliquo, ſed in fiducia bonorum operum, imo neq; in illis multum de ſe ſentire, ſed tunc magis humilem, & modeſtum eſſe oportet, quum magnas virtutum diuitias cōgerere poſſumus ſic enim & ipſi collectas diuitias cuſtodiemus, & gratiam dei nobis conciliabimus. Enimuero propter hoc & CHRISTVS diſcipulis ſuis dicebat, Quum omnia feceritis, dicite. Inutiles ſerui ſumus Igitur in omnibus inflationes, & faſtus noſtros humiliemus, & diſcamus modeſti eſſe, & non extolli in bonis operibus, & ſcire maximam virtutū eſſe, in bonis operibus modeſte & humiliter ſe habere. Porro ad cōtextum ſermonis redeamus, & videamus eos qui poſtea nati ſunt. Probabile eñ fuerit, quod paulatim procedendo maiores inueniamus theſauros & diuitias. Et vixit Enos ille Sethi filius annos nonaginta cētum, & genuit Cainan, & Cainan genuit Maleleel, & Maleleel genuit Iared, & Iared genuit Enoch. Et vixit Enoch annis centum ſexagintaquinq;, & genuit Mathuſala. Placuit autem Enoch deo. Et vixit Enoch poſtq̄ genuit Mathuſala annis ducentis, & genuit filios & filias. Et fuerunt dies Enoch trecenti ſexagintaquinque. Et placuit Enoch deo, & non inuentus eſt quia tranſtulit eum deus. Non bene dicebam, quod procedēdo magnum theſaurū in illis nominibus inuenturi ſimus. Animaduerte enim obſecro hic dilecte, & iuſti virtutem, & dei bonitatem eminentem, & ſcripturæ diligētiam. Et vixit Enoch annis centum ſexagintaquinque, & genuit Mathuſala. Et placuit Enoch deo, poſtquā genuit Mathuſala. Audiant viri & mulieres, & diſcant iuſti virtutē. Nec putent nuptias in cauſa eſſe, quo minus quis deo placeat. Nam idcirco diuina ſcriptura ſemel & iterum aſſignauit, dicens, genuit Mathuſala, & tunc placuit. Et idem ingeminat ac repetit, dicens, Et placuit, poſtquam genuit, vt ne quis arbitretur obſtaculum virtutis eſſe coniugium. Quia ſi ſobrij ſumus, neq; educatio, neq; cōiugium, neq; aliud quid nobis oberit, quo minus placeamus deo. Ecce enim & hic eiuſdem naturæ eſt, cuius & nos ſumus. & neq; lex tradita erat, neq; ſcripturæ docebāt, neq; aliud quiddam ad honeſtatis ſapientiæq; ſtudium impellebat. Domi ſibi natū eſt, & ex voluntate profectum, quod deo placuit, vt vſq; hodie ſibi ſufficiat, ne vſq; nūc mortis guſtum experiatur. Nam ſi nuptiæ, dilecti, vel puerorum educatio, præpedimētum forent in virtutum itinere, nequaquam in hanc noſtrā vitam nuptias introduxiſſet vniuerſorum dominus, vt ne tēporalibus, & maxime neceſſarijs nos læderet. Sed quia non ſolum nihil nobis obſtat ad philoſophādum deo, ſi voluerimus eſſe ſobrij, ſed & magnam affert conſolationem, dum comprimit inſanum naturæ impetum, nec turbari quaſi mare ſinit, ſed efficit vt ſcapha feliciter in portum appellat, & ideo con

A

De ſpoſitione nominum.

B

C

Nuptiæ non obſtāt philoſophanti.

D solationem hanc humano generi tribuit. Quod quam verum sit, ostendit iustus ille, Quia postquam (inquit) genuit Mathusala, placuit deo Enoch. Neq; paruo tẽpore in virtutum meditatione perseuerauit, sed dimisit annis ducentis. Et quia post transgressionem Adæ inuentus est homo, qui ad virtutũ culmen ascenderet, & primi parentis peccatũ reuocaret, ob suam quam apud deum habebat gratiam, videboni dei excellentem misericordiam. Nam quia inuenit aliquem, qui potuit peccatum Adæ reuocare, mõstrando re ipsa, quia non volens mortẽ humano generi inuehere, propter mandati transgressionem, eum qui mãdatum acceperat condẽnauerit, nunc viuentem hunc transfert. Et placuit, inquit, Enoch deo, & non inuentus est, eo quod transtulit eum deus. Vides sapientiam domini? Non immortalitatẽ largitus est, vt peccãdi metum eneruaret, sed morti in humanum genus suum ius reliquit. Propter hoc iterum obscure, vt ita dicam, & latenter reuocare vult sententiam, quam contra Adam protulit, sed manifestum hoc non facit, vt timor eius emẽdationi seruiat. Et idcirco Enoch, quum sibi multum placeret, trãstulit. Iam si quis curiosius rogare velit & dicere, & quo ipsum transtulit, & num vsq; ad præsens vixerit, discat, non con
E uenire humanis mentibus curiosius ea quę a deo fiunt explorare, sed credere his quę dicuntur. Nam quando deus aliquid pronunciat, dictis eius contradicendum non est, sed digniora habenda sunt quæ a deo pronunciantur, etiam si oculis nostris non videantur. Enimuero scriptura dixit, quod transtulit eum, & quod viuẽtem transtulit, nec mortem expertus sit, sed ob suum quẽ apud deum habebat fauorẽ, superior factus sit diuina sententia, contra humanũ genus prolata. Quo autem eum trãstulerit, & quomodo nunc agat, hoc non adiecit. Vidisti bonitatem domini, quomodo inuentum virum, qui virtutem operatus est, nõ fraudauit dignitate, quam protoplasto ante mandati transgressionem largitus erat, docens nos, quod & illũ, nisi dæmonis deceptionẽ maioris fecisset quam traditum mandatum, eodem vel maiori honore dignatus fuisset. Et vixit Mathusala annos centum & octogintaseptẽ, & genuit Lamech, & vixit Lamech annos centum octoginta, & genuit filium, & appellauit nomen eius Noe, dicens, Hic debet nobis quietem præstare a laboribus nostris, & a molestijs manuum nostrarum, & a terra quam maledixit dominus deus. Vide ite
Rarum rum per nominationẽ nunc nati ex Lamech sacramentorum magnitudinẽ & vaticinij excellentiam. & boni dei ineffabilem misericordiam. Quoniam enim pscien
F tia sua præuidebat futura, vt vidit malitiam hominum in dies magis atq; magis increscere, prædicit per appellationẽ pueri mala, quæ totum humanum genus deprehensura essent, vt vel timore castigati, abarcerentur a vitijs, & emplexarentur virtutem. Et vide longanimitatem domini, facientis vt ante tantum tempus vaticinium præcedat, vt & suam ostenderet misericordiã, & omni priuaret defensione eos qui pœnę futuri erant obnoxij. Sed forte quis dixerit, Vnde Lamech hoc habuit, vt tãtum vaticinium prędiceret, non emm meminit scriptura, quod multa virtute claruerit admirabilis. Ne mireris dilecte. Dominus emm noster sapiẽs & omnipotens, & per indignos sæpe concedit prædici magnas mirabilesq; res, id quod non in veteri solũ sed & in nouo videre quis poterit. Audi emm Euangelistam de Caipha Iudæorũ põtifice dicentẽ, Hoc autem a semetipso non dixit, sed quum esset pontifex anni illius prædixit quod moriturus esset IESVS non solum pro populo, sed vt gẽtes dispersas cõgregaret in vnum. Inuenies item & a Balaam tale quid factum, vocatus enim vt malediceret populum, non solum non maledixit, sed & prædixit multas miraq; res, tam de aduentu saluatoris nostri, quam de populo. Non igitur mireris, si etiam nunc ita puerũ appellarit, sed deo totum tribue, qui per omnipotentẽ suam sapiẽtiã

omnia miniſtrat. Et vocauit nomen eius Noe. Apud nos hoc nomen, ſi quis interpretetur, quietem dicit. Quietem autem vocat generalem illum interitum poſt multos annos futurum. Sicut & Iob dicit, Mors viro quies. Quoniamvalde magnus labor eſt malitiæ. Abolitionem & ſublationem per diluuium ferendam, quietem vocat. Et vocauit nomen eius Noe. Conſequenter appellationem nominis interpretatur, & dicit. Hic vti q; quietem nobis prę ſtabit ab operibus noſtris, a malicia, inquit, deſiſtere faciet, & a moleſtijs manuum noſtrarum, & iterum hoc ipſum ab operibus, inquit, malis, non quod manus male habuerint, ſed quia per earũ opera & malas actiones, moleſtiæ & triſticiæ auctæ ſint. Et a terra, quam maledixit dominus deus. Liberabit nos (inquit) ab omnibus malis prementibus. Et terram maledictã dicit, q̃ cũ labore exercetur & colitur ꝓpter protoplaſti tranſgreſſionẽ. Hic obſecro animaduertite dilecti, quomodo puellus iſte paulatim creſcens, omnibus eũ videntibus diſcendi occaſio fuit. Nã mox vt quis nomen pueri ſciſcitatus eſt, ex interpretatione vocabuli didicit euenturum generalem interitum. Si quis diuino ſpiritu afflatus ſimpliciter hoc futurum dixiſſet, & ſtatim fuiſſet obliuioni traditum, & grauitas pœnæ non fuiſſet tota cognita. Nunc autem quia hic ante omnium verſatur oculos, tempeſtiue, & intempeſtiue diuinam commemorat indignationem. Porro vt certo ſciamus, quanto tempore vixit filius, ſuo nomine omnes admonuit, vt deſiſtant & a peccato, & virtutem amplexentur, quo iram hanc effugere valeant. Dicit Et erat Noe annorum quingentorum, & genuit tres filios. Vide iterum alium iuſtũ cumvxore & filijs, qui bene operando placuit deo, & diſplicẽtem omnibus virtutis viam elegit, & neque nuptijs neque filiorum educatione prohibitus eſt. Porro obſtupeſcenda eſt ineffabilis miſericordia dei & prodigioſa hominum, qui tunc erant, ingratitudo. Ecce enim quingentis annis vixerat iuſtus ille, clamans & teſtificans ſuo nomine, futurum per vniuerſum orbem diluuium ob nimias hominũ malicias, & neque ſic a malicia abſtinere voluerunt. At miſericors deus neque poſt tantumvaticinium, neque poſt tot annorum numerum pœnam inducit, ſed denuo ſuam actu rus longanimitatem, & alios non paucos annos ſuæ tolerantiæ adiungit. Nequæ enim ideo produxit humanum genus, vt puniret, ſed plane e diuerſo, vt donaret nobis innumera bona, quibus frueremur. Et propterea eum vbique vides ceſſantem, & moras nectentem in pœnis infligendis. Veruntamen ne dictorum multitudine memoriam veſtram obruamus, hic ſermone miſſum facto, cætera vſque in craſtinum reponamus. Hoc autem charitatem veſtram rogauerimus, ne ſimpliciter & inconſyderanter hæc audiatis, ſed erudite vos ipſos. & virtutum curam agite, & maximo loco habueritis, deo bene placere. Et neque domus gubernationem, neque vxoris curam, neque filiorum diligentiam, neque aliud quiddam prætexamus, quod putemus ſatis eſſe ad excuſandam noſtram negligentem deſidemque vitam. Neque frigida illa verba proferamus & dicamus. Mundanus ſum, & mulierẽ habeo, & puerorum curam gero, qui multis mos eſt, vt ita dicant, ſi quando eos rogamus, vt ad virtutum labores ingrediantur, vel ſtudium adhibeant in ſacris literis legendis. Nõ eſt hoc meum, dicit. Nunquid renunciaui ſeculo? Nunquid monachus ſum? Quid dicis homo? An hoc ad ſolos monachos pertinet vt bene deo placeãt? Omnes homines vult ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, nullumque virtutem negligere. Audi enim eum per ꝓphetam dicẽtem. Nolo mortem peccatoris, ſed vt conuertatur & viuat. Nũquid, dic oro, iuſto huic vxoris conſuetudo, vel puerorũ cura fuit obſtaculo? Oro igitur ne noſmetipſos fallamus, ſed quanto magis huiuſcemodi curis ĩplicamur, tãto magis remedia ex lectiõe diuinarũ ſcripturarũ ſuſcipiam⁹ nõ

A B C

D ne & illi eiusdem, cuius nos sumus, fuerunt naturæ, & neq; has habuerunt commoditates, quæ ad operandum virtutes eos iuuabant. Qua ergo fuerimus venia digni, qui tali fruimur doctrina, & tantam gratiam assequuti sumus, & superne subsidium habemus, & ineffabilium illorum bonorum promissionem accepimus, si nō ad mē suram virtutum peruenimus, quibus patres pollebant? Nam si voluerimus sobrij esse, sufficiunt vel ea quæ hodie dicta sunt, ad virtutis amorem nos excitare, ne vllum putemus ad eius viam esse impedimentum. Nam si hi, qui ante legem, a doctrina naturæ eorum insita, ad tantam pertigeruntvirtutem, quid nos poterimus dicere, qui post tantum adminiculum, & post Christi aduentum, & innumera eius miracula, adhuc tam procul a virtute sumus? Proinde obsecro, ne ad ea quæ in sacris scripturis contenta, simpliciter ingrediamur, sed cum attentione legamus, vt ex eis percepta vtilitate, vel saltem tarde aliquando virtutem, quam deus probat, in manus accipere valeamus. Nam si spiritualem hanc doctrinam etiam nos quotidie vobis clamaturi sumus, vosq; in eadem manetis ignauia, quę vestra erit vtilitas ex continua doctrina? An nobis solatio erit, quum videmus vos in tantum laborare frustra, & nihil proficere tanto studio? Dic mihi. Nonne ex duabus substantijs cōstituti sumus, ex anima dico & corpore? Quare non parem vtriq; curam dispēsamus? sed corpus quiE dem omnibus modis curatur, & accersuntur medici, & nos quoq; diligētes sumus Vestitu precioso tegimur, & cibum supra quam satest, sumimus, & in cōtinua prosperitate esse volumus, & si forte quid obturbet, omnem mouemus machinā, vt meror emendetur. Et hoc de corpore dico, quod scīm substantiam minus est, aut quid maius, anima ne an corpus? Nam si vis videre diuersitatē, vide, quia nullius momenti est corpus, si anima a corpore discesserit. Igitur qui tantam habet corporis curam, cuius gratia & propter quid tantum animæ contēptum admittit, & neq; congruum ei cibum impartitur? admonitionem dico ex sacris scripturis. Neq; vulneribus & vlceribus quæ eius robur debilitant, & fiduciam subneruantidonea remedia apponit, sed fertur despecta & fame corrumpatur, & ab vlceribus putrefiat, & obiecta quasi canibus, liceat sic dicere, a malis & illicitis cogitationibus dilaceretur, omnisq; firmitas dissoluatur. Quare non, sicut visibilis corporis gerimus curam, ita & animæ? quæ incorporea & inuisibilis, præsertim quum cura eius leuis sit & facilis, & nihil insumatur, neq; laboretur, quum tamen in corpore curando, & sanandis morbis corporum necesse sit magnam pecuniam impendere, nunc in medicos, nunc in alia necessaria, vt pote in vestes & alimenta, & nondū dico de his quæ præter necessarium vsum luxu absumuntur, anima autē nullo horū indigeat? Sed, si volueris, sicut quoF tidie corpori cibū suppeditas, ita & animā nō despicere, vt ne fame pereat, sed dare ei congruū cibum, admonitionem videlicet ex lectione scripturarum, & spiritualis adhortationis. Non enim in pane, dicit, solū viuet homo, sed in omni verbo quod egreditur per os dei. Et si hoc feceris, & sicut corpori varia præbes indumēta, & rationem habes temporū. similiter neq; animā despicito, vt ne nuda a bonis operibus obambulet, sed decentibus illam vestibus indue, statim eam reparabis, & ad naturalem sanitatem reduces. Et quę sunt animę indumenta? eleemosyna & largitas ī pauperes, hoc eīn maximū animæ vestimentū est, hoc & clarum eius vestimentū. Si autem vis nō solum vestimēta parare, sed eam ornare etiā, sicut corpus solet, appone adiutorium quod ex precibus est, & peccatorum confessi onem, & continuis lachrymis faciem tuam lauare ne cesses. Nam sicut faciē corporis tui quotidie abluis ne qua forte macula faciei inhęrens fœda appareat, sic & animæ curam habe quotidie lachrymis eam abluens calidis. Hac enim aqua maculæ deponuntur, fitq; fa-

cíes admodum luculenta. Et quia mulieres pleræq; ob mollíciem, apoſtolícum mã
datum contẽnentes, quod iubet ne tortís crínibus, vel auro vel margarítis, vel veſte A
ſumptuoſa ſe ornẽt, magno hoc luxu faciunt, neq; mulíeres tantũ, ſed & víri quicũ-
q; molles vilibus mulierculís ſímiles fiunt, annulos digítis geſtant, & magnís grauí
buſq; lapidíbus ſe ornant, de quíbus erubeſcere oportebat. Ita ne cõparere audes?
Igítur illí & víri & mulíeres, ſi meís parerent ſermonibus, aurea hæc & víris & mulíe
ribus damnoſa, ín ornatum animæ redígerent, & íſtis íllam adornarent. Nam ſicut
corpori círcumpoſita etiã ſi formoſum íllud ſit, ípſum tamẽ deforme reddunt/ ita ſi
animę círcũponantur, etíam deformí ſummã pulchritudinẽ afferrent. Et quomo-
do, dícis, poſſunt animæ círcũponí aureæ? iterum dico per manus pauperum. Illí eñ
accípientes, formoſam eam faciunt. Illis trade & aurum ín eorum ventrem díſpen-
ſato, tantamq; tibi vicíſſim dabũt pulchritudinẽ, vt verus ille ſpõſus te ſibí accípiat,
multaq; dona propter hoc concedat, Quod ſi pulchritudíne ſponſum dominum al
lexeris/ ſuppeditabuntur tíbí bona oñia, & ineffabílí poſſeſſione abundabís. Vtigí
tur amabiles ſimus domíno, íam non ad ornatũ corporis ſpectemus, ſed animę for
moſitatem quotídie magna dílígentía curemus, vt & gratíam míſẽrícordís dei no-
bís concíliemus, & ineffabília bona cõſequamur, gratía & míſericordía domíní no
ſtrí Ieſu Chriſtí, cum quo patrí, ſimul & ſpíritui ſancto gloria, ímperiũ, honor, nũc B
& ſemper, & ín ſecula ſeculorum. Amen.

CAPVT SEXTVM.

ET fuit Noe annorũ quingentorũ: et genuit tres filios. Sem: Cham:
Japhet. Et factum eſt quando ceperunt homines multi fieri ſuper
terram: et nate ſunt eis filie. Vt autem viderunt filij dei filias homi-
num: quod pulchre eſſent: acceperunt ſibiipſis vxores ex omnibus:
quas elegerant. Et dixit dominus deus. Non vtiquam permanet ſpi-
ritus meus in hominibus illis: eo quod ipſi ſunt carnes: erunt autẽ
dies eorum centum viginti anni. Gigantes autem erant ſuper terrã
in diebus illis. Et poſtquam ingreſſi ſunt filij dei ad filias hominum et genuerunt ſi-
bi illi fuerunt gigantes: qui a ſeculo homines famigerati. Vt autem vidit dominus
deus: quod multiplicate ſunt malicie hominum ſuper terram: et vnuſquiſq; cogitat
in corde ſuo diligenter ad mala omnibus diebus: et retractauit animo deus: quod
fecit hominem ſuper terram: et cogitauit: ac dixit deus. Delebo hominem: quem fe-
ci a facie terre. ab homine vſq; ad pecus: et a reptilibus vſq; ad volatilia celi: quoniã
penitentia ductus ſum: quod feci eum. Noe autem inuenit gratiam coram domino
deo. Iſte autem ſunt generationes Noe. Noe homo iuſtus: cum eſſet perfectus in
generatione ſua: deo placuit Noe. Genuit autẽ Noe tres filios. Sem. Cham. Ja-
phet. Corrupta autem eſt terra coram deo: et impleta eſt terra iniuſticia. Et vidit do
minus deus terram: et erat corrupta: quoniam corruperat omnis caro viam ſuã ſu-
per terram. Et dixit deus ad Noe. Tempus omnis hominis venit coram me: quo-
niam impleta eſt terra iniuſticia ab eis: et ecce ego corrumpam eos a terra: tu autem
fac tibi arcam de lignis quadratis: mdos facies in ea: et glutinabis eam intus et fo
ris glutino. Et ſic facies arcam: trecentis cubitis longitudinem arce: et quingentis
cubitis latitudinem: et triginta cubitis altitudinem eius. Contrahens facies ar-
cam: et in cubitum perficies eam in ſummo. Januam vero arce facies a latere:
inferiora eius bicamerata: et tricamerata facies. Ego autem inducam diluuium
aque ſuper terram: vt corrumpat omnem carnem: in qua eſt ſpiritus vite: que
ſub celo: et quecunque fuerint ſuper terram conſumentur. Et ſtatuam teſta-
mentum meum apud te. Ingredieris autem in arcam tu: et filij tui: et vxor tua:

D et vxores filiorum tuorum tecum: et de omnibus pecoribus: et de omnibus reptilibus: et de omnibus bestijs: et de omni carne bina duces in arcam: vt pascas tecum masculus et femina erunt de omnibus volatilibus celi secundum genus: et de omnibus pecoribus secũdum genus: et de omnibus reptilibus repentibus super terram secundum genus suum: bina ex omnibus ingredientur ad te: vt pascantur tecũ masculus et femina. Tu autẽ tecum accipias de omnibus edulijs que comederis: et congregabis apud teipsum. et erunt tibi et illis in cibum. Et fecit Noe omnia: quecunq; precepit ei dominus deus: sic fecit.

HOMILIA. XXI.

RElíquias hesternæ mensę vobis hodie proponere volo. Sed ne ægre feras dilecte, quod relíquias dico. In sensibilibus quidẽ alimentis ita se habet, vt post vnũ & alterum diẽ marcida fiant edulia, & ad pascendum inutília. In spirituali vero mẽsa nihil talevereri oportet, ipsa eñ quanto plus temporis præterit, tanto maiorem gratiã habet, & recẽtior atq; vegetior est. Age igitur promissionem, quã heri pollicíti sumus, impleamus, & debitũ doctrinę cum gratitudine aliqua dinumeremus. Nõ eñ hoc vtile est accipientibus dumtaxat, vt in alijs debitis, sed & mihi dinumeranti. Et quid dico, mihi dinumeranti? Talis est spiritualis debiti natura quod quanto magis
E soluitur, tanto magis augetur, & substantiã magis multiplicat & ineffabiles diuitias affert tam danti, quam accipiẽti. Vidisti nouã debiti naturam, & rarã solutionis speciem? In hunc enim modum se habent spiritualia, vt distributione magis crescant, & cum multi sunt participes, vberior sit abundantia, & qui dinumerauit, nõ sentiat se aliquid dinumerasse, quandoquidem eius opes crescunt, & qui acceperunt, etiam ipsi abundantiores fiunt. Quia igitur talis est spiritualium istorũ natura, magna alacritate etiam nos ad solutionem festinemus, & vos ad suscipiendum aures accomodetis, vt omnes quũ sumpseritis latis animi sinibus q̃ a nobis dicũtur, tandẽ domũ proficiscamini. Iterũ autẽ argumẽtum de iusto Noe in mediũ afferre volo, vt iusti magnã virtutẽ, & ineffabilẽ dei misericordiã & lõganimitatẽ, quæ omnẽ animi captum trãscendit, discatis. Didicistis heri, quomodo a natiuitate sua iustus ille acceptoa patre nomine: obambulabat omnibus qui tunc erant doctor calamitatũ, quasi clamans & dicens per nomen suum. Desistite a malo, operemini virtutem, timete præparatam pœnam. Cõmune diluuiũ in toto orbe erit. Magna & excellens dei indignatio est, quia & magna ad maliciam procliuitas. Et hoc non duobus vel tribus tantum annis faciebat, sed quingentos annos vixit, hæc admonens. Vidistis longanimitatem domini? vidistis bonitatis excellentiam? vidistis ineffabilẽ patientiã? vidistis malicię incrementa? vidistis ingratitudinis magnitudinẽ? Hucusq; enim, vt
F scitis, heri sermo noster processit, operæprecium vt hodie discamus, quomodo misericors deus pro sua bonitate, neq; quingentis annis ad tolerantiam contentus fuit sed addidit annos alios ad superiores eis qui tantũ peccauerãt. Et erat Noę, inquit, quingentorum annorum. Ad vtilitatẽ nostram diuina scriptura numerũ annorum iusti assignauit, vt discamus, quanto tempore vixerit, admonens eos, & quomõ illi quidem malicię viam sectati, in ea consumpti sunt. Iustus autem secus quã alij ambulans, tam magna virtute polluit, vt & sibi dei gratiam concíliaret, & cum omnes alij pœnis obnoxij fierent, ipse solus cum his qui sibi attinebant, effugeret. Hic discimus, quod si sobrij fuerimus & non desides, nõ solũ nihil nobis nocet, inter medios malos versari, & misceri, sed & multo nos facit virtutum studiosiores. Nã ideo misericors deus sic dispẽsauit, vt simul essent boni & mali, quo malorum subneruaretur malicia, bonorum q; virtus clarius eluceret, & desides a studiosis pluríma cõ-

moda lucrifacerent, modo velint. Cogita hic obsecro, quantæ virtutis fuerit ille iustus, quomodo in tanta multitudine, quæ multo impetu in malum ruebat, solus ipse diuersa ambulauit via, virtutem malitiæ præferens. Neq; enim aliorum consensus, & tanta frequentia reddebat eum segniorē ad virtutis iter, sed iam prius implebat quod beatus Moyses olim dicturus erat, Ne sis cum multis in malicia. Et quod magis admirabile, multos habebat, imo omnes, qui ad malum & ad praua opera inhortabantur, & nullus erat qui ad bonum induceret. Tam domestica illi erat strenuitas vt viam diuersam a vulgari, quam omnis multitudo inambulabat, iret, & neq; timeret, neq; suspicaretur aliquid tale, quale verisimile est ignauis accidere, qui si quādo viderint multos simul conspirare, hoc velamen & hanc occasionē suæ ignauiæ prętexunt, ac dicūt. Quid ego nouum & singulare post illos omnes facturus essem ad uersarius tantæ multitudinis, & cum tanto populo bellum suscepturus? Nunquid illis omnibus ego admirabilior essem? Quæ vtilitas foret tātarū inimicitiarū? Quod commodum tāti odij? Nihil talium cogitabat, neq; in animū sumebat. Sed & hoc quod postea a propheta dictum, prius ipse implebat. Melior est vnus faciēs volūtatem domini, quam innumeri præuaricatores, Nū societas, inquit, multitudinis ad malum ruentis, & simul rapientis, a cruciatu me eripiet? Sciebat enim, sciebat liquido quod pro sua quiq; salute rationem reddituri sunt, neq; vnquā fiet quod alio peccante alius pœnam sustinebit vel retributionē sortiatur. Et idcirco iustus, quasi scintilla, quæ in medio mari est, non solum non extinctus est, sed quotidie fulgidiori luce prodibat, omnes suis operibus docens. Vidisti, quomodo sui iuris naturā nostrā dominus formauit? Vnde enim dic oro? illi ad malitiā properabant, & seipsos pœnis faciebant obnoxios / iste autem virtutem eligebat, & fugiens eorū societatē, pœnam non gustauit? Non manifestum, sua quemuis voluntate vel malitiam vel virtutem eligere. Nam nisi ita esset, neq; in natura nostra essent quæ ad substantiam eius pertinent, neq; illos punire oportebat, neq; istos virtutū retributiones accipere. Verum quia in nostra voluntate totum post gratiā dei relictum est, ideo & peccātibus supplicia proposita sunt, & bene operantibus retributiones. Et erat, inquit, Noe annorum quingentorum, & genuit tres filios, Sem Cham & Iaphet. Consydera diuinæ scripturæ diligentiam. Postquam numerum annorum iusti nobis narrauit, monstrans excellentem domini longanimitatem, iterum tolerantiam eius auctissimam & malitiam hominum propensissimam declarare vult. Sed audiamus, quę a Moyse dicta sunt, spiritu enim loquēs, omnia nos diligenter docet. Et factum est (inqt) quando cœperūt homines multiplicari super terram, & filiæ natæ sunt eis. Nō absq; ratione addidit. Et filiæ natæ sunt eis, sed vt multitudinem sic insinuet. Nā vbi tāta radicū est multitudo, necesse est etiā multos ramos enasci. Vt viderunt (inquit) filij dei filias hominū, quod pulchrę essent, sumpserūt sibi vxores ex omnibus quas elegerant. Singulas dictiones diligenter consyderemus, ne quid in fundo latēs nos prætexerat. Operæpreciū eñ bene scrutari hoc loco, vt subuertamus fabulas omnia inconsyderate loquentium. Et primum dicenda ea quæ dicere audent, & monstrata eorū, q̄ ab illis dicūtur, absurditate, germanq; quoq; scripturę sensus vestrę charitati aperiēdus est, vt ne simpliciter & facile aures accōmodetis tā blasphema dicētibus, & aduersū capita sua blatterare audētibus. Asserūt eñ, qđ nō de hoibus hoc dictū sit, sed de angelis. Hos eñ filios dei appellauit. Primū ostēdāt, vbi angeli filij dei appellati sint, sed nō poterūt vsquā mōstrare. Homines quidē filij dei dicti sunt angeli autē nunq̄. Atq; de angelis dicit. Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos flammā ignis, de hoibus autē. Ego dixi dij estis. Et iterū. Filios genui, & ex-

D altaui. Et iterum. Primogenitus meus filius israel. Angelus autem nusquã vocatus est filius dei. Cæterum quid dicunt? Profecto angeli quidẽ sunt, sed quia ad iniquũ hoc opus descenderunt, dignitate sua exciderunt. Iterum fabulosius aliud, quod igitur? Nunc exciderunt, & hæc ruinæ eorũ causa. Verum scriptura nos aliter docet, quod antequam formaretur protoplastus, a sua dignitate exciderunt & diabolus & qui cum eo maiorem dignitatem ambiebant. Sicut & sapiens quidam inquit. Inuidia autem diaboli mors intrauit in mundum. Dic oro mihi, si non ante factum hominem excidit, quomodo in tanta dignitate manẽs, inuidit homini? Quomodo rationi consonum est, angelum incorporeum, & in tali dignitate constitutum, homini inuidere corpore circumamicto? Sed inuidit, quia a superna gloria in extremam ignominiam deiectus est / licet esset incorporeus, videns tamen formatum hominẽ & in corpore tantum honorem conditoris beneuolentia sortitum, inuidia exarsit & deceptione, ad quam serpentis opera vsus est, hominem mortis supplicio obnoxiũ fecit. Talis enim malicia non potest non grauiter ferre aliorum felicitatem. Manifestum quod & diabolus & omnis eius cohors olim a gloria illa exciderũt, & ignomi
E niosi facti erant. Alias item quanta dementia plenũ fuerit, dicere, angelos deiectos, vt cum mulieribus rem habeãt, & incorporea illa natura copuletur corporibus? An non audis dominum dicentem de angelorum substantia. In resurrectione neq; matrimonium contrahunt, neq; elocantur, sed sunt sicut angeli dei? Neq; enim possibile est, incorpoream naturam, talem vnquã cõcupiscentiam habere. Ad hæc etiam cogitare oportet, quod hoc omnibus modis absurdissimum fuerit probare. Nam si sancti & qui spiritum sanctum assequuti sunt, neq; visionem angelorum videre potuerunt / enimuero vir desyderiorum ferme animã expirasset conspecta angeli præsentia non substantia / quo pacto enim videri posset incorporalis substantia? sed parum aberat quin & animam relinqueret, defectis viribus. Ita tantus ac talis vir pene absq; spiritu iacebat. Quis etiam valde insanus comprobaret talia verba dementiæ plena, quod incorporea & spiritualis natura corporis cõplexum ferret? Sed ne pluribus terere tẽpus videamur, age quia sufficientibus argumentis charitati vestræ declarauimus, quam sit hoc impossibile, doceamus nunc quæ rei sit veritas, iterum tamen lectis, quæ in diuina scriptura sunt dicta. Et factum est (inquit) quando cœpe
F runt homines multiplicari super terram, & filiæ natæ sunt eis, vt viderunt filij dei filias hominũ. quod pulchræ essent, sumpserũt sibimetipsis vxores de omnibus quas elegerant. Prius docuimus vos, morem esse scripturæ, vt homines filios dei vocet. Et quia isti a Setho originem trahebant, qui filio suo nomen Enos indidit, dicit eñ Iste sperauit inuocando nomen domini dei, ab illo postea nati vocati sunt filij dei in diuinis scripturis, eo quod parentes eorum illius virtutem imitati sunt. Filios autem Cain & qui ex eo nati, & qui ante Seth geniti fuerunt, filios hominũ vocat. Factũ est (inqt) quũ cœperũt hoĩes multiplicari sup terrã, & filię natę sunt eis, vt viderũt filij dei, q a Seth & ab Enos ꝓgeniti, filias hoĩm illas q̃ ab alijs nati sunt, de qb⁹ dixit, qđ filię natę sint eis, & qđ pulchrę essent. Vide quõ per verbũ hoc, omnẽ nobis eorum intẽperantiã insinuat. Nõ eñ ob desyderium ꝓcreandorũ filiorũ cõueniebant, sed ob voluptatẽ & intẽperãtiã. Vt viderũt (inqt filias hoĩm, qđ pulchræ essent, Cõcupiscẽtia eos in hãc induxit perniciẽ, pulchritudo aspectus, & scortatiõis & intẽperantię eis occasio fuit, Et neq; hoc cõtẽta, addit, Sumpserũt sibijpsis vxores de omnibus quas elegerãt, qđ etiam magnã eorũ intẽperantiã insinuat, qđ a pulchritudine victi sunt, & frenũ imponere inordinatę cõcupiscẽtię suę nõ voluerunt sed spectãdo capti submersiq; sunt, & ob impiũ hoc opus indignos se fecere. quorũ

ſuperne deus curam ageret. Et vt diſcamus, quod nō lege nuptiarū, neq; procreandorum filiorum gratia hoc fecerunt, propter hoc dicit. Vt viderunt, quod pulchræ eſſent, ſumpſerunt ſibimetipſis vxores de omnibus quas elegerāt. Quid igitur? Reprehendet ne aliquis aſpectum oculorum? Non, neq; enim oculus ruinæ cauſa fuit, A
ſed voluntatis negligentia, & irrefrenata concupiſcentia. Nam oculus propterea factus eſt, vt dum videt creaturas dei, ipſarum conditor glorificetur. Itaq; oculi opus eſt videre. Male autem videre, a mēte eſt, quę intrinſecus gubernat. Nam membra noſtra vt pote vtilia, ad facienda bona condita ſunt a domino, & gubernari poſſunt ab incorporea ſubſtantia, de anima dico. Poſtquā autem hęc negligens eſſe, & habenas laxare cœperit, quaſi auriga, neſciens indomitorum equorum ferociam compeſcere, permiſſis frenis, & equos currum trahentes, & ſeipſum in præceps ire facit B
Sic plane & voluntas noſtra, quando quidem neſcit membris vt oportet vti, indulgens inordinatis concupiſcentijs, ſeipſam ſubmergi facit. Propterea dominus noſter Chriſtus, ſciens fragilem noſtram naturam, & voluntatis negligentiam, legem poſuit, quæ muniret, & prohiberet curioſam conſyderationem, vt naſcens in nobis incendium, cum adhuc a longe eſt, extinguat, & inquit. Qui aſpicit mulierē, vt concupiſcat eam, iam adulterium cōmiſit cum ea in corde ſuo. Propter hoc, inquit, interdico vobis illicitum viſum, vt ab opere illicito vos liberem. Ne putes, inquit, qđ congreſſus ſolum peccatum faciat. Animus eſt, qui condemnatur. Igitur & hi viſæ pulchritudinis ſpectaculo capti ſunt. Viderunt enim (inquit) quod pulchræ eſſent, & ſumpſerunt ſibi vxores ex omnibus, quas elegerant. Sed videamus & poſt illicitā eorum operationem, & intemperantem animum, domini dei bonitatem. Dixit (inquit) dominus deus. Neutiquam permanet ſpiritus meus in hoibus his in ſeculum, eo quod ipſi carnes ſint. Erunt autem dies ipſorum centum viginti anni. Hic in breuibus verbis abyſſus miſericordiæ videri poteſt. Spiritum enim hic vocat vim ſuam Spūs. i. cura dei
qua curam noſtri agit, quæ illorum interitum prænunciat. Et vt ſcias, quod de hoc ſit ſermo, vide quid ſubdatur. Eo quod ipſi (inquit) carnes ſint, hoc eſt, eo quod car- C
nalibus operibus ſeipſos totos dedunt, & animæ ſubſtantia abutuntur, & quaſi ſola carne circūdati anima carerent, ſic vitam ſuam abſumunt. Perpetuus enim ſcriptura mos eſt, carnem vocari carnales, ſicut & virtute præſtantes, carnis expertes nominat, quemadmodum Paulus dicit, Vos autem non eſtis in carne, non quod non carne circundati, ſed quia carne circūdati ſuperiores erant carnalibus affectionib⁹, & ſenſibus. Nam ſicut dicebat. Vos autem non eſtis in carne, eo quod carnalia deſpiciebant, ita & de illis dicitur, quod ſint carnes, eo quod carnalibus rebus cōtinuo erant occupati. Et quia ipſi ſunt carnes, non iam cōcedam eis peccatis ſuis coinquinari. Vidiſti indignationis magnitudinem? Vidiſti minarum excellentiam? conſydera etiam quomodo indignationi, & interminationi miſericordiā admiſcuit. Talis enim eſt dominus noſter, minatur ſæpe, nō vt opere compleat minas, ſed vt correctis nobis minas non ad opus perducat. Alioqui ſi punire vellet, quur prædiceret Sed quia non vult, ſemper ceſſat, & moram nectit, & differt, & prædicit, occaſionē reis præſtans, vt fugiendo maliciam & apprehendendo virtutem pœnas non experiantur. Itaq; poſtquam interminatus eſt illos exterminationi generali traditurum, hoc enim eſt, Non permanet ſpiritus meus in hominibus iſtis, eo quod ipſi ſunt carnes, pro eo. Non ſinam eos poſthac viuere, non contentus quingentorum annorū longanimitate, qua per omnem vitam Noe, audito illius nomine docebātur. Nūc iterum producens & differens indignationem, iterum aliud eis tempus præſcribit, & dicit. Interminatus ſum, & dixi, & manifeſtaui meam indignationem, quam ob

A multitudinem peccatorum, quæ operati estis vobis inferri iustum est. Sed quia etiã eos qui incurabiliter peccauerunt, saluari volo, nullumq; perire, id circo vobis indulgeo, & tempus centum vigínti annorum, vt si volueritis & peccata abluerítis, resipiscendo q; & in meliora vos conuertendo, virtuti studuerítis, pœnas & pericula effugiatis. Erunt enim, inquit, dies eorum anni centum vigínti. Gigãtes autem (inquit) erant super terram in diebus illis. Et postea quam ingressi sunt filij dei ad filias hominum, illæq; genuerunt, illi erant Gigantes, qui a seculo viri nobiles. Gigantes hica scriptura dici opinor, robustos corpore/ex illis, inquit, generatio eorum aucta est, id quod & alio loco videre licet dictum. Gigantes (inquit) veniũt, vt furorem meũ placent. Hunc autem centum vigínti annorum numerum, aliqui putant terminum vitæ esse non hoc autem significat, sed nunc longanimitatem ostẽdere vult, quam & posthæc peccata in ipsos ostẽdet. Igitur vt discamus, post indignationem & minas, & tanti temporis longanimitatem, quam eis in pœnitentiam etiam dedit, non solum nihil profecerunt, sed in ij sdem perseuerauerunt. Propterea dicit. Postquam ingressi sunt filij dei ad filias hominum, illæq; genuerunt, isti erant Gigantes q a seculo viri nobiles. Vidisti ingratitudinis excellentiam? vidisti stupidas & doloris sensu carentes animas? Neq; pœnæ timor, neq; longanimitatis tempus destituit illos
B a malis operibus, sed semel in præceps deiecti, & mentis oculo excæcati a mala cõcupiscentia, quasi ab ebrietate quadam demersi, redire vltra noluerunt. Quẽadmodum & sapiens quidam dicit. Impius, quum in profundum ceciderit malorum, contemnit. Graue enim, graue est dilecti, capi laqueis diaboli. Anima eñ postea quasi in retibus comprehensa, & quasi sus in luti volutabro oblectatur, sic & illa in mala consuetudine deprehensa, neq; sentit peccatorum fœtorem. Ideo op⁹ est, vt sobrij & vigiles simus, ne ab initio diabolo ingressum concedamus, vt ne dum obtenebrata fuerit nostra ratio, & excæcata mentis perspicacia, faciat quasi priuatos huius solis lumine, ne valeas in radios solis iustitiæ contueri, & ita in præceps feraris, id qđ & illis tunc accidit. Audi enim iterum bonitatis dei tolerantiam. Vt vidit autẽ (inquit) dominus deus, quod multiplicatę sunt malitiæ hominum super terram. Quid vult hoc dictum. Vt vidit autẽ? Num ignorauit dominus? absit, sed nostræ infirmitati omnia narrat diuina scriptura, vt nos doceat, quod & post tantam suã longanimitatem, in ij sdem manserunt mali, si non & in peiora se coniecerunt, dicit. Vt vidit autem dominus deus, quod multiplicatæ sunt malitiæ hominum super terram. Ex hoc enim malo opere, quasi e fonte quodam, multa etiam alia suboriebant peccata, & ideo dicit malicię hominum. Nam vbi scortatio & luxuria, & tanta intẽperantia, verisimile est ibi & ebrietatẽ, & crapulam, & magnam iniustitiã, & auaritiã & innumera alia nasci mala. Vt vidit autem (inquit) dominus deus quod multiplicatæ sunt malitiæ hominum super terram, & quod vnusquisq; cogitat in corde suo diligenter ad mala omnibus diebus. Vide quomodo singula quæ dicuntur, peccatoꝝ ostendunt magnitudinem. Quia enim in genere dixit, quod multiplicatæ sunt malitiæ hominum super terram, subdidit, & vnusquisq;, magna huius verbi emphasis, & vis est. Non, inquit, adolescens solum, sed & senex eadem agit quæ adolescẽs, neq; vir solum, sed & mulier/neq; seruus solum, sed & liber, non diues solũ, sed & pauper. Et verbum, cogitat, multum habet momenti. Non eñ ex subreptione hoc eis accidit, sed in corde cogitant, & hæc per singulas horas volunt, in hæc studiũ suum collocant, Et neq; semel erit & iterũ, vel fortuito supplãtati a peccato, a malicia sibi temperant, sed diligenter eam exercent, & mala operantur. Hoc est, magno studio nihil obiter, nihil negligenter abeis fit, neq; breui tẽpore, sed omnibus diebus, om-

nem ſuam vitam in hoc impendunt. Vidiſti malitiæ immanitatẽ? vidiſti quomodo dedita opera rem fecerunt, diligenter omnia mala operantes, & omnis ętas ad agendum malum ſua ſponte acceſſerit? Vnuſquiſq; inquit, neq; ætas intẽpeſtiua, & alio quin inexperta, malorum expers erat, ſed ſtatim & ab incunabulis omnes malũ hoc præliũ certabant, contendentes vt malis operibus alter alterum ſuperaret. Hic oro animo expende miram huius iuſti Noe ſapientiã, qui in tanta malorum cõſpiratione malitiam effugere valuit, & nihil inde damni ſenſit, ſed quaſi ex alia natura conſtitutus, ſic valido recepto ſenſu, & non aliunde adiutus, virtutis operationi deditus & malam eorum conſpirationem effugit, & a cõmuni omniũ perditione eſt exemptus. Et animo retractauit, inquit, dominus deus quod fecit hominem de terra. Vide iterum verbum craſſum & noſtræ paruitati idoneũ. Animo retractauit, inquit, pro pœnituit, non quod pœnituerit deus, abſit, ſed iuxta humanam cõſuetudinem loquitur nobis deus, quod enormia illorum peccata miſericordem deum tantum indignari fecerunt. Et animo retractauit (inquit) dominus deus, quod fecit hominem ſuper terram. Non emẽ propter hoc ipſum produxi, inquit, vt tanta ruina lapſus, ſibi ipſi perditionis fieret autor. Nam hac de cauſa primum tanto honore eum inſigniui, & tantam eius curam me habere declaraui, vt virtuti vacans, alienus a perditione fieret. Quia autẽ miſericordia mea abuſus eſt, ſatius poſthac fuerit malos eius conatus impedire. Et cogitauit, dixitq; dñs deus (inquit) Et delebo hominẽ quẽ feci a facie terræ, ab homine vſq; ad pecus, a reptilibus vſq; ad volatilia cœli, qa animo retractaui quod feci eũ. Quę mei officij erãt (inquit) omnia exhibui. Ex nihilo vt eſſet eũ produxi. Naturæ eius ſcientiã faciendorũ & non faciendorũ indidi, liberum arbitrium donaui, Ineffabili longanimitate vſus ſum, & poſt lõgum illud tẽpus, & poſt indignationẽ, & minas quas dixi, & aliud præfiniui tẽpus, volens vt ſua peccata illo ſentiẽte, indignatio mea reuocaretur. Et quia etiam ſic nihil lucrifacio, nec profício cogit neceſſitas, vt minas opere cõpleam, & omnibus modis deleri eos faciam, & ſicut malum quoddã fermẽtum aboleam totum eorum genus, vt ne poſterioribus ſeculis peccandi autores & doctores fiant. Et dixit dominus deus, Delebo hominẽ, quem feci, ab homine vſq; ad pecus. Iam forte dixerit aliquis, Quare quum homo in malum declinauit, etiã bruta eandem pœnam ſuſtinent? Num ppter ſuum ipſorum vſum producta ſunt bruta? ppter hominẽ facta ſunt. Hic igitur quum a medio aufertur, quis illorum vſus eſſet, idcirco & iſta pœnam cõmunem ferunt, vt interim pœnæ grauitatẽ addiſcatis. Et ſicut ab initio, quũ peccaſſet protoplaſtus, terra maledictionem accepit, ſic & nunc quum abolendus eſt homo, bruta quoq; participia fiũt. Sicut etiam quum homo gratus eſt deo, creatura quoq; humanæ felicitatis particeps eſt. Quemadmodum beatus Paulus inquit, Et creatura hæc liberabitur a ſeruitute corruptionis in libertatẽ filiorum gloriæ dei. Sic & nunc cũ homine ob multitudinem peccatorũ puniendo, vniuerſali perditioni ſimul traditur. Et iumenta, & reptilia, & volatilia cœli ſimul pereunt diluuio, quod totum orbem inuaſurum erat. Et ſicut in domo, quum is qui pręeſt, in indignationẽ domini incidit, veriſimile eſt, cooperarios ei condolere, ſimiliter & hic, quaſi in domo hominibus pereuntibus, omnia quæ in domo, & quæ ſub eius ſunt dominio, neceſſe eſt, eandem pœnam incidant. Et animo retractaui (inquit) quod feci eos. Verbo hoc quãtum ſe noſtræ humilitati attemperat: Num volebam (inquit) tanta eos pœna plecti? ipſi me peccatorum immanitate in tantam inuexerunt indignationẽ. Cæterum ne putemus omnimodam abolitionẽ humani generis fieri, ſtirpituſq; naturã noſtram eradicãdã, ſed diſcamus quantum malum ſit peccatum, & quãtum bonũ virtus: & quod melior ſit

D vnus faciens voluntatē domini, quam decem milia præuaricatorum, dicit, Noe autem inuenit gratiā coram domino deo. Tametsi multitudo omnis, inquit, in tātam malitiam exciderit, iustus tamen hic scintillam virtutis seruauit. Et his omnibus omni tēpore loquitur, & dū adhortatur, vt a malitia desistant, simul se interim liberū ab illorum mœrore seruauit. Insuper sicut illi malis operibus misericordem deum ad indignationem prouocauerunt, sic ipse virtute pollens, gratiā inuenit coram domino deo. Non est enim personarū acceptor deus. Verum & si in tanta multitudine inueniat hominem, quæ sibi placita sunt facientē, nō despicit, sed sua illum dignatur cura, & tanto maiorem eius rationē habet, quāto, quum tot tantiq; sint qui ad malum eum trahunt, ipse cōstantius virtutis viam sectatur. Id scientes, ad id vnum spectamus, quod ipsi placet & efficit, vt suam gratiam nobis conciliemus. Neq; hominū amicitiæ, neq; cōsuetudini ita seruiamus, vt virtutis faciamus iacturam, sed dei longanimitate, prout decet vtamur, & dum adhuc tēpus habemus, omnem deponētes ignauiam, virtutem amemus, peccatū q; odio habeamus. Nisi enim & ad istam amore, & desyderio quo dā nos contulerimus, & hanc valde oderimus, neq; huius damnum effugere, neq; illam amplexari poterimus. Enimuero virtus familiaris est his, qui eam concupiscunt, & eius desyderio exardescunt. De quo prophetā audi dicen
E tem, Iudicia domini vera, iustificata in semetipso, desyderabilia super aurum & lapidem preciosum multum. Non quod tantū desyderabilia, sed quia apud nos nō inueniūtur, alia quę his materijs sunt preciosiora. Propterea subdit, Dulciora super mel & fauum. Et hic quoq; quia nō inuenit, quod natura melle dulcius esset, hac similitudine vsus est. Igitur sicut hi, qui in opibus colligendis insaniunt desyderio & concupiscentia quadam, in hoc incumbunt magno studio & conatu, & nunquā explentur. Auaritia enim insatiabilis ebrietas. Et sicut ebrij, quanto plus vini ingurgitant, tanto magis ad sitim inflāmantur, Sic & isti quoq; insaniam hāc indomitā nunquā sistere possunt, sed quanto magis suas opes augeri vident, tanto & cō cupiscentia magis flagrant. Neque antea a pessimo appetitu hoc absistunt, donec in ipsum malitię profundum descenderint. Igitur si illi pernicioſam hanc concupiscentiā malorum omnium causam, cum tanta cōstantia curant, quanto istius, nos mandata domini, quæ super aurum sunt & argentū, semper in mente nostra versari, nihilq; pręciosius virtute ipsa existimare, sed excindere ex anima nostra affectiones illas pestiferas omnes, & scire quod tēporalis illa voluptas perpetuū parere solet dolorem, & fine carē tia tormenta. Ne decipiamus nosipsos, neq; putemus, quod hic finem habituræ sint res nostræ, id quod sentiunt pleriq;, licet verbis non loquant, quia credere se dicunt resurrectionem, & futuram retributionē. Sed ego nō attendo verba, sed ea quæ quo
F tidie fiunt. Nam si resurrectionē expectas, & retributionem, quare ita pręsentis vitę gloriæ deditus es? Quare, dic mihi, quotidie crucias te, pecunias plures quam arena sit colligens, & agros & domus, & balnea emens, atq; hæc sæpe per rapinam, & auaritiam corradendo, & illud prophetæ dictum implendo, Vę qui cōiūgunt domum ad domum, & agrū agro copulant, vt vicino auferant aliquid. An non hęc quotidie videri possunt? Et ille quidē dicit, Huius domus, obscuram & tenebrosam meā facit, & infinitos prætextus excogitat, vt eam rapiat. Alius autem raptum a paupere agrum, suo coniunxit. Hoc autē multo maius & magis admirabile, minusq; venia dignū, quod vnus vno eodemq; loco habitans & sedens, sæpe alio transire, neq; si vellet posset, vel ob varias occupationes, vel corporis valetudine alligatus, vbiq; tamen, & in omnibus ciuitatibus, vt ita dicam, monumenta suæ auaritiæ possidere, & immortales suæ malitiæ columnas statuere vult. Et peccata quidem, ex quibus om-

nia hæc collecta ſunt, ſuo imponit capiti, ferenſq; grauem ac ingeſtabilem molem, non ſentit. Alijs autẽ vſum, qui ex his haberi poteſt concedit, non ſolũ poſt emigra A
tionem ex hac vita, ſed etiam anteaquam hinc egrediatur, etiam ſi nõ inuitus eis nudetur, a familiaribus diſſipantur, & vt ita dicam, dilacerãtur omnia hæc. Et neq; ipe vel milleſima eorũ parte fruet Et qd dico fruetur? quõ quũ ei nõ ſit niſi vnus venter, ſufficeret ad tot opũ multitudinẽ abſumendã? At malorũ omniũ cauſa eſt vana glo ria, quia vult apud ſe nomen aliquod manere, agrorum, balneorum, domuũ. Quæ tí bi hinc vtilitas homo, quũ non multo poſt, vbi febrecula quapiam corripieris, ani ma ſubito euolans, nudum & vacuum te faciet? Imo virtute quidem nudatum, veſti tum autem iniuſtitia, rapinis, auaritia, gemitibus, eiulatibus, lachrymis orphanorũ, inſidijs, dolis, quomodo poteris grandes prementeſq; illas ſarcinas peccatorum fe rens, per anguſtam hanc portam intrare, quæ capere nequit molem tantæ magnitu dinis? neceſſariũ itaq; foris manere, & oneribus illis grauatũ dolere, quod nihil hic egeris, quum ante oculos parata videbis tormenta, & ignem illũ terribilem ac nun quam extinguendũ, vermemq; inconſumptibilem. Cæterũ ſi quam noſtræ ſalutis habemus rationem, dum adhuc tẽpus habemus, deſiſtamus a peccatis, ſectemur vir tutem, vanam gloriã deſpiciamus. Nam idcirco vana dicitur, quia euanida eſt, & ni hil habet ſtabile, neq; firmum, ſed ſolũ eſt oculorum deceptio, & priuſquã appareat B
auolat. An non & videmus ſæpe, quod is quẽ ho die præcedunt lictores & ſtipant ſa tellites, cras in carcerẽ conijcitur, & cũ malefactoribus verſatur? Quid hac vana & inani gloria fallacius. Quod ſi in hac vita præſenti viciſſitudinem hanc euadit, omnino mors veniens, felicitatẽ reſecabit. Et quem hodie in foro magna pompa comi tabatur, & qui in carcerẽ conijciebat, & ſuper thronũ reſidebat, & inflabatur, & ho mines alios quaſi vmbras ſpectabat, is ſubito poſtea iacebit mortuꝰ abſq; ſpiritu, fœ tulentus, petitus innumeris cõuicijs & ab his quos pridẽ iniuria affecit, & quos nul la affecit iniuria, cõdolendus tamen his, q ab iſto iniuria afflicti fuerunt. Quid hoc miſerabilius fuerit, Item collecta omnia ſæpenumero inimici & hoſtes inter ſe par tiuntur, & diſtribuunt, peccata autẽ per quę hæc coacerua ta ſunt, ſecũ aufert, de qui bus diligens & accurata ratio exigetur. Ideo obſecro, vt fugientes vanã hanc gloriã veram deſyderemus, & quæ omnibus duret ſeculis, & neq; opum amor nos ſupplan tet, neq; concupiſcentiæ flãma exurat, neq; liuor & inuidia corrumpant, neq; furor & ira nos incendant. ſed has omnes malas & pernicioſas affectiones rore ſpiritus ex tinguentes, deſpiciamus p̃ ſentia, deſyderemus futura. In memoria habeamus futu rum diem, magnaq; diligentia vitam inſtituamus. Neq; eñ hac de cauſa in hanc vi C
tam nati ſumus, vt ſolũ comedamus & bibamus. Non vita eſt propter cibũ & potũ, ſed ꝓpter vitam cibus & potus. Ne ergo inuertamus ordinẽ, neq; ſic ventri, & ven tris voluptatibus ſeruiamus, quaſi eam ob cauſam facti ſimus, ſed reputantes damnũ quod inde naſcitur, caſtigemus motus carnis, ne ſimus ſegnes, ne permittamus eis, vt aduerſus animã inſurgant. Nam ſi Paulus ille talis & tãtus, qui quaſi alatus per to tum orbem trãſcurrebat, & corporalibus neceſſitatibus ſuperior factus, & arcano rum illorũ verborũ auditor, quæ vſq; in hunc diem alius audiuit nullus, ſcribẽs dice bat, Caſtigo corpus meũ, & in ſeruitutem redigo, ne forte alijs prædicans, ipſe re probus inueniar. Si igitur ille, cui tanta contigit gratia, poſt tanta & talia bona ope ra, opus habebat, vt caſtigaret & in ſeruitutẽ redigeret, & ſubijceret poteſtati & do minio animæ corporis laſciuias (caſtigat enim quis quod inſurgit, & in ſeruitutẽ re digit, quod frena reijcit) Quid dicemus nos, qui omnibus virtutibus deſtituti, om nibus peccatis onerati ſumus, & pręterea magnam ignauiã pręnobis ferimus, Nũ

D inducias habet hoc bellum? Num tempus aggrediendi dilatum? Omnes nos vigilare, & sobrios esse oportet, & nunquam in securitate esse, quia non est præfinitum tempus, quando nos aggressurus est hostis. Igitur semper nobis cura sit, semper solliciti, simus de salute nostra, vt sic nunquam capiamur, & hostiles effugientes insidias misericordiã a deo assequamur, gratia & miserationibus domini nostri IESV CHRISTI, cum quo patri simul, & sancto spiritui sit gloria, imperium, honor nũc & semper, & in secula seculorum. Amen.

HOMILIA. XXII.

VIdistis in his quæ dicta sunt, quãta diuinæ misericordię magnitudo quam excellens longanimitas? Vidistis hominũ qui tunc erãt, portentosam malitiam? Didicistis quãta fuerit in media ista multitudine, iusti virtus, & quam nihil eũ nocuerit, vel illorum in malũ cõspiratio, vel quod solus in medio istorum relictus, lõge diuersa incesserit via? sed quasi gubernator aliquis mentis clauum, magna vigilãtia arripiens, nauim suam ab irruentibus malicię procellis submergi non est passus, sed factus tempestate potẽtior, quasi in portu sederet, ita quatiebat mare, ita virtutis gubernaculum dirigebat, & ita a diluuio totum orbem deuastaturo, se eripiebat. Tan
E ta res est virtus, tam immortalis, tam inuicta, tam nihil cedens huius vitæ varietatibus, sed super malitiæ retia volitans, quasi a sublimi specula quadam, sic omnia humana despicit, nihil quod aliis molestum est sentit, sed sicut is qui super excelsam petram stat, fluctus ridet, quos videt ad petram magno impetu rumpere, & ptinus in spumam solui, ita & virtuti vacans in securo cõstitutus loco, nihil insuaue fert a reb' turbulentis, sed tranquillus animo, & quiet' sedet, intelligitq; res huius vitæ nihil differre ab animũ fluentis, tam rapido cursu trãseuntibus. Nam sicut videntur marini fluctus nunc quidem in altũ extolli, mox autem & deprimi, ita & videmus eos qui virtutem contẽnunt & malitiam operantur, nunc quidem sublime sapere & superciliа surrigere, & huius vitæ curis intẽtos esse, subito ad extremam venire inopiam & abiectionem. Quos beatus Dauid notãs, dicebat, Ne timueris, quum diues factus fuerit homo, vel quum multiplicatur gloria domus eius, quia quum mortuus fuerit, non sumet omnia hæc. Et bene dixit, Ne timueris. Ne te conturbet, dicere vult, diuitis abundantia, & celebris gloria. Videbis eñ non multo post, humi iacentem, & operari valentem nihil, mortuum, cadauer vermibus in cibos obiectum, nudumq; ab his omnibus fieri. Omnino eñ nihil horum auferre potest, sed hic relinquit omnia. Ne igitur anxius sis, quum vides præsentia, neq; beatum dicas eũ, qui post bre
F ue tẽpus ab his omnibus destituetur. Eiusmodi enim est prẹsens felicitas, & diuitiarum natura, vt non cõmigrent, vbi hinc fuerit abeundum. Diuites enim his omnibus relictis, nudi hinc migrant, tãtum malitia vestiti, & peccatorum oneribus inde collectis. At longe secus habet virtus, quæ potentior est insidiatoribus, & plane inuictos facit suos, continuamq; prẹbet voluptatem, & ne sentire quidem sinit, rerum istarum inẹqualitatem, sed & hinc emigrantibus comitẽ se addit, & tunc potissimũ quum eius subsidio egemus. Ad hæc in die illo terribili magnum nobis prẹstat auxilium, placans iudicem. Et sicut hic ingruentibus infortunijs, ita & in futuro se colentes, a tormẽtis illis eripit. Neq; hoc solum agit, sed & ineffabilia nobis bona quibus fruamur, conciliat. Et vt scias hæc ita sese habere, neq; nos invanũ & frustra ad blandiendũ his verbis vti, tentabo nunc ex his quæ proposita sunt charitati vestrẹ ostendere. Vide eñ quomodo beatus ille, Noe dico, vniuerso hominũ genere aduersus semetipsum misericordiam domini ad iracundiã prouocante, ille inquam solus sua

virtute potuit & indignationis periculũ effugere, & magnam dei gratiã sibi cõcilia re. Aut si placet, loquamur de his quę in pręsenti vita eueniunt. Sunt eñ fortassis ali qui parum futuris & inuisibilibus credentes. Videamus ita q; ex his quę hic fiunt qua lia contingũt his qui in malicia ambulãt, & qualia accipit, qui virtutẽ sectatur. Post quam bonus deus ob malitiæ nimietatem, sententiã tulit, quod vniuersali perditio- ne humanum genus sit puniendũ, & dixit, Delebo hominem quẽ feci a facie terræ. Et monstrans indignationis suæ magnitudinẽ, non contra humanum duntaxat ge nus sententiã protulit, sed & contra omnia iumenta, & reptilia: & volatilia. Peritu- ris enim & submergendis hominibus, ꝓpter quos hæc facta sunt, dignum vt & illa quoq; pœnæ consortio paria fierent. Igitur quum sententia nondũ præfinita erat, qua alij ab alijs secernebantur, vt discas, quã non sit personarũ acceptor deus, sed in corda nostra ingrediens, nos nõ despiciat, & si vel paruam quandã occasionem nos afferimus, ineffabilem suam declaret misericordiã. Dicit scriptura, Vt ne totũ ge- nus humanũ abolendũ putemus, sed sciamus, quod ob suam bonitatẽ relinquit scin tillam, & radicem quandã saluam, vt iterũ humanum genus in proceros extẽdi pos sit ramos. Noe autẽ (inquit) inuenit gratiam coram domino deo. Vide scripturæ di ligentiam, quomodo ne syllabã quidem vnam inutilem cõtineat. Nam postquam nos docuit grauitatem peccati hominum, & pœnæ magnitudinẽ malis inferendã, docet nos, quod etiã in tanta multitudine potuerit syncera seruari virtus. Est eñ vir tus per seipsam admirabilis. Quod si quis eam in medio ꝓhibẽtium colat, multo ad mirabiliorẽ se ostendit. Et propterea diuina scriptura quasi admirando iustum dicit, quod in medio illorum, qui indignationẽ dei sensuri erant, Noe inuenerit gratiam coram domino deo. Inuenit gratiã, sed corã deo, non simpliciter inuenit gratiã, sed coram domino deo, vt nos doceat, quod vnũ ille habuerit scopum, vt ab illo oculo laudaretur, qui dormitare sopirique nescit, nihilq; curauerit humanam gloriam vel ignominiã, vel irrisionem. Verisimile eñ est, quod quum pręter morem omniũ, vir tutem coleret, eum fuisse subsannatũ & irrisum a malis omnibus, qui consueuerant arguere eorũ fugientes malitiam, & virtutem amplexantes, id quod & nunc sępe fie ri solet. Et videmus multos qui risum & subsannationẽ ferre nequeunt, sed præferũt humanam gloriãveræ & immortali, abstracti & allecti ab hominũ malitia. Animę enim fortis, & constantis est, posse obluctari his qui auellere moliuntur, & nihil face re vt hominibus placeat, sed oculum suũ intendere ad illum insopitum oculũ, & ab eo solum gloriã expectare, & hæc despicere, nulliusq; pili facere humanam laudem vel conuicia, sed transire vt vmbras & somnia. Iam hic sæpe multi non ferentes cõ- uictum hominũ viginti vel decem vel etiam paucorũ, supplantãtur & ruunt. Est eñ confusio ducens in peccatũ. Neq; paruum est despicere irridentes & opprobrantes & salibus incessentes. At iustus ille non tantũ decẽ & viginti & centũ homines, sed & omnem hominũ naturam, & tot myriades despexit. Verisimile enim erat omnes eos ridere, reprehẽdere, subsannare, & debacchari, & forte etiã si possibile fuisset, di lacerare. Semper enim contra virtutem insanit malitia. Atqui nõ solum nihil illi no cet, sed & infestando fortiorem reddit. Tantũ enim virtutis robur, vt patiendo supe ret negotium sibi facientes, & quum impugnatur, hostibus fiat potentior. Atq; id in multis videmus. Cæterum vt vobis occasiones præbeamus. Da eñ, inquit, sapien- ti occasionẽ, & sapientior erit, operæprecium fuerit, & ex veteri & ex noua nobis af ferre exempla. Itaq; cogita obsecro de Abel, nonne occisus est ab Cain? nonne in pauimentũ prostratus? Sed ne spectes, quod præualuerit, occideritq; eum cui inui- debat, etiã innoxiũ, sed sequentia expende. Ecce occisus ille vsq; nunc prædicatur,

D & coronatur, & tantum tẽpus memoriam non obscurat. At qui occidebat & prævalebat, etiam tunc vitam morte grauiorem sustinuit, & ex eo tẽpore vsq; in hodiernum infamatur, & ab omnibus accusatur, quum ille omniũ ore celebratur. Et hæc quidem in p̃senti vita fiunt, in sequenti quæ futura, quis sermo, quæ mens enarrare posset? Et scimus quod vos, vt pote intellectu præditi multa talia in scripturis contenta veneminí. Nam illæ hac de causa in vestrã vtilitatẽ sunt scriptæ, vt hæc discẽtes, & maliciam quidem fugiatis, virtutẽ autem colatis. Vis & in nouo idipsum videre? audí beatum Lucam istucipsum de apostolis narrantẽ, qui flagellati a cõcilio discesserunt gaudentes, eo quod digni fuissent habiti, qui pro nomine Christi ferrent ígnominiam. Tametsi flagella non gaudii sint occasiones, sed tristicię & mœroris, nihilominus flagella propter deum, & causa ꝓpter quam flagellabantur, gaudium eis pariebant. At iį qui flagellarant, in magna animí consternatione, & hæsitatione nesciebant quid facerent. Audí enĩ eos quomodo post flagellationem animo fluctuent, & dicũt, Quid faciemus hominibus istis? Quid dicis? flagellastis, innumera mala subornastis, & adhuc dubitatis? Tam fortis inuicta q; res est virtus, & dum patitur

E afflígentes vincit. Sed ne prolixior fiat sermo, necessariumvt iterũ ad iustũ nostrum redeamus, & cum stupore admiremur eius præstantiam, quõ tantum populum ridẽ tem, ludificantem, subsannatẽ, obiurgantẽ (iterum enĩ eadem dico & dicere nõ cessabo) despicere & superare poterit? Quomodo? Ego dico. Quia continuo ad oculũ illum qui falli spiriq; nequit, respexit, ad hunc suæ mẽtis oculum dixerit, atq; post ea hæc omnía, quasi non essent curauit. Et profecto sic res habet, vt quum, quis hoc amore saucius fuerit, & in deũ desyderio suo tendit, nihil visibilium videat, sed continuo eum quem desyderat imagínetur & in nocte & in die, & dormiens & surgens. Ne igitur mirum tibi sit, si & iustus ille, semel eo mente sua intenta nõ curauit supplãtare volentes. Nam adhibito studio suo, & diuinam gratiã nactus, his omnibus potentior factus est. Noe enim, inquit, inuenit gratiam coram domino deo. Tametsi omní hominũ generí, quod tũc erat nõ esset gratus, neq; amabilis, eo quod nolebat eandem incedere viam, quam illí, fauit tamen illí is q corda scrutatur, & ille eius mentem approbauit. Et quid damni dic oro, hinc nascitur viro, quod ab hominib⁹ subsannatur & irridetur, quum is qui finxit corda hominũ, & intellígit omnia opera eorum, prædicat eum & coronat? Et quæ vtilitas homini, si eũ totus orbis admiretur,

F & laudet, conditor autẽ omnium, & iudex qui decipi nequit, in die illo terribili condemnabit? Itaq; dilecti, quum hæc nobis comperta sint, nullius pensi faciamus hominum laudem, neq; ab his celebrarí quouis modo quæramus. Sed & propter illum solum, qui probat corda & renes, virtutis opera faciamus, & peccata fugiamus. Nã & CHRISTVS erudiens nos, vt ne captandis hominũ laudibus inhiemus, post multa alia tandem & hoc intulit, dicens, Væ vobis quando benedixerint vobis omnes homines. Consydera quomodo per Væ, nobis declarat quotuplex illos pœna maneat. Væ enim lamentí nuncium verbum est. Vnde quasi miseros eos vocans, dicit, Væ vobis, quando benedixerint vobis omnes homines. Et vide quam caute dictum. Non simpliciter dixit homines, sed omnes homines. Impossibile enim est, vt qui angustam, & artam virtutis viam ambulat, & mãdata sequitur CHRISTI, ab omnibus laudetur, & in admiratione sit. Est enim & illa excellens malicia virtuti aduersarí. Proinde dominus sciens, quod impossibile sit, vt is qui virtutem dílígenter exercet, & a se solo laudem vt accipiat præstolatur, ab omnib⁹ hominibus laudetur & bene audiat, miseros vocat eos, qui ꝓpter humanam laudẽ virtutẽ negligunt. Nã celebrarí ab omnibus, maximũ fuerit argumentũ, nõ magni haberi virtutis rationẽ.

De contemnẽda laude humana.

Quomodo eñ ab omnibus probari poterit, qui vult iniuria affectos eripere ab his, qui iniuria afficiunt? & iterum si vult corrigere peccantes, & laudare bene agentes? Nonne verisimile est, quod ab alijs laudabitur, ab alijs vero audiet conuicia? Et propterea inquit, Væ vobis quando vobis benedixerint omnes homines. Quomodo igitur nunc erit admiratione, & laude dignus iustus ille, qui ea quæ Christus aduenies docuit, prius ipse a lege naturæ edoctus, deditissima opera adimpleuit, laudemq; humanam per virtutem contenendo, gratiam apud deum inuenire studuit. Noe eñ, inquit, inuenit gratiam coram domino deo. Cæterũ quod ꝓpter virtutes quas habebat, inuenerit gratiam corã domino deo, narrauit nobis admirabilis ille propheta, spiritusancto afflatus. Operæprecium itaq;, vt & sequentia discamus, & videamus, quid de eo sentiat. Istæ autem (inquit) sunt generatiões Noe. Noe homo iustus. perfectus in generatione sua, deo placuit Noe. Rarus & alienꝰ genealogiæ modus. Nã vt scriptura dixit, istæ sunt generationes Noe, & aures nostras spe quadã impleuit, quasi genealogiam eius narratura, & quis eius pater fuerit, & vnde genus duxerit, & quomodo in hanc vitam editus, & alia, quæ mos est genealogias narrantibus recensere, relictis tamẽ illis omnibus, & etiam superiori cõsuetudine, inquit, Noe homo iustus, perfectus in generatione sua, deo placuit Noe. Vidisti admirabilem genealogiam? Noe (inquit) homo, cõmune nomen pro laude iusti vsurpat. Nam cæteri ob carnales voluptates qbus immersi erant, amiserãt vt essent homines, iste (inquit) in tanto populo, hominis imaginem seruauit. Tunc enim homo est, quando virtutem colit. Neq; eñ speciẽ habere hominis, & oculos, & nares, & os, & genas, & cætera membra, hominem esse ostendunt. Hæc eñ membra sunt corporis. Hominẽ illum dicimus, qui imaginem hominis saluam retinet. Quæ autem est imago hominis? Rationalem esse, Quid ergo? an non, & illi fuerunt rationales? Verum nõ hoc solum fuerit hominẽ esse, sed et virtutibus esse deditũ, et vitia fugere, et illicitis affectionibus imperare, et mãdatis dominicis obtemperare. Porro vt discas, morẽ esse scripturæ, quod vitijs studentes, & virtutum negligentes, hominũ nomine vocare non dignetur, audi deum loquentem, sicut heri dicebamus. Non permanet spiritus meus in hominibus istis, eo quod ipsi carnes sunt. Ego enim, dicere vult, substantiã ex carne & anima eis dedi, ipsi autem quasi sola carne circundati, ita virtutes animi negligunt, & solam carnem sectantur. Vidisti quomodo ob maliciam carnem eos vocat, & non homines? Et iterum vbi processerimus, statim audietis, terram eos nominari a diuina scriptura, eo quod terrenis cogitationibus pereant, dicit enim, Corrupta autẽ erat terra corã deo. Non de terra sensibili loquit̃, sed inhabitatores terrã vocat. Alio autem loco, neq; terram, neq; carnem nominat, sed neq; esse eos putat in præsenti hac vita, eo quod virtute careant. Audi eñ prophetam clamantẽ & dicẽtem, in media Hierosolymitanorũ metropoli, quo tot millia millium, & tot multitudines innumeræ, Veni & non erat homo, vocaui & non erat qui audiret. Nõ dicit, quia non aderant, sed quia præsentes nihil meliores erant, quã si non fuissent præsentes. Et alio quoq; loco, Discurrite & videte, si est vnus qui faciat iudicium, & iustitiam, & propitius ero. Vidisti, quomodo illum solum scriptura sancta hominem vocare solet, qui virtutem colit, cæteros autẽ neq; esse putat, sed aliquãdo vocat terram & aliquando carnem? Hac de causa genealogiam iusti narraturam se promittens diuina scriptura, dicit, Noe homo. Hic eñ solus homo, cæteri autẽ nõ homines, sed humanã gerentes formam malicia voluntatis generositatẽ naturæ, & ex hominibus in bestias mutati amiserunt. Quia cum in malum declinant, & serui fiunt irrationalium affectionũ, imponit eis bestiarum nomina. Audi vt quodam loco di-

A

B

Homo quis dicatur?

Imago hois Rõnalẽ esse

C

D cit, Et qui mulierum amatores facti sunt. Vide quomodo ob immodicam salacitatem hanc cognominationē acceperunt. Alibi autem, Venenum aspidum sub labijs eorum, vbi eius bestiæ dolum, & fictionem imitari eos, docet. Canes quoq; mutos alios vocat. Et iterum eos qui aures ad doctrinam obturant, vocat quasi aspides surdas & obturantes aures suas. Et multa alia quis nomina inueniet imposita a diuina scriptura his, qui in brutorū affectus per ignauiam transeunt. Et non in veteri solū, sed & in noua lege. Audi baptistam, dicentem Iudæis, Progenies viperarum, quis vobis monstrauit, vt a futura ira fugiatis? Vidisti quomodo & hic dolum mentis eorum bestiæ nomine significauit? Quid ergo miserabilius fuerit peccatoribus, qui & ipso hominis nomine priuantur, & ꝓpter hoc maioribus pœnis digni sunt, quod acceptas a natura plurimas occasiones, ad benefaciendū monentes, nostra sponte ad malum progredimur? Itaq; qui tunc erant omnes ea se appellatione indignos præstabant. Iustus autē ille in tanta virtutis obscuritate, tam excellenti virtute polluit, vt scriptura quum cœpisset narrare viri genealogiam, dixit, Noe autem homo. Est & alius iustus quidam, cui hoc nomen pro summo encomio contigit, & præ alijs omnibus hoc nomine prædicatur, vt sic virtus eius diligenter exponatur. Quis ille est? Beatus Iob, ille pugil pietatis, athleta orbis, qui solus incurabilia illa sustinuit, & ac-
E ceptis innumeris a diabolo telis, vulnus non accepit, sed sicut adamas quidā omnes impetus ferre potuit, & a tantis fluctibus non solū non est submersus, sed & præualuit, & acceptis in corpus suū omnibus qui in mundo doloribus, multo clarior euasit. Non solū enim non prostrauit eum ingruentium dolorum continuitas, sed & ad maiorem gratiarū actionem euocauit. Vnde in omnibus suam gratitudinem declarans, tempestiue diabolo plagam dedit, quo ille intelligeret sese frustra moliri, & cōtra stimulū calcitrare. Hūc igitur sanctum, quem, anteq̄ certaret, tantū laudauit misericors deus, & prædicās dixit diabolo, Animo tuo aduertisti famulum meū Iob, quod non sit homo similis ei super terram, homo inculpatus, iustus, verax, deum colens, abstinens ab omni opere malo. Vidisti & hunc a cōmuni naturæ nomine prædicari? Aduertisti (inquit) quod non sit similis ei homo? Et similes vtiq; oēs sumus, sed non scdm virtutem, sed scdm formæ rationem. At hoc non est homo, sed quā do abstinens a malicia, virtutem operatur. Vidisti quos diuina scriptura homines appellare solet? Quocirca & ab initio, quum vidisset deus factū a se, dicebat, Faciamus hominem scdm imaginem nostram, & scdm similitudinem nostram, hoc est, vt imperet & visibilibus omnibus, & passionibus suis. Imperet, non ferat imperium. Itaq; quia amissa dignitate magis subditus est, & imperiū fert potius quam imperat
F amisit & nomen quod sit homo, & brutorū in se nomina transtulit. Atq; hac de causa nunc diuina scriptura virtutem eius cōmendare volens, dicit, Istæ sunt generationes Noe, Noe homo iustus. Ecce & aliam maximā præconij speciem, Iustus, hac appellatione omnem virtutem cōplectitur. Hoc em̄ nomen, iustus, consueuimus dicere de his qui omnigenam exercent virtutē. Postea vt discas quomodo ad summum fastigiū peruenerit, id quod & tunc exigebatur a natura nostra, inquit, Iustus, perfectus existens in generatione sua. Omnia (inquit) impleuit, quæq; facere conuenit eum qui virtutē amplexatur. Hoc em̄ est perfectus. Nihil enim intermisit, in nullo claudicauit, nō in hoc benefaciebat, in illo vero peccabat, sed in omni virtute perfectus erat, qua tunc pollere eū congruebat. Præterea, vt ex tēpore quoq; & ex collatione cū alijs illustriorem nobis iustum exhiberet, inquit, Perfectus in generatione sua, in tempore illo, in generatione illa peruersa, quæ adeo in malum declinauit, quæ neq; vestigium virtutis præ se ferre voluit. In illa igitur generatione, in illis tem

poribus iuſtus ille non ſolum virtutem præ ſe tulit, ſed & in tantum peruenit virtutis culmen, perfectus, & in omnibus abſolutus. Et id eſt quod ante dixi, bene agere inter virtutis hoſtes. & inter eos qui virtutem prohibent, maius ſemper virtutis pōdus teſtatur. Vnde hac ratione iuſtus ille maiores laudes nactus eſt. Neq; hic finem laudandi eum facit diuina ſcriptura, ſed adhuc virtutis eius excellentiam demonſtrat: & quod diuino calculo probatus fuerit. Quia poſtquam dixit, perfectus in generatione ſua, addit, Deo placuit Noe. Tanta erat virtutis eius gloria, vt & a deo laudari promeruerit. Deo enim inquit, Placuit Noe, vt ſcias quod approbatus fuerit a deo, placuit illi oculo qui falli non poteſt, per ſua bona opera. Et illius ſibi fauorem tantum conciliauit per bonæ vitę opera, vt eum non ſolum ab indignatione in omnes effundenda liberarit, ſed & aliis præeſſe fecerit. Deo enim, inquit, placuit Noe. Quis hoc beatior fuerit, qui tantam præ ſe ferre potuit virtutem, vt dominum vniuerſi habeat laudum ſuarum præconem? Hæc ab eo ſunt facta, quæ quibuſuis diuitijs, quauis abundantia, quauis gloria & potentia, quauis humana felicitate prætulerit quiſquis mentem habet. Hęc regno magis deſyderabilia fuerint ei, qui deum ſyncero amore diligit. Verum enim regnum iſtud eſt, poſſe nos optima vita ppitium & clementem nobis facere deum. Vt enim gehēnam timere non debemus, propter ignem illum inextinguibilem, & pœnas terribiles, & perpetuos cruciatus, ſed quia offendimus tam bonum dominum, & ab illius gratia ſumus alieni. Ita & ad regnum nobis feſtinandum, non niſi propter amorem in eum, vt eius gratia fruamur. Nam vt regno deſyderabilius eſt, miſericordem dominum noſtrum beneuolum eſſe nobis, ita gehenna grauius, ab eius beneuolentia excidere. Vidiſtis quantæ nobis vtilitatis fuit argumentum, appellatio iuſti, & quantū theſaurum peperit admirabilis huius viri genealogia? Sequamur igitur & nos diuinæ ſcripturæ regulas, & aliquorum genealogiam enarrando, non patres & auos, & abauos in mediū afferamus, ſed eius ſolum, cuius eſt genealogia, virtutem detegamus. Hic optimę genealogię mos eſt. Quæ enim vtilitas, ex claris & probis parentibus originem ducere, te autem bonæ vitæ eſſe expertem? Aut quod damnum fuerit, ſi parentes & progenitores fuerunt ignobiles & obſcuri, ipſe autem virtutibus floreas? Quia & iuſtus ille talis fuit, & cōciliauit ſibi gratiam dei, non quod a talibus fuerit parentibus, neq; enim ita eos commemorat ſcriptura, vt virtute nobiles. Nihilominus quum tanta eſſent obſtacula, & a tantis impediretur, in tantum peruenire potuit faſtigium, vt diſcas quod eum, qui vigilat & ſobrius eſt, & ſuę ſalutis curam agit, nihil eſt quod prohibeat. Nam vbi negligentes cœperimus eſſe, etiam a rebus minimis offendimur, ſic ſi voluerimus ſobrij eſſe, quamuis innumeri ſint, qui ad malitiam trahant, neutiquam noſtrum ſtudium poterunt offendere, ſicut neq; illum iuſtum, tametſi tot eſſent irridētes, ſegniorem in exercenda virtute facere potuerunt. Proinde nullus alium arguat, & in alios culpam tranſcribat, ſed ſuæ ignauiæ totum imputet. Et quid dico in alios? Neq; diabolum ipſum quis tantum putet, vt prohibere quempiam poſſit, quo minus in viam quæ ad virtutem ducit, eat. Supplantat quidem & decipit ſocordiores, non cogit autem nec prohibet, id quod rerum experientia docet, quod nunc quidem, ſi volumus ſapere, tantæ conſtantiæ ſpecimen exhibemus, quod neq; ſi multi eſſent, ad malitiæ viam nos inhortantes, eorum ferremus conſilium, ſed omni adamante firmiores, aures obturaremus tam praua conſulentibus. At ſi negligentes fuerimus, etiam ſi nullus ſit qui conſulat, vel ſupplantet, noſtra ſpōte ad malitiā proſiliemus. Nam ſi hoc non eſſet ſitum in voluntate noſtra, neq; in poteſtate mentis, neq; deus ſui iuris naturam noſtram feciſſet. Oportebat vel omnes malos eſſe. qui naturę noſtrę particípes

A B C

ſunt, & íj ſdem obnoxíj ſunt affectionibus, vel omnes bonos & virtute prædítos.
A Quum autem videmus cognatos noſtros, & ab affectionibus obturbarí, & non ea-
D dem quæ nos ferre, ſed & valída ratione gubernare naturam, & ínordínatos motus domare & refrenare concupíſcentías, ímperare furorí & íræ, fugare ínuídíam, elimí nare ínuídentíam, contemnere rabíoſam in conquírendís pecunijs cupíditatem, mi norem gloríæ curam habere, rídere omnem præſentís vítæ felícitatẽ, ſpírare ad ve- ram gloríam, præponere víſíbílíbus omnibus laudem quæ a deo eſt. Nonne mani- feſtũ eſt, quod per gratíam dei, ſuo ſtudío benea gere poſſunt, & noſtra ígnauía no- ſtram amíttímus ſalutem, & eius gratía nos ſpolíamus? Quapropter obſecro, vt hęc congitantes, & ín mente noſtra contínuo verſantes, nunq̃ díabolum arguamus, ſed noſtram leuem ígnauamq; mentem. Et hæc díco, non quod díabolum a ſuo crími- ne abſoluere velím. Abſit, vadit, ením ſícut leo vt rapíat, & rugíens, & quærẽs quem deuoret. Sed & vos cautíores reddere volui, vt ne exiſtímemus carere n os culpa, ſi- quídem tam facíle ad malítíam prorumpímus, & ne friuola ílla dícamus verba, Qua re deus dímíſit eum, quum talís eſſet, malum fierí, & ſupplantarí ac proſterní? Sunt ením hæc verba ingratítudínis ſummæ. Verum tu hoc tecum conſydera, quod ta- les nos propter hoc potíſſímum relíquit, vt tímore compulſí, & ínímící ínſídías ex-
E pectantes, ſímus perpetuo ſobríj, & vígíles, laborem q; vírtutís ímmínuamus, ſpere tríbutíonum & expectatíone íneffabílíum íllorum bonorum. Et quíd mirarís, ſi ob hanc cauſam relíquít díabolum deus, cui tanta noſtrę ſalutís cura, & qui íta noſtram ſomnolentíam excutít, materíam q; coronarum nobis prępparat, ípſam etíam gehẽ- nam propterea condídít, vt mœtus pœnæ, íntolerabílíſq; cruciatus ad regnum nos cogat? Vídiſtí míre induſtríã domíní míſerícordíam, quomodo omnía facít & tra- ctat, vt non ſolum eos quí ab ſe condití ſunt ſaluet, ſed & íneffabílibus bonis dítet. Et propterea líberum arbítrium nobís datum eſt, & ín natura conſcíentíaq; noſtra repoſita ſcíentía boní & malí, & díabolus vt eſſet permíſſus, nonvt gehennam expe rímur, neq; regno príuaremur. Et quíd mirarís, ſi hæc omnía propter hæc facta ſunt & ínnumera alía? Qui ín ſínu patrís eſt, formam ſeruí ſuſcíperevoluít, & omnía alía ſuſtínere, quæ ad corpus pertínent, ex vírgíne naſcí, nouem mẽſibus ín vtero ge ſtarí, & pannículís ínuolui, patrem ſuum putarí Ioſeph ſponſum Marię, paulatím creſcere, círcuncídí, ſacrífícium offerrí, eſurire, ſítire, fatígarí, & tandem etíam mor tem ſuſtínere, & mortem nõ vulgarem, ſed eam quæ ígnomínioſíſſíma habebatur,
F crucem díco, & hæc omnía propter nos, noſtramq; ſalutem ſuſcepít omnium con- dítor, quí ínalterabílís, quí omnía ex níhílo vt eſſent produxit, quí reſpícit ſuper ter- ram & facít eam tremere, cuius gloríæ fulgurantem maieſtatem neq; Cherubím, & íncomparabíles íllæ vírtutes vídere poſſunt, ſed auer ſę facíes tegunt obiectís alís, quem ſemper laudant angelí & archãgelí, & ínnumeræ myríades. Híc propter nos & propter noſtram ſalutem homo fierí voluít, & optímæ vítæ nobís víam parauit, per quam & ípſe tranſíjt, hac ípſa noſtra natura aſſumpta. Quæ ígitur poſthac no- bís erít excuſatío, ſí cum tot adiuuant ſalutem noſtram, ín rebus ínutílíbus nos oc- cupamus, ſola negligentía noſtram amittentes ſalutem? Proínde obſecro, vt ſobríj ſítís, & non temere alíorum ſequamíní conſuetudínem, ſed veſtram ípſorum vítam quotídíe dílígenter excutíatís, vídeatíſq; quíd peccatum, quíd ve recte a nobís ge- ſtum ſít, vt ſíc peccata noſtra emendemus, ſupernamq; nobis gratíam concíliemus, exemplo iuſtí íllíus, & deníq; regnum aſſequamur cœlorum, gratía & míſerícordía domíní noſtrí IESV CHRISTI, cui cum patre ſpírituq; ſancto ſit gloría, ímpe- rium, honor nunc & ſemper et ín ſecula ſeculorum, Amen.

HOMILIA. XXIII.

MAud vulgarem vtilitatem heri nobis attulit iusti Noe genealogia. Nã & cognouimus mirabilem genealogiæ modum, & vidimus iustum laudari non a parentum claritudine, sed a suarũ virtutũ moribus, propter quam & tãtũ accepit testimonium a diuina scriptura. Noe eñ, inquit, homo iustus, perfectus in generatiõe sua, deo placuit Noe. Totum eñ sermonem in verba hæc breuia insumpsimus heri. Quandoquidem diuinorum eloquiorum natura in paucis verbis multas sententiarũ affert diuitias, & ineffabilem diligenter scrutari volentibus thesaurum largitur. Proinde obsecro, ne quid in sacris literis, aut contẽnatur, aut obiter prætereatur, etiam si nomina recensentur, vel historię narrentur, reconditum inuestigemus thesaurum. Nam & CHRISTVS dicebat, Scrutamini scripturas. Quia non vbiq; in superficie scripturæ, mens scripturæ inuenitur, sed opus est scrutinio, vt ne quod in ꝓfundo latet, nobis remaneat abscõditum. Quod si sola naturæ appellatio, hoc nomen Homo dico, tantæ nobis vtilitatis argumentum heri fuit, quantum lucrum percipiemus, si attenta ac vigili mente singula adierimus? Etenim misericordem habemus dominũ, & quãdo videt nos solicitos, & magnum desyderiũ ad cognoscenda diuina eloquia habere, non permittit nos vllare indigere, sed statim illustrat mentem nostram, & suum fulgorem largitur, & pro sapientia illa sua mire industria omnem veram doctrinã animæ nostrę inserit. Eapropter quũ nos ad istucipsum adhortaretur, & alacriores faceret, beatitudinem decreuit ijs quibus tale est desyderium, dicens, Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quia ipsi saturabuntur. Vide sapientiam doctoris, nõ solum nos per beatitudinem hortatur, sed & dum dicit, Qui esuriunt & sitiunt iustitiã, docuit audiẽtes, quãta alacritate ad spiritualia eloquia inuestiganda ire congruat, dicere enim vult, Quẽ admodum qui fame duce mira promptitudine ad cibos festinant, & qui præ siti flagrant, ad potum eunt, eodem modo ad spiritualem doctrinam, tanquam esurientes & sitientes par est. Tales enim non solum beatitudinibus digni, sed & quæ cupiunt assequuntur. Etenim satiabuntur, inquit, hoc est explebunt suum spirituale desyderium. Igitur quia tam bonus, tamq; liberalis dominꝰ nobis est, age & nos ad ipsum confugiamus, & eius nobis gratiam concíliemus, Ivt & ipse pro sua misericordia illustret nostram mentem ad videndã diuinarum scripturarum virtutem. Et vos quoq; multa alacritate spiritualem doctrinam quasi esurientes & sitientes suscipite. Forte enim forte bonus & omnipotens dñs, etiam si nos humiles simus, ꝓpter vos & vestram vtilitatẽ suppeditabit nobis sermonẽ in apertione oris in gloriã suam, & in edificationem vestrã. Proiecta igitur cura nostra omni in deũ, cuius gratiã expectamꝰ & inuocato eo qui & sapientiam dat paruulis, & illuminat cæcos, & expedite loqui concedit balbis, dudũ lecta tractemus, vt quę ipse pro sua misericordia nobis suppeditarit, charitati vestrę proponamꝰ. Sed intenta obsecro adsitis mente, & diligenter ijs q̃ dicũtur attendite, omnes huius vitę curas seponite, vt spirituale semen, quasi in pinguẽ agrũ, exustis spinis & herbis, proiiciã. Istæ autẽ (inquit) generationes Noe. Noe homo iustus, perfectus in generatione sua, deo placuit Noe. In ijs nuper finẽ dicendi faciebamus, ideo sequentia in medio ꝓponenda sunt. Genuit autẽ (inquit) Noe tres filios, Sem, Cham, Iaphet. Non absq; causa diuina scriptura & tempus & numerũ nobis assignauit filiorũ iusti, sed & hic nobis latenter insinuare vult excellentem multiplicemq; eius virtutẽ. Nam postquam superiꝰ dixit, quod Noe erat quingentorũ annorũ, tunc subdidit, Et genuit tres filios, docendo nos summã continentiæ illius magnitudinem tũc fuisse, quum tantæ intemperantiæ dediti essent omnes

D homines, tantaq; ſalacitate oēs ætates (vt ita dicam) ad malū ruerent. Audiſtis eñ ſcripturā dicentē; Vt autem vidit dominus, quod impletæ ſunt malitiæ ſuper terrā, & nullus nō cogitaret mala, diligenter in corde ſuo a iuuētute. Vbi manifeſte declarat, quod & iuuenes vincebant prouectiores ætate, & ſenes non minus quā iuuenes inſaniebant. Et ad malum multa procliuitate ꝓpenſa erat ætas, etiam malorū inexperta. Vt igitur diſcamus, quo pacto iſs omnibus tantam inſaniā ac rabiem præ ſe ferentibus, iuſtus ille manſerit ſolus cōtinentiæ virtutem cum alijs ſtrenue ſeruans, donec ad quingenteſimū annum peruenit. Tunc inquit, Et genuit Noe tres filios. Vidiſti dilecte excellentē iuſti temperātiā? Ne hoc ita perfunctorie trāſeamus, ſed & tempus illud expendamus, & malitiā quæ ſuper omne hominū genus ob eorum deſidiam ſe extenderat, cōſyderemus quantæ virtutis, in tantam tēporis longitudinem, cōcupiſcentiæ rabiem refrenare, viāq; longe ab alijs diuerſam ingredi, & nō ſolum ab illicito coitu ſe cohibere, ſed & a legitimo & inculpato. Et genuit, inquit, Noe tres filios, Sem, Cham, Iaphet. Corrupta autem erat terra coram deo, & repleta eſt terra iniuſtitia Mihi videtur diuina diſpenſatione factum, quod iuſtus iſte etiam nūc a coitu abſtinet, & pueros iſtos habet. Quia eñ ob malitię magnitudinē,
E & excellentē prauitatem generali diluuio totū orbē deleturus erat miſericors deus, quaſi radicem aliquam & fermentum voluit iuſtū illum ſupereſſe, vt abolitis illis origo quædam eſſet futurorū. Huius gratia, cum iam quingentorū eſſet annorum, haberetq; filios iſtos tres, iſtis cōtentus fuit, declarans hoc factū, vt diuinę in humanū genus mīæ ſeruiret. Et quo ſcias hoc non eſſe temeraria cōiectura dictū, conſydera ſcripturæ diligentiā. Nam poſtquā dixit, quod iuſtus ille tres habuerit filios, ſtatim ſubdidit, Corrupta eſt autem terra coram deo, & impleta eſt terra iniuſtitia. Vidiſti in eadem natura magnam & ineffabilem varietatē? De iuſto enim dicebat ſcriptura, Noe homo iuſtus, perfectus in generatione ſua. De reliquis autem omnibus inquit, Corrupta eſt terra corā deo, & impleta eſt terra iniuſtitia. Nomine terrę hominum multitudinem vocat, eo quod omnia eorū opera terreſtria erant, & idcirco terræ nomine & eorum vilitatem, & malitię excellentiam ſignificat. Nam ſicut de protoplaſto, qui vbi legem tranſgreſſus, gloriam qua tegebatur amiſit, mortiſq; pœnæ obnoxius factus fuit, dicebat, Terra es, & in terrā abibis. Ita & hic, quia plurimū inualuerant peccata, inquit, Corrupta autē erat terra. Neq; ſimpliciter dicit, Corru
F pta autē erat terra / ſed, coram deo, & impleta eſt terra iniuſtitia. Dicēdo enim, Corrupta eſt, omnigenam eorū malitiam emphaſi quadam dixit. Non eñ vnius vel duorum peccatorum tantum rei erant, ſed omnes iniquitates abſq; modo cōmittebant. Ideo & ſubdit, Et impleta eſt terra iniuſtitia. Non obiter, neq; vulgariter malitię eſtuebant, ſed peccata quæq; feruenti contentione agebant. Et vide, quō illos poſtea ne tenui quidem memoria dignatur, ſed nomine terræ vocat, ſimul indicās & dei indignationem. & peccatorū grauitatem. Corrupta eſt autem terra, inquit, corā deo, hoc eſt, ſecus quam præceptū erat a deo: omnia faciebant, mandata dei conculcantes, & magiſtrum naturę humanæ inſitū amittentes. Vidiſti dilecte, quantū malum ſit peccatum, quō homines facit, vt ſuo nomine vocari non ſint digni? Audi nunc q̄ ſequūtur, Et vidit dñs deus terram, & erat corrupta. Vide iterum, quomodo eos terram vocet, & poſtea quū ſemel atq; iterum et tertio nominauit terram, vt ne quis de terra ſenſibili eum dixiſſe ſuſpicetur, inquit, Quia corrupit omnis caro viam ſuā ſuper terram. Neq; nunc hominis appellatione eos dignatur, ſed carnem vocat quo nos docere voluit, quod nō de terra hęc dicat, ſed de hoibus carne amictis, & terre ſtribus negotijs ſeſe totos impendentibus. Mos eñ ſcripturæ eſt, vt ſæpe charitati

veſtræ dixí, carnalia ſapientes, & níhíl ſublíme cogítãtes, carnís nomíne appellare. Sícut & beatus Paulus ínquit, Quí autẽ ín carne ſunt, deo placere nõ poſſunt. Quid ígítur? non fuit ín carne & ís qui hæc dícebat? Non hoc dixit, quod quí carne circũ dati ſint, deo placere nõ poſſint, ſed de hís quí nullã vírtutís ratíonẽ habent, & níhíl níſí carnale ſapientes, carnís voluptates ſectãtur, nullamq; anímę íncorporeę & ſpí A
ritualís curã gerũt. Itaq; quía dictís íſtís díuína ſcríptura docuit nos peccatorũ mul títudínem, malítiæ íncrudeſcentiã, indígnatíonís díuínæ magnítudínẽ, & quod ob ſtudíum malorum operum, ſemel atq; íterum ac tertío terrã eos nomínauit, carníſq; nomíne vocauít ſpolíatos cõmunís naturæ vocabulo, nũc per ea quæ ſubdít, íneffa bílem dei míſerícordíam, & dígnatíonís eíus excellentíã oſtendít nobís, quía conſe quẽ ter íuſto huíc, ſícut amícus amíco cõmunícat, quam pœnam humano generí ſít íntentaturus, & dícít, Tempus omnís hominís venít corã me. Quía ímpleta eſt terra íníuſtítía ex eís. Et ecce ego corrumpo eos & terrã. Quíd eſt, tempus omnís ho mínís venít coram me? Magnã, ínquit, oſtendí longanímítatem, volens hanc ínfer re pœnam, quã íllaturus ſum. ſed quía ímmodica peccatorũ eorũ multítudo ín hoc tempus eos adduxít, & fínem íjs ímponere oportet, exſcíndíq; eorum malítíam, ne vlterius progrediantur. Tempus eñ, ínquit, omnís hominís venít coram me. Víde & híc, quomodo ſuperíus dícebat, Vnuſquíſq; cogítat, íta & nunc, omnís hominís. B
Omnes cõſonant, omnes ad íníquítatẽ pergunt, ínquit, & ín tanta multítudíne, nõ ínueníri poteſt alíquís cui vírtutís ſít cura. Tẽpus enim, ínquit, omnís hominís venít coram me. Tempus, hoc eſt aduenít tẽpus quo ſecandum erít, & papílla vlceris cõ trectanda. Tempus omnís hominís venít coram me, quaſi nemo víderet, ratíonẽq; delictorum ab eís exacturus eſſet, ſíc ſeſe malís operíbus mancíparunt, non cogitan tes, quod me níhil latere queat, quívítam, anímamq;, & corpus dedí, totq; bona ſup peditaui. Tempus ígítur omnís carnís venít coram me. Deín quaſi ſatíſfacturus, ra tionemq; reddíturus íuſto, monſtrat quod ín tantam ſe índígnatíonẽ prouocarínt homines peccatorũ nímíetate, ínquiens, Quía ímpleta eſt terra íníuſtítía ex eís. Nũ prętermíſſum eſt alíquíd, ínquit, ab eís, íta ad peccatũ cõtendentíbus? Tantam ma lítíæ magnítudínem vídere lícet, vt & exundet, & effluat, totamq; terram ímpleat, propterea & ípſos corrumpo & terram, Ecce, ínquit, ego corrumpo eos & terram. Quía príores ípſí malís ſuís operíbus ſeípſos corruperunt, ídcírco generalem ínterí tum índucam, aboleríq; faciam & eos & terram, vt purificatíonẽ accípiat terra, & a C
peccatorum maculís emundetur. Cogíta nunc obſecro, qualẽ tunc habuíſſe putas anímam íuſtũ íſtum, quum hęc a domíno audíret? Nam lícet multarum vírtutũ ſua rum conſcíus eſſet, nõ tamen abſq; dolore quæ dícebantur accepít. Amícum & ín dulgentíſſimæ dílectíonís eſt íuſtorũ genus, & pro alíorũ ſalute, íuſtí quæq; ferre elí gerent. Quomodo ígítur exímius ílle ſe cõtínuít, quum mente ſua omníũ ínterítum & totíus naturæ abolítíonẽ tractaret, & fortaſſís nec ſíbí ípſí íucundũ quíddam pol líceretur? Vt ígítur mente non turbaretur, ſed paruam quandã cõſolatíonẽ ín tanta mœroris magnítudíne accípere poſſet, poſtquã docuit eum malítíæ íllorũ grauíta tẽ, & quod tẽpus vrgeat, exígens vt profunda ſectíone incídãtur, dícít ei, Illí quídẽ cõ muní perdítíone ínteríbunt. At tu fac tíbí ípſí arcam. Quíd eſt, At tu? Quía nõ cõ municaſtí eorũ peccato, ſed omnẽ ín virtutíb' vitã peregíſtí, ídeo tíbí ímpero, vt ex truas arcã ex lígnís quadratís íncorruptís. Manſiunculas per arcã facías, & glutina bís íntrín ſecus & extrínſecus eã bitumíne. Erít autẽ trecentorũ cubitorũ lõgítudo, & quíngentorũ latítudo, & trígínta cubítorũ altítudo. Supra contrahens facíes ar cam, & ín cubítum cõſummabís eíus ſummitatẽ. Ianuam autem facíes ab oblíquís,

cubiculis bicameratis & tricameratis facies eam. Considera dignationē dei, & inef-
fabilem virtutem, misericordiamq; omnē rationem transcendentē. Simul declarat
D & suam erga iustū prouidentiam, vt fabricet arcam, illi imperās, ordinansq; interim
modum in quē construenda, nempe in quam longitudinē, latitudinem, & sublimita-
tem, & maximam ei consolationē affert, spem salutis per arcæ cōstructionem sub-
scribens. Volebat autē illos quoq; qui tā grauiter peccauerant, fabricatione arcę ad
moneri, vt secum cogitarent quę fecissent, resipiscendoq; indignationē non experi-
rentur. Neq; eñ paruum illis tempus denuo cōcessum, donec fabricaretur arca, sed
plane multum & sufficiens fuisset, nisi adeo ingrati & stupidi fuissent, respiciēdo ad
erratorum emendationem. Verisimile eñ, quod quicunq; ex eis vidit iustum qui fa-
bricabat arcam, & causam extructionis scisscitatus est, & postea cognouit diuinā in-
dignationem, vnde si voluisset, potuisset ad suorum peccatorū agnitionē venire. Ve-
rum hæc illis nullam vtilitatem attulerunt, non quia non potuerunt, sed quia non vo-
luerunt. Igitur postquam de construenda arca iusto præcepit, cōmunicat & narrat
ei etiam pœnæ speciem, quā illaturus erat, & dicit, Tu quidem hanc para, sicut præ-
cepi. Ego autem vbi tu ędificium cōpleueris, etiam ea quæ ad te attinent tuta faciā.
Ego autem (inquit) inducā diluuium aquę super terram, vt corrumpat omnem car-
E nem, in qua est spiritus vitæ, subter cœlum, & quæcunq; fuerint super terram consu-
metur. Vide quomodo & per minas ostendit, quam grauia illi peccauerint, & inquit
Etenim eandem pœnam inducam, tam rationalibus quā rationis expertibus Quia
cum a sua dignitate, qua brutis præfuerunt, excidere, dignum est vt inter illos & ista
nulla sit pœnarum differentia. Inducam eñ diluuium aquæ, vt corrumpat omnem
carnē, in qua est spiritus vitæ subter cœlum. Et iumenta, inquit, & volatilia, & feras,
& quadrupedia, & quęcunq; sub cœlo conspiciuntur. Et vt discas, quod nihil relin-
quatur, inquit, Et quęcunq; sunt super terrā cōsumentur. Nam purificatione orbis
opus habet, sed hoc te non conturbet, neq; mentem tuam confundat. Nam quia vi-
deo vlcera eorum incurabilia, sistere volo malitiæ fluenta, vt ne grauioribus pœnis
obnoxios se faciāt. Idcirco etiā nunc pro sua misericordia, quum indignationē bo-
nitate temperat, talem pœnam infert, quę sine dolore sit, & non sentiatur. Neq; eñ
respiciens ad ea, quę peccauerant, vel quę meruerant, sed pręuidens futura, & in hos
congruam pœna animaduertere, & posteros ne ab his offendantur liberare volo. Ne
igitur mœstus sis, neue turberis hęc audiēs. Nam licet illi dignam peccatis suis pœ-
nam luent, sed statuam testamentū meum tecū. Nam quia omnes priores indignos
sese prębuerunt, neq; de mandatis meis bene senserunt, tecū posthac statuam testa-
mentum meum. Etenim protoplastus post tot beneficia imposturam passus, mādata
F mea trāsgressus est. Et qui ex illo natus est, ipse in idem malitię profundū incidit, vn-
de & cōtinuam maledictionis pœnā accepit. Verum neq; illius pœnis posteriores
emendatiores facti sunt, sed mala sua ita coaceruarunt, vt & genealogiā eorū repro-
barem Sane post hæc vt inueni Enoch, qui virtutis imaginem seruauit, quia valde
mihi charus fuit, eū transtuli, monstrās omnibus virtutis cultoribus, quantas merce-
des & retributiones adipiscantur, volebā eñ vt cęteri illius imitatores fiant, eādēq;
viam ingrediantur. Cęterū quia aliis omnibus postea malitiam sectantibus, te solū
inueni in tanta multitudine, qui primi parētis transgressionē reuocare possit, Tecū
statuam testamentū meum. Nā bonę tuę vitę opera declarant, fidelem te in suscipiē-
dis mādatis meis. Deniq; ne adhuc iustus hęc audiens mœreat, quasi solus ipse libe-
randus sit, iterū consolatione eū vt dicitur demulcens, dicit, Ingredieris autē in arcā
tu & filij tui, & vxor tua, & vxores filiorum tuorū. Nam licet multum a virtutę iusti-

illius abfuerint, alieni tamen erant a grauioribus sui seculi peccatis. Alias quoq; ob duas causas salute potiti sunt, vna in honorem iusti. Consuetudo enim misericordis dei est, honorem hūc dare seruis suis, vt propter eos saluentur & alij. Id quod & beato Paulo cōcessum est, magistro illi orbis, qui vsquequaq; suæ doctrinæ radios emittebat. Quandoquidem quū ille Romā nauigaret, orta in mari tempestate magna, ita A
vt multi saluti suæ timerent, nullamq; bonam spem propter procellarum magnitudinem haberent, vocatis omnibus, dicit, Bono animo estote viri. Amissio eñ animæ nullius erit ex nobis, præterquā nauis. Astitit eñ mihi nocte hac dei, cuius sum, angelus, dicens, Ne timeas Paule, dedit eñ tibi deus omnes qui tecum nauigant. Vidisti quomodo virtus viri salutem illis conciliauit? immo non virtus tantum, sed misericordia domini. Ita simili modo & hoc loco factum est, & hæc prima causa est. Altera vero ista, Volebat semen aliquod & radicem ad posteritatis constitutionem relinquere, nō quod impossibile esset deo iterū formare, & ex vno genere iterum augmentum facere, sed quia hoc suę bonitati ꝓbabatur. Attende igitur dei bonitatem, etiam propter posteros. Nam sicut in terminando pœnam, cum hominū genere & iumenta, & reptilia, & volatilia, & feras peritura dixit, ita & hic ꝓpter iustum imperat, vt introducantur in arcam ex vno quoq; illorum genere par vnū, vt sit semen & primitiæ multitudinis postea futuræ. Et ex omnibus, inquit, iumētis, & ex omnibus B
feris, & ex omni carne, bina ex omnibus induces in arcam, vt pascas apud te, masculus & fœmina erunt. Ex omnibus auibus volatilibus scđm genus, & ex omnibus reptilibus repentibus super terram scđm genus, bina ex omnibus intrabūt ad te, vt pascantur apud temetipsum, masculus & fœmina. Ne obiter hæc præterieris dilecte, cogita quantum peperierit iusto curarum tumultum, cogitanti apud se, quātam hæc omnia curam exigerent. Non enim sufficiebat ei cura mulieris & puerorum, & nuruum, sed & solicitudo tot brutorū & educatio annectebatur. Verum paulisper expecta, videbisq; dei bonitatē quomodo incumbentem iusto curam exoneret. Tu autem accipies (inquit) tibi ipsi de omnibus cibis, de quibus comeditis, & cōgregabis apud teipsum, & erunt tibi & illis in cibum. Ne existimes (inquit) destitutum te mea prouidentia, relinqui. Ecce eñ præcipio, vt quæ vestræ alimoniæ sufficiunt, & quæ ad alenda bruta spectant, omnia in arcam inferātur, ita vt nullā vel famem vel penuriam experiamini, & nec bruta pereant, vt pote cibum non habentia sibi conuenien- C
tem. Et fecit (inquit) Noe omnia quæcūq; sibi præcepit dominus deus, sic fecit. Videas & hic encomium amplum. Fecit (inquit) omnia quæcūq; pręcepit ei dominus deus. Non aliud quidem opere exequebatur, aliud autē negligebat, sed omnia quæ pręcepta erant, fecit. Et sic fecit, vt præcepta erant ei, nihil intermisit, sed omnia impleuit. Et operibus suis probauit, quod iuste beneuolentiā dei assequutus sit. Quantis non coronis dignū fuerit testimoniū hoc, quod a diuina scriptura accepit iustus ille? Quis hoc fuerit beatior: qui omnia opere cōpleuit quæ ei a deo pręcepta fuerūt & tantam in ijs quæ ei imperata erant, obedientiā declarauit Et vt scias, quanta ab Capus
omniū conditore prędicta sint, audi quæ sequuntur. Et dixit (inquit dominus deus VII.
ad Noe, Ingredere tu, & omnis domus tua in arcā. Deinde vt sciamus, quod non gratia solum saluat iustū, sed & laborū retributiones dat, & virtutum pręmia, dicit, Ideo tibi impero, vt tu & domus tua omnis in arcam ingrediamini, quia te vidi iustum coram me, in generatione ista. Magnū & fide dignū testimonium. Quid eñ hoc maius esset, quū ipse conditor, & qui eū vt esset produxit, talia de iusto pronunciat? Quia te vidi iustū (inquit) corā me. Vera hęc virtus est, quā do corā deo quis eā accipit. quando oculus ille, qui decipi nequit, suū fert calculū. Exin docens nos mi-

sericors deus, mensuram virtutis, quantam tunc ab iusto exigebat (non enim eandē
virtutis mensuram ab omnibus afferri vult, sed pro varietate temporum, & virtutes
D differentes requirit) dicit, Quia te vidi iustum coram me in generatione ista, quæ tā
mala, quæ in tantam malitiam declinauit, quæ tantam ingratitudinem præ se fert.
Te vidi iustum, te solum inueni gratum, te inueni virtutis rationem habere, tu solus
coram me iustus apparuisti, omnibus alijs pereuntibus, te iubeo ingredi cum omni
domo tua in arcam. Ex animalib⁹ puris iubeo te introducere septena. Quia prius
indistincte præceperat, ex omnibus par vnum introduci, propter hoc nunc dicit,
Ex puris autem septena, ex impuris vero bina, masculum, & fœminam. Posteaautem causam docens, subdit, Vt seruetur semen super omnem terram. Operæpretium autem hoc loco fuerit inquirere & videre, Vnde sciebat iustus, quæ nam pu-
Quepura vel ipura. ra, vel impura. Nondum enim erat distinctio hæc facta, quam postea Moyses Iudæis in legibus suis statuit. Vnde ergo sciebat, a seipso ne, & ab insita naturæ suæ doctrina? num & ratio dictauit? Nihil enim immundum ex ijs quæ deus fecit. Quo pacto enim immundam vocaremus vllam creaturam, quæ semel supernea condito re approbata? Dixit enim diuina scriptura, Quia vidit deus omnia quæcunq; fecit, & ecce bona valde. Sed postea natura a seipsa ita dijudicauit. Et quod hoc sit verū,
E consydera quomodo in nonnullis locis, ab aliquibus abstinēt aliqui, vt immundis & non probatis, aliqui illis ipsis vescuntur cōsuetudine eos ad hoc inducente, sic & tunc quoq; erat. Ipsa scientia iusto insita docebat, quę nam ad cibum accōmoda, & quæ immunda, non vt ita sint, sed vt pro immundis habeātur. Qua de causa dico oro asinum immūdum censemus, quamuis leguminibus tantū pascatur, alia autem quadrupedia cibo conuenientia putemus, etiam si immundo alimento pascantur? Ita scientia a deo nobis suppeditata, horū est doctrix. Posset autem & aliter dici, Quia deus qui præceperat, idem & scire ea manifeste fecit. Cæterū de mundis ac immundis satis dictum est. Verum interim alia prospectat quæstio, quare ex mundis bina, ex immundis autē septena, & hæc quoq;, quare non vel sex, vel octo, vel decem paria. Fortassis prolixius sermo ille se extendit, sed si non piget & vultis, breuibus de ijs charitatem vestram docebimus, ea scilicet quæ nobis diuina gratia concesserit.
Obseruationes numerorum. Multi em̄ varias de ijs fabulas narrant, & hinc occasione sumpta, obseruationes numerorum ostendunt. At quia nō est obseruatio, sed intempestiua hominū curiositas, talia fingere molitur, vnde & multæ hæreses ortæ. Quod statim scietis; etenim frequenter (vt videamur quasi ex abundantia eos qui ex suis opinionibus noua afferunt, cōpescere inuenimus in scripturis cōiugij numerum seruatū, quippe quando
F misit discipulos, binos eos misit. Ipsi autem omnes duodecim erant, & Euangelia quatuor numero. At superuacaneū fuerit hæc apud charitatē vestrā cōmemorare, quæ satis didicit huiusmōi dictis obturare aures. Necessariū autē vt posthac docea
Origenica allegoria mus, quare septena ex puris afferri præceperit. Plura quidem præcepit ex mūdis introduci, vt iustus, & qui cū eo erant, inde consolarent, ex illis vsum habētes. Quod autem septena, & hoc quoq;, si causam discere tis, summū indiciū est piæ mentis iusti. Nam quia cognouit misericors deus viri virtutem, & quod vt iustus & tanta domini fretus misericordia, vbi tantę tēpestatis effugisset periculū, liberareturq; a periculo, suā gratitudinē declaraturus, & pro gratiarū actione hostias, & sacrificia oblaturus esset, vt ne hoc faciendo mutilaret paria, ideo dñs præscius huius gratæ mentis, iubet septena introduci ex singulis auiū generibus, vt cū cessaret vniuersalis interitus, & suā mentē declararet, & coniugia volatilium, cæterorumq; animaliū nō læderentur, id quod & priori sermone didicistis. Vbi autē in eum locū peruenerimus,

videbitis iustum illum hæc facere. Didicistis causam ob quam septena introducere præceptum fuit? Num posthac tolerabitis eos qui fabulari diuinæq; scripturę ordi A
nem turbare, & quæ ex suo capite finxerunt, introducere nituntur? Igitur postquã omnia clare mandata fuerunt, & de auibus, & de mundis, & de immundis, & de alimentis, dicit iusto. Adhuc septem dies sunt, & ego induco pluuiam super terrã, qua draginta diebus & quadraginta noctibus, & delebo omnem substantiam a facie terre ab homine vsq; ad iumentum. Attende obsecro etiam ex ijs quę nunc dicta sunt bonitatis diuinæ excellentiam, quomodo post tantam longanimitatem etiam nũc ante septem dies prædicit, volens metu emendatiores illos reddere, & ad pœnitentiam reducere. Nam ideo prædicit, vt ea quæ dicit, super eos inducat. Cogita hic & Niniuitas, & attende quanta horum & illorum varietas. Quia quum tot annis audissent, quod ante fores esset interitus, neq; sic a malicia sua cessarunt. Et consueuimus quidem negligentiores esse, si incerti sumus quando futura punitio. At si vicini sim' his quæ offendere possunt, tunc humiliamur, & plurimam ostentamus conuersionẽ id quod & in Niniuitis contigit. Quandoquidem vbi audierunt, quod adhuc quadragita dies & Niniue subuertitur, non solũ non desperauerũt sed & ad dictum hoc exurrexere, tantamq; malorum fecerunt missionem & tam diligentẽ confessionem B
declarauerunt, quod & ad bruta vsq; extenderent ea, quæ attinebant ad pœnitentiã Et quid hæc ad bruta, & sermone carentia? sed vt per hoc misericordiam boni domini sibi conciliarent. Prædicato enim ieiunio (inquit) regis purpurati mandarunt, vt neq; oues, neq; boues, neq; alia bruta pabulum vel aquam acciperent, sed omne hominum genus tunc saccis amictum, & ipse quoq; rex sublimi throno sedens, magnam & parem cum alijs egere pœnitentiam, feceruntq; hæc, licet ignorarent, an pœnam effugerent. Dicebant enim. Quis scit, si forte pœniteat deus super malitia quam vt nobis faciat loquutus est? Vidisti barbarorum ingratitudinem? vidisti quo modo neq; dierum angustia segniores eos fecit? Vide & illos post numerum tot annorum, vbi audiuerunt, quod adhuc septem dies, & diluuium inducitur, neq; sic cõuersos. Vnde ex confesso fuerit, quod voluntas nostra malorum omnium causa est Ecce enim & hi & isti fuerunt homines, & eiusdem cuius alij naturę, sed non eiusdẽ voluntatis. Propterea nec idem eorum euentus, sed Niniuitæ subuersionem subter fugerunt, quum bonus deus eorum contentus esset pœnitentia propter suam misericordiam, sed isti submersi, in communi abolitione perierunt. Adhuc enim (inquit) C
septem dies, & ego induco pluuiam super terram. Deinde magis augere volens terrorem, inquit, Quadraginta diebus, & quadraginta noctibus. Quid? nõ erat ei possibile, vt in vno die totam pluuiam induceret? Quid inquam in vno die? In vno momento posset, sed hoc debita opera facit, volens simul & timorem incutere, & occasionem præstare, qua possent pœnã quæ in foribus, effugere. Et delebo (inquit) omnem substantiam quam feci, a facie terræ, vsq; ad pecus. Vide quomodo & semel & iterum prædicit, & neq; sic ei supplicatur. Omnia autem hæc faciebat, vt nos doceret quod iuste eis tantam pœnã inflixerit. Et nullus tam insipiens, aut arguere & dicere possit. Si longanimior fuisset, forte pœnitentiam egissent, forte a peccatis abstitissent, et ad virtutem redijssent. Eaq; de causa annorum quoq; numerum manifestum nobis facit, & arcam fabricari iussit. Et post hæc omnia, etiam ante dies septẽ prædicit, vt omnium temere loquentiũ impudentes linguas compescat. Et fecit (inquit, Noe omnia, quæcunq; mãdauit ei dominus deus. Vide quomodo etnũc prędicat iusti gratitudinẽ, et obedientiã diuina scriptura, docens nos, quod nihil quod imperatũ erat prætermiserit, sed omnibus impletis, etiam per hoc virtutis suæ speci

D men præbuerit. Illũ igitur & nos imitemur iustũ, & mandata a deo tradita implere studeamus, & leges a Christo nobis latas non despiciamus. Sonent autẽ continuo in mente nostra, festinemus ad bona opera, longanimes simus in his quę ad salutem nostram pertinent, præsertim quum nunc longe maior virtutis mensura a nobis exigatur, quanto & meliora bona sortiti sumus. Ideo & Christus dicebat. Nisi abundantior fuerit iustitia vestra quam scribarũ & pharisęorũ, non intrabitis in regnum cœlorum. Consyderemus hoc dictũ, & non perfunctorie transeamus, sed cogitemus quanta pœna futura eorũ, qui non solum operam dant, vt illos transcendant, sed & minus illis habent, neq; hoc præstant, vt iram remittant proximo, vel linguã a iuramentis seruent puram, vel oculum muniant a nociuo spectaculo. Et quum do minus præcipiat, non solũ fortiter ferre, si qua iniuria fuerimus affecti, sed & beneficia in inimicos largiter collocare. Et qui tecũ iudicio contẽdere (inquit) & pallium tollere vult, dimitte & tunicam. Nos autẽ sæpe & proximo iniuriam facere nitimur vel etiam vlcisci eũ qui nobis negociũ facit, quãuis nobis imperatum sit, non solum diligẽtes diligere (nã hoc, inquit, & publicani faciunt) sed & bene & amice affectos esse in eos qui nos hostiliter infestant, quin neq; amicis fraternam charitatẽ exhibemus. E apropter doleo & lugeo, quia video in nobis tantã virtutis raritatẽ, malicią
E autem quotidie inualescere. Neq; moratur gehennæ timor nostrũ in mala cursum, neq; regni desyderiũ adhortari sufficit, vt in via virtutis ambulemus. Sed oẽs, vt ita dicam, quasi oues ambulamus, & neq; cogitamus terribilẽ illam horam, vel leges a domino nobis datas. Sed omnes ad hominũ opiniones spectamus, & gloriolã ab illis venamur, neq; audimus Euangeliũ, dicẽs. Quomodo vos potestis credere, gloriam ab hominibus accipientes, & gloriã quæ a solo deo est, nõ quærentes? Quem admodum enĩ qui illã humanam desyderant, diuina prorsus excidunt, ita qui diuinam sectantur continuo, neq; hac priuantur, id & ipse prius ꝓmisit. Quærite regnũ cœlorum, & hæc omnia vobis adijcientur. Et enĩ eũ qui huius desyderio tenetur, se quuntur hæc omnia. Nã qui illuc mente sua celer volat, omnẽ præsentem voluptatem quasi non esset, contẽnit. Oculi enim fidei, quando vident ineffabilia illa bona, neq; visibilia sentiunt, tantum inter hæc & illa interest. Sed neminem video, q̃ inuisibilia visibilibus ꝓferat. Idcirco mihi mœror est, & indesinens dolor cordi meo, quia non experientia docti estis, & operibus. Neq; dei promissiones, neq; munerũ magnitudo, regis desyderiũ & amorem nobis ingenerauit. Verũ adhuc reptantes præelegimus terrena cœlestibus, præsentia futuris, & ea quę prius auolant, quã spectentur, his quæ omnibus durant seculis, & momentaneã voluptatẽ perpetuæ volu
F ptati, breuẽ hanc pręsentis vitæ felicitatẽ, æternis illis & fine carentibus bonis. Scio quod aures vestras offendũt, & vellicant verba hęc, sed ignoscite. Auidus vestræ salutis hæc loquor, malens vos hic aliquanti sper affligi, æternam pœnam effugiẽtes quam cum parua refocillatione perpetuã ferre pœnam. Nam si sermo meus in vobis proficit, & priorem tristiciã repelletis, & nunc maxime, dum adhuc sanctæ quadragesimæ tẽpus vobis relictũ, poteritis peccata abstergere, magnãq; a deo misericordiam vobis conciliare. Non enim multis diebus opus habet dominus, neq; tempore, sed si voluerimus, & in duabus hebdomadis corrigere peccata nostra poterimus. Nam si Niniuitas triũ dierum pœnitentiam agentes, tanta dignatus est misericordia, multo magis nos non despiciet. Tantũ vere pœniteamus, & desistentes a peccato, viam quę ad virtutem ducit, ingrediamur. Enimuero de illis. Niniuitas puto, scriptura dicit, beatos eos prædicans. Quia vidit deus, quod discessit vnusquisq; a via sua mala. Igitur si viderit, quod & nos nunc virtuti iunxerimus, & a malo dessi

terímus, feſtínemuſq; ad bonorũ operatíonem, approbabít & noſtram conuerſío-
nem, & ſarcínis peccatorũ exoneratis ſua largíetur dona. Neq; nos ſíc a peccatis lí-
beri eſſe, & ſaluari cupímus, ſícut ípſe cupít et adeſſe feſtínat, vt et ab íllís líberos nos A
fieri, & hoc potiri concedat. Eapropter obſecro, excítemus noſtras mẽtes, ſuí quíſ-
que ſcrutator ſit, an quid amplíus a ſe præterito tempore geſtum ſit, vel quam vtílíta
tem habuerít ex contínua hac doctrína, vel quíd quod proxímo ſeruíat, fructũ col-
legerít, vel quæ a ſe prætermíſſa & neglígentíus geſta correxerít, vel quam adhor-
tatíonem melíorís vítæ ex hís noſtrís quotídíanís acceperít admonítíonibus, vel qd
bonís ſuís operíbus adíecerít. Nunquam enim quieſcẽdum eſt a bona hac operatío
ne. At ſí quis víderít conſuetudínem ſuam adhuc prævalere, et ſe ín íjſdem perſeue-
rare, cogat mentem ſuam ſuę deſídíæ ratíonem reddere nec ſínat progredí vlterius,
ſed íbí conſuetudíní fínem ímponat, moretur concítatum curſum, coerceat cogíta
tíones, ín mente reuoluat horrendum íllum díem. Cogítet quíd horror ílle parıat &
ímpetum ígnís índe reſílíentís, & conflagrantem vím. Et qualem conueníat eſſe ꝓ
fícientís mentem? Ab omní macula, ab omní labecula ſit pura, & íllícitarum cogíta
tíonum aſſultus repellat, & famílíaritatẽ ſubuertat, vt ſíc díebus íllís nos ípſos ¦queа-
mus moderarí, ac vt quantum fieri poteſt, purificatí, partícípes fierí tam præſentíũ,
quam íneffabílíum íllorum bonorum quæ promíſít dílígentíbus ſe. Gratía & míſe B
rícordía domíní noſtrí Ieſu Chriſtí, cum quo patrí ſímul et ſpírituíſancto ſit gloria
ímperíum, honor nunc & ſemper, et ín ſecula ſeculorum. Amen.

CAPVT SEPTIMVM.

Et dixit dominus deus ad Noe. Ingredere tu: & omnis domus tua in arcam: quoniam te vidi iuſtum coram me: in generatiõe iſta. De pe-
coribus autem mundis introduc a te ſeptena: maſculum et feminam et er pecoribus non mundis. bina maſculum et feminam: et de volu-
cribus celi ſeptena: vt nutriatur ſemẽ ſuper omnem terram. Adhuc enim ſeptem dies: ego induco pluuiam ſuper terrã quadragita dies
et quadraginta noctes: et delebo omnem reſurrectionem quam feci a facie terre. ab homine vſq; ad pecus. Et fecit Noe omnia quecunq; præcepit ei do
minus deus. Noe autem erat annorum ſexcentorum. et diluuium aque factum eſt ſuper terram. Ingreſſus autem Noe et filij eius: et vxor eius: et vxores fi'iorũ eius
cum eo in arcã propter aquam diluuij: et de pecoribus mundis: et de pecoribus non
mundis: et de volucribus: et de omnibus reptilibus reptantibus ſuper terram. bi-
na de omnibus ingreſſa ſunt ad Noe in arcam: maſculus et femina ſicut præceperat C
dominus deus Noe. Et factum eſt poſt dies ſeptem: et aqua diluuij facta eſt ſuper
terram in ſexcenteſimo anno in vita Noe: ſecundo menſe: ſeptimo et vigeſimo meſis
in die iſto rupti ſunt omnes fontes abyſſi: et cataracte celi aperte ſunt: et facta eſt plu
uia ſuper terram quadraginta diebus. et quadraginta noctibus. Jn die illa ingreſ-
ſus eſt Noe. Sem. Cham. Japhet filij Noe. & vxor Noe: & tres vxores filiorũ eius
cum eis in arcam et omnes beſtie terre ſecundum genus: & omne volucre volatile ſe
cundum genus: et omne reptile quod mouetur ſuper terram. ſecundum genus. In-
greſſa ſunt autem ad Noe in arcam bina de omni carne in qua eſt ſpiritus vite: et que
ingreſſa ſunt: maſculus et femina ex omni carne ingreſſa ſunt ad Noe in arcam ſicut
præcepit dominus deus Noe. Et clauſit dominus deus de foris eius arcam. Et fa-
ctum eſt diluuium quadraginta diebus. et quadraginta noctibus. & multiplicata eſt
aqua: et eleuauit arcam. et exaltata eſt a terra: et inualuit aqua: & multiplicata eſt val
de ſuper terram: et cooperuit omnes montes excelſos qui erant ſub celo: quindecim
cubitis exaltata eſt aqua: & cooperuit omnes mõtes. Et mortua eſt omnis caro que
mouebatur ſuper terram: volatilium: et pecorum: et ferarum: et omne reptile quod
mouebatur ſuper terram: et omnis homo: et omnia quecunq; habebant ſpiritum vi-

D te: et omnis qui erat super aridam mortuus est. Et deleuit omne surgẽs. quod erat super faciẽ terre: ab homine vsq; ad pecus: et reptilia: et volucres celi: et deleta sunt de terra: et remansit Noe solus. et qui cum eo in arca: et exaltata est aqua super terram diebus centum quinquaginta.

HOMILIA. XXIIII.

ARgumẽtum de quo heri charitati vestræ disserui, denuo attingam, & iusti Noe historiam iterum in medium afferam. Magnæ enim virtutũ iusti diuitiæ sunt, nostriq; officij est, omnibus pro nostra viri li disquisitis, curare vt vestræ opes hinc auctiores fiant. Ceterum obsecro attenta mente adsitis, vt ne sententias, quę hic latent, ignoretis. Operæpreciũ autem fuerit, prius charitati vestræ cõmemorare, vbi nam heri missum fecerimus sermonem, vt inde hodie sermone repetito, dicẽda dictis recte contexamus. Sic enim manifestiora nobis erunt, etiam ea quę nunc dicuntur. Vbi ergo quę docebamus heri, finem sumebant? Dixit (inquit) dominus deus ad Noe. Ingredere tu, & omnis domus tua in arcã, quia te vidi iustum corã me in generatione ista. Ex iumentis tuis mundis induc ad te septena, et ex iumẽtis quæ non sunt munda, bina. Adhuc enim septem dies, & ego inducã pluuiã super terram
E quadraginta diebus & quadraginta noctibus, & delebo omnem substantiam a facie terræ, ab homine vsq; ad pecus. Et fecit Noe omnia quę præcepit ei dominus deus. Hucusq; procedebat sermo, hic docendi finẽ faciebamus. Fortassis & ipsi memini stis, quam charitati vestrę causam reddiderimus, quare deus ex mundis septena, ex immundis bina introduci iusserit. Age ergo hodie accedamus ad ea quæ consequẽter lecta sunt, & videamus quid nobis diuina scriptura dicat post ingressum Noe in arcam. Nunc enim maxime, si vllo alio tẽpore decet, vt amplius sit nostrũ studium, quum obieiunij tempus & dulcissima vestra consuetudine magis fruimur, & a voluptatibus voracitateq; liberamur, excitatisq; mẽtibus, dictis diligenter attẽdere possumus. Dicendum igitur, vnde hodie lectio cœpta est. Noe autem erat annorũ sexcentorum (inquit) & diluuium aquæ factum est super terram. Attendite obsecro & ne perfunctorie dictum prætercurratis. Habent eiñ latentes diuitias breuia hæc verba. Quod si mentem intenderimus, licebit ex isto ipso misericordiæ domini excellentiam, malitiæq; hominum qui tunc erant, abundantiam deprehendere. Noe autem annorum erat (inquit) sexcentorum. Non absq; causa annorum Noe numerũ nos docuit, neq; vt istud ipsum discamus, quot annorum fuerit iustus, sed quia prius nos docuit scriptura, dicens. Noe autem erat annorum quingentorum, et postquã nobis annorum manifestauit numerum, tunc narrauit immodicã hominum in ma-
F lum propensionem. Et quia incumbebat cogitatio hominũ diligenter in mala a iuuentute, ideo dixit deus, Non permanet spiritus meus in hominibus istis, eo qđ ipsi sint carnes, prænunciando eis indignationis suæ excellentiã. Deinde vt daret eis idoneum tempus, quod sufficeret pœnitentiæ, vt effugerent, & indignationem nõ experirentur, dicit. Erunt autem dies eorũ anni centum & viginti, hoc est adhuc lõganimis ero etiam post quingentos illos annos, in quibus iustus iste suo nomine satis admonet & inducit, siquidem attendere vellent, quo et a malitia desistant, & virtuti vacent. Veruntamen & nunc polliceor me annos centum viginti longanimẽ futurum, vt tempore hoc quod intercedet, non abutantur, malitiam fugientes, & virtutem amplexantes. Et non solum contentus fuit centum & viginti annorum pmissione, sed & iusto præcepit vt arcam cõstrueret, quo & ipse aspectus arcæ ijs sufficiẽtem memoriam suggereret, & nullus ignoraret inferendę pœnę magnitudinẽ. Nã

Noe in diluuio 600 annorum

admonet deuante diluuium

istucipsum, quod iustus ille, & qui in summum virtutis peruenerat fastigiũ, tanto stu
dio extruebat arcam, satis esse debebat, ad inijciendum omnibus, quibus mens erat A
angorem & formidinem, & persuadendum, vt placent tam mãsuetum & misericor
dem dominum. Nam si barbari illi. Niniuitas dico', quos iterum in medium addu-
cere operę precium est, vt etiam hęc ratione magis demõstretur & horum excellẽs
malitia, & illorum ingens gratitudo. Etenim dominus noster in die illo terribili, iu-
dicij inquam, seruos & seruos in medium producens, condemnationem facit, quã
do monstrantur ij, qui eadem bona sortiti erant, & eorundem participes, non ean-
dem exercuerant virtutem. Sępe autem ex inæqualibus comparationes facit, vt ma
gis desides & peccatores cõdemnet. Quapropter & in Euãgelio dicebat, Viri Ni
uitę resurgent in die iudicij cum generatione hac, & condemnabunt eam, quia pœ
nitentiam egerunt. Et ecce plus quam Iona, hic quasi diceret. Barbari quorum nul-
la cura est habita, qui prophetarum doctrinas non audierunt, qui signa non viderũt
qui miracula non spectarunt, sed auditis tantum vnius hominis in naufragio seruа-
ti verbis, quę eos, magnã desperationem afferendo, consilij inopes facere poterant
ita vt prorsus contemnerent quę dicebantur. Atqui non solum non despexerunt ꝓ
phetæ verba, sed & in trium dierum angustia deprehensi, tam diligentem & studio B
sam fecere pœnitentiam, vt & sententiam domini reuocarent. Illi igitur (inquit) cõ
demnabunt generationem hanc, cui tanta cura contigit, quę prophetarũ libris enu
trita, quæ signa & miracula quotidie spectauit. Deinde vt & istorum incredulitatis
eminentiam ostenderet, etiam horum ineffabilem virtutẽ subdit, quia pœnituerunt
ad prędicationem Ionę, & ecce plus quam Ionas, hic. Niniuitę quidẽ (inquit) viso
abiecto homine Iona, et eius susceperunt prędicationem, & consummatã fecerũt
pœnitentiam. Isti autem videntes multo maiorẽ quam Ionas erat, ipsumq; vniuer-
si dominum secum simul versantem, tantaq; ac talia miracula operantem, leprosos
mundantem, mortuos suscitantem, cæcitates naturę corrigentem, dęmones expel
lentem, morbos curantem potestate multa, peccatorum remissionem prębentem/
non illam quam barbari, declarauerunt pœnitentiã. Verum ad sermonis nostri cõ-
textum redeamus, vt videas quam immodica illorum fuerit ingratitudo, & qđ Ni-
niuitę in triduum coartati, neq; sic de salute sua desperarunt, sed ad pœnitentiã acce
lerauerunt, & peccata abluerunt, misericordiaq; domini sese dignos exhibuerũt. Il
li autem, de quibus nunc sermo, tempus centum & viginti annorum ad pœnitentiã
acceperant, neq; aliquid inde lucrifecerunt. Proinde dominus, videns in multã eos C
excidisse malitiam, celerem eis inducit correctionẽ, aboletq; & e medio abijcit pec
candi furorem. Propter hoc dicit. Noe autem erat annorum sexcentorum, & dilu-
uium aquę factum est super terram. Iam didicimus, quod quando indignatio & prę
dictio domini facta est, Noe fuit annorum quingentorũ. Quando autem inductũ
est diluuium, sexcentorum/ita intercesserunt anni inter prædictionem & diluuium
centum, & in ijs annis ne tantillum quidem profecerunt, licet tantum docerentur a
Noe arcam fabricante. Iam si forte quis quærat. Quare quum dixerit dominus, cẽ
tum viginti anni erunt dies eorum, promiseritq; se tanto tempore longanimitate,
vsurum, antequam implerẽtur anni promissi, vniuersale introduxit excidium? Etiã
hoc suæ misericordiæ maximũ est argumentum & indicium. Nam quoniam vidit
quotidie incurabiliter eos peccare, & non solũ nihil ex indicibili longanimitate sua
proficere, sed & incrudescere vlcera, propterea succidit tempus, vt ne maioris scili-
cet pœnæ se obnoxios facerent. Et quę (inquit) aliquis hac maior esset pœna? Est
plane, est dilecte, pœna & maior, & terribilior, & durans/nempe quę in futuro secu

Cõparatio Ex Inequalib.

Temp. 20 annis succisum.

Nota

D lo. Nam etsi aliqui pœnam hic sustineant, neq; illic pœnam effugiunt sed leuiorem
fortiuntur ob eam quam hic tulerunt, magnitudinem eorum quæ illic sunt tormen-
torum minuentes. Audi Christum dicentem, & miseram vocãtem Bethsaida/Væ
tibi Chorozaim (inquit) Væ tibi Bethsaida/quia si in sodomis factæ essent virtutes
illæ, quæ factæ sunt in vobis, olim in sacco & cinere pœnitentiam egissent. Idcirco
dico vobis, quia tolerabilius erit terræ Sodomorũ, & Gomorræ in die iudicij quã
vobis. Vides dilecte, quomodo quum dicit, tolerabilius erit, ostendit, quod licet tã
tam hic pœnam dederint, & incendium illud nouum & rarum tulerint, & alibi pœ
nam sustinebunt, veruntamen leuiorem, eo quod prius hic tantam experti sint indi-
gnationem. Vt igitur & ij peccata coaceruantes, maioribus se pœnis obnoxios nõ
facerent, dominus misericors & benignus miseriã eorum videns, tempus quo se lõ
ganimen futurum promisit, abbreuiauit. Nã sicut eis qui admonitionibus suis prõ-
pte parent, ob bonitatem suam peculiarem sententias suas reuocat, & conuersis ap-
propiat, ab imminentibus pœnis eos liberans/ita quoq; quum promittit, vel bona
aliqua se præbiturum, vel pœnitentiæ tempus, videt autem fieri indignos, etiam tũc
quoq; suas promissiones rescindit. Quocirca & per prophetam dicebat. Finem lo-
quar super gentes, & super regna, vt perdam & effodiam, etsi pœnitentiam egerint,
E agam & ego pœnitentiam super his quæ loquutus sum, vt facerem. Et iterũ finẽ lo-
quar super gentes & regna, vt reædificem, etsi peccent, pœnitentiam & ego agã su
per his quę loquutus sum, vt facerem eis. Vidisti quomodo & a nobis occasiones ac
cipit, tam misericordiæ, quam erga nos declarat, quam indignationis. Idcirco etiã
nunc tempus resecat, cuius longitudine abutebantur. Beatus quoq; Paulus ad stupi
dos illos, qui propter pœnitentiam datam nobis salutẽ nõ aduertunt, dicebat, An
diuitias benignitatis eius, & patientię, & longanimitatis contemnis, ignorans quod
benignitas eius ad pœnitentiam te prouocat? Secundũ autem duritiã tuam, & cor
pœnitentiæ nescium, thesaurizas tibimetipsi iram in die iræ & reuelationis iustiiudi
cij dei. Vidisti quomodo & eximius ille doctor orbis clare nos docuit, quod q̃ lon
ganimitate dei ad pœnitentiam nobis concessa abutuntur, maiori pœnæ & supplí-
cio semetipsos obæratos faciunt? Et hac de causa misericors deus, quasi satis factu-
rus nobis, rationemq; reddens quare, ante quam promissum tempus impleretur, di
luuium induxerit, annorũ iusti numerũ ponit, et dicit, Noe autẽ erat annorum sex-
F centorum. Nam qui in centum annis conuerti noluerint, quid amplius proficerent
ex annis viginti, quam quod plura adij cerent peccata? Enimuero monstrãs ineffa-
bilem suam misericordiam, et excellentem bonitatem, non refugit etiam ante septẽ
dies, quin prædiceret eis diluuium mox inducendum, vt vel angustia temporis cor-
repti, conuersionem aliquam ostendant. Et vide misericordiam domini, quomodo
quasi bonus aliquis medicus, varijs vijs morbum eorum curare tentat. Nã quoniã
incurabilia eorum erant vulnera, tam prolixum eis tempus prescripsit volens etiam
si in tanto tempore agnoscerent & resipiscerent, reuocare indignationis suæ senten
tiam. Semper enim mos eius est, quoniam nostræ salutis curã agit, prædicere quas
pœnas sit illaturus, ob hanc tãtum causam ne inferat, quas si inferre vellet, neutiquã
diceret/sed studiose prædicit, vt cũ nos didicerimus, & timore emendatiores facti,
conuertamus eius indignationem, et sententias eius irritas faciamus. Nihil enim est
quod ita eum exhilaret atq; conuersio nostra, & a peccato ad virtutẽ regressus. Ani
maduerte igitur quomodo & istorum valetudinem industria quadam curare nititur
Nam prius tantum temporis ad pœnitentiam dedit. Dein, vbi vidit eos quasi insen
sati essent, ita se gerere, nihilq; proficere temporis longitudine, iam quum in ianuis

ipſis eſſet, vt dicitur diluuium, iterum prænunciat, nõ ante tres dies, ſicut de Niniui
tis dicitur, ſed ante ſeptem. Et fidenter dixerim, excellentiam miſericordię domini A
noſtri ſciens, Si vel in ſeptem diebus iuſtam pœnitentiam agere voluiſſent, effugiſ-
ſent vtiq; diluuij periculũ. Itaq; quoniam neq; productio tanti temporis, neq; coar-
tatio a malis eos abducere potuit, induxit diluuiũ in ſexcenteſimo anno Noe. Noe
autem (inquit) ſexcentorum annorum erat, et diluuium aquæ factum eſt ſuper terrã
Vidiſtis dilecti quantæ nobis vtilitatis materia facta ſit, cognoſcere numerũ anno-
rum iuſti, & quot annorum erat quando diluuium venit? Age progrediamur ad ea
quæ conſequenter dicuntur. Nam vt cœpit diluuiũ, inquit, Ingreſſus eſt autẽ Noe
et filij eius, & vxor eius, & vxores filiorum eius in arcam, propter aquam diluuij, &
ex volatilibus mundis, & ex iumẽtis, & ex reptilibus, bina. Ex omnibus intrauerũt
ad Noe in arcam, maſculus & fœmina, ſicut præceperat dominus Noe. Nõ abſq;
cauſa addidit, Sicut mãdauit dominus Noe, ſed vt iterum augeret laudem iuſti, qđ
omnia impleuerit ſicut præceperat, & quod nihil ex dictis prætermiſerat. Et factũ
eſt poſt dies ſeptem, ſicut promiſerat (inquit) dominus, & aqua diluuij facta eſt ſup
terram, primo et ſexcenteſimo anno vitæ Noe, mẽſe ſecundo, viceſimo & ſeptimo
menſis. Vide ſcripturę diligẽtiam, quomodo non ſolum nos docuit, quo anno, ſed
& quo menſe & die. Et vt maiori narratione emendatiores reddat poſteros, terro- B
rem quoq; factorum latius dicit. In die iſto rupti ſunt omnes fontes abyſſi & catara
ctę cœli aperte ſunt, & facta eſt pluuia ſuper terram quadraginta diebus, & quadra
ginta noctibus. Vide quanta dicendi attemperatione vtitur etiam nunc ſacra ſcri-
ptura, omnia enim iuxta humanam conſuetudinem loquitur, non quod cataractæ
& feneſtræ ſint in cœlo, ſed omnia pec familiaria & collactanea nobis verba loqui-
tur, quaſi diceret, Præcepit tantum dominus & ſtatim aquarum natura mandato cõ
ditoris obediuit, & vt confluxit totum orbem illuit. Iam quod quadraginta diebus
& quadraginta noctibus inductum eſt diluuium & iſtuc ipſum bonitatis maximum
genus eſt. Volebat enim propter magnam miſericordiam, etiam aliquos ex eis ca-
ſtigatos generalem hanc internecionem effugere, quum ante oculos viderent, pro-
ximos ſuos perire, & imminere eis communem interitum. Veriſimile enim eſt pri-
mo die bonam aliquam partem diluuio perijſſe, & ſecundo die accreuiſſe aliquid di
luuij, & ſimiliter die tertio, & quarto, & reliquis. Atq; ita in quadraginta dies, & qua
draginta noctes produxit, vt omnem defenſionis prætex tũ adim eret. Nã ſi voluiſ
ſet ac imperaſſet, potuiſſet omnia in vno momento perdere diluuio, ſed pro ſua mi ſe- C
ricordia tanta dierũ productione vſus eſt. Deinde dicit, In die illa intrauit Noe in
arcam, & Sem, & Cham, & Iaphet, et vxor Noe, & tres vxores filiorũ eius, & om
nes beſtiæ ſecundũ genus, ſicut præceperat dns deus Noe. Quando (inquit) cepit
diluuiũ, ſecundum præceptũ domini, intrauit noe in arcã cum filijs & vxore ſua, &
vxoribus filiorũ ſuorum, & omnes beſtiæ ſecundũ genus. Et clauſit (inquit) dns de-
foris eius arcã. Animaduerte etiã hic verbi ad noſtrã infirmitatẽ accõmodationẽ.
Clauſit dominus forinſecus eius arcã, vt doceat quod ſecurũ fecerit iuſtum. Quod
autem adiecit, forinſecus, ita vt ne poſſet videre iuſtus generalem oim interitũ q fie
bat, vnde maiori dolore conficeretur, Nam ſi expendiſſet ſecũ atrociſſimã illã tem
peſtatem, deſcripſiſſetq; in mente, humani generis perditionẽ, cõmunẽ brutorum
omniũ interitũ, & hominũ, & iumentorũ, & ipſius terræ, vt ita dicã, abolitionẽ, me
ſtitia correptus, & valde turbatus fuiſſet. Bonorum enim virorũ animę magnã cõ-
paſſionem habere ſolent, ſi quando vident puniri homines, etiã ſi mali ſint q p ereũt
Et inueniẽs omnes prophetas & iuſtos, plurimũ pro illis deo ſuoplicare, ſicut Pa-

abraham

D

triarcha pro Sodomitis faciebat, sicut & prophetæ continuo facere solebāt. Etenī vnus quidem dicebat, Heu mihi domine, delebis tu reliquias Israel? Alius autē inquit, Facies homines sicut pisces maris, non habentes ducem? Igitur quia alioquin iustus confundebatur mente, & turbabatur, vt non & visus & spectaculum in maiorem contritionem eum inijceret, in arca illum quasi in carcere includit, vt ne oculis prospiciens, metuere inciperet. Verisimile enim est, si vidisset inundationē totā aquarum, anxium futurum fuisse, ne & ipse aquis subderetur. Eius igitur curā gerēs misericors deus, non permisit eum neq; aquarum spectare sæuitiam, neq; videre hominū excidium, & cōmunem orbis internicionem. Ego autē quando reputo mecū, in arca iusti huius vitā, obstupesco & miror & iterū dei misericordiæ totū adscribo. Nā nisi illa confirmasset eius mentē, & difficilia, leuia fecisset, quomodo, dic oro, ferre potuisset? Erat enim ibi inclusus, quasi ī carcere & custodia. Et quomodo potuisset, dic, aduersus tātos fluctuū impetus obsistere? Homines enim qui in naui sunt, & velo vtuntur & gubernatorē ad clauū sedentē vident, & sua arte ventorum vi obsistentem, si quando fluctuū vident insaniam, enecantur metu, & saluti suæ (vt dici solet) timent. Quid igitur dicet aliquis de iusto hoc, q quasi in carcere (vt dixi sedēs, hinc & inde circūferebatur, neq; cœlū videre, neq; aliquo oculos vertere valens, sed intus tenebatur, nihilq; prorsus videre poterat, quod consolationē afferret? Etij quidem, qui in mari nauigant, etiā si exurgant alti fluctus, possunt subinde in cœlum suspicere, & cacumina montium videre, & ciuitates magnas spectare, sicq; aliquantulum consolari. Quod si grauior & intolerabilior fiat tempestas, vndecim vel paulo pluribus diebus, & post multas illas tempestates, & pericula in terrā eiecti, & paululum refecti, omniū illarum molestiarum obliuiscuntur. Hic autē nihil tale sed anno toto nouum & rarum illū carcerem inhabitat, neq; aerem respirare valens. Quomodo? Vndequaq; enim arca munita erat, quomodo substitit? quomodo durauit? dic mihi. Nā si ferrea & adamātina eis fuissent corpora, quomodo potuissent, qui neq; aere fruebantur, neq; vento, qui non minus quam aer ad refocillāda corpora nostra factus est, neq; oculos pascere poterat, aut cœli, aut terræ floribus pictæ spectaculo Quomodo nō excæcati oculi eorū, qui tandiu ibi egerunt? Et si humanis rationibus hæc deprehendere volumus, & illud cogitandum, quantum fluuialis aquæ copiam habebant in arca viuentes. Et vt hęc pręteream, quomodo potuit iustus ille cū filijs et vxoribus conuersationem, cū feris & alijs animalibus ferre? Quomodo tulit fœtorem? Quomodo tulit cohabitationem? Et quid dico? Quomodo bruta ipsa potuerunt durare, & non perire in tanta temporis longitudine, quę neq; aerem attrahere valebant, neq; moueri, sed in vno loco coercebantur? Scitis enim clare, qđ & nostra & brutorum natura, etiam si aere fruamur, alijsq; omnibus, continuo autē in vno loco simus inclusi, perit & corrumpitur. Vnde igitur potuit iustus cum omnibus qui in arca erant, tanto durare tēpore? Non aliunde quā ex superna gratia, cui omnia sunt possibilia. An non, qūm arca hinc & inde mouebatur, & non submergebatur a tanta aquarum vi, cum nullus esset gubernator, supernæ erat gratiæ? Non enim dicere potes, qnod fuerit ad modum nauis, vt arte quadam eius iter dirigi potuerit. Arca erat vndequaq; munita, & propter præceptum conditoris, non solum eam lædere non potuit aquarū impetus, sed & sublimior illis facta, inhabitantes ad modum securos fecit. Quando enim deus operatur aliquid dilecte, noli humana ratiocinatione exquirere quę fiunt, transcendunt enim mentem nostram, & nunquā potest humana cogitatio attingere & comprehendere, eorum q̄ a deo condita sunt ratione. Proinde par est, nos audientes, quod deus imperauit, obedire & credere ijs

E

F

quæ ab illo dicuntur. Nam quum conditor sit naturæ, omnia componit & transformat: prout sibi videtur. Et clausit dominus deus foris secus eius arcam. Magna huius iusti virtus fuit, & fidei excellentia. Illa ipsa enim arcam fabricari fecit, & cohabitationem æquo animo tulit, coartationemq; sustinuit, & conuersationē cum aliis animalibus. Hinc est, quod & beatus Paulus in eius memoriam veniens, & prædicans eum, clamabat, dicens, Per fidem oraculo admonitus Noe, ea quę nōdum videbantur, veritus, apparauit arcam ad salutem domus suæ, per quam condemnauit mundum, & eius, quæ sc̄m fidem est, iustitiæ factus est hæres. Vidisti quomodo fides in deum, quasi secura quædam ancora, fecit, vt arcam fieri curaret, & in habitationem sustineret? Nam hæc ipsi & salutis fuit occasio, per quam, inquit, condemnauit mundum, & eius quæ sc̄m fidem est, iustitiæ factus est hæres, non quod ipse fuerit iudex, sed comparationis gratia, condemnationem dominus inducit. Quum enim eadem habuerint quæ iustus, non tamen eandem veritatis viam ingressi sunt. Ob fidem quam prę se ferebat, condemnauit eos, qui tantæ fuerunt incredulitatis, vt prędictioni non crederent. Ego autem supra omnia virtutem iusti admiror, dominiq; bonitatem & ineffabilem misericordiam, quomodo potuerit versari in medio bestiarum, leonum dico, & pardorum, & aliarum immitium ferarum. Recordare hic dilecte, obsecro, quantæ dignitatis fuerit protoplastus ante inobedientiam, & dei bonitatem animo obserua, quod præuaricatio hanc potestatem nobis datam mutilauerit & imminuerit. Inuenit autem deus aliū virum, qui potuit innouare imaginem pristinam, & seruare virtutis characteres, magnamq; in mādatis dei obedientiam præ se tulit, & ad primum suum honorem iterum rediit, quasi docens nos operibus, quantam potestatem Adam ante inobedientiam habuerit. Virtus ita q; iusti, diuina misericordia adiuta, primum reparauit dominium, agnouerunt q; bestiæ iterum subiectionem. Quum enim ij viderint iustum obliuiscuntur naturæ suę, immo non naturę, sed ferocię, & naturæ insitam ferociam in mansuetudinem conuertunt. Et vide interim quid & Danieli euenerit. Hic enim quum a leonibus circundaretur quasi ab omnibus stiparetur, sic intrepide viuebat. Quandoquidem iusti fidentia ferarum naturam frenabat, nec sinebat vt agerēt ea quæ feræ solent. Simili modo etiā egregius ille magna facilitate ferarum ferebat cōuictum, & neq; loci angustia, neq; temporis productio, neq; quod sic inclusus erat, & aerem respirare non posset, morosum & difficilem reddebant, sed ob fidem in deum, omnia ei facilia videbantur. Et sic versabatur in graui illo carcere, sicut nos in pratis & lucis. Præceptum enim domini difficilia ei facilia videri faciebat. Talis enim iustorum mos est, vt quando aliquid propter deum ferunt, non res ipsas quę fiunt spectant, sed causam secum expendentes, facile omnia ferūt. Quia & Paulus gentium doctor vincula, ad tribunalia abductiones, quotidiana pericula, multas illas & intolerabiles afflictiones, leues vocabat, nō quod natura tales essent, sed quia causa propter quam fiebant, talem ei sententiam ingenerabat, vt neq; aduerteret, si quę grauia talia obueniebant. Audi enim eū dicentem, Nam momentanea leuitas afflictionis nostrę, mire supra modū ęternū pondus glorię parit nobis. Expectatio, inquit, glorię quam assequemur, & perpetuę illius felicitatis, leuiter nos facit ferre cōtinuas illas afflictiones, leueśq; eas haberi, scientes quomodo amor in deum grauitatem molestiarum imminuit, neq; sentiri sinit, quum nos inuadunt. Sane ob hoc & beatus ille omnia suauiter ferebat, vtpote qui fide & spe in deum pascebatur. Et clausit, inquit, dominus deus deforis eius arcam, & factum est diluuium quadraginta diebus, & quadraginta noctibus super terram, & superferebatur arca. Attende iterum quomodo narratione augeat

A

B

Noepotuit innouare imaginē pristinam. sed cōsequendā relinquo

C

terrorem, & aggrauet factum. Factum est enim, inquit, diluuium quadraginta die-
bus. & quadraginta noctibus, & multiplicata est aqua, & eleuauit arcam, & exaltata
D est a terra, & inualuit aqua, & multiplicata est valde super terrā, & superferebatur ar-
ca super aquam, aqua autem inualescebat valde valde supra terram. Vide quomodo
diligenter narrat magnam aquarum vim, & quotidianum sæuitiæ earum incremen
tum. Inualescebat enim aqua, inquit, valde valde. Et occultauit omnes montes ex-
celsos, qui erāt sub cœlo. Quindecim cubitis in sublimi exaltata est aqua, & operuit
montes. Merito ordinauit deus claudi arcam, vt ne videret iustus quę fiebant. Nam
si nos post tot annorum numerum, & post tot secula, audientes duntaxat scripturæ
narrationem, metu & stupore corripimur, quid verisimile est iustum illum fuisse pas
surum, si quidem oculis vidisset intolerabilem illam abyssum? Quomodo enim po-
tuisset vel ad breue tempus? an non statim primo aspectu defecisset anima eius tota,
& tam graue ac molestum spectaculum ferre vltra nō potuisset? Cogita hic dilecte,
quomodo nunc cū paruus imber ingruit, in angore sumus, & de vniuerso, deq; ipsa
(vt dici solet) vita desperamus. Quid igitur verisimile erit, iustum illum tunc fuisse
passum, si ad tantam sublimitatem vidisset exaltatas aquas? Super montes enim, in-
quit, quindecim cubitis exaltata est aqua. Recordare igitur hic dilecte, quæ a domi-
E no dicta fuerint, quando dicebat, Non permanet spiritus meus in hominibus istis,
eo quod ipsi sunt carnes. Et iterum, Corrupta est terra, & impleta est terra iniustitia
Et vidit dominus terram, & erat corrupta, quia corruperat omnis caro viam suam.
Itaq; quia plena erat malitia, purificatione orbis indigebat, & opus erat ab eo om-
nem maculam abluī, & omne fermentum prioris malitiæ sustolli, & neq; vestigium
malitiæ relinqui, & quasi reelementationem quandam fieri. Et sicut bonus artifex,
si quando videt vas aliquod inueteratum, a rubigine vt dicunt consumi, iniecto eo
in ignem, facit vt quicquid habet rubiginis deponat, & transformās in pristinum de
corem reducit. Ita & dominus noster, totum orbem hoc diluuio purgauit, & a mali
tia hominum (vt ita dicam) & a coinquinatiōe & corruptione multa liberauit, & de
nuo eius clara demonstrata facie pulchriorem fecit, ita vt non permiserit vel vesti-
gium prioris deformitatis relinqui. Exaltata est, inquit, super mōtes quindecim cu-
bitis aqua. Non abs re narrat hæc scriptura, sed vt discamus quod non solum homi
nes & iumēta, & quadrupedia, & reptilia submersa sunt, sed & volucres cœli, & quæ
cunq; in montibus degunt, feras dico, & alia bruta animalia. Et idcirco dicit, Exal
F tata est super montes quindecim cubitis aqua, vt discamus sententiam domini ope-
re impletam, dixerat enim, Adhuc septem dies, & inducam diluuium super terrā, &
delebo omnem substantiam quam feci a facie terre, ab homine vsq; ad pecus, a repti
libus vsq; ad volatilia cœli. Hæc nobis a scriptura narrantur, non vt tantū sciamus,
in quantam altitudinem aquæ peruenerint, sed vt simul videamus, nullum omnino
animal, vel feram, vel iumentum relictum esse, sed omnia cum humano genere dele
ta. Quoniā propter ipsum omnia producta erant, vnde abolendo eo, merito & hęc
abolenda erant. Postea vbi docuit nos, in quantam altitudinem sublimata sit aqua-
rum natura, nempe quod quia transcendit alta mōtium cacumina quindecim cubi-
tis, solitam suam diligentiam seruans, dicit, Et mortua est omnis caro, quę moueba
tur super terram, volatilium, & iumentorum, & ferarum, & omne reptile quod mo-
uebatur super terrā, & omnis homo, & omnia quæcunq; habent spirītū vitæ, & qui
cunq; erat super aridā mortuus est. Neq; hoc simpliciter & absq; causa dixit, Et ois
qui erat super aridam, sed vt te doceat quod omnes quidem perierunt, iustus autē so
lus cū omnibus ijs qui in arca erant seruatus est. Nam isti (iuxta mandatū domini)

relicta arida, arcam conscēderant. Et deleuit omnem substantiam quæ erat super faciem omnis terrę, ab homine vsq; ad pecus, & reptilia, & volatilia cœli, & deleti sunt de terra. Vide quomodo & semel, & iterum atq; sępius communem omnium interitum docet factum, & nihil quod erat effugit, sed sub aquis suffocatū est omne, tam hominum, quam brutorum genus. Et relictus est, inquit, solus Noe, & qui cum eo in arca. Et exaltata est aqua super terram centum quinquaginta diebus. Tot diebus mansit sublimis illa aquarum altitudo. Iterum etiam hic cogita iusti magnanimitatem & excellentem fortitudinem. Quid non passus esset, si animo concepisset, & vidisset (vt dicitur) mente corpora hominum & iumentorum. mundorum & immundorum, communem mortem sustinentia, nullumq; in omnibus discrimen? Præterea quid passus es? siquando apud se recogitabat solitudinem, vastitatem, vitam illam doloribus plenam, omni solatio vndequaquæ destitutam, nequę colloquio, neq; aspectu iucundam, sed ignorabat quanto tempore ferenda in illo carcere conuersatio? Sic enim strepitus aquarum, & æstus timorem in eo quotidie crescentem generabant. Quid enim iucundi suspicari ipse poterat, qui videbat centum quinquaginta dies aquas in eadem quantitate manentes, & in altum eleuatas, & non subsidere? Veruntamen ferebat fortiter, sciens domini omnipotentiā, & quod ipse conditor naturæ omnia facit, & transformat prout vult. Neq; ægre tulit, quod illic esset conuersandum, nam cooperatrix dei gratia roborabat eius alacritatē, & sufficientem ei præbebat consolationem, neq; sinebat labi mentem eius, & cogitare aliquid minus, aut virile, aut generosum. Quippe quum prius quod suum erat adhibuit: vt pote virtutis diligentiam, iustitiæ vigorem, fidei excellentiam, etiam assequutus est ea, quæ a deo magna suppeditabantur vbertate, vt pote patientiam, fortitudinē, omnia mansuete ferendi, sustinendiq; arcæ inhabitationem, nullum inde damnum corruptionemve sentiendi, neq; bestiarum conuictum fastidiendi. Illum igitur iustum (obsecro) imitemur & nos, & operā demus, vt afferamus quę nostra sunt, vt dignos nos ipsos paremus ijs, quę a deo dātur. Nam idcirco expectat occasiones ex nobis, vt multam exhibeat liberalitatem. Itaq; ne propter desyciam priuemus nos suis donis, sed festinemus & vrgeamus, vt principium apprehendamus, & viam quę ad virtutem inducit, vt superno adiuti subsidio, & ad finem peruenire valeamus. Neq; em̄ possibile est bonum aliquod nos recte agere, non habita superna gratia. Igitur tales simus, qui appendamus nos in spem quæ in deum est, quasi in ancoram aliquam tutam & stabilem, & ne ad laborem videamus virtutis, sed magis consyderantes retributionem laboris, leuiter omnia feramus. Quia & negociator, siquando egressus in mediū maris venerit, non iam piratas, non naufragia, non marinas feras, nō ventorum immissionē, & continuas tempestates, & multa infortunia cogitat solū, sed & quō illa effugiat, spe lucrorū acquirendorū pascitur, & omnes prędictas ærumnas animo se excipit, vt auctis opibus suis domum redeat. Et agricola non agriculturæ tantū labores cogitat & imbres, & terræ sterilitatē, & rubiginis insidias, & locustarū damna, sed & aream, & manipulos animo secū describēs, fortiter fert oia, & præbonorū expectatiōe neq; labores sentit. Et quāuis incertę spes sint, verūtamen spei maiori suauitate pascitur, nec renūciat laboribus, sed omnia q̄ ad se pertinēt afferēs, expectat, vt aliquādo laborū accipiat mercedes. Et miles quoq; assumit arma, & in pręliū egreditur, non cogitat vulnera tantū & cædes, & hostiū insidias, & alias ęrūnas, sed & victorias & triūphos sibi ipsi præfingēs, omni armatura se munit, & quā pauor & infortunia nunciantur, repulsis ijs omnibus ex animo, propositā bona spe ponit omnem torporem, & receptis armis contra hostium progreditur insultus.

Igitur dilecti, sinegociator, & miles, & agricola, vbi & incerta spes, & plures fruſtrationes, pluraq; impedimenta, sicut audistis multa & varia, nullus ita damnat labores
D vt a meliori propterea spe desistat, quali nos venia digni erimus, ita negligentes ad capessendam virtutem, & non omnem laborem sponte subeuntes, quum tam secura nostra spes sit, tantaq; bona nobis reposita, vincantq; magna abundantia retributiones, & mercedes, omnia quæ a nobis facta sunt? Audi igitur beatum Paulum dicentem, post tantas & tales afflictiones, & ad tribunalia abductiões, & carceres, & mortes quotidianas, Non sunt pares afflictiones præsentis tẽporis ad futuram gloriam in nobis reuelandam. Etiamsi quotidie, inquit, mortibus nos exponeremus, id quod natura non capit, licet mens vincens naturam per misericordiam domini coronatur, nihil, inquit, feremus par tantis quæ nos accepturos speramus bonis, & gloria in nobis reuelanda. Vide quãta gloriæ magnitudine fruantur virtutis assecle, atq; adeo tanta vt vincat omnia, quæcunq; nobis ostendere aliquis poterit, etiam si summa ostendat, & tunc quoq; deficiet. Quid enim tantũ ostẽdere potest homo, quod certet cum domini liberalitate? Quod si Paulus talis & tantus dicebat, nõ pares esse afflictiones præsentis seculi futuræ gloriæ in nobis reuelandæ. qui alias dicit, Quotidie morior, plus omnibus laboraui. Quid nos diceremus, qui neq; vulgarem labo
E rem pro virtute suscipere volumus, sed recreationes sectamur, & hoc vnum consyderamus, ne quid triste nobis accidat, quamuis sciamus quod non sit possibile aliter assequi beatitudinem cœlestem, nisi per præsentes afflictiones ad eam prius anhelemus? Afflictiones enim nos inducunt, vt operemur bona, deoq; grata opera. Ethic vel parum laborare, alibi nobis magnam fiduciam præbet, tantũ velimus iuxta consilium illius magistri orbis ambulare. Consydera, quod licet tristia sint, quæ accidunt sunt tamen momentanea. Verum bona quę alibi suscepturi sumus, immortalia sunt & æterna. Feramus ergo fortiter hæc temporalia, neq; desistamus a virtutũ studijs, vt ęternis & semper manentibus bonis fruamur. Quę oremus, vt nobis omnibus cõcedantur, gratia & misericordia domini nostri IESV CHRISTI, cum quo patri simul & spiritui sancto sit gloria, imperium, honor nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

CAPVT OCTAVVM.

F Et memor fuit deus Noe: et omnium ferarum: et omnium pecorum: et omnium volatilium: et omnũ reptilium reptantiũ quecunq; erant cum eo in arca. Et adduxit deus super terram: & cessauit aqua: & cooperti sunt fontes abyssi & fenestre celi: & cedebat aqua: abiens de terra. Et minuebatur aqua post centum quinquaginta dies. Et sedit arca mense septimo: vigesimo & septimo mensis super montes Ararat. Aqua minuebatur vsq; ad decimum mensem. Visa autem sunt capita montium mense decimo: prima mẽsis. Et factũ est post quadraginta dies: & aperuit Noe fenestram arce quam fecit: & emisit coruum: vt videret num cessasset aqua. Et egressus non rediit: donec siccaretur aqua a facie terre. Et emisit columbam post eum: vt videret num cessasset aqua a facie terre: at columba non inuẽta requie pedibus suis: redijt ad eum in arcam: quia aqua erat super omnem faciem terre: et extenta manu sua: accepit eam: et introduxit eam ad se in arcam: et sustinens adhuc septem dies: emisit columbam ex arca: et reuersa est ad eum columba ad vesperam: et habebat folium oliue siccum in ore suo. Et cognouit Noe: quod cessauit aqua a facie terre: et vt continuit se adhuc septem dies: Emisit columbam: et non apposuit vt reuerteretur ad eum vltra. Et factum est primo et sercentesimo anno in vita Noe: primo mense defecit aqua a facie terre: et reuelauit Noe tectum arce quam fecit: et vidit quod defecit aqua a facie terre. Secundo autem mense arefacta est

terra:septimo & vigesimo mensis aperuit arcam. Et dixit dominus deus ad Noe: inquiēs: Egredere ex arca tu & filij tui: & vxor tua: & vxores filiorum tuorum tecum: A
et omnes bestie quecunq; sunt tecum: & omnis caro a volatilibus vsq; ad pecora: et omne reptile quod mouetur super terram: educ tecum. Et crescite & multiplicamini: et implete terrā. Et egressus est Noe & vxor eius: & filij eius: et vxores filiorū eius cum eo: & omnes bestie: & omnia pecora: & omne volatile: & omne reptile quod mouetur super terram: iuxta genus suum egressa sunt ex arca. Et edificauit Noe altare domino: & accepit de cunctis pecoribus mundis: & de cunctis volatilibus mundis: et obtulit holocaustum super altare. Et odoratus est dominus deus odorem suauitatis: & ait dominus deus: Recogitans non addam vltra maledicere terre: propter opera hominum: quia incumbit cogitatio hominis diligenter ad mala ex adulescentia sua: non addam igitur vt percutiam omnem carnem viuentē: sicut feci: cunctis diebus terre. Sementis et messis: frigus et calor: estas et ver: dies et nox non requiescent.

HOMILIA.XXV.

MAgna & ineffabilis dei misericordia, excellensq; eius bonitas ex iam lectis ostenditur, quam nō solum erga rationale hoc animal, hominem dico, sed & erga brutorum animalium declarauit naturam. Nam quū omnium sit conditor, in omnia quę a se sunt condita, suam ostendit bonitatem, per omnia notum faciens quantam humani generis curam gerat, & quod omnia olim & ab initio propter salutem nostram fecerit. Itaq; etsi puniat, etsi in nos animaduertat, ex bonitate sua etiam hæc facit. Nō enim vel affectione, vel ira pœnam infert, sed malitiam morari vult, ne vltra progrediatur. Quia & nunc, sicut auditis, diluuium nihil aliud induxit, quam vt curam agat eorum, qui iniquitati vacabant toti. Et qualis (inquit) cura hæc, Omnes aqua suffocari? Ne teme re loquaris homo, sed grato animo accipe ea q̄ a domino sunt facta. Et scias, quod etiam hoc est maximæ curæ argumentum. Nam eos qui sic incurabiliter peccāt, & quotidie vulnera sibi inferunt, & vlcera omni cura grauiora faciunt, ex tanto malo liberasse, nonne summæ fuerit prudentiæ? Et hic puniendi modus, nonne omni misericordia plenus est? Et sic mori, vt solitum alioqui naturæ debitum non sentias, sed absq; dolore & cruciatu supplicij loco vitam deponas, quantæ fuerit sapiētiæ & bonitatis? Quin si quis animo pio expendat factum, deprehendet quod non solum in his qui puniti sunt, beneficia sunt facta, sed & in posteris, qui duo maxima inde perceperunt bona, quantum gratiarum pro illis debetur deo? Etenim posteriores pœna illorum, & metuentes ne eadē quæ illi paterentur, eruditi sunt, maxime quod omne malitiæ fermentum sublatum, & nullus relictus fuit eis malitiæ & iniquitatis magister. Vides quomodo & pœnæ, & supplicia magis beneficia sunt, & dei erga hominem prouidentiam magis declarant? Et si quis vult hæc a primis & ab initio repetere, inueniet omnes pœnas hac occasione homini intentatas. Quia & Adam peccantem non puniens tantum, sed & beneficio prosequens paradiso eiecit. Et quale dicis beneficium, etiam paradisi vita excidisse? Dilecte ne simpliciter attendas verba, neq; obiter quæ a deo fiunt addisce, sed profundum illius bonitatis intuere, & inuenies propter hoc fieri. Dic enim mihi, si Adam postquam sic transgressus est, ijsdem adhuc frui potuisset, quo non excidisset? Nam si tantis promissis acceptis, serpentem deceptorem audiuit, & insidias approbauit quas per eum diabolus intulit, spe videlicet obtinendæ diuinitatis inflatus, etiam in tantum præuaricationis peccatum iniectus, si in eadem conuersatione mansisset, quomodo non multo fideliorem putasset malignum illum dæmonem, quam rerum omnium conditorem? deq;

B

C

Pene a deo beneficia

D se sublimiora, quam dignitas sua ferebat, animo concepisset? Etenim talis hominũ natura est, quando peccans non refrenatur, sed secure agit, vt vlterius procedat, & in præceps feratur. Alia tamen via possum ostendere, quod misericordiam præse ferens, Adamum paradiso iusserit excedere, & mortis pœnæ fecerit obnoxium. Nã eiectione & propinqua habitatione castigatiorem, & in posterũ securiorem faciens reipsa docuit quantus impostor fuerit dæmon. Mortisq; supplicium propter hunc intulit, vt ne posthac per inobedientiam peccato fieret obnoxius, & perpetuo peccaret. Non videntur tibi hæc esse maximæ misericordiæ, & eiici a paradiso, & pœna hac puniri? Possum autem & aliquid præterea afferre. Et quale nam hoc? Quod & hanc indignationem ei inferendo, non in eum duntaxat beneficia collocauit, sed & posteros per eum corrigere voluit. Nam si is qui ex eo natus est, Cain inquam, qui præ oculis videbat patrem ex paradiso eiectum, ineffabilem illam gloriam amissam, maledictionem illam miram, quæ dicebat, Terra es, & in terram abibis, sicme lior factus non est, sed grauioribus se infixit malis, si non vidisset, quæ patri contigerant, in quam non peruenisset insaniam? Et hoc sane valde admiratione fuerit dignum, quod & illiipsi qui talia peccauit, & nefario homicidio dextram polluit, punito, misericordia miscuit pœnam. Et vt manifeste scias diuinę bonitatis, quę & isti
E exhibita est, magnitudinem. Quandoquidem quum deum graui contumelia afficeret, offerendo sacrificium, & magnum præ se ferendo contemptum (non enim diuidebat iuste, sed offerebat simpliciter & absq; delectu) nihil vel graue vel molestum aduersus illum loquutus est deus, quamuis peccatum ipsum non esset paruum & vulgare, sed valde magnum. Nam si hominibus quos veneramur prima & pręcipua damus, illaq; offerre maxime volumus, quæ prę omnibus illis digna videntur, quomodo autem hominem offerentem deo, non oportebat deo preciosiora & magis exímia offerre? Igitur quum tantum peccaret, & tantum præ se ferret contemptum ille, deus tamen non petiuit pœnam, neq; pro factis suppliciũ exposcit, sed quasi amicus amico, cum omni lenitate loquens, sic dixit, Peccasti, quiesce, Tantum ei peccatum indicauit, & consuluit vlterius progrederetur. Vidisti bonitatis excellentiam? Sed quia ille non solum nihil ex tanta patientia lucrifecit, sed & grauiora primis adiecit, ad fratris necem festinãs, & deus quidem in eum adhuc magnam ostendebat lenitatem, quærens primum dare ei satisfactionis locum, sed quia ille mansit impudens, tunc pœnam intulit ei emendationis gratia, quæ etiam ipsa multum habebat misericordiæ admixtum. Vides quomodo deus, quando in ipsum peccauit, peccatumq; non vulgare, dimisit, quando autem in fratrem armauit dextram, maledictum intulit & increpauit, sic nunc & nos faciamus, & imitemur dominum no-
F strum, & dimittamus si quid in nos peccatum fuerit, & remittamus his qui in nos deliquerunt, quando autem in deum peccatum refertur, tunc pœnas exigamus. Sed nescio qui fit, vt omnia secus faciamus, omnino peccata quæ deum pertingunt inulta esse curamus, si quis autem parum quid in nos peccauerit, eius graues sumus vltores & accusatores, non ignorantes quod ea ratione misericordem dominum magis exacerbamus. Sæpe enim mos est deo, vt dimittat quę in se peccata fuerint, verum quę in proximum, ea cum magna seueritate exquirat. Audi beatum Paulum, dicentem, Si quis vxorem habet infidelem, & ei gratum fuerit cohabitare illi, non dimittat eam. Et si qua mulier habet virum infidelem, & gratum fuerit ei cum eo cohabitare, non dimittat eum. Vidisti quanta ibi verborum attemperatio pro humana imbecillitate? Etiam si gentilis fuerit, etiam si infidelis, probet autem cohabitationem, non refugiat. Et iterum, Etsi gentilis fuerit mulier, & infidelis,

vultq; cohabitare, nõ repellat. Qui scis, inqt, mulier nũ virũ saluatura sis? Vide quo modo non prohibet infidelem quempiam vel quampiam in contubernij legem assumi. Audi iterum ipsum CHRISTVM dicentem discipulis, Dico enim vobis, omnis qui dimiserit vxorem (excepta stupri causa facit eam adulterari. Quam excellens misericordia, et iam si infidelis fuerit vel pagana, retine. Si autem in te peccauerit, & fœderum obliuiscitur, & magis aliorum prætulerit communionem: licet tibi eam eijcere & repellere. Hæc cogitantes, studeamus etiam domino par rependere, & sicut ipse vult dimittere ea quę in se peccata sunt, quę autem in nos, vlciscitur, idq; magna seuerítate, eo dẽ sane modo & ipsi faciamus, & quęcunq; in nos peccant proximi, remittamus, quæ autẽ contra deũ, ea magno studio curemus vltum iri. Quod & nobis proderit plurimum, & eis qui corriguntur non minus. Fortassis hodie prolixius iusto procœmium fecimus. Et quid accidit, præter sententiam hoc mihi contigit, sed verborum fluxu rapto. Quoniam autem omnis sermo noster de diluuio est, opus nobis erat, charitati vestræ ostendere, quod pœnæ a deo nobis illatæ, misericordiæ magis sunt q̃ pœnę, sic quoq; erat & diluuiũ. Nam sicut benignus erga filios pater, omnia ob curam in genus nostrum fecit. Vt autem ex ijs quæ nunc proposita, & hodie lecta, discatis misericordiæ suæ magnitudinem, audiamus ipsa diuinæ scripturæ verba. Nam quia heri docuit nos beatus Moyses, dicens, Quod exaltata est aqua super terram diebus centum quinquaginta, & eo vsq; docẽdo processimus, hodie dicit, Et recordatus est deus Noe, & omnium ferarum, & omnium iumentorum, & omnium volatilium, & omnium reptilium quæcunq; erant cum eo in arca. Vide hic obsecro iterum, quam se attẽperat nostræ infirmitati diuina scriptura. Et recordatus est (inquit) deus. Dilecti intelligamus hæc, vt dignum est de deo intelligere, & crassa hæc verba naturæ nostrę infirmitati asscribamus. Nam quantum ad ineffabilem naturam attinet, indignum fuisset hoc verbum, quantum autem ad nostram imbecillitatem, apposite est dictum, Recordatus (inquit) est dñs deus Noe. Quoniã narrauit nobis in iam dictis, sicut prius charitati vestræ diximus. quod quadraginta diebus & totidẽ noctibus fuerit pluuia, & dieb⁹ cẽtũ quinquaginta eadẽ durauerit aqua, quindecim cubitis super montium cacumina exaltata, & quod, cũ hęc fierent, iustus manserit in arca, neq; aerem spirare valens, habitãtibusq; cum eo brutis vniuersis. Et idcirco inquit, Et recordatus est deus. Quid est recordatus est? misertus est, dicere vult, iusti in arca agentis. Misertus est, quod in tanta esset angustia, & rerum difficultate constitutus, ignoraretq; quando nam molestię illę finem habiturę essent. Consydera hic quęso, quales tunc illius fuerint cogitationes post quadraginta dies & quadraginta noctes, quibus impetu magno pluuię ingruebant, quũ videret diebus centum quinquaginta in eadem parte manere aquas, neq; omnino desistere, & quod multo grauius, neq; oculis videre potuit q̃ facta sunt, sed incluſus, quũ non potuisset aliquo loco oculis assequi quanta essent mala, maiorem sustinebat dolorem, grauioraq; quotidie suspicabatur. Ego vero admiror, quomodo prę tristitia non fuerit absorptus, quũ mentem eius subirent humani generis interitus, sua solitudo, & difficilis illa vita. At causa bonorum omnium fuit eius in deum fides, per quã & restitit, & omnia fortiter tulit, cumq; spe pasceretur, nihil triste sentiebat. Et quia quod suũ erat pręstitit, tam patientiam monstrando, quam copiosam fidem afferendo, necnon & miram fortitudinem præ se ferendo, vide quanta sit & quã multiplex dei erga ipsum misericordia. Et recordatus est, inquit, deus Noe. Nũ simpliciter, & absq; causa dixit, Et recordatus. Sed qa prius diuina scriptura manifestauerat nobis testimoniũ de iusto illo, dicens, Ingredere in arcã, quia te vidi iustũ in gñatione hac.

A

Pene a deo misericordię magisquã pene.

B

C

D Eapropter nunc inquit, Et recordatus est deus Noe. hoc est testimonij quod cum illo pepigerat, neq; valde neglexit iustum, sed eo vsq; distulit, quousq; ferre potuit, & tunc ei suum beneficium & gratiã impartitus est. Nã sciens infirmitatẽ nostrę naturę, si quãdo p̃mittit tentationẽ inferri, eousq; sinit quousq; scit nos posse sustinere, vt & retributionem quæ nostræ congruat fortitudini tribuat, & suam misericordiã declaret, sicut & Paulus inquit, Fidelis autem deus, qui non sinit vos tentari, supra quam potestis, sed faciet cum tentatione & exitum, vt ferre possitis. Quoniam igitur iustus ille fortitudinem & patientiam præ se ferebat, sua in deum fide arcæ tædia sustinens, & propter hoc inquit, Et recordatus est dominus deus Noe. Deinde vt discas abyssum suæ misericordię, addidit diuina scriptura, Et omnium ferarum, & omnium iumentorum, & omnium volatilium, & omnium reptilium. Vide quomodo omnia in honorem hominis facit. Nam sicut de his qui diluuio perierũt dictum est, quod cum illis omne brutorum animalium genus perdidit, ita hic suam erga iustum illum misericordiam declarare volẽs, in honorem eius suam, & bonitatem, & curam, & in bruta, & feras, & volatilia, & reptilia vsq; extendi voluit. Et recordatus est (inquit) deus Noe, & omnium ferarum, & omnium iumẽtorum, & omnium volatilium, & omnium reptilium quæcunq; erant cum eo in arca. Et adduxit deus spiri
E tum super terram, & cessauit aqua. Et recordatus est, inquit, dominus Noe, & omnium quæ cum eo erant in arca, præcepitq; aquæ impetum detineri, vt paulatim suam commonstret misericordiam, & postea respirare faciat, & a turbatiõe cogitationum liberatum in tranquillo statu constituat, concesso & lucis vsu, & aeris respiratione. Et adduxit deus, inquit, spiritum super terrã, & cessauit aqua. Et reuelati sunt fontes abyssi. & cataractæ cœli. Vide quomodo more humano loquitur nobis omnia. Reuelati sunt (inquit) fontes abyssi, & cataractæ cœli, & cohibita pluuia cœli. Quasi diceret, quod placuerit domino, vt iterum in sua regione maneãt aquę, neq; vltra abundent, sed paulatim desinant. Et cedebat aqua de terra, & minuebantur aquæ post centum quinquaginta dies. Quæ ratio poterit hoc vnquam comprehendere? Stetit pluuia, cohibiti fontes non iam abundauerant, & cataractæ cœli cohibitæ sunt. Aqua tanta quomodo desijt? Omnia abyssus erant, quomodo igitur tantus aquarum impetus subito minor factus est? Quis hoc humana ratiõe inuenire poterit vnquam? Quid igitur est? dei præceptum, quod facit omnia. Ne igitur nos curiosius exploremus quomodo, sed tãtum credamus, quod iussit, & exaltata est abyssus, & præcepit, & iterum suum continuit impetum, & ad proprium concessit locũ, quem solus ipse dominus scit, qui condidit. Et sedit arca mense septimo, vicesimase
F ptima mensis super mõtes Ararat. Aqua autem ibat & decrescebat, vsq; ad decimũ mensem. Vide quanta simul facta mutatio, & quanta simul aquarum natura desierit vt supra montes arca resideret. Supra enim dixit, quod quindecim cubitis super mõtes exaltata sit aqua, nunc dicit quod sedit arca sup mõtes Ararat, & paulatim post ea aqua decimo mense decrescebat, & tandẽ decimo mense visa sunt cacumina montium. Consydera obsecro, iusti constantiam, quomodo durare potuerit tot mensibus, qui quasi in tenebris erat inclusus. Et factũ est, inquit, post quadraginta dies, & aperuit Noe ianuam arcæ quam fecerat, & emisit coruum, vt videret num cessasset aqua. Ecce iustus ille nondum per se audet videre, sed coruũ mittit, ac per illum discere vult, an bona rerum mutatio aliqua sit expectanda. Et egressus, inquit, non redijt, donec siccaretur aqua a facie terræ. Et adiecit scriptura verbũ hoc, donec, nõ quod postea redierit, sed idioma est scripturę diuinæ. Et hanc cõsuetudinẽ sæpe quis inueniet, & possent multa talia inueniri ac in medium afferri, sed ne omnia a nobis discẽ

tes faciam negligentiores, vobis relinquimus, vt scripturam scrutemini, & inueniétis scio vbi proprietatibus & idiomatibus huiusce modi vtatur. Iā autem operæpreciū, vt dicatur causa, quare non redierit hæc auis, fortassis auis illa vti est immunda quum desijssent aquæ incidit in cadauera hominum & brutorum, quibus, inuento si bi congruo cibo, insedit. Quod etiam ipsum nō parū bonæ spæi argumentū fuit iusto. Quod si minus, neq; consolationem inueniisset aliquam, reuersa vtiq; fuisset. Postea iustus meliore spe concepta, emittit columbam, auem mitem & familiarē, q̄ miram præ se fert sapiētiā, & nō nisi seminibus pasci solita, ex puris est auibus. Et emisit (inquit) post eū columbā, vt videret num cessasset aqua a facie terræ. At columba non inuenta requie pedibus suis, redijt ad eū in arcam, quia aqua erat super omnem faciem terræ. Par est vt hic disquiramus, quomodo quū supra dixerit scriptura sancta, quod cacumina mōtium fuerint visa, nunc dicit, quod columba, non inuenta requie, ad eum in arcam redierit, quia aqua erat super omnē faciē terræ. Diligenter legamus quid sit dictum, & sciemus causam. Non eñ simpliciter dixit, non inuētā requie, sed apposuit, pedibus suis, vt doceat nos, q̄d licet desierāt ex parte aliqua aquæ & cacumina montium apparuerint, sed adhuc ob abundantiam aquarum, etiā cacumina plena erant. Et ideo columba nondū stare, neq; conuenientē sibi cibū inuenire valens, reuersa est, reditu suo docens iustū, esse adhuc magnam aquarū copiā. Et extenta (inquit) manu, accepit eam, & introduxit eam ad se in arcā. Vidisti quanta auis gratitudo, quomodo rediens iustum docuit, vt aliquantisper adhuc longanimitatem habeat? Ideo et sustinens (inquit) adhuc septem dies, emisit columbam ex arca, & reuersa est ad eū columba ad vesperam, & habuit folium oliuæ siccū in ore suo B Non absq; ratione, neq; temere adiunxit, ad vesperam, sed vt discamus, quod toto die fuerit pasta, & inuento sibi conuenienti cibo, ad vesperam redijt, in ore ferēs siccum folium oliuæ, animal enim est mite, & nostra familiaritate gaudens, & idcirco redijt, & sicco oliuæ folio multum solatij iusto attulit. Sed si quis forte dicat. Et vbi inuenit folium oliuæ? Totum hoc factum est dispensatione diuina, & quod columba inuenit, & quod ore receptum ad iustū redijt. Alioqui & arbor hæc semper virēs est, & verisimile est, quod quum aquę redierint, arbor hæc adhuc habuerit foliorum comam. Et vt continuit (inquit) adhuc septem dies, emisit columbam, & non adiecit, vt ad eum rediret. Vide quomodo iustus in omnibus consolationē iustam accipit. Nam vt bona spe recreatus est, quum rediret, & oliuæ folium in ore ferret, ita & nunc quum egressa non redit, maximum ei indicium fuit, quod sufficientem inuenerit refocillationem, & aquæ in vniuersum desierint. Et hoc ita esse, audi ex sequentibus. Et factum est (inquit) in vno & sexcentesimo anno vitæ Noe, primo mense defecit aqua a facie terræ. Et reuelauit Noe tectum arcæ quod fecit, & vidit quod defecit aqua a facie terræ. Iterum hic me inuadit stupor, vt admirari cogar iusti huius virtutem, & dei misericordiam. Quomodo enim (dic mihi) post tātum tempus, vt se aeri commisit, & oculos ad cœlum spectandum intendit, non captus est oculis & excæcatus? Scitis enim bene, quod solet hoc contingere hominibus, etiam ad paruam diei partem in tenebrosis caliginosisq; locis habitantibus quum subito in lucis fulgorem aspicere volunt. Iustus autē ille anno integro, & tot mēsibus in arca, quasi in tenebris agens, etiam nunc viso lucis iubare, nihil tale expertus est. Dei eñ gratia erat, & patientia ab ea illi concessa, quæ etiam corporis sensus firmiores reddiderat, & potentiores quam qui a corporalibus necessitatibus vincantur. In mense autem secundo arefacta est terra, vicesimo & septimo die mensis. Non absq; ratione tantam diligentiam facit diuina scriptura, sed vt discamus quod primo die anni illi

completio fuerit facta, quo monstretur iusti patientia, & totius orbis purgatio facta
Postquam quasi ab inquinante quodam abluta est omnis creatura, & depositum om-
D nem maculam, quam ex humana cõtraxerat malitia, faciesq; ei pura reddita est, tũc
deniq; præcipit, vt iustus ex arca exeat, liberq; a graui illo carcere fiat. Et inquit, Di
xit dominus deus ad Noe. Egredere tu, & vxor tua, & filij tui, & vxores filiorũ tuo
rum tecum, & omnes bestiæ quæcunq; sunt tecum, & omnis caro a volatilibus vsq;
ad pecora, & omne reptile quod mouetur super terrã educ tecum. Et crescite & mul
tiplicamini super terram. Expende hic dei bonitatem, quomodo per omnia iustum
consolatur. Nã quia imperauit ei, vt exiret ex arca ipse & mulier, & filij, & vxores
filiorum, & bestiæ omnes / vt ne & istucipsum mœrorem aliquem ei afferret, & an-
xium relinqueret cogitantem, quomodo in solitudine esset futurus, tantã terræ lati-
tudinem solus inhabitans, nullo iam alio viuente, ideo postquam dixit, Egredere &
educ tecum, addidit, Crescite & multiplicamini super terrã, Vide quomodo iustus
ille denuo supernã accipit benedictionem, quam ante trãsgressionẽ acceperat Adã
Nam sicut quando ille formatus est, audiuit & benedixit ei deus, dicens, Crescite &
multiplicamini, & domineminí mari / ita & illi nunc dicitur. Crescite & multiplica-
mini super terram. Quippe sicut ille, origo & radix fuit omnium qui nati sunt, ita &
E iustus hic fermentum quoddã, origo & radix est omniũ qui post diluuium fuere, &
hinc postea humanæ constitutionis principium fuit. Creatura quoq; omnẽ suũ ac-
cepit ornatum. Et terra ad ferendos fructus idonea fit, aliaq; omnia quæ ꝓpter ho-
minis ministerium sunt condita. Et egressus est Noe (inquit) & vxor eius, & filij ei⁹
& vxores filiorũ eius, & omnes bestiæ, & omnia pecora, et omne volatile, et omne
reptile quod mouetur super terram, iuxta genus suum exierunt ex arca. Postquam
accepit mandatum a domino, & benedictionem, dicentem, Crescite et multiplica
mini, exijt ex arca cum alijs omnibus. Et posthac ĩ tota terra solus viuebat iustus il
le cum vxore, et filijs, et vxoribus eorum. Mox autẽ vt egressus est, suam declarauit
gratitudinem, tam pro ijs quæ præterierant, quam quæ futura erant, gratias domi-
no referebat. Verum si placet, ne sermo fiat prolixior, reseruabimus in diem poste-
rum, quę ad gratitudinem iusti pertinent, missum hic facientes sermonem, et obse-
crantes vestram charitatem, vt continuo beatum tantum in memoria vestra geratis
et suæ virtutis pulchritudinẽ bene discatis, quo melius eum imitemini. Animaduer
te enĩ obsecro, quantus virtutis illius thesaurus, quia per tot dies nunc de eo disseruí-
F mus, et nondũ finem imponere narrationi potuimus, eorum quæ de eo pollicíti su-
mus. Quamuis autem & nos & qui nos sequuntur, multa de eo dicere possumus, nõ
dum tamen totum dicere poterimus. Tanta res est virtus, Porro si et nos naturam
nostram sic docere voluerimus, poterit ad naturæ imitationem et ipsa induci. Nam
si ille qui in medio tot molestiarũ iactatus, neq; habens familiarem aliquẽ, in tãtum
virtutis fastigium peruenisse inuentus est / quæ nostra erit excusatio, quum nec talia
nobis sint præpedimenta, et negligentes sumus ad bona opera? Nolo enĩ dicas mi
hi solam illam quingentorum annorum vitam, quando subsannabat et irridebatur,
versabaturq; in medio flagitiosorum / sed et annum illum narra, quem totum in arca
transegit, qui sane conferendus mihi videtur toti tempori superiori, Tantam ibi af-
flictionem ferre cogebatur iustus ille, in tanta existens angustia. et neq; auram recẽ-
tem captare valens, et ferarum, brutorumq; conuictum ferens / qui et ĩ omnibus mẽ
tem suam solidam declarabat, et voluntatem flecti nescíam, et fidem erga deũ, per
quam facile et leuiter omnia sustinebat. Atq; idcirco, quoniam quod suum erat, to-
tum afferebat, et eorum quę deus dat, abũde potitus est. Quamuis enim multam tu

litin arca anguſtiam, attamen terribilem tempeſtatem et communem omnium in-
ternecionem effugit. Et propterea poſt anguſtiam illam et intolerabilem carcerem A
ſecuritatem, et quietem adeptus eſt vnacum diuina benedictione. Et iterum ſuã gra
titudinem operibus indicauit, etvbiq; inuenies primatum eum obtinere. Nam ſicut
per ætatem primam, omnem virtutem ſectatus eſt, et a vitijs ſe alienauit, quibus qui
tunc viuebant, infecti erant. Vnde neq; pœnarum particeps fuit, et cum alij omnes
ſuffocarentur, ipſe ſolus ſeruatus eſt. Ita quia fidem quoq; habuit, et cum gratiarum
actione ſuam in arca habitationem tulit, iterũ diuina dona copioſe ei conceſſa ſunt
Et quum egreſſus ex arca, & in priſtinũ ſtatũ reſtitutus eſſet, ſtatim benedictionem
conſequutus eſt, & iterum ſolitam præ ſe tulit gratitudinem, factaq; gratiarũ actio-
ne etiam tunc maioribus beneficijs diuina gratia eum cumulauit. Mos enim diuinę
miſericordiæ eſt, vt ſi nos tenuia quædam & vilia obtulerimus, ſi tamen offerimus,
multa liberalitate nos remuneret. Et vt diſcas, quanta ſit humana tenuitas, & quan-
ta dei magnificentia. Nam ſi voluerimus offerre quiddã, quid amplius offerre poſſu
mus, quam quãtum verbis gratias referimus? Ea ſane quę ipſe exhibet, opere p̃ſtat
Quam imparia autẽ ſunt verba & opera? Et dominus nullarũ rerũ indigus eſt, nulla De gra
q; rerũ noſtrarũ eget quã verbis, atq; hanc ipſam in ſermonibus gratiarum actionẽ tiarum
exigit, non quod ea ipſe opus habeat, ſed vt nos doceat gratos eſſe, & agnoſcere tan actiõe.
torum bonorum ſuppeditatorẽ. Et illam ob cauſam Paulus quoq; ſcribẽs, dicebat
Grati eſtote. Nihil ſic requirit a nobis dominus, vt iſtuc ipſum. Proinde ne ſimus in
grati, neq; dum operibus bonis occupamur, grauemur offerre domino verbis no-
ſtris gratiarum actionem / redundat enim lucrũ in nos. Quod ſi de primis grati fueri
mus, cũ eo quod maiora nanciſcimur, etiã fiducia nobis magnã cõparamus. Vnũ B
hoc obſecro ſingulis diebus & horis ſupputemus nobiſcum, non communia tantũ
beneficia, quæ toti naturæ omniũ opifex contulit, ſed & priuata & quotidiana, & q̃
ignorantibus nobis confert, proq; his gratias agamus. Quandoquidem pro ſalute
noſtra ſolicitus, multa etiã in nos neſcios beneficia collocat, ſæpe ita & periculis
eripit, atq; alia beneficia præſtat. Fons enim eſt miſericordiæ, ſua fluent ſemp hu-
mano generi profundens. Igitur ſi hæc cogitamus, operamq; damus, vt & pro pri-
mis ſuis donis gratias offeramus domino, & pro poſterioribus, dum nos non vide-
mur indigni ſuis beneficijs, ſtatim vitã egregiam inſtituemus, & malitiæ periculum
effugiemus. Beneficiorum enim memoria, idonea nobis eſt magiſtra ad vitã virtu-
te prædita, non relinquens nos in torporem obliuionemq; incidere, & malum ſe-
ctari. Mens ſobria & vigilans, non ſolum quum feliciter res ſuccedunt, ſed etiã quã C
do præter ſententiam noſtram omnia aduerſa eueniunt, non minus gratiam agit, ni
hiloq; ex rerũ viciſſitudine remiſſior fit, ſed magis roboratur, & ineffabilem domi-
ni miſericordiã cõſyderat, qui quaſi induſtrius mercator aliquis, ex rebus aduerſis
etiam ſi hoc intelligere non poſſumus, ſuam declarat prouidentiã. Igitur ſic & nos
omnia noſtra faciamus, vt qualitercunq; cadant, vnicum noſtrum opus ſit, cõtinuo
pro eis gratias agere. Hac eñ ratione a brutis differimus, vt laudemus, celebremus
glorificemus iugiter dominum omnium conditorem. Ea propter & animam nobis
inſpirauit, & linguã dedit, vt ſua in nos beneficia animis p̃cipientes, dominũ agno
ſcamus, Nã ſi homines, cum quibus eadem eſt natura nobiſcum paruum aliquãdo
nobis beneficium præſtiterint, expectant a nobis gratitudinẽ, non ob noſtrã grati
tudinem per ſe, vt ipſi inde celebriores fiant / quãto magis id nobis faciendum in ijs
que a deo accepim⁹, qui hoc ſolum ob noſtram vtilitatem vult fieri? Et ſicut quum
grati ſumus hominibus qui nobis benefecerunt, clariores reddimur / ita & ſi in deũ

D fuerimus grati, nosipsos illustriores facimus. Quoniam non vt nostra celebratione opus habens, hoc fieri vult/sed vt quicquid id lucri est, iterū ad nos redeat & dignos faciamus nosipsos maioribus subsidijs. Quamuis autem non possimus id facere, vt dignum est. Vel quomodo hoc fieri posset, quum tam fragili natura sumus? Et quare dico humanā naturam? ipsæ etiam incorporeæ, & inuisibiles virtutes & principatus, et potestates, & cherubin, vt dignus est, glorificare eum non possunt, etiā si iuxta vires suas gloriam illi offerant. Nihilominus iustum fuerit pro viribus gratiarum actionem offerre, & indesinenter glorificare dominum nostrum, & per benedictionem crebram et per vitā optimā. Ista enim est clarissima dei magnificatio, quando per innumeras linguas glorificationem offerimus. Nam qui virtute præditus est, facit vt omnes qui intuentur eum, dominum suum laudent/& glorificatio hæc, ei qui occasionem præbuit, magnam et ineffabilem dei misericordiam cōciliat. Quid igitur nobis beatius foret, si glorificaremus non solum nostris linguis bonum deū, sed & proximos quoq; vt nostro nomine eū glorificent, incitaremus? Tantum enim virtutis robur est, vt innumeris linguis conditorem laudare queat. Dilecte, nihil vtiq; vitæ virtutis studiosæ cōparari potest. Vnde & Christus dicebat, Luceat lux vestra

E coram hominibus, vt videant vestra bona opera, & glorificent patrem vestrum qui est in cœlis. Vidisti quomodo lumen, quum apparuerit, dispellit tenebras, ita & virtus si conspicua fuerit, & malitiā effugat, & erroris tenebras effugat, mentemq; videntium excitat ad deū glorificandū. Quocirca satagamus, vt sic luceant opera nostra, quo & dominus noster glorificetur. Hæc autem dixit, non vt ad ostentationem ali quid faciamus, sed vt diligenter, & vt sibi probatur, vitam agamus, non blasphemię cuipiam locum concedentes, sed bonis operibus in laudem dei prorumpere facientes omnes qui nos vident. Tunc enim tunc suam nobis gratiam maiorem conciliabimus, & pœnam effugere, bonaq; ineffabilia adipisci poterimus. Gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre et spiritu sancto simul sit gloria imperium, honor nunc & semper, & in secula seculorum. Amen.

HOMILIA. XXVI.

VIdisti heri misericordis domini bonitatem, quomodo ex arca iustum, e tristi illo & molesto carcere liberauit, & patientiā eius remunerauit, dicens, Crescite & multiplicamini, Discamus hodie quam beneuolus & quam gratæ animæ fuerit Noe, vnde ipse sibi multo vberiorē dei erga se beneuolentiā elicuit, Nā quando deus talem aliquē videt, qui gratus

F est de prioribus, largius & cumulatius sua dona in illū profundit. Demus igit & nos operam, vt gratiarū actiones pro virili domino offeramus pro donis quę ab eo prídem nobis præstita, vt & maiora inde cōsequamur, & non obliuiscamur dei beneficia in nos collocata, sed semper ea in mente nostra versemus, vt ad continuā gratiarum actionem mentem nostrā compellant, tametsi tot sint, vt mens nostra non sufficiat ad comprehendendum et enumerandum magnā, quę nobis contigit, illorum vbertatem. Quomodo enim quis cogitare sufficeret ea, quæ in nos iam sunt collata quæ item promissa, quæ & quotidie conferuntur, quod ex nihilo produxit vt essemus, quod corpus & animā dedit, quod rationales nos formauit, quod aerē respirationi concessit, quod creaturā omnē propter humanum genus produxit/quod ipse quidem ab initio voluit hominē in paradiso vitam agere citra omnem dolorē & laborem, & nihilo minus habētem angelis & incorporeis illis virtutibus, existentē in corpore, & corporalibus necessitatibus non obnoxiū? Deinde quia ob negligētiā deceptione diabolica per serpentem allata supplantatus fuit, neq; sic reliquit eū qui

Beneficiorū dei erga hūanum genus cōmemoratio.

peccauerat, benefaciens præuaricatorí: ſed & per illa ipſa per que punierat, ſicut herí diximus, excellentẽ ſuã miſericordiã declarauit. Atq; multas alias innumeras beneficiorũ ſpecies in eũ collocauit. Et poſtea procedente tempore, & creſcente genere, ac in omnem malitiam vergente / quia videbat incurabilia eſſe vulnera, operatores malos quaſi fermentum quoddam inutile aboleuit, relicto iuſto illo, qui radix & origo fieret generis humani. Et vide iterũ, quantã erga iuſtũ illum declaret liberalitatem, totum humanum genus ab eo & filijs eius inſtaurando. Et electos deinceps patriarchas præceptores dedit reliquo hominum generí, qui ſua virtute omnes nos inſtituere & quaſi medicos qui ægrotantes curare poſſint. Et interim eos in Palæſtinam, interim in Aegyptũ deducit, ſimul & ſeruorum ſuorum patientiã exercens & ſuam virtutem clariorem monſtrans manſitq; ſemper eodem modo humane ſalutis curam gerens. Monſtrauit prophetas, & per eos ſigna & prodigía fierí fecit. Poſtea vt ſuccinctius dicã / quemadmodũ enim maris fluctus, quamuis cogamur, enumerare nunquã poterimus, ita neq; beneficiorum dei quæ in noſtram cõtulit naturam varietatem. Tandem quia vidit poſt tantã ſuam prouidentiam, adhuc multa & ineffabilí miſericordía indigere humanum genus, & nihil profeciſſe vel patriarchas, vel pphetas, vel ſigna admirabilia, vel pœnas, vel admonitiones illas quotidíe adhibitas, & captiuitates illas, vna alteri ſuperueniente / quaſi miſeratus genus noſtrũ, miſit ad nos animarum corporumq; medicum vnigenitum ſuum filiũ, ex paternis ſuis ſinibus excitatum / fecit ſuſcepta ſerui forma, e virgine naſcí, & nobiſcũ conuerſarí, & omnia noſtra ferre, vt genus noſtrum peccatis oppreſſum iacens, a terris in cœlũ ſubuehere poſſit. Et hoc obſtupeſcens tonitruí filius, conſyderanſq; charitatis diuinæ excellẽtiam, quam erga genus noſtrum declarauit, clamabat, & dicebat, Sic enĩ dilexit deus mundum. Vide quanto miraculo plena hęc dictio / magnitudinẽ expẽdens, quã dicturus erat, exorſus eſt, Sic dilexit. Dic igiť nobis beate Ioannes, quomodo ſic? dic menſuram, dic magnitudinem, doce nos excellentiam. Sic enim dilexit deus mundum, vt filium ſuum vnigenitũ daret, vt omnis qui credit in eum, non pereat, ſed habeat vitam æternam. Vidiſti cauſam aduentus filij hanc eſſe, vt per fidem in eum ij qui perituri erant, ſalutis occaſionem inuenirent? Quomodo cogitarit quis magnam & admirabilem illam, & quæ omnem rationem vincit, liberalitatẽ qua naturæ noſtrę per donum baptiſmi, omnium peccatorum noſtrorum remiſſionem donat? Et quid dico? neq; mẽs ſufficit, neq; ſermo valet cætera enumerare. Nã quantumuis dixero, multo plus prætereo. Iam quis pœnitentiæ viam cogitauerit, quam humano generí noſtro ob ineffabilem miſericordiam ſuam conceſſit? & poſt baptiſmi gratiã, mirabilia illa mandata, per quæ, ſi vellemus, poſſemus gratiam nobis conciliare? Vidiſti dilecte abyſſum eius beneficiorum? Vidiſti quot nũc numerare cœperimus, ſed nondum multitudinem dicere potuimus? Quomodo enĩ humana lingua, q̃ a deo nobis facta, pertractarí poſſent? Et licet tanta ac talia ſint, multo maiora & ineffabiliora ſunt beneficia, quæ in futuro ſeculo per virtutum viam incedentibus, & hinc migrantibus daturum ſe promiſit. Quorum magnitudinem vt paucis verbis nobis commendaret beatus Paulus, inquit, Que oculus non vidit, & auris non audiuit, & in cor hominis nõ aſcenderunt, præparauit deus ijs qui diligũt ſe. Vidiſti dona excellentia? vidiſti beneficia eius omnem cogitationem tranſcendẽtia? In cor hominis non aſcenderunt. Si igitur volumus ſupputare, & proviribus noſtris gratias agere, poterimus multo maiorem eius gratiam nobis conciliare, & ad virtutem magis idonei fierí. Memoria enim beneficiorum dei ſufficiens eſt, quæ ad virtutum labores nos adhortetur, & apparet, vt præſentia omnia deſpiciamus, & ei

D qui tanta in nos beneficia contulit adhęreamus, amorem in illum singulis diebus augeri declarantes. Hinc etenim beatus iste tantam dei gratiam sibi conciliauit, quia de prioribus valde gratus fuit. Sed vt manifestior vobis ille sermo fiat, operæpreciũ est, vt initium eorum quę hodie lecta sunt, charitati vestræ proponam. Nam postquam ex arca exiuit iuxta mandatum domini, cum filijs, et sua vxore, & vxoribus filiorum suorum, et omnibus feris & volatilibus /et accepit post egressum a deo benedictionem illam, tantum sibi afferentem solatij, & dicentem, Crescite & multipli camini, docens nos scriptura iusti gratitudinem, dicit, Et ædificauit Noe altare, & accepit de omnibus pecoribus mundis, & de omnibus volatilibus mundis, & obtulit holocaustum super altare. Consydera iterum diligenter charissime ex præsentibus verbis, quomodo in natura nostra conditor omnium inseuit certã virtutis scientiam, Vnde enim, dic oro, iusto veniret? Nullus erat alius, quem videbat, vel a quo discebat. Sed sicut principio dixi, Abel ille protoplasti filius a seipso commonitus, magna diligentia oblationem perfecit, sic vtiq; nunc & iustus ille, sua volũtate, & arbitrio sano, quantum humanis viribus potuit, censuit domino per sacrificia gratiarum actionem offerendã. Et vide ipsum, quanto studio operatur omnia. Neq; enim amplo opus habebat ædificio, neq; templo, neq; domo admirabili, neq; alio quopiam. Sciebat enim sciebat certo, quod mentem solam requirat dominus, & extructo tumultuaria opera altari, quum accepisset ex iumentis mundis & auibus mũdis, holocaustum obtulit, suæq; voluntatis gratitudinẽ quanta potuit facultate ostendit quam approbans misericors deus, & voluntatem coronauit, & iterum suam liberalitatem erga illum declarauit. Dicit enim scriptura, Et odoratus est dominus odorẽ fragrantiæ, Vide quomodo animus offerentis fumum & nidorem, & omnem quæ inde nascitur insuauitatẽ, multa flagrantia impleuit. Idcirco & Paulus dicebat, scribens quod bonus odor Christi sumus, & ijs qui saluãtur, & ijs qui pereũt, & ijs quidem odor mortis in mortem, illis autem odor vitæ in vitam. Odorem fragrantiæ. Ne offendaris verbo crassiore, sed huius verbi attẽperationem tuæ infirmitati assribe. Intellige hinc, quod accepta fuerit deo oblatio iusti, vt & per res ipsas sciat dominum nullius indigere, & quod propter nihil aliud hæc fieri permisit, quam vt ad gratitudinem omnes adduceret/ & propterea concessit vt igni consumerentur, vt ex ijs quæ fiunt, discant etiam ij qui offerunt, quod omnia propter suam vtilitatẽ fiant Quare autem, dic oro, hæc fieri omnino permittit, & in hoc nostræ infirmitatis habetur ratio? Quia enim homines paulati a vero dei cultu defecturi erant, & ꝓprios deos effecturi, quibus sacrificia imolarent, prius voluit vt sibi dona offerentur, quo

E

F circũcisio nihil ad salutẽ sed signum.

vel sic a proposito depelleret pernicioso, errore illiciendos. Et quod hæc omnia indulta & concessa sint ob nostrã infirmitatẽ, attende quomodo postea tempore procedente, voluit circũcisionẽ pro lege statui, non quod ad animæ salutem perficere hæc possit aliquid, sed vt hoc gratitudinis indicium, quasi signum & sigillum circũferrent Iudæorum pueri, & ne liceret eis cõmisceri gentium cõmixtionibus. Hinc beatus Paulus signum hoc vocat, dicens, Et signum dedit circuncisionem sigillum nam ad iustitiam ipsa nihil conducit. Ecce & hic iustus, nondum statuta circũcisione, ad eandem peruenit virtutem. Et quid dico? Ipse patriarcha Abraham priusquã circuncisionem acciperet, iustificatus est. Nam ante circuncisionem, inquit, Et credidit Abraham deo, & imputatum est ei ĩ iusticiam. Quid igitur superbis Iudæe in circuncisione? Disce, quod ante hanc fuerũt iusti multi. Etenim Abel fide oblationem fecit, quemadmodum & Paulus dicit, Fide vberiorem hostiã obtulit Abel deo quam Cain, & Enoch translatus est. Et Noe ob multam iusticiam tempestate mil-

Fide iustitia et salus.

lam grauíſſímam effugít. Et Abraham ante hanc ob ſuam ín deum fídem prædica
tus eſt íuſtus. Sic ab ínítío per fidem humanum genus ſalutem aſſequutum eſt. Sane
propterea permiſit míſericors deus ſacrifícia ſibi offerrí, vt quoniã natura noſtra ím
perfectíus ſe habebat, ſímul & ſuam gratitudínẽ declarare, & ídolorũ pernícioſum A
cultum effugere poſſit. Nam quum tantum nobís permíſerít deus, multí tamẽ a ruí-
na ſibi non cauerunt, ſi hoc non fuiſſet factum, quo pacto quís dãnum hoc effugíſ-
ſet? Et odoratus eſt dominus deus odorem fragrantię. At non íta eſt de ingratís Iu
deís, ſed quomodo? Audí prophetam dícentem, Thymí ama ín abomínatíonẽ mi
hí eſt, quaſí oſtendat voluntatis offerẽtium malítíam. Quem admondũ híc íuſtí vír
tus fumum, & nídorem fecit odorem fragrantíæ, ſic apud íllos offerentium nequí-
tía, bene olens thymíama ín abomínatíonem conuertit. Igítur vbíq; ſtudeamus mẽ
tem afferre incorruptã. Iſta enim cauſa eſt omnium bonorum, Bonus enim domí-
nus non conſueuit attendere ad ea quę a nobís fíunt, ſed ad ínternam mentem, a qua
vt hæc faciamus, ímpellímur. Et ad hãc ſpectans, vel approbat ea quæ a nobís ſunt,
vel auerſatur. Itaq; ſíue precemur, ſíue ieiunemus, ſíue eleemoſynã faciam⁹ (illa eñ
ſunt ſpírituales noſtræ hoſtiæ) ſíue alíud ſpírituale quoddã opus facímus, hoc facía
mus bona mente incítatí, vt & laborí bus dignã referamus coronã, quãuis eſſet per-
abſurdum, laborẽ nos ſuſtinere, & retríbutione fraudarí, quando non contra leges
ab íllo nobís datas vírtutem exercemus, Fíerí autem ſolet ob magnã dei míſericor B
díam, vt opere nondum completo, coronã quís accípíat a ſola pía mente. Et vt hoc
díſcas, aduerte obſecro hoc in eleemoſyna. Nam ſí quando vídes íacentem ín foro,
& extrema ínopía detentum, & condoles, mente in cœlũ ſublata, quæ gratías agat
domíno, tum propter ea quæ tibí conceſſa ſunt, tum propter ínopís patientíã, etíã
ſí non poſſis explere & ſoluere illíus famem propter mentẽ pía m, conſummatam re
cípies mercedẽ. Et ea de cauſa domín⁹ quoq; dícebat, Sí quís potauerít calíce aquæ
frígídæ vnum ín nomíne díſcípulí, amen dico vobís, non perdet mercedẽ ſuã. Nũ
quíd poculo aquæ frígídæ tenuius? ſed animus pius mercedẽ índe ſíbí cõcíliat, hoc
& ín oppoſito ínuenímus. Operæprecíum enim eſt, vt de íj s loquamur charítatíve
ſtræ, quo vobís hæc tenẽtibus, maíus gratitudínís ſtudíum ſit. Audí eñ quíd dícat
Chríſtus, Qui ſpectat mulíerem ad hoc vt concupíſcat eam, íam adulteratus eſt eã
ín corde ſuo. Vídes & híc íterũ malam mentẽ ſequí cõdemnatíonem, & ob íncon- C
ſyderatum íntuítum, quaſí completũ eſſet opus, ita pœnã ínferrí? Itaq; cũ hæc ſcí-
mus, vndequaq; mentem noſtram bene muníamus, vt per eam fíant accepta quę fa
címus. Nam ſí fumum & nidorẽ fecit fíerí odorẽ ſuaueolentíæ, quíd non e ſpírituali
bus noſtrís faceret cultibus, & quantam non gratíam cœlítus nobís procuraret? Et
odoratus eſt (ínquít) domínus deus odorem fragrantíæ. Vídíſtí quæ fecerít íuſtus?
quomodo, quantum ad externum ſpectaculum pertinet, rem paruam, quantum aũt
ad anímũ, permagnã? Attende autẽ & vltra ímmenſam míſerícordís domíní boní
tatem. Et díxit domínus deus ín mente ſua, Non adíjcíã adhucvt maledícam terrã
propter opera hominũ, quía íncũbit mens hominís íntente ín mala opera a íuuentu
te. Non ígítur adíjcíã vt percutíam omnem carnem víuentem, ſícut feci, vltra om-
nibus díebus terre. O magnum beneficentíæ pondus, o plurímam míſerícordíę ma
gnítudínem, o íneffabílem tolerantíę excellentíam. Et díxit dominus deus ín men-
te ſua. Iterum humano more loquitur, & quaſí ad noſtrum genus. Non adíjcíã vl-
tra, vt maledícam terrępropter opera hominum. Et de protoplaſto dícebat, quũ eí
maledíceret, Spínas & tríbulos orírí facíet tíbí, & de Caín ſímíliter. Quía autẽ nũc
communẽ omníũ ínuexerat interítũ, vt conſolatíonem daret íuſto, & fíduciam eí

D adderet, ne forte cogitet apud ſe, quæ vtilitas factæ benedictionis, & qđ dixit, Creſcite & multiplicamini, quũ iterũ vbi multiplicati fuerimus, pereundum erit nobis. Nam olim & ad Adã dixerat, Creſcite & multiplicamini, & ſuperuenit tamen diluuium. Vt ergo ne cogitando ſecũ talia, in perpetuo angore eſſet, vide miſericordiã domini, Non adijciã (inquit) vltra maledicere terræ, propter opera hominũ, Vide quomodo aſſignauit, quod propter horũ malitiam maledictionem terræ inuexit Deinde vt ne putemus, quod ideo hanc promiſſionem fecerit, quia ipſi in melius ſe conuerterint, inquit, Quia incumbit mens hominis intente in mala opera a iuuentute. Rara miſericordiæ ſpecies. Quia, inquit, incũbit mens hominis diligenter in mala opera a iuuentute. Propter hoc inquit, Nõ vltra adijciam, vt maledicã terrę. Ego enim (inquit) quæ ad me pertinent, ſemel atque iterum exhibui. Quia autẽ video malitiam ita increſcere, promitto me non vltra maledictum terræ. Deinde oſtendens ſuæ miſericordiæ magnitudinẽ. Non adijciam igitur vltra, vt percutiam omnem carnem viuentẽ, ſicut feci, omnibus diebus. Vide obſecro, quantã conſolationem affert iuſto, immo non iuſto tantum, ſed & propter ſuam bonitatem, etiã vniuerſo hominum generi poſt eum futuro. Nam quod dicit, Non adijciam igitur, vt percutiam omnem carnem viuentẽ, & quod dicit, Sicut feci, itẽ quod dicit, Omnibus diebus, per hoc nobis demonſtrare vult, quod non ſit vltra tale diluuium venturum, & quod neque talis hominũ communis interitus totum orbem inuadet. Dein
E de etiam indicat beneficentiæ ſuæ perpetuitatem, omnibus enim, inquit diebus. In omnia ſecula promitto, me non inducturum huiuſmodi indignationẽ, neque facturum tantam confuſionem & intẽperiem temporũ & qualitatem aeris. Ideo ſubdit, Sementis & meſſis, frigus & æſtus æſtas & ver, dies & nox non requiſcent. Immobilis (inquit) erit hæc ordinatio. terra vnquã deſinet ſuppeditare quæ hominum generi neceſſaria, neque ceſſabit proferre laborũ & agriculturæ retributiones, neq; anni partes alijs verſionibus mutabuntur, ſed & frigus, & calor, & æſtas, & veri in anni circulo erunt. Quia per diluuij tempus, fuit confuſio quædã totius iſtius ordinis. Et iuſtus ille in arca erat toto illo tempore, quaſi continua nocte. Neq; nox, neque dies ſuum relinquet curſum, ſed aduſq; ſeculi conſummationẽ immotũ eorum permanebit miniſteriũ. Vidiſti dignã conſolationẽ, quæ potuit iuſti mentẽ refocillare Vidiſti qualẽ retributionẽ acceperit iuſti gratitudo, Sed & ex ſequentibus iterũ audi ineffabilem liberalitatẽ. Et benedixit (inquit) deus Noe, & filiũ eius, & dixit eis,
Ca. ix. Creſcite & multiplicamini, & implete terram, & domineminí ei. Et tremor, timor
F q; veſtri erit ſuper omnes beſtias terræ, & ſuper omnes volucres cœli, & ſuper omnia quæ mouentur ſuper terrã. & oẽs piſces maris in manus veſtras dedi. Et omne reptile quod eſt viuens, vobis erit in cibũ. Quaſi olera herbarũ dedi vobis omnia, Verũntamen carnẽ in ſanguine animæ ne comedatis. Dignum eſt, vt hic admiremur excellentem domini dignitatem. Vide enim hic, quomodo iuſtus ille iterũ hic eandem benedictionem conſequitur, quam olim Adam, & ablatam reuocat originem virtute ſua, immo ineffabilis domini miſericordia. Nam ſicut de illo dicebat, Creſcite & multiplicamini, & domineminí terræ, & imperate piſcibus maris, & reptilibus, & volatilibus, & feris, ſic nunc inquit, Et tremor & timor veſtri erit ſuper omnes beſtias terrę, & ſuper omne (inquit) reptile, quod eſt viuens, vobis erit in cibum. Quaſi olera herbarum dedi vobis omnia. Verũntamen carnẽ in ſanguine animæ ne comedatis. Attende eandẽ regulam, quæ aliter ſeruanda tamen. Nã vt protoplaſto dictum eſt, poſtquam ei traditum eſt dominium ſuper omnia, vt frui poſſit omnibus quæ ſunt in paradiſo, abſtineret tantũ ab vnico ligno, ita & hic poſt bene-

dictionem, & postquam terribilis factus est bestijs, & sub manus eius venerũt aues & volatilia, inquit. Omne reptile viuens vobis erit in cibum, vt olera herbarum vobis dedi omnia. Hic est initium edendarum carnium, nõ vt nos adventris ingluuiẽ paret & instruat, sed quia ex ipsis erat Noe sacrificaturus, & deo gratias acturus, vt A
ne videamur quasi ab execratis abstinere. Idcirco edendi facultatẽ concedit, & valde securos reddit, Quasi olera herbarũ vobis dedi omnia. Dein, sicut de Adam dictum est, vt de vno ligno ex omnibus nõ ederet, ita vt dictũ est, quum omnia ei valde licenter permissa sunt, inquit. Veruntamen carnẽ in sanguine animæ ne comedatis. Quid est caro in sanguine animæ? hoc est suffocatũ. Bruti enim anima, sanguis est. Quia igitur sacrificia perfecturi erant ex brutis, quasi doceret eos, dicens. Quia sanguis mihi segregatus est, vobis caro. Hoc autẽ facit ideo, vt primis illis temporibus cõprimat eorũ impetum & propensionem ad homicidia. Et quod hoc sit verum, quia per hoc eos magis pios facere voluerit, audi quæ sequũtur. Etenim ipsum sanguinẽ (inquit) animarum vestrarum exquiram, de manu omnium bestiarũ exquiram eum. Et de manu hominis fratris, exquirã animam hominis. Quid ergo? Anima ne hominis, sanguis est? Non hoc dicit, absit. sed humana cõsuetudine vsus est, quasi quis dicat alicui. Sanguinẽ tuũ porto in manib⁹ meis, hoc est potestatẽ habeo interficiẽdi te. Nam quod anima hominis nõ sit sanguis, audi CHRISTVM dicentẽ. Ne timueritis ab eis qui occidunt corpus, animam enim occidere nõ pote B
runt. Et vide quantã fecerit diuersitatem. Qui effuderit (inquit) sanguinẽ hominis, pro sanguine eius effundetur / quia in imagine dei feci hominem. Cogita obsecro, quantus hic terror verbo adstructus est. Etsi quod eiusdẽ naturæ est (inquit) non te auocat, neq; a tam peruerso conatu repellit naturæ cõmunio. sed etsi totus impie flagitiosus fraternũ fœdus & compassionem nõ agnoscis. cogita, quod ad imaginem dei formatus est, & quantis eum deus dignatus sit prærogatiuis, & quod omni creaturæ præfectus sit, & quiesces a mala voluntate. Quid ergo, si innumeras quis patrauerit cædes, & tantum sanguinis effundat, quomodo dignam dabit pœnam sanguinis effusi? Non hoc consydera homo, sed tale nõ multo post accipiet corpus incorruptibile, quod poterit continuã & æternam pœnam ferre. Illud autem consydera, quam diligenter præceptum sit. Nam de homine inquit. Ne effundas sanguinẽ / de brutis autem non dixit, ne effundas / sed verũtamen carnem in sangnine animæ nõ C
comedatis, Illic dicit, Ne effundas, hic, ne comedas. Vides quam nihil molestũ habeant eius leges? quomodo leuia & facilia mãdata? quomodo nihil graue, neq; onerosum requirit a nostra natura? Dicunt aliqui, brutorum sanguinem, grauem, terrestrem, & multarũ ægritudinũ causam, si comedatur. At nos propter prædictum sermonem magis pie philosophicũ & domini mandatũ id obseruare debemus. Dein de vt discas, quare tam diligenter hoc præceptum statuit, cohibens hominũ cædis auidas mentes, dicit, Vos autem crescite & multiplicamini, & implete terram, & dominemini ei. Non temere & absq; causa dixit, Vos autem, sed quasi diceret, Vos q pauci, & in paruo numero omnem terram implete, & dominemini ei. Hoc est dominium habete & potestatem, & fructũ. Vide obsecro dei misericordiam, quomodo prius magna beneficia donat, & tandem vnicũ & leue mandatũ dat. Et sicut de Adam dictũ est, postquam ei concessit, vt habitaret in paradiso, & tot ac tantis frueretur, tandẽ ei præcepit, vt ab vnico ligno abstineret. Ita & hic, postquã promisit, non vltra talem se illaturũ generalem stragem, neq; ita indignaturum, sed vsque ad consummationem mundi immota permansura omnia elementa, ita vt quæque suum cursum & ordinem impleant, benedictionem autem ipsos consequuturos, do-

tnandoſq; priſtína ſuper bruta omnía poteſtate, ac carniũ eſu ſecure permiſſo/ tunc
inquit. Veruntamen carnem in ſanguine animæ ne comedatis. ineffabilem libera-
D litatem præſeferens, & tunc primũ præcepit íd, quod inter homines nunquam fieri
ſolet. Homines enim primum volunt ea quę præcipiunt, opere compleri, magnaq;
obedientía & bene volentia erga ſe vtí ſubditos mãdata ſuſcipiẽtes. Non ita ſe gerit
communis omnium dominus, príus enim benefacit, & multitudine beneficiorum
noſtram naturã ad ſe allícit, & poſtea imperat facília atq; leuía, vt facílitate manda-
torum, & beneficíjs prioribus excitati, ad ea implẽda inducamur. Ne igitur negli-
gentes ſimus dílecti circa mandatorũ obedientíam, ſed beneficía príora cogitãtes
& mandatorum facílitatẽ, & præmiorum poſt ímpleta mãdata promíſſam magní-
tudinẽ, ſobríjq; ſimus, & feſtínemus ad faciẽda mandata a deo nobís tradita, & ne
dimittamus vías quas ad perficiendã animarum noſtrarũ ſalutẽ preſcripſit/ ſed tẽpo
re noſtræ vitæ, quod relíquum bene vtamur, & peccata abluamus, & ín hac vita no
bís fiduciam quandã reponamus, maxímeq; nunc quum adhuc eſt relícta quadra-
geſimæ pars. Neq; enim paruus eſt díerum numerus quí relínquitur, ſí voluerímus
parumper reſipíſcere. Hoc autẽ díxi, non quod ſolum tanto tẽpore opus habet pec
catorum correctío, ſed quía dominum habemus míſericordẽ & benignum, & non
índíget magno tempore. tãtum magno feruore & ſobríetate ad ípſum accedamus,
reiectís ſecularibus curís omnibus, & ſupernæ gratíæ ínnixí. Nam & Níniuítæ tan
E ta peccatorum multitudine aggrauatí, quía magnam & verã pœnitẽtíam egerunt,
non índígebant ampliorí quam trium díerum tempore ad prouocandã dei bonita-
tem, & irritandã quæ aduerſum ſe lata erat ſententíã. Et quid díco Níniuítas? latro
ín cruce neq; vno díe opus habebat. Et quid díco, díe vno? neque breuí hora. Tãta
eſt dei erga nos míſericordía. Nam vbí víderit volũtatis noſtræ firmum propoſitũ,
& feruẽtí nos deſyderío ad ſe accedere, nõ retardat, neq; díffert, ſed accelerat, ſuãq;
ſolítam líberalítatem exhíbẽs, dícit. Adhuc loquente te, dícam/ Ecce aſſum. Itaq;
& nos ſí voluerímus, ín paucís díebus íllís ſtudíj ſpecímen quoddã afferre, & ieiuníj
ſubſídío non abutí, & excuſſa ſocordía, cõtínuis precíbus placare domínum, calen
tes profundere lachrymas, delícta noſtra ſedulo cõfiteri, & quaſí medíco propone
re noſtra vulnera, & animarum xlcera, nec abíj cere quam ílle dat medícinã, necnõ
& alía quæ a nobís exíguntur afferre, animo ínquam conteri & cõpungi, eleemoſy
nam dare largam, affectíones quę mentẽ noſtram ínterturbant refrenare, & exaní-
ma elímínare, íta vt neq; ab díuitíarum cupidítate expugnemur, neq; íníurías íllatas
víndícare capíumus, neq; hoſtíliter ín proxímum affecti ſimus. Nihíl enim omniũ
F deus íta odit & auerſatur, vt hominẽ vltionis auídum, & ín anímo ſuo perpetuas ſer
uantem ínimícitias. Tantum enim eíus peccatí damnum eſt, vt míſericordíam dei
De de- reuocet, nec locum habere ſínat. Quod vt ſcíatis, Euangelícã vobís parabolam re-
bitore fero. Ille decem míllíum talentorum debítor, remíſſíonem omnium a domíno con
decem ſequutus, eo quod ſupplícabat & orabat. Domin⁹ enim noſter (ínquit) míſertus eſt
milli- eíus, & fœnus eí remíſit. Vídíſtí míſericordíã domíní? Ille procídit, ſupplícat, orat,
um ta- vt longíus ſibí tẽpus præfíníatur. Longanímís eſto ín me (ínquit) & omnía tibí red-
lento- dam. Sed bonus domínus, míſericors noſtríq; curã agẽs, ſupplící bene volens, nõ
rum. ſolum quantũ petíjt, ſed quãtum ne cogitare quidẽ auſus fuít, dedít, Is enĩ eíus mos
eſt, vt vincat & prẽueníat petítíones noſtras, Ita & hoc loco íllo orãte, vt ſeueritatẽ
domínus remítteret, & promíttẽte ſoluturũ ſe omnía. domínus bonítate ſua vincẽs
noſtra delícta, míſericordía motus, ínquit. Dímíſit eum, fœnusq; totum eí dímíſit,
Vídíſtí, quid ſeruus orauerít, & quantum eí domínus dímíſerít. Víde íterum & ſeruí

insolentiam, debebat enim iuxta tantam misericordiam & indicibilem beneficentiam sibi exhibitam, & ipse proximo fuisse compatientissimus? Verum ipse plane diuerso modo egit. Egressus enim (inquit) ille decem millium talentorum debitor, & remissionem assequutus, audite obsecro, diligenter. nam quæ ei acciderunt, suffi A
ciunt ad corripiendas animas nostras, & ad persuadendū, vt tollatur grauis ille morbus e mente nostra. Hic igitur (inquit) egressus, inuenit vnum e conseruis suis, qui debebat ei centū denarios. Vide quantum intersit. Hic conseruus debebat centum denarios, illic dominus erat qui repetebat decem milia talentorum. Nihilominus quia vidit supplicantem & orantem, dimisit. At iste apprehensum seruum, strangulabat, dicēs. Redde mihi, si quid debes. Et quid nam cōseruus, qui supplicabat dixit Vide quomodo subinde Euangelista verbum, conseruus, versat non temere. sed vt discamus, quod pares illi nihil differebāt. Veruntamen debitor ei supplicabat, eodē modo vt ille antea domino. Longanimis esto in me, & omnia tibi reddam. Ille autem (inquit) egressus, cōiecit eum in carcerē, donec omne debitum ei dinumeraret. O summam ingratitudinem, habebat adhuc in recenti memoria, quanta dominus liberalitate secum egerat, neq; sic aliqua compassione motus est, sed prius quidem suffocabat, nunc vero in carcerem conijcit. Cæterum vide quid sit. Vt viderunt (inquit) conserui eius, contristati sunt. & vt venerunt ad dominum, rem ei omnem manifestarunt. nō ille quidem, qui ita male affectus erat, aut quomodo potuisset ille, qui in carcerem coniectus? Sed alij conserui, & qui nulla iniuria affecti, quasi iniuria affecti, ita mœsti erant, domino q; quem accesserūt narrauerūt. Iam vide & domini indignationē. Tunc accersito eo (inquit) dicit. Serue male. Vere hic videre licet, quantū malorum sit, iniuriarū reminisci. Quoniam quum decem millia talenta consumpserat, non vocauit eū malum, sed nūc, quia cōseruo crudelis fuit. Male serue (inquit) omne debitū illud remisi tibi, quia rogasti me, Vide quomodo declarat excellentē eius malitiā. Num aliquid amplius feceris? inquit. Nonne paucula tantū verba dixisti, & suscepta petitione tua, totū illud grande & indicibile debitū remisi? Nōne & te misereri oportebat cōserui tui, sicut ego tui volebā? Qua dignus eris venia? Ego dominus tantū pondus debitorum propter pauca illa nuda verba dimisi. tu autem conseruo tuo, qui est eiusdē naturæ, non es misertus. neq; inflecti potuisti. neque recordatus eorum quæ a me tibi concessa, vllam cōpassionem præ te tulisti, G
sed inhumanus fuisti & crudelis, conseruoq; misereri noluisti, idcirco hic tandē discēs quantorū tibi ipsi malorū autor fueris. Et iratus dominus ei, tradidit eum tortoribus. Vide & nunc eū irascentē ob inhumanitatē erga seruum, & seruis eum tradentem. id quod prius nō fecit, quum tot debitorū reus esset, nunc fieri iubet. Tradidit enim eum tortoribus, donec omne debitum redderet. donec (inquit) decem millia talenta, quæ iam remissa erāt, dinumeraret. Magna & ineffabilis dei misericordia. quum in eum quidem peccatum est, ad nudas tātum preces, totum remittit, quum autem in conseruum videt crudelem & inhumanum, tunc suam reuocat liberalitatem, monstrās illi reipsa, quod non tantum offensus fuerit, quantum seipsum offenderit. Et sicut cōseruum in carcerē coniecit, donec debitum redderet. ita & ipse tortoribus traditur, donec quod debebat repēdat. Hæc de talentis & denarijs non absq; causa diximus, sed de peccatis erat sermo, & delictorū magnitudine, vt discamus, quod nos quidem infinitorum peccatorum pœnas domino debētes, propter ineffabilem suam misericordiam, remissionem ab eo accipimus. Si vero erga conseruos & proximos, & eos qui eandem quam nos naturam sortiti sunt, crudeles & inhumani fuerimus, & quæ in nos commissa sunt non dimittimus, sed pro re fri-

uola importuni fuerimus. Quantum enim interest inter centum denarios, & decem millia talenta, tãtum & inter ea quæ nos in dominum, & ea quæ alij in nos delique-
D runt. Tunc & nos in indignationem domini incidemus, & ea quæ iam antea dimissa erant, soluere iterum, in tormentis cogemur. Porro vt diligenter discamus, parabolam hanc ob animarum nostrarum salutem dictã, audi quæ inferuntur. Sic & pater vester cœlestis faciet vobis (inquit) si non vnusquisq; fratri suo remiseritis a cordibus vestris delicta eorum. Magnum parabolæ lucrum, modo attendere voluerimus. Quid enim tantum poterimus dimittere, quãtum nobis a domino dimittitur? Et nos quidem si hoc voluerimus, conseruis remittimus, ipsi vero a domino remissionem accipimus. Et vide vt diligenter singula sunt dicta. Non enim dixit simpliciter, si non dimiseritis hominibus peccata, sed, si nõ vnusquisq; fratri suo, a cordibus vestris, delicta eorum. Aduerte, quomodo vult cor nostrum in quiete & tranquillitate esse, & mentem nostram a perturbationibus alienam, affectionibusq; omnibus liberam, plurimumq; nos erga proximum misericordiæ studium declarare. Et alio quoq; loco iterum dicit, Si dimiseritis hominibus delicta eorum, dimittet & vobis pater vester cœlestis. Ne igitur putemus aliud, dum benefacimus alijs, quam quod magnum quoddam beneficium apud illum deponamus. Nam ipsi sumus qui beneficio fruimur, & multum lucri inde nobis conciliamus, sicut etiam si hoc non fecerimus, omnino nihil eos lædere poterimus, nobis ipsis autem intolerabilem gehennę
E pœnam paramus. Idcirco obsecro, vt cogitantes hæc, nunquã admittamus, vt eorum qui nos contristarunt, vel alias offenderunt, iniuriæ reminiscamur, vel inimico animo erga eos afficiamur / sed consyderantes, quanta hoc nobis afferat beneficia, & quantam apud dominum fiduciam / & ante omnia, quod recõciliari cum ijs, qui nos iniuria affecere, peccatorũ nostrorũ absumptio quædã est. Festinemus & anhelemus ad hoc, maxime id lucri cogitãtes, vt tam officiosi in eos simus, qui nos of-
De inimicorũ dilectione. fendere, quam sumus in eos qui vere nobis benefaciunt. Nam si sapimus, nõ ita nobis prodesse poterunt, qui ita candidi in nos sunt, atq; dum illorũ curã gerimus, per quos diuino fauore digni efficimur, & peccatorũ sarcinis exoneramur. Cogita obsecro dilecte, quanta sit virtutis magnitudo, & disce vel ex præmijs quæ propter illam vniuersi dominus promisit. Nam quũ dixisset, Diligite inimicos vestros, bene dicite eis qui persequuntur vos, orate pro calũniantibus vos / quia sublimia sunt præcepta, summumq; verticem tãgentia (inquit) vt efficiamini similes patri vestro, qui
F in cœlis est / quia solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Vidisti, quantum homo potest, cui similis fiat, quum non solum non vlciscitur eum qui offendit, sed & pro eo orare studet? Ne igitur negligentia nostra talibus nos fraudemus bonis, & præmijs, quæ etiam rationẽ transcendunt, sed modis omnibus bonorum operũ nobis cura sit, cogaturq; & erudiatur mens vt pareat dei præceptis. Nã propterea hanc admonitionẽ & ego nũc feci, & parabolã in mediũ attuli, & quanta sit boni operis magnitudo, & quantũ inde lucrũ nobis accrescat vt quum adhuc tempus est, vt si quis ex vobis est, qui inimico in quempiam sit animo, operam det, vt se reconciliet. Ne quis mihi dicat, Semel atq; iterum orauí, & nõ assensit. Si hoc synceriter facim⁹, nõ prius qescamus, donec multa sedulitate victoriam adepti, illũ nobis cõciliem⁹, & a suis in nos inimicitijs abducamus. Neq; eñ nihil qd largimur: sed in nos trãseũt bñficia. Dei fauorẽ hinc assequmur, peccatorũ nostrorũ maculas detergi facimus, magnã apud deũ fiduciã accipimus. Si hoc fecerimus, poterimus pura cõscientia ad sanctam terribilẽq; hãc mẽsam accedere, & verba illa q̃ precibus nostris inserta sunt, fideter dicere. Sciũt eruditi, quid dicatur. Pro

inde vniuſcuiuſq; conſcientiæ relinquo, quomodo mandato illo impleto, per illud terribile tempus dicere poſſimus. Quod ſi negligentes fuerimus, quanta hic nobis condemnationis cauſa, q diuerſa facimus & dicimus? Audemus temere verba precum pronunciare, & maiorem nobiſipſis ignē extruere, iram q; dei in nos prouocare, Gaudeo & lætor, quia video vos tāta voluptate quæ dicimus audire, & plauſu tāto excipere, promptoſq; eſſe, & ad dominici mandati adimpletionē paratos. Hæc enim animarum noſtrarum medicina eſt, hoc vulnerum noſtrorū pharmacū. Hæc optima deo placens via. Hoc certiſſimum piæ animæ indiciū, ſuſcipere omnia propter legem domini, & a cogitationum infirmitate non retrahi, & affectiones magiſtrari, animo quotidie verſare beneficia a deo nobis exhibita, & quæ, quod nunquā ſatis narramus, obtinere poſſumus, & que olim in nos collocata, & quæ quotidie accipimus, & quæ in futurum repoſita ſunt bona, ſi voluerimus mandata domini opere complere. Igitur hic bene agant quiq;, & quaſi ad theſaurum maximum feſtinantes, neq; differant, vt fieri ſolet. Etiam ſi labore, vel inqſitione, vel longo itinere op⁹ ſit, etiam ſi moleſtiæ multæ ſint, omnia hæc auferamus impedimenta. Vnica nobis cura ſit, quomodo mandatum domini adimpleamus, & obedientiæ nobis afferatur merces. Scio quod graue & moleſtum videtur, ad eū qui hoſtiliter in te affectus ſit abire, cunq; eo ſtare & loqui. At ſi mandati cogitaueris dignitatem, & retributionis magnitudinem, & quod non in illum, ſed in te recurrunt beneficia, omnia tibi leuia & facilia videbuntur. Hæc igitur in mentibus noſtris verſantes, conſuetudinem noſtram vincamus, piaq; mente domínica mandata adimpleamus, quo & cibo remunerari mereamur, gratia & miſericordia ſuæ bonitatis, cui cum patre & ſancto ſpiritu ſit gloria, imperium, honor, nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum. Amen.

CAPVT NONVM.

ET benedixit deus Noe et filios eius: et dixit eis. Creſcite et multiplicamini: et replete terram: et dominamini ei. Et tremor veſter, & timor veſtri erit ſuper omnes beſtias terre: et ſuper omnia volatilia celi: et ſuper omnia que mouentur ſuper terram. Et omnes piſces maris ſub manibus vobis dedi: et omne volatile: quod eſt viuēs: vobis erit in cibum: tanquam olera herbe dedi vobis omnia. Verumtamē carnes in ſanguine anime non comedetis. Et enim veſtrum illum ſanguinē animarum veſtrarum de manu cunctarum beſtiarum requiram: et de manu hominis: qui (eſt) frater eius, requiram animam hominis, qui effuderit ſāguinem hominis, p ſanguine hominis ille (ſanguis) ipſius effundetur, quia in imagine dei feci hominē. Vos autem creſcite et multiplicamini, et implete terrā: et dominemini ei. Et ait deus ad Noe, et filios eius cum eo, dicens. Ecce ego ſtatuo teſtamentum meum vobis: et ſemini veſtro poſt vos, et omni anime viuenti vobiſcum in eternū, a volucribus, et a iumentis et omnibus beſtijs terre, quecūq; ſunt vobiſcum ab omnibus exeūtibus ex arca. Et ſtatuam pactum meum ad vos, et non mouetur omnis caro vltra ab aqua diluuij, et non erit vltra diluuiū aque, vt corrumpat omnem terram. Et dixit dominus deus Noe. Hoc ſignum teſtamenti quod ego do inter me et vos: et inter omnē animam que eſt vobiſcum: in generationes ſempiternas: arcū meū pono in nube: et erit in ſignū teſtamēti inter me et terrā. Et erit: quū cōnubilauero nubes ſuper terram apparebit arcus meus in nube: et memor ero teſtamēti mei: quod erit inter me et vos: et inter omnē animā in omni carne: et nō erit aqua in diluuiū: vt deleat vniuerſam carnē. Et erit arcus meus in nube: et videbo illum: vt memor ſim teſtamēti ſempiterni inter me et vos: et inter animam viuentem in omni carne, que eſt ſuper terram. Et ait dominus deus Noe. Hoc ſignum teſtamenti quod conſtitui inter me et inter omnem carnem: que eſt ſuper omnem terram. Erant autem filij Noe: qui egreſſi ſunt de arca. Sem, Cham, Japhet. Cham autē erat pater Chanaā. Tres

isti sunt filij Noe. Ab istis disseminati sunt super omnem terram. Et cepit Noe homo agricola terre: et plantauit vineam: et bibit de vino et inebriatus est: et nudatus
D est in domo sua. Et vidit Cham pater Chanaan nuditatem patris sui: et egressus nunciauit duobus fratribus suis foris: et accipientes Sem et Japhet pallium: imposuerunt super duo dorsa sua. et abierunt retrorsum. et operuerunt nuditatem patris sui: et facies eorum introrsum: et nuditatem patris sui non viderunt. Euigilauit autem Noe a vino. et cognouit quecūq; fecit ei filius suus iunior: et ait. Maledictus Chanaan. seruus domesticus erit fratribus suis. et ait. Benedictus dominus deus Sem. et erit Chanaan seruus domesticus eius. Dilatet deus Japhet. et habitet in domibus Sē: et erit Chanaā seruus eorū. Vixit aūt Noe post diluuiū annos trecentos quinquagīta. et fuerūt oēs dies Noe nōgēti quinquagīta anni: et mortuus est.

HOMILIA. XXVII.



E Vum heri proposita benedictione, quam cōsequutus esta domino iustus, qui post egressum ex arca, altare ædificauit, & oblatis hostijs suam declarauit gratitudinem, vlterius neq; progredi, neq; lectionē totam enarrare, neque quātum se humilitati nostræ misericors deus attemperet, ostendere potuimus, nam sermonem nostrum, quia prolixius se extendebat, celeriter succidim⁹, vt ne multitudine vestra memoria adobrueretur non sine iactura eorum, quæ dicenda erant. Non enim hoc solum nobis curæ est, vt multa dicamus, sed tanta quæ vobis facile sit mente capere quo cum lucro hinc abire liceat. Nā si nos plura quam par sit dixerimus, & vos nihil inde percipitis, quæ vtilitas? Scitis enim, quod propter vestram vtilitatem hunc, laborem suscepimus, & iustam nos mercedem accepisse credimus, si vestrum videamus profectum, & quod diligenter quæ dicuntur tenetis, in sinibus animi vestri reposita, continuo ea memorantes & ruminantes. Memoria enim olim dictorum faciet, vt maiori commoditate & dicenda capere possitis. In hoc enim inuigilamus & incumbimus, vt omnes vos perfecti et consummati fiatis, & nihil eorum quæ in diuinis scripturis continentur, vos lateat. Etenim eorum notitia si vigiles, sobrij q; esse volumus, & ad melioris vitæ frugem plurimum nobis confert, alacrioresq; advir
F tutū labores facit. Nam quū erudimur, omnibus iustis magnam apud deum esse fiduciam, qui afflicti & tentati per omnem vitam suam, patientiam & gratitudinē declararunt, & sic præmia sunt adepti / quomodo non & nobis curæ erit vt eandē inedamus viam, quo et eadem præmia obtineamus? Ideo obsecro, vt quotidie aliquid accedat boni operis, & crescat vestrū ædificium spirituale, & bona opera quæ olim feciſtis dili genter custodiatis: & si quæ adhuc desyderantur adijciatis, & sic in summum virtutis perueniatis fastigium, in vestram gloriam, in ædificationem ecclesiæ in honorem Christi. Sane ego videns inexplebilem vestram spiritualium doctrinarum auiditatē, etiam satis conscius magnæ meæ tenuitatis, non intermitto quotidie apparare ex diuinis scripturis conuiuium, & quæcūq; dei misericordia propter suā misericordiam & vestram vtilitatem suppeditauerit, ꝓponere. Age igitur & hodie indicabimus charitatiue stræ, eminentem dei misericordiam, quam humano generi demonstrauit, & ob id verba quæ deus ad Noe dixit, afferimus. Et dixit deus ad Noe, et filios eius, Postquam benedixit eum & filios eius, et dixit, Crescite & multiplicamini, et tradidit eis dominum super bruta omnia, potestatēque dedit illis qua si oleribus herbarum vesci, necnon & mandauit, vt carnes in sanguine non comedant, adhuc gerens curam iusti & posteritatis beneficij sque nostrum genus adob-

ruens, denuo maiora adíjcit beneficia, & inquit, Dixit que dñs deus Noe & filijs
eius cum eo, dicens, Ecce ſtatuã teſtamentum meum vobiſcum, & cum ſemine ve- A
ſtro poſt vos, & omni animæ viuenti vobiſcum, & omnibus quæ egreſſa ſunt ex ar-
ca, & ſtatuam teſtamentum meum vobiſcum. Et non morietur vltra omnis caro ex
aquis diluuij, nec erit vltra diluuium aquæ, quod omnẽ terram corrũpat. Quia ve-
riſimile erat iuſtũ adhuc in angore eſſe, & mentẽ eius formidine teneri, & ſi quando
ingrueret paruus aliquis imber, futurum triſtem & attonitum, quaſi denuo talis tem
peſtas mundum inuolutura ſit, ideo vt & ipſe fidere poſſit, poſteritaſq; omnis, opti-
mus deus bene ſciens, quod & paruus mœror turbare queat. Nã præteritorũ expe-
rientia ad formidinẽ incutiendã, multum habet momenti. Itaq; quia veriſimile erat
& a parua pluuia formidaturũ, idcirco miſericors deus, quaſi fiduciã ei adhibiturus,
& ab omni formidine ſolutum, in magnam ſecuritatẽ & iucunditatem inducturus,
promittit ei, quod eiuſmodi pœnam vltra non ſit illaturus. Et hoc quidem pridẽ &
ante benedictionem promiſerat dicens, quẽadmodum audiſtis, Non adijciam vl-
tra, vt maledicã terram, etiam ſi hominum malitia increſcat, non tamen ego huma-
num genus tali ſubijciam pœne. Nam monſtrando ineffabilẽ eius miſericordiam
idipſum nunc denuo promittit, vt bene confidat iuſtus, & non cogitet apud ſe ac di
cat, Et olim benedictionem generi noſtro dedit, & vt valde multiplicaretur effecit,
ſed poſtea cõmunem illam omniũ internecionẽ ſubiunxit. Quocirca, vt omnem
e cogitationibus eius tumultum expelleret, copioſis argumentis certum eum fecit, B
non futurum vltra tale diluuiũ. Quaſi ſcilicet diceret, diluuiũ ex miſericordia indu-
xi, vt & malitia impediatur, neque vlterius progredi poſſit, ita & nunc eadẽ miſeri-
cordia pollíceor me non vltra facturũ, vt ſepoſito omni mœrore, præſentem vitam
tranſigatis. Et ideo dixit, Ecce ſtatuo teſtamentũ meũ, hoc eſt pactũ facio. Nam
ſicut in humanis negocijs, ſi quis promittit aliquid, pactum facit, & certis argumen
tis & indicijs ſecurũ alium facit, ita & benignus dominus, inquit, Ecce ſtatuo teſta-
mentum meũ. Et bene dixit ſtatuo, pro eo quod eſt, Ecce ego inſtauro ea, quæ ex
peccatorũ ruina acciderant, & ſtatuo teſtamentũ meũ vobiſcum & cum ſemine ve-
ſtro poſt vos. Vide miſericordiã domini, quaſi diceret, Non tantũ vobiſcũ ſtatuo
pactum, ſed & ijs qui vos ſequentur, ſtabile & firmum fore pronuncio. Poſtea vt ſu
am declaret liberalitatẽ, inquit, Et omni animæ viuenti vobiſcũ, a volatilibus, & a
pecoribus, & omnibus beſtijs terræ, quæcunque vobiſcũ, ex omnibus quæ egreſſa C
ſunt ex arca / & ſtatuo teſtamentũ meũ vobiſcũ, & non morietur omnis caro vltra
ab aqua diluuij. Et non vltra erit diluuiũ aquæ, vt corrũpat omnem terram. Vidiſti
pactorũ magnitudinẽ? Vidiſti promiſſionũ ineffabilem liberalitatem? Conſydera
quomodo miſericordiã ſuam denuo facit vſque ad bruta et feras pertingere, & meri
to, id quod & ſæpe dixi, hoc & nunc dico. Nã quia propter hominẽ hæc producta
ſunt, ideo & illorũ beneficiorũ partẽ habent, quæ homini cõceſſa ſunt. Et videtur
mihi cõmune eſſe teſtamentũ, & homini & brutis. Nam & hoc homini ſolatio fue-
rit, vt ſcire poſſit, in quanto ſit honore, quod non ſolum in ſe collocentur beneficia
ſed propter ſe in alia quoq; animalia extendatur liberalitas. Et nõ morietur (inquit)
oĩs caro vltra ab aqua diluuij, & non erit vltra diluuiũ, vt corrũpat omnẽ terrã. Vi-
diſtis quomodo & ſemel, & iterũ, & ſæpius pollicetur ſe non vltra immiſſurũ cõmu
nem omniũ internecionẽ vt ex mẽte iuſti hanc ſolicitudinẽ adimeat, & de futuris vt
bonam ſpẽ ille habeat. Dein, non ad ſuam naturam ſpectans, ſed noſtram infirmita
tem, non contentus eſt ꝓmiſſione ſua, quam verbis dedit, ſed iterũ oſtendit, quõ ſe
noſtræ infirmitati attẽperat, tali metu hũanũ genus liberans, vt etiam ſi ſæpe pluuiæ

D viæ deferantur, & violentæ tempestates fiant, etsi aquarū magna sit inundantia, neq; sic metuendum, sed confidendum, nobis ad miraculum respicientibus. Et dixit dominus deus ad Noe, Hoc est signum testamenti, quod ego do inter me & te. Vide quanto honore iustum dignat, ita cum eo paciscitur, quasi homo homini loquēs & dicit, Hoc est signū testamenti, quod ego do inter me & te, & omnē animam viuentem, quæ nobiscum est in generationes æternas. Vidisti quomodo signum dandum omni viuenti duraturū in generationes æternas? Non solum communiter omnibus viuentibus dat signum, sed & perpetuum & æternum illud facit, quoad mundus subsistit. Quod ergo signum? Arcum meum pono in nube, & erit in signum inter me & terram. Ecce post pollicitationem verbalem, & hoc signum do, iridem dicens, quā aliq fieri dicunt sole radios suos cōtra nubes mittente. Si sermo meus, inquit, non sufficit, ecce & signum do, nunquam vlterius talem me pœnam inducturum. Hoc ergo signū videntes, a formidine liberemini. Et erit quum nubilauero (inquit) nubes super terram, et apparuerit arcus meus in nube, & recordabor testamenti mei quod est inter me & vos, & inter omnē animam viuentem super omnē terram. Quid dicis o beate propheta? Recordabor (inqt) testamenti mei; hoc est pacti mei, promissionis, pollicitationis. Non quia ipse opus habeat recordatione, sed
E vt nos ad illud signum respicientes, nihil durum suspicemur, sed statim recordemur diuine promissionis, & roboremur, & confidamus, vt pote nihil tale passuri. Vidisti quantum deus verbis se propter nostram infirmitatem humiliet, quantam curam gerat nostri generis, quantam misericordiæ magnitudinem declaret, non quia hominum conuersionem vidit, sed vt per omnia nos doceat excellentem suam bonitatem? Et non erit vltra aqua in diluuium, ita vt deleat omnē carnem, qui sciuit hoc timere humanam naturam. Vide quomodo continuo hoc pollicetur, quasi dicens, Etiam si videritis multos imbres fieri, neq; sic aliquid durivobiscū concipite. Non em̄ erit aqua in diluuiū, ita vt deleat omnē carnem. Talis imber non erit vltra, tantam indignationem non vltra experietur humanum genus. Et erit (inquit) arcus meus in nube, & videbo vt recorder testamenti æterni inter deum, & inter animam viuentem in omni carne. Consydera quomodo volens humanam naturam ad fidē & firmam credulitatem inducere, quanta verborum vsus sit humilitate. Et videbo (inquit) vt recorder. Ergo ne visus eum in memoriam ducet? absit. Non enī vt hoc suspicemur, ita dicit, sed vt quando videmus signum hoc, dei promissioni confidamus, certi q̄d non sit possibile dei promissiones intercidere. Et dixit dominus deus (inquit) ad Noe, Hoc signum testamenti mei, quod posui inter me, & inter omnem carnem, quæ est super terram. Accepisti (inquit) signum, id quod dedi in-
F ter me & omnem carnem, quæ est super terram, ne vltra confundaris mente neturberis animo, sed ad hoc respice, & ipse bonā spem habeto, & omnes q post te futuri sunt, hic cōsolationē accipiant. Et aspectus signi fiduciā ei præstet, quod nunquam talis tēpestas terrā inuadet, Nam quāuis peccata hominū crescent, ego tamen quæ promisi, adimplebo. Et nunquā talem indignationem in omnes faciā. Vidistis quā excellens eius bonitas? Vidistis quantum ad nostram humilitatē verbis se dimittat, Vidistis quāta suæ erga nos curę magnitudo? Vidistis quāta promittētis liberalitas Non em̄ beneficiū suum vsq; ad duos, vel tres, vel decē generationes extendit, sed promisit, quoad subsistet mundus, vt ex vtroq; em̄ dātiores reddamur, & ex eo q̄d illi ꝓpter multitudinē peccatorum tali pœna puniti sunt, & ex eo quod nos tanta ꝓmissione dignatus est. Nā cordatos beneficia magis quā pœne allicīūt ad mādatorum obediētiam. Igitur ne fiamus ingrati. Nos em̄ antequam vllū bonitatis speci-

men exhibuerimus, immo etiam cum pœnis digna fecerimus, tanta dignatus est be
neficentia. Si grati fuerimus, & de prioribus gratitudinem indicauerimus, conuerte A
rimusq; nos ad meliora, quanta tum deniq; nos dignabitur liberalitate & gratia, qui
indignis ita benefacit, & tam misericors est peccatoribus? si a peccatis destiterimus,
& virtutem sectamur? quæ non consequuturi sumus? Enimuero hac de causa prior
ipse multa in nos beneficia collocat, & quum peccauerimus, iterum nobis veniam
impartit, & supplicia nõ e vestigio infert, vt per omnia nos alliciat, & dum nobis be
nefacit, & dum longanimis est. Sæpe etiam dum aliquos punit, alios per hoc induce
re vult, vt illorum metu castigati, supplicij periculum effugiant. Vidisti sapientissi-
mi dei misericordiam, quomodo omnia quæ per ipsum fiunt, propter vnum solum
nempe humanam salutem, fiũt? Idcirco quum hæc cogitamus, ne simus desides, ne
aduersus virtutẽ certemus, ne prætereamus leges ab illo statutas. Nam si viderit nos
conuerti, & quiescere, & principium aliquod facere, ipse quoq; sua simul afferet, fa-
cietq; nobis omna leuia & facilia, & neq; relinquet vt laborem sentiamus. Nã quan
do anima ad deum cogitationem suam intendit, non iam decipi potest a visibilium
aspectu, sed præteriens omnia, ea quæ non videntur corporalibus oculis, quæ nullã
sciunt vicissitudinem, sed perpetuo manent, fixaq; sunt ac immota diligentius specu
latur, quam ea quæ ante pedes sunt posita. Tales enim mentis sunt oculi, qui ad illo-
rum spectaculum continuo intẽdunt, & supernis radijs illustrati, omnia quæ in hac
vita sunt, quasi vmbram & somniũ transeunt, non illi vltra deceptioni obnoxij sunt, B
neq; eis imponi potest, sed etiam si opes viderint, statim derident, scientes quod fugi
tiuo quouis infideliores, ab vno ad alium transeunt, & nunquam apud eundem sub-
sistunt, & infinita mala possidentibus afferunt, quos & in ipsum malitiæ, vt dicitur,
præcipitium impulsos deturbant. Et si corporis formositatem intuiti fuerint, neq;
illam magnifaciũt, cogitãtes quod tam fragilis & instabilis, atq; superueniens mor
bus repente omnem illam formositatem obscurat, & quod nunquam ante morbũ,
si inuaserit senectus, facies quæ antea formosa erat fit indecora, & iniucunda, mors
autem superueniens, omnem corporis pulchritudinem corrumpit. Et si quem vide-
rit gloria & potentia inflatum, & qui in summum dignitatum verticem peruenerit,
omniq; felicitate fruitur, etiam illum præterit quasi nihil stabile & solidum habentẽ
sed de illis gloriantem quæ fluminibus ipsis ocius præterlabuntur. Quid enim om-
ni huius vitæ gloria vilius, quæ flori herbæ confertur? Omnis enim gloria hominis C
inquit, sicut flos fœni. Vidistis dilecti, quomodo quam acute videant oculi fidei, si
quando in deum mens intenta fuerit? Vidistis quomodo a nulla re visibili decipi pos
sunt, sed rectum habent doctrinæ iudicium, neq; invno falluntur? Sed si gratum est
iterum ad contextum sermonis reuertamur, & paucis propositis finem sermonis fa
ciamus. Nam postquam scriptura sermonem de diuino miraculo finiuit, voluit ite
rum nos docere alia quæ ad iustum illum & filios eius pertinent, & dicit. Erant autẽ
filij Noe, qui de arca egressi sunt Sem, Cham, Iaphet. Cham autẽ erat pater Cha-
naan. Tres illi sunt, a quibus dispersi sunt super omnem terram. Dignum hic fuerit,
vt inquiramus, quare diuina scriptura hos tres filios commemorando, subdit, Chã
autem erat pater Chanaan. Ne putetis, obsecro, hoc absq; causa fuisse adiectũ. Ni-
hil enim in diuina scriptura tenetur, quod non aliqua ratione dictum sit, quæ non &
latentem in se habeat vtilitatem. Quare ergo assignauit, Cham autẽ erat pater Cha
naan? Voluit autem per hoc nobis illius intemperãtiæ nimietatẽ insinuare, & quod
neq; calamitatis magnitudo eum coercere potuit, neq; tãta in arca angustia irrefre-
natam eius concupiscẽtiam sedauit, sed quamuis senior nondum filios procreaue-

D rat, hic incontinentiæ deditus, in tempore tantę indignationis, & generalis interitus, quo orbis comprehensus est, rei Venereæ deditus fuit, iam statim ab initio mentis suæ malitiam monstrans. Itaq; non multo post, propter contumeliam in parentem, maledictionem suscepturus erat eius filius Chanaan. Ideo scriptura diuina nomen eius prius assignauit, pariter & filij nomen docens, & patris intemperantiam, vt quum eũ postea videris, magna ingratitudine erga patrem vti, scire possis, quod iam olim talis fuerit, vtpote neq; a tanta calamitate humiliatus. Sufficere eñ debebat ad extinguendam libidinem tantus luctus. Et nihil flammam & insaniam hanc ita comprimere potest, vt tristitiæ vehementia & calamitatis excellentia. Igitur qui in tanta malorũ magnitudine tantæ rabiei & insaniæ in procreandis pueris fuit, qua venia dignus fuerit? At hic nobis alia quæstio nascitur, celebrata, & quę vbiq; circũfertur, Quare patre peccante, filius maledictum accipit. Sed ne longum sermonem hunc faciamus, in crastinum diem, eum reponemus, vt quum ad eum locum peruenerimus, & tunc solutionem eius afferamus, quam deus donauerit. Nihil eñ in sacra scriptura (sicut dixi) inuenire licet, quod absq; ratiõe aliqua sit scriptũ. Iam hoc sciamus, quod nomen filij non absq; causa fuit a Moyse cõmemoratum, quum di-

E xit, Cham autem erat pater Chanaan. Tres sunt ij filij, inquit. Noe, & ab ijs dispersi sunt in omnem terram. Neq; hoc dictum obiter prætereamus dilecti, sed cogitemus ex illo ipso virtutis dei magnitudinẽ. Tres, inquit, erãt ij filij Noe, & ex illis dispersi sunt super terram. Quomodo ex tribus tanta multitudo succreuit? quomodo potuerunt durare? Quomodo ex paucis illis totus mundus cõstitutus est? Quomodo eorũ permãserunt corpora? Non medicus erat qui medicinam adhibebat, neq; erat aliqua alia cura, nondum eñ erant ciuitates conditæ, sed post tantam miseriam & vitam illam in arca, e qua salsuginosi & incuruati ob compressionem exierunt, & in tanta solitudine existentes, & indicibili vastitate, quomodo nõ corrupti sunt? quomodo non perierunt? Timor enim, & metus, dic oro, non cõmouit eorum mentẽ? non cõcussit animum? Ne admireris dilecte, deus enim erat qui omnia faciebat, & deus naturæ opifex erat, qui omnia præpedimenta auferebat mandato suo, quo dixit, Crescite & multiplicamini, & implete terram. Hoc enim incrementum dedit. Quia & Israelitæ quũ in Aegypto in luto & latere conficiendo onerati erant, in tanto maiorem multitudinem excrescebant, quo magis opprimebantur. Et neq; immi-

F sericors & crudele præceptum Pharaonis, quod præcipiebat masculos in flumina proijci (& alioqui mire vexabant præfecti operarum) valuit imminuere eorum multitudinem, sed in maiorem multitudinem increscebãt. Erat enim diuina gratia, quæ omnia diuerso modo operatur. Quando igitur dominus p̃cipit, ne quæras, vt iuxta humanum morem opera perficiantur. Potentior enim quam natura, non eget naturæ ministerio, sed per res quæ alioquin impediunt, res augmẽtat. Eo modo & nunc, per tres illos totum orbem impleuit. A tribus eñ illis, inquit, dispersi sunt in vniuersam terram. Vidisti dei potentiam? vidisti quomodo & multa obstacula eius morantur voluntatem? Idipsum & in fide licebit videre. Quum enim tales sint, qui infestent tanti sint qui insidientur, & reges, & tyranni, & populi seditiosi, & omnia facientes, vt extinguant scintillam fidei per insidiatores, per eos qui vetare volebant, tanta pietatis flamma erupit, vt totum orbem habitatum & inhabitatum inuaserit. Etiam si ad Indos abieris, & ad Scythas, & ad fines orbis terræ, etiam si ad ipsum Oceanum vbiq; inuenies CHRISTI fidem illustrãtem omniũ animos. Hoc admirabile & stupore plenum, quod effera barborum corda demulsit, & placida fecit pietatis sermo, didiceruntq; philosophari, & abiecta pristina consuetudine ad pietatẽ translati

sunt. Et sicut per tres illos hominum genus multiplicauit vniuersi conditor, ita quoq; & in fide per vndecim piscatores illiteratos & idiotas, qui neq; os aperire audebant, omnem sibi orbem conciliauit. Et illiterati isti, & idiotæ, & piscatores, philosophorum obturauerunt ora, & transcurrerunt orbem quasi alati, seminantes veri A
tatis sermonem, & spinas execantes, & pristinas affectiones reuellentes, CHRISTI q; leges vbiq; plantantes. Et neq; quod pauci erant, neq; quod priuati & illiterati, neq; quod austera & insolita docebant, neq; quod veteri consuetudine humanũ genus præuentum erat, obstaculo eis esse potuit, sed præuia gratia sustulit hæc omnia, magnaq; facilitate operati sunt omnia, per ipsa obstacula maiorem accipientes alacritatem. Enimuero interdum flagellati decedebant gaudentes, non propter flagella simpliciter, sed quia pro nomine CHRISTI digni habiti sunt ignominiam pati. Interdum autẽ in carcerem coniecti, quia ab angelo educti fuerunt, iterum eadem continuauerunt, & in templum abeuntes, doctrinæ sermonem seminarunt, piscati multitudines ad pietatem. Et iterum detenti, non solum non segniores inde facti sunt, sed & maiorem libertatem præ se tulerunt, in medio insanientis populi, & dentibus frementis stantes, ac dicentes, Obedire oportet deo magis, quam hominibus. Vidisti libertatis magnitudinem? vidisti illiteratos piscatores contemnere tot furentes populos, & ad cædes ac mactationes paratos? At tu dilecte audiẽs hęc omnia, quæ fiunt, ne tribue illis, sed diuinæ gratiæ, quę confirmat & instruit eorum alacritatem. Quia & ille beatus Petrus, quum exvtero matris claudunt rectum faceret, B
omnibus obstupescentibus & admirantibus, suam ipse gratitudinem declarans, inquit, Viri quid in nos intenditis, quasi qui propria potentia vel pietate fecerimus eũ ambulare? Quare inquit, sic obstupescitis, & stupefacti estis in hac re? Num nos sumus hoc operati, vel propria virtute incolumitati eum restituimus, & ambulare fecimus? Quid in nos intenditis? Nihil amplius nos attulimus, quam quod linguam nostram cõmodauimus. Qui autem omnia fecit, dominus est, & ille naturæ conditor, deus Abraham, Isaac, & Iacob, quos patriarchas censetis. Ille quẽ vos tradidistis, & negastis coram facie Pilati, iudicantis illum dimittẽdum. Ille est, qui omnia operatus est, quem vos sanctum & iustum negastis, & petistis virum homicidam vobis tradi, principem autẽ vitæ condemnastis, quem deus excitauit a mortuis, cuius nos testes sumus, & in fide nominis sui, hunc quẽ videtis & vidistis, solidauit nomen eius G
& fides quæ per ipsum dedit ei incolumitatem corã omnibus vobis. Magna & multiplex liberi huius sermonis excellentia. Ineffabilis potentia virtutis, quę super eminens eis collata. Manifestissima resurrectionis demõstratio, beati illius sermo fuerit. Quod enim maius miraculum illo quis quæreret, quum is qui ante crucem etiam abiectæ puellæ minas ferre non potuit, nunc tantus & talis aduersus Iudæorum populum insurgit, tanta q; fiducia? & cum vnicus esset, contra tam incompositam & tam rabidam multitudinẽ se opponit, & loquitur, quę insaniam eorũ magis exasperare queat Vidisti dilecte: id quod in procœmio dicebam, etiam nunc declaratũ? Quod si quis amore in deũ arcendatur, non fert postea, quæ ad corporales illos oculos pertinent sed alios oculos possidet, oculos inquam fidei, illa semper speculatur, & ad illa mentem habet intentam. Ambulansq; in terra, municipatum habet & conuersationem in cœlis, ita omnia agit, nullis humanis prępeditus a virtutis cursu. Nam qui talis est non posthac respicit ad secũda huius vitæ, neq; ad dura & aspera, sed omnia illa prętercurrit, ad patriam suam festinans. Et sicut qui sensibilem cursum magna contentione peragit, nullum occurrẽtium videt, etiam si sæpius in illum incidat, sed animo suo ad cursum intento, facile omnia transit, festinãs ad destinatum scopum, eodem

modo, qui cursum virtutis vt currat, festinat, & a terra in cœlum redire concupiscit. Omnia enim quæ videntur, deorsum relinquit, & totum se cursui dedit, neq; prius
D subsistit donec in verticem ascendere poterit. Et qui sic affectus est, etiam quę videntur esse terribilia in præsenti vita, contemptibilia fiunt, quin & talis neq; gladium timet, neq; præcipitium, neq; ferarum dentes, neq; tormenta, neq; lictorum manus, neq; aliquid quod triste in hac vita. Sed etsi carbones videat substratos, quasi prata & paradisos, videns transsilit. Etsi aliam quandam tormentorum speciem intentari spectat, non deficit ad aspectum, neq; auersatur. Desyderium enim futurorũ, mentem eius transtulit. Et quasi frustra corpore amictus, ita affectiones suas magistratur, & superna gratia munitus, corporis dolores ne sentit quidem. Quocirca obsecro, vt facile virtutis labores ferre possimus, magnum habeamus in deum amorem & desyderiũ, & illuc mente nostra intenta a nulla re huius vitæ supplantemur in cursu illo, sed futurorum bonorum fruitionem continuo cogitantes, omnes huius vitæ molestias mansuete feramus, Et neq; ignominia nos contristet, neq; inopia grauet, neq; morbus corporis, mentis sensum laxet, neq; cõtemni a multis, & inter viles haberi, segniores nos faciat in virtutis studio, sed omnibus ijs, quasi puluis essent, excussis, assumptoq; generoso & sublimi spiritu, magnũ per omnia fortitudinis specimen
E exhibeamus. Et sicut heri vestram charitatem obsecraui, cum inimicis magna alacritate conciliemur, & ex animabus nostris affectionum eliminemus reliquias, & si qua concupiscentia interturbet, eam effugemus, & si furor ad iram extimulet, emendemus inflammationem cantu spiritualium admonitionem, quæ monstrant, quam pernicioſæ sint affectiones. Vir enim, inquit, iracundus, non honestus est. Et iterũ, Qui irascitur fratri suo sine causa, reus erit gehennæ ignis. Et si pecuniarum cupiditas incessat, demus operam, vt mens vitet tantam perniciem, & sicut radicem malorum omnium excindamus. Sic studeamus singulas affectiões malas corrigere, quo & abstinendo a malis, & sectando opera bona, possimus in die illo tremendo a deo misericordiam assequi, gratia & miserationibus vnigeniti eius filij, cui cum patre & spiritu sancto sit gloria, imperium, & honor nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

HOMILIA. XXVIII.

F  D finem tandem argumenti, quod de hoc iusto est, venimus, ideo obsecro mente intenta adesse, & diligenter quæ dicuntur auscultate. Nam & ex ijs quę hodie lecta sunt, non paruum, neq; vulgarem percipere licet fructum. Quandoquidem quæ priscis euenerunt, si discere voluerimꝰ, maximæ nobis doctrinæ sunt occasio. Hac eñ ratione non solum opera sanctorum bona nobis scripta, sed & peccata, vt illa quidem fugiamus, ista vero imitemur. Neq; hoc solum, sed monstrat insuper diuina scriptura, & iustos sæpe lapsos, & peccatores magnam agentes pœnitentiam, quovtrinq; sufficiens nobis esset securitas. Et neq; qui stetit cõfidentior sit, videns & iustos cecidisse, neq; qui in peccatis est, desperet, visis tot qui resipuerunt, & ad summũ virtutis apicem peruenire potuerunt. Itaq; nullus, tametsi multorum bonorum operum sibi conscius, prę sumptuosus sit, sed anxius & solicitus, & audiat beatum Paulum admonentem, & dicentem, vt is qui stare sibi videtur videat, ne cadat. Nullus item, qui in profundum ipsum malitiæ descendit, salutis suæ spem abijciat, sed ineffabilem dei misericordiam cogitans, audiat iterum deum per prophetã dicentem, Num qui cadit, non resurgit, & qui auersatur, non reuertitur? Et iterum, Nolo mortem peccatoris, sed vt magis conuertatur & viuat. Vidisti dilecte, quod

omnia in diuinis scripturis scripta, nō alia de causa memoriæ sunt tradita, quam propter nostram vtilitatem, & humani generis vtilitatem? Hæc secum vnusquisq; expendat, suisq; congruavulneribus pharmaca imponat. Propterea em̄ tot cuiuis sunt A
proposita, & licetvolenti, cōueniens suis affectionibus remedium apponere, & sanitatem accipere celerrimam, tantum medicinæ curam ne quis reiiciat, sed suam declaret gratitudinem. Nulla enim est in humana natura, vel corporis, vel animæ passio, quæ medicinā hinc accipere nequeat. Quomodo dic obsecro? Ingreditur quis huc, tristitia & negociorum solicitudine oneratus, & ingressus huc, ita mœrore adobrutus, statim vt audiuit prophetam dicentem, Quare tristis es anima mea, & quare conturbas me? spera in deum, quoniam confitebor ei. Salutarevultus mei & deus meus, sufficienti consolatione suscepta abit, & omnem illam mentis tristitiam excutit. Alius item extrema premitur inopia, grauatim fert & mœret, videns alios diuitijs affluere, & valde inflari, & magno apparatu & pompa stipari. Audit & hic eundem prophetam dicentem, Iacta in dominum solicitudinem tuam, ipse te enutriet. Et iterum, Ne timeas, quum ditatus fuerit homo, vel quum multiplicata fuerit gloria eius, quia quum morietur, non accipiet omnia. Est & alius quoq;, qui insidias & calumnias sustinēs dolet, & insuauem putat vitam, nusquam humanum inuenire valens auxilium, docetur & hic ab eodem propheta, in talibus angustijs non ad humanū præsidium confugiendum. Audi quid ipse dicat, Ipsi detrahebāt mihi, ego autē B
orabam. Vidisti vnde quęrat auxilium? Alij, inquit, dolos plectebant, & calumnias & insidias, ego autem ad inexpugnabilem murum confugio, ad tutam ancoram, ad portum fluctuum expertem, preces inquam, per quas omnia difficilia, leuia & facilia mihi fiunt. Insuper alius abijs qui prius sibi ministrabant, despicitur, & contemnitur, & ab amicis relinquitur, & hoc est quod mentē eius maxime cōturbat & confundit, sed & hic si huc venerit, audit beatum illum dicētem, Amici mei & proximi mei aduersum me appropinquauerunt & steterunt. Et proximi mei alonge steterūt & vim faciebant, qui quærebant animam meam, & qui quærebāt mala mihi, loquebantur vanitates, & fraudulentias tota die meditabantur. Vidisti struentes insidias vsq; ad mortem ipsam, & perpetuum bellum gerentes? Nam hoc indicat, quum dicit, Tota die, quia per totam vitam. Quid ergo ille interim, dum isti insidiātur, & varia instruunt, egit? Ego autem, inquit, quasi surdus non audiens, & quasi mutus non aperiens os suum. Et factus sum quasi homo non audiens, & non habens in ore suo redargutiones. Vidisti excellentem philosophiam, quomodo diuersa via vicit? Illi C
dolos struebant, ipse aures obturabat ne audiret. Illi omni tempore non cessabant linguam acuere, & vanitates & fraudulentias meditari, hic autem silentio, illorum insaniam cōprimebat. Et quare sic se gerit, & illis hæc apparantibus, ipse sic se disponit, quasi surdus & mutus, & quasi neq; aures, neq; linguam habeat? Audi ipsum, tātæ philosophiæ causam dicentem, Quia in te speraui domine, quia a te pendet spes mea, inquit, & in te me proieci, nulla mihi cura est, quid illi agant. Tua enim gratia satis potens est ad dissipanda hæc omnia, & irritandas eorum machinationes & insidias, vt nihil eorū impleatur quod apparant. Vidisti quomodo quacunq; calamitate humanam naturam premente, conueniens ex scripturis antidotum accipere liceat, & omnis vitæ huius repellatur cura, neq; ab vllo quod accidit, grauemur? Propterea obsecro, vt subinde huc veniatis, & diuinæ scripturæ lectionem diligēter auscultetis, non solum quum huc venitis, sed & domi diuina Biblia in manus sumite, & vtilitatem in eis positam, magno studio suscipite. Inde enim multum lucri nascitur, primum quidem, vt lectione lingua reformetur, deinde anima pēnas assumit, & ele-

uatur, iubareq; solis iustitiæ illustratur, perq; tempus illud ab immundarum cogitationum illecebris liberatur, multa quiete. ac tranquillitate fruens. Insuper, quod ad agẽdas vires corpori sensibilis ille cibus facit, id animæ lectio prẽstat. Spirituale eñ
D alimentum est, & fortem reddit animam, & constantiorem, & magis philosophicã non permittens, vt a cogitationibus absurdis capiatur, sed leuem & alatam faciens, in cœlum ipsum, vt dicitur: transfert. Tantum igitur lucrum, oro, ne per negligentiam amittamus, sed etiam domi vacemus diuinarum scripturarum lectioni, & hic præsentes nõ in nugis & inutilibus colloquijs tẽpus decoquamus. Et propter quod conuenimus, attendamus quę legantur, vt maiori inde fructu percepto, discedere liceat. Quod si huc ingressi, ad intempestiuas & inutiles confabulationes vos conferetis, & absq; ampliori fructu hinc abitis, quæ vtilitas? Quo pacto non absurdum, eos qui ad seculares nundinas veniunt, solicitos esse, vt antequam redeant, omnia q̃ ex nundinis oportet, capiant, licet pecuniæ impendendæ sint, huc autem in spirituales has nundinas venientes, non omne studium impẽdere, vt acceptis vtilibus, & in anima depositis redeant, maxime quum nullo pecuniarum sumptu hic opus sit, sed alacritate sola & intenta mente? Vt igitur ne deteriores fiamus, ijs qui ad seculares
E mercatus vadũt, operam demus, vt perquam vigilantes simus, ne desint hinc migraturis viatica, immo vt habeamus, quæ non solum nobis sufficiant, sed & quæ suppeditare possimus & alijs, & vxorem corrigendo, & famulos, & vicinum & amicum, & etiam inimicum. Tales enim sunt spirituales doctrinę, vt cõmunes omnibus proponantur, nullaq; sit in eis diuersitas, nisi quis magis intentam attulerit mentem, & feruentiori desyderio alium transcendat. Itaq; quia tantum est e nostris doctrinis lucrum, age hodie lecta in mediũ proponamus, & fructu quopiam inde collecto, domum redeamus. Et cœpit, inquit, Noe homo agricola terrę, & plantauit vineam & bibit de vino, & inebriatus est. Vide quãtæ vtilitatis occasio est huius lectiõis proœmium. Quando enim audimus, quod iustus ille, & perfectus, & qui tantum superius accepit testimonium, bibit & inebriatus est, quomodo nos posthac, qui tãtis & tam varijs peccatis immersi sumus, non magna firmitate damnũ ebrietatis effugere studebimus? quamuis non sit simile iustum illum hac affectione capi, & nos in eandem incidere. Multa enim sunt, quæ iustum illum venia dignum declarant, quæ nõ dico, quasi ebrietatem eius excusaturus, sed monstrans quod non ex intemperantia supplantatus sit, sed ignorans magis. Et quod non ita simpliciter vini potationem inuenit, audi scripturam eius apologiam afferentem, quum dicit, Et cœpit Noe homo
F agricola terrę. Istucipsum quod, inquit, Cœpit, ostendit quod ipse vini bibendi primus inuentor fuerit, sed per ignorantiam, & nescíens sumendi mensuram, in ebrietatem inciderit. Neq; hoc solum est in causa, sed quia magna tenebatur tristitia, & sibijpsi consolationem inde excogitare voluit, sicut & sapiens quidam dicit, Date vinum ijs, qui in tristitia, & siceram ijs, qui in dolore, monstrans quod nullum est tam præsens tristitiæ remedium atq; vini vsus, tantum vtilitatem eius ne perdat intemperantia. Quod autem in tristitia & mœrore fuerit iustus ille, vidẽs seipsum in tanta solitudine, & illorum hominum corpora ante oculos proiecta, & cõmune omnium sepulchrum: hominibus & brutis factum, quis contradiceret? Mos enim prophetarũ & iustorum omnium, non solum pro ijs duntaxat dolere, qui sibi proximi sunt, sed & pro reliquis omnibus. Et si quis recensere vellet, inueniet omnes hãc compassionem præ se ferre, & audiet Esaiam quidem dicentem, Non valebitis cõsolari mein contritione filiæ generis mei. Hieremiam autem, Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum? Ezechielem vero, Heu mihi domine, delebis tu

De cõpassione sanctorũ.

reliquias Israel? Et Danielem lamentantem, & dicentem, Pauculos nos fecisti vltra omnes gentes. Et Amos, Pœniteat te domine sup hoc. Et Habacuck, Quare ostēdisti mihi labores & molestias? Et iterum, Et facturus es homines, quasi pisces maris. Et beatum illum Moysen quoq; dicentem audiet, Siquidem dimittis eis peccatum, dimitte, aut & me dele. Et iterum, quum promisisset ei deus maioris populi ducatum se ei traditurum, & dixisset, Dimitte me, & delebo homines istos, & faciā te in gentem magnam, neq; hoc voluit, sed præesse illis præelegit. Item orbis doctor beatus Paulus, Optabā ipse ego anathema esse a CHRISTO, p fratribus meis cognatis scdm carnem. Vidistis quomodo iusti omnes magnam compassionē erga proximos præ se ferebant? Consyderate nunc, quomodo & iustus ille se habuerit, quomodo verisimile est eum fuisse affectum, & quomodo a tristitia deprimebatur, videns tam immensam solitudinem, & terram illam quæ antea tam varijs luxuriabat plantis, & floribus ornabatur, repente quasi de sectis comis, & nudam, & solitariam. Quia ergo tam inualuerat mœror, paruam quandam sibi cosolationem excogitans, terræ colendæ sese dedidit. Et idcirco, inquit, Et cœpit Noe homo agricola terræ, & plantauit vineam. Sed iure hic quæritur, an ipse nunc plantam inuenerit, vel antea & ab initio fuerit producta. Verisimile est, quod antea & ab initio fuerit in sex illis diebus creata, quando vidit deus omnia quæ fecit, & erant valde bona. Et quieuit, inquit, deus die septimo ab omnibus operibus suis quæ fecit. Non equidem vt notus esset ab initio plantæ vsus, vel fructus ex eo manifestus. Nam si fuisset ab initio notus, omnino Abelis tempore inter oblatas hostias, & vinum libassent. Verum quia ignorabant adhuc fructus vsum, planta hac vsi non sunt. Hic agriculturæ studiosus, & magnæ diligentiæ, forte etiam lignum degustauit, & contritis botris vinum fecit, eoq; vsus est. Et quia neq; ipse gustauerat prius, neq; alium sciebat qui gustauerat, ignarus qua mensura vti debebat, per ignorātiam in ebrietatem incidit. Præterea, quoniam carnis esus in vitam hanc introductus fuit, postea & vini potus accessit. Vide autem dilecte, quomodo paulatim mundi status dispēsatur, & quilibet iuxta sapientiam a deo naturæ inditam, initio artis alicuius inuentor fit. Sic in hanc vitam, artium studia sunt introducta. Primus enim agriculturam inuenit, secūdus artem pastoralem, alius fabrilem, alius musicam, hic autem iustus vineaticā naturali solertia excogitauit. Et cœpit, inquit, Noe homo agricola terræ, & plantauit vineam, & bibit e vino, & inebriatus est. Consydera quomodo hoc quod erat tristitiæ medicamentum, & sanitati conducit, ei qui modum per ignorantiam transcendit, non solum nihil profuit, sed & statū eius offendit. Iam forte quærit aliquis, Quare planta tot malis plena, in hanc vitam p ducta est? Ne ita temere loquaris homo, quæ que in buccam incidūt. Non est planta hæc mala, neq; vinum malum, sed eius abusus, quia non propter vinum, sed propter peruersam voluntatem nefaria scelera fiunt. Et cum in eo sit vtilitas, vt noceat in causa est intemperantia. Quocirca nunc post diluuium ostendit tibi vini vsum, vt ostendat quod & antea in immodicam luxuriam humanū genus inciderit, multisq; peccatis se contaminauerit, quum adhuc vini vsus nesciretur, vt & quando videris vsum vini, non vino totum tribuas, sed corruptæ voluntati, sua sponte ad malum ruenti. Alia quoq; ratione cōsydera, quomodo vinum fuerit vtile, & horrescito. Nam per hoc materia bonorum salutis nostræ perficitur. Sciunt initiati & eruditi, quid dicatur. Et cœpit, inquit, Noe agricola terræ, & plantauit vineā, & bibit de vino, & inebriatus est, & nudatus est in domo sua. Grauissimum quiddam est ebrietas dilecti, & quod potest excæcare sensus, & submergere mētem, & hominē rationale animal, qui super omnia dominium suscepit,

A

B

C

Ebrietatis mala.

iniectis vinculis insolubilibus, quasi mortuum & operatione carentem iacere facit,
D immo deterius habentem, quam mortuũ, nam mortuus neq; bona, neq; mala operari potest, Ebrius autem nihil boni valet operari, ad malũ tamen faciendũ non omnino impotẽs est, iacetq; ibi ridiculus omnibus, & vxori, & pueris, & famulis. Amici enim suam ignominiam cogitantes, sese abscondunt, & cõfunduntur, inimici autem oblectantur, & irrident, & execrant, quasi hæc dicentes verba, Hunccine oportebat viuere? &, hunccine oportebat spirare aerem, o pecus, o porcum, & adhuc graviora loquuntur. Qui ex prælijs redeũt. cæde coinquinatis manibus, & prædam ducunt, non tam atroci aspectu sunt, vt illi. Sunt eñ fortassis, qui illos laudibus extollunt, propter trophæa, propter victorias, propter vulnera & cædes. Ebrios autem miseros proclamant, ærumnosos vocant, & innumera eis mala imprecantur. Quid eo miserius fuerit, qui ebrietati quotidie deditus est, & vinũ profundit, & mentis suæ iudicium corrumpit? Eapropter & sapiens quidam admonebat, dicens, Principiũ vitæ hominis panis & aqua, & vestis, & domus tegens turpitudinem. Et si quis ebrietate vincitur, ne euulgetur, sed a suis contegatur, & non sit omnibus risus & turpitudinis argumentum. Et cœpit, inquit, Noe agricola terræ, & plantauit vineam, & bi
E bit de vino, et inebriatus est. Ebrietatis nomẽ charissime, in sacra scriptura nõvbiq; de temulentia dictum est, sed et satietatem significat. Hoc itaq; forte quis de iusto hoc dicet, quod non vt intemperans inebriatus fuerit, sed ob satietatem hoc ei contigerit. Audi eñ Dauid dicẽtem, Inebriabuntur abvbertate domus tuæ, hoc est implebuntur. Aliter vero, Nam ebrietati vacantes, nunquam satiantur, sed quantũ ingurgitant, tãtum et siti flagrant, et inflammatio quædam est eis vini vsus, et voluptates quidem euanescunt, sitis autẽ inexplebilis in præcipitiũ ebrietatis eos qui illi seruiunt deducit. Et plantauit, inquit, vineam, et bibit ex vino, et inebriatus est, et nudatus est in domo sua. Consydera, quod hoc nõ foris ei accidit, sed in domo sua. Idcir co eñ assignauit diuina scriptura, In domo sua, vt ex ijs quæ sequuntur, malitiæ vehemens studium videas, qui nuditatem euulgare fuerit ausus. Et vidit, inquit, Cham pater ille Chanaan nuditatẽ patris sui, et egressus annunciauit duobus fratribus suis foris. Fortassis si et alij quidam fuerunt, et illis nunciauit patris sui turpitudinem, tanta erat pueri nequitia. Propterea eñ, vt discas, iam pridem et ab initio eũ corruptæ mentis fuisse, non simpliciter dixit scriptura, Vidit Cham nuditatem patris sui, sed
F quid? Et vidit Cham pater Chanaan. Quare dic mihi, et hoc loco filij vocabulũ assignat? vt discas eum fuisse intemperantem et incontinentem, et mente qua in tanta turbatione procreãdæ proli vacauit, eadem etiam nunc in contumeliam patris prorupit. Et egressus, inquit, annunciauit duobus fratribus foris. Vide obsecro hic dilecte, quod non in natura sita sunt vitia, sed in arbitrio et voluntate. Ecce enim omnes fratres fuerunt, et eiusdem naturæ, et eundem habuerunt patrem, eodem vtero fuerunt æditi, eadem diligentia fuerunt educati, sed non eandem mentẽ declarauerunt Sed ille quidem in malitiam incidit, ij vero parenti debitum impenderunt honorẽ Fortassis autem et irrisit, ac subsannauit patrem, turpitudinem eius nunciando. Et non audiuit sapientem quendam, dicentem, Ne glorieris in ignominia patris. Verum fratres non sic egerũt. Et quomodo? Cum hęc audiuissent, acceptis, inquit, vestibus super humeros suos, Sem et Iaphet ingressi sunt retrorsum, et nuditatem patris sui non viderunt. Vidisti beneuolẽtiam filiorũ? ille euulgauit, isti neq; videre potuerunt, sed retrorsum ibant, vt ne recta adirent patris cõtegentes nuditatem. Et vide eorũ cum magna beneuolentia et mansuetudinem. Neq; increpant, neq; verberant fratrem, sed vt audierunt, mox curarunt, vt emẽdaretur, et honestaretur factũ.

Facieſq; eorum auerſæ erant, & nuditatem patris ſui nō viderunt. Magna puerorū reuerentia, quam nobis ſcriptura monſtrat, quod non ſolū tegunt, ſed & videre non poſſunt. Erudiamur hinc, & ex vtriſq; lucrifaciam⁹ aliquid, & hos quidē imitemur, illius autem mores fugiamus. Nam qui ſenſibilem nuditatem euulgauit, maledicto ſe fecit obnoxium, & excidit ab honore quem parē habuit cū fratribus, condemnatus vt eis ſeruiret, licet autem non ipſe, omnes tamen qui ex eo, ſerui facti ſunt. Quid patientur, qui peccata fratrum euulgant, & non ſolū non cōtegunt & excuſant, ſed magis ea faciunt manifeſta, multaq; ex hoc operantur peccata? Quando enim manifeſtas fratris peccatum, non illum tantum ignominioſiorem feciſti, & ſegniorem forte ad virtutis viā, ſed & eos qui audiunt facis negligentiores, & ad ſocordiam inducis, neq; etiam hoc ſolum, ſed & deum blaſphemari facis. Quod quātū affert ſupplicium, nemo eſt mētis cōpos, qui ignoret. Fugiamus igitur obſecro mores Chā, nec imitemur. Imitemur autem gratorum illorū filiorum pudorē, quem in contegenda parentis nuditate declararūt. Et ita adumbremus fratrū peccata, ne ipſos negligentiores per hoc reddamus, ſed vt hac ratione maiorē illis occaſionem præbeamus, vt ſtatim ab hoc malo liberentur, & in virtutis viā redeant. Nam ſicut non habere multos teſtes ſuorū delictorū, reſipiſcenti facīliorem reditū præbet, ſic ſi frontem perfricuerit anima, & viderit quod nemo ignoret quæ mala admiſerit, non facile deſiſtere ſolet, ſed quaſi in profundū lutum incidiſſet, & ſubtus ab innumeris raperetur fluctibus, difficile emergere poterit. In deſperationē enim cadit, & nullum ſibi reditū promittit. Idcirco precor, ne detegamus proximorum lapſus, etſi ab aliis eos diſcemus, ne ſatagamus, vt nuditas videatur, ſed ſicut grati illi pueri obtegamus, adumbremus, admotione, conſiliis lapſam animam erigere ſtudeamus, miſericordiæ dei magnitudinē docentes, & bonitatis eius excellentiā, & miſericordiæ immēſitatem, vt maiorem quā illi benedictionem ab omnium domino conſequamur, qui vult omnes homines ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, qui nō vult mortem peccatoris, ſed vt conuertatur & viuat. Et nuditatem patris ſui nō viderunt. Vide quomodo per legem naturæ indita prius impleuerunt, antequā ad erudiendū humanum genus in lege ſcripta fuerunt. Et id quod lex dicebat, Honora patrem tuū, vt bene tibi fiat. &, Qui maledicit patri vel matri, morte moriatur. hoc iam operib⁹ impleuerunt. Vidiſti quomodo natura prius ſufficientē habuit doctrinam? Euigilauit, inquit, Noe a vino, & cognouit quæ fecerit ei filius iunior. Sui autem factus cōpos, inquit. Audiant qui totis diebus in conuiuijs verſantur lapſus grauitatem, fugiantq; quod ex ebrietate eſt damnū. Sui autem factus cōpos, inquit. Quid eſt, Sui autem factus compos? Id quod nos dicere ſolemus de mente captis, ſi quādo in exceſſu fiant: vel ſi quis ſibi reſtitutus fuerit, qui a dæmone vexatus, & ab eius tyranni deliberatur, hoc & hic vocat ſcriptura. Vere enim ebrietas voluntarius eſt dæmon, & grauius quam dæmon mentem obtenebrat, & captū omniū beneuolentia deſtituit. Sæpe enim dæmoniacum quum videmus, miſericordia mouemur, & condolemus, magnamq; erga eum beneuolentiam declaramus. Contra autē facimus apud ebrios, indignamur enim, importuni ſumus, innumera imprecamur. Quare & quæ cauſa eſt? quia ille qui a dæmone agitatur, inuoluntarius operatur, etiāſi recalcitret, etiāſi rumpat veſtem, & obſcœna quæpiā loquatur, venia dignus eſt. At qui ebrius eſt, quicquid fecerit, nō eſt venia dignus, & valde incuſant eum familiares, amici, & vicini, & in ſumma oēs, quia ſponte & voluntario in hoc tranſijt, & ebrietatis tyrannidi ſeipſum dedidit. Sui autē compos factus Noe, inquit, a vino / & cognouit quæ cunq; fecit ſibi filius ſuus iunior. Et hæc dico, non vt iuſtū incuſem, multa eñ erant

A

De vitāda detractione.

B

C

Ebrietas.

D propter quę illi venía debebatur. Et cum primis, quod non in id vitij poſtea relapſus eſt, id quod maximum fuerit indicium, quod ignorantia, non negligentia prius deliquit. Nā ſi hoc fuiſſet negligentiæ, oportebat iterum eodem peccato capi, id quod non euenit. Nam ſi denuo id accidiſſet, ſcriptura vtiq; nō obticuiſſet, ſed ſignificaſſet nobis. Vnus em̄ ſcopus & finitio ſcripturæ diuinæ eſt, ne quid factorū intermittat, ſed veritatem nos doceat. Neq; propter inuidiā, iuſtorum virtutes prętcrit, neq; propter gratiā peccata adumbrat, ſed omnia in mediū nobis proponit, vt monumē ta & doctrinas quaſdam habeamus. Et ſi, vt quando etiā nos per ſocordiam in id vitij incíderimus, cautiores ſimus poſtea, & denuo non incidamus. Neq; em̄ tam graue eſt peccare, quam in peccatis perſeuerare. Itaq; non attende ſolum, quod inebriatus eſt iuſtus, ſed quod poſtea non iterū hoc ei acciderit. Iam cōſydera eos qui in tabernis vinarijs quotidie conſumuntur, & vt ita dicam, quotidie ferme moriuntur, ſi quando ſui cōpotes fuerint facti, neq; ſic ſibi cauent ab eodem periculo, ſed quaſi ad opus quoddam ſtrenuū redeunt. Inſuper & hoc quis iure cogitabit, quod iuſtus ille quia prius non expertus erat naturam vini, nec ſciebat qua menſura vtendum erat, non mirum ſi bibens inebriatus ſit. Sed quia iuſtus & bonis operibus pollebat, peccatum adumbrare potuit. Nos autē quum ab innumeris alijs affectionibus infeſta-
E mur, hoc addimus, vt & ab ebrietate ſubmergamur. Quid cōſolationibus? vel quis, dic oro, nos dignabitur venia quos nulla experientia facit caſtigatiores? Sui autem cōpos factus eſt Noe, inquit, a vino, & cognouit quę fecit ſibi filius ſuus iunior. Vnde cognouit? forte fratres ſignificauerunt, non accuſationis quidem gratia, ſed rem vt facta erat docentes, vt cōueniens ille ſuo vulneri remediū acciperet. Et cognouit inquit, Noe, quæ fecerat ſibi filius ſuus iunior. Magnam & intolerabilem rem, dicere vult, fecerat ſibi. Animaduerte em̄, quomodo intus in domo viſa patris turpitudine, quod debebat obtegere, egreſſus euulgauit, & riſui & ſubſannationi patrē quantum in ipſo erat expoſuit, fratreſq; prauæ ſuę voluntatis ſocios fieri voluit, quum deberet ſi omnino proditurus erat, illos intra domum vocare, & ſic nuditatem effari, ſed ipſe foras exijt, quaſi ſi etiā alia aſſit multitudo, & eam facturus eſſet paternę turpitudinis conſciam, propter hoc inquit, Quæ fecerat ſibi. Cōtumelioſus patri fuit, oblitus eſt honoris quem debent parentibus filij, prodidit peccata, fratres voluit allicere, & ſocios facere ſuæ cōtumeliæ. Quæ fecerat ſibi, inquit, filius ſuus iunior. Secundus em̄ erat, & maior natu quam Iaphet, licet autem ætate illo prior erat, voluntate tamē minor, & temeritate eum exceſſit. Nam qui anoluit intra ſuos limites manere, amiſit honorem ſibi a natura traditum. Et ſicut ille id quod habuit, nequitia voluntatis amiſit, ita Iaphet quod natura nō habuit, hoc ſaniorem ob mētem accepit.
F Vidiſti quomodo nihil temere & fortuito in diuina ſcriptura contineatur? Quæ fecerat ſibi, inquit, filius ſuus iunior, & dixit, Maledictus Chanaan filius, ſeruus erit fratribus ſuis. Ecce peruenimus ad quæſtionem illam vbiq; celebrem, multos em̄ audimus dicentes, Quare quum peccauerit pater, & prodiderit nuditatem, filius maledictum ſuſcipit? Obſecro, attende diligēter, & ſolutionem ſumite. Illa em̄ dicemus quæ videlicet ſuppeditauerit diuina gratia propter veſtram vtilitatē. Et dixit, Maledictus Chanaan filius, ſeruus erit fratrum ſuorū. Non ſimpliciter, neq; inuanum cō memorauit filium, ſed ob latentem rationem. Volebat em̄ & corripere filiū propter peccatum, & contumeliam qua ſe affecerat, & ſimul nolebat præiudicare benedictioni quæ ei pridem facta. Benedixit enim, inquit, deus Noe, quando exiuit ex arca, & filios eius. Vt igitur ne videatur maledicere, quem deus ſemel benedixerat, prætcrito illo qui ſe contumelia affecerat, filio maledictum intulit. Næ, inquit, hoc

quidem ostendit, quod propterea Cham non est maledictus, quia prius a deo bene dictionem acceperat. Quare autem quum alius peccauit, ille pœnam luit? neq; hoc absq; ratione factum est. Quia pater non minorem pœnam & cruciatum habuit, quam filius. Scitis enim quomodo sæpenumero patres orant, vt filiorū pœnas ipsi ferant, & quomodo grauius eis est, videre filios supplicijs affici, quam si ipsi ijs forent obnoxij. Factum igitur est hoc, vt ille ob naturalem in puerum amorem, maiorem sentiret dolorem, & benedictio dei seruaretur inuiolata, & puer accepta maledictione, suorum propriorum pœnas peccatorū lueret. Nam licet propter patris peccatum, nunc maledictioni sit obnoxius, attamē verisimile fuit, quod & propter sua delicta dederit pœnam. Nō enim solum propter peccatum patris, maledictionem accepit, sed vt propter eum ille maiorem pœnam penderet. Nam neq; patres pro filijs, neq; filij pro patribus pœnam luunt, sed vnusquisq; pro suis peccatis pœnam luit. Vbiq; hoc a prophetis dictum inuenimus, sicut quum dicunt, Comedētis vuas acerbas, dentes obstupescunt. Et anima quę peccauerit, ipsa & morietur. Et iterum Non morientur patres pro filijs, neq; filij pro patribus. Nullus igitur nostrum qua si ignorans diuinas scripturas, audeat scriptis hunc scopum reprehendere; sed grato animo quæ dicuntur accipiat, admireturq; diuinæ scripturę miram diligentiam, & expendat quantum malum sit peccatum. Ecce enim fratrem eadem natum puer pera, eodem egressum vtero, vt sibi vindicauit peccatum, seruū fecit, & ablata libertate, subiectionem ei iniunxit, vnde postea seruitus sumpsit originem. Neq; enim antea solebant ita molliter agere, delitiari & aliorum ministerijs indigere, sed sibijpsis ministrabant quiq;. Eratq; par omnium honor, & ablata e medio omnis bonorum diuersitas. Peccatum autem vbi intrauit, libertatem perdidit, & corrupit potestatem naturæ datam, seruitutemq; introduxit, vt continua sit doctrix & admonitrix humanæ naturæ, vt fugiamus seruitutis peccatum, & advirtutis libertatem redeamus. Hinc enim si volunt, & dominus & seruus continuam habent vtilitatem. Cogitet itaq; seruus, ideo seruitutem incepisse, quia Cham in tantam peruenerat temeritatē, & dominus quoq; cogitet, quod non aliunde subiectio & seruitus cœperint, quam quod ille peruersam habuerit voluntatem, & a pari fratrum dignitate excíderit. Verum si sobrij simus, & prudentes, nihil nos offendet, quod hæc propter peccata parentum nostrorum introducta in hanc vitam, quum res in nominibus solis versetur. Quia & primus parens propter transgressionem, mortis pœnam, vitamq; in laboribus, mœroribusq; consumendā intulit, & hic seruitutem. Verum superueniens dominus CHRISTVS, hæc omnia sustulit, ad nomina vsq;, tantum si volumus. Neq; enim mors, mors vltra est, sed nomen tantum habet mortis, immo & ipsum nomen sublatum est. Nam neq; mortem ipsam vltra dicimus, sed soporem & mortem, proinde & CHRISTVS ipse dicebat, Lazarus amicus noster obdormiuit. Et Paulus Thessalonicensibus scribens, inquit, De dormientibus autem nolo vos ignorare fratres. Et seruitus quoq; similiter nomen est, ille enim est seruus, qui peccatum operatur. Et quod etiam hanc abstulerit aduentu suo CHRISTVS, non nisi nomen esse permiserit, immo & vocabulum ipsum deleuerit, audi Paulum dicentem, Qui autem fideles habent dominos, non contemnant eos, quia fratres sunt. Vides quomodo vbi virtus subintrauit, eos in fraternitatis nomen congregauit, qui prius seruitutis nomine erant obnoxij? Et erit, inquit, Chanaan filius seruus fratrum suorum. Abusus es, inquit, honore, non bene te gessisti, quū par esses dignitate. Propterea subiectione emendari te volo. Hoc ab initio & mulieri contigit. Quoniam enim par erat viro dignitate, & honore abusa est, propterea ablata

A

B

De seruitute.

C

D est ei potestas, & dictũ est ei, Advirum tuum conuersio tua, & ipse tui dominabitur. Proinde etiam hic nunc, vt se emendet, pœnam fert, & propter puerum quoq; cruciatur, vt discas, quod etsi senex nunc esset, attamen quia pœna in filium translijt, id ei luctuosam & insuauem vitam faciebat, cogitanti quod etiam post suam mortem filius pœnam luiturus esset. Nam quod filius per se malus, & omnes qui ab illo nati, fuerint abominabiles, & ad malum propense declinarunt, audi scripturam dicẽtem per modum maledicti, Pater tuus Amorræus, & mater Chettæa. Et alius quidam increpans, Semen, inquit, Chanaan, & non Iuda. Porro operæpretium fuerit audire nunc post pœnam, quam accepit is, qui nuditatẽ inuulgauit, quos honores & retributiones assequuti sunt alij, pro honore quem patri impenderũt. Et dixit, inquit, benedictus dominus deus Sem, & erit Chanaan seruus eius. Hoc forte quis dixerit non est benedicere Sem, immo valde benedixit eum. Quando enim dominus benedicitur, & agũtur ei gratiæ ab hominibus, tunc vberior ab eo solet eis benedictio dari, propter quos ipse benedicitur. Nam qui benedixerit, inquit, debitorem ipsum facit maioris benedictionis, autorq; fuit Sem maioris retributionis, quia deus propter Sem benedicitur. Sicut enim quando benedicitur propter nos, multum hoc nobis conciliat fauoris. Ita & contra, quando propter nos alij eum blasphemant, maior
E hinc nostra fit condemnatio. Quocirca obsecro, demus operam, vt ita viuamus, & tantæ virtutis specimẽ exhibeamus, quo omnes qui nos viderint, benedictionis laudes afferant domino deo. Nam quia bonus & misericors est, per nos vult glorificari, non quod ipsi aliquid ad suam gloriam accedat. Nullius rei indigus est, sed vt occasiones ei præbeamus, vt maiorem nobis gratiam impartiatur. Benedictus dominus deus Sem. & erit Chanaan seruus eius. Attende hic, quomodo paternam pœnam profert, quæ tamen emendatio potius erat, quam pœna. Pater enim erat, & clemens pater, neq; iustam pœnã volebat inducere. sed ita vt diu malitiæ obesset, ideo ait. In seruitutem te condemno, vt iugem & indelebilem habeas facti memoriam. Dilatare deus Iapeto, & habitet in tabernaculis Sem, & fiat Chanaan seruus eius. Iterum hæc quoq; maxima benedictio est, forte latentem aliquem habens thesaurum. Dilatare, inquit, deus Iapeto. Non aberrauit quis, si dixerit benedictiones iusti prophetias esse, nam si pater Noe non simpliciter neq; frustra vocabulum indidit Noe, sed vaticinatus est per nomen, futurum diluuium. Multo magis iustus ille non simpliciter, neq; frustra benedictiones protulit. Opinor eñ, quod benedicẽdo hos duos, duorũ populorũ vocationẽ significare voluerit, & per Sem quidem Iudæos, ex illo eñ & Abraham, & Iudæorũ genus multiplicatũ est, per Iaphet autem, gen-
F tium vocationem. Vide autẽ, quod & benedictio hanc prenunciet. Dilatare enim, inquit, deus Iaphet, & habitet in tabernaculis Sem. Hoc in gentibus adimpletum videmus. Dicendo enim, Dilatare, omnes gentes significauit, sed dicendo, Habitet in tabernaculis Sem, quia gẽtes frui cœperũt ijs quæ Iudæis parata, & erit Chanaan seruus eius. Vidisti quales & ij gratitudinis acceperunt mercedes, & quãta ille propter temeritatẽ & impudentiã ignominia punitus est? Sint hęc perpetuo in nostra mẽte scripta, vt horũ æmulatores & imitatores fieri possimus, huius autẽ excellentem temeritatẽ, & nequam voluntatem fugiamus. Et vixit, inquit, Noe post diluuium annos trecentos quinquaginta, & fuerunt omnes dies Noe, nongenti quinquaginta anni, & mortuꝰ est. Neq; hoc putes absq; causa assignasse scripturã, sed vide & hoc loco iusti continentiã. Quia quũ tanta frueretur vbertate & prosperitate, superuiueretq; tanto annorum numero, post egressum ab arca, voluit vltra indulgere puerorũm procreationi. Non enim commemorat scriptura; eum alios præter

tres istos habuisse pueros. Hic iterum cogita magnā salacitatem Cham, quia neq; patrem videns tantæ continentiæ, castior ipse factus est, sed omnia diuerso modo quam pater. Proinde omne eius genus in seruitutem condemnatum est, vt malę voluntatis frenum habeat. Deinde hic narrat scriptura eos qui ex filijs nati sunt, et inquit, Cham autem genuit Chus. Et iterum Chus genuit Nemrod, qui cœpit esse gigas super terram. Hic fuit gigas venator coram domino. Quidam dicunt hic, coram domino, id est aduersarius deo, ego autem non puto scripturam hoc insinuare, sed quod robustus quis fuerit & virilis. Et quod dicit coram domino, hoc est a domino constitutus, quod accepisset aliquam ab eo diuinam existimationem, vel quod deus per eum esset in admiratione habendus, quod talem produxisset, & super terrā monstrasset. Sed hic iterum proauum suum imitatus, & abusus naturæ priuilegijs, alium seruitutis modum adinuenit, & princeps atq; rex fieri attentauit. Rex enī nondum erat, quum nōdum essent subditi. Ista autem magis videbatur esse libertas. Seruitus autem grauissima est in ordine libertatis, præsertim si liberis imperetur. Et vide habendi auiditatem quę faciat? Vide corporis robur non manēs intra suos limites, et gloriæ appetentem naturam. Non enim vt defenderet eos imperabat, sed & ciuitates ędificabat, vt imperaret bellatoribus. Inde enim, inquit, ex terra illa exiuit Assur, & ędificauit Niniue. Animaduerte hic quoq;, quod nihil offendit naturam nostram progenitorum malitia. Hi enim, Niniuitas dico, misericordiam dei pœnitētia sibi conciliarunt, reuocata eius sententia. Hi quidem inter primos progenitores habuerunt Cham parricidam, deinde Nemrod hominem tyrannum & peruicacē nepotem quoq; Assur. Dicuntur autem certe & alij fuisse inter eos molles & delicati, & dissolutam & corruptam agentes vitam, ebrietati, & risui, & subsannationibus et scommatis dediti, sed quia manifestam præ se tulerunt pœnitentiam, nihil eis obfuit progenitorum malitia, sed tantum sibi cœlestis fauoris cōciliarunt, vt vsq; nūc celebretur præclara eorum pœnitētia. Proinde illos & nos imitemur, & quum sciamus quod neq; parētum malitia nos offendit, si voluerimus resipiscere, neq; parentum virtus nobis proderit, si fuerimus negligentes. Magnum itaq; nobis sit studium virtutis, vt gratam voluntatem ostendamus, quo eandem cum Sem & Iaphet consequamur benedictionem, & vt a maledictiōe & seruitute, quam Chanaan accepit, liberemur, & ne simus serui peccati, sed veram possidentes libertatem, ineffabilia bona adipiscamur, gratia & misericordia domini nostri IESV CHRISTI, cui cum patre & spiritusancto sit gloria, imperium, & honor nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

A

B

C

CAPVT DECIMVM.

Iste sunt generationes filiorum Noe: Sem: Cham: Japhet. Et nati sunt eis filij post diluuium. Filij Japhet: Gamer: & Magog: & Madai: et Javan: et Elisa: et Thobel: & Mosoch: & Thiras. Et filij Gamer: Aschanaz: et Ruphat: et Thorgoma. et filij Joā Elissa & Tharsis: Citij: Rhodij. ab his diuise sunt insule gētiū in terra earū: vnaq; q̄m linguam in familijs suis & gentibus suis. Filij autē Cham: Chus: et Mezraim: Phuth: et Chanaan. Filij vero Chus: Saba: et euila: et Sabatha: et Regma: et Sabathaca. Filij autem Regma: Seba: et Dadan. Chus autem genuit Nemroth: hic cepit esse gigas super terrā: iste erat gigas venator coram domino deo: propter hoc dicent: quod Nēroth gigas venator coram dño. & fuit principiū regni eius Babylon: et Orech: et archad et Chalāne in terra Sennaar. ex terra illa egressus

D est assur: et edificauit Niniuen: et Rhooboth ciuitatē: et Chalac: ꝛ Dasem: iter Niniuen ꝛ inter Chalac: hec ciuitas magna. ꝛ Mezraim genuit Ludim: ꝛ aeniamim: et Nabim: et Nephthuim: et Patrosonim: et Chaslonim: vnde egressi sunt Phylistim ꝛ Chapthorim. Chanaan autem genuit Sidonem primogenitum suū et Chetteum: et Jebuseum: et Amorreum: et Gerseum: et Aeueum: et aruceum: ꝛ Asenneum: et aradium: et Samareū: et amathi. Et post hec disseminate sunt tribus Chananeorum. Et facti sunt termini Chananeorum a Sidone vsq; ad introitum in Gerara ꝛ Gazan: vsq; ad ingressum Sodome ꝛ Gomorre: Adama ꝛ Seboiam: vsq; ad Lasa. Hi filij Cham in familijs suis ꝑm linguas suas in regionibus suis: et in gē tibus suis. Et ipsi Sem nata est (familia) qui et pater omnium filiorū Heber: frater Japhet maioris. Filij Sem: Elam: et Assur: et Arphaxat: et Lud: et Aram: ꝛ Cainan. Et filij aram: Hos: et Ul: et Gather: et Mosoch. Et Arphaxat genuit Cainan: et Cainan genuit Sala: Salas autem genuit Eber. Et Eber nati sunt duo filij: nomen vni Phaleck: quia in diebus eius diuisa est terra: et nomen fratris eius Hiectan. Hiectan autem genuit Jelmodad et Saleph: et Asaramoth: et Jorach: et Odorram: et Aizel: et Decla: et Aebel: et Abimcel: et Saban: et Ophir: et Euilat: et Jobab. Omnes isti filij Hiectan. Et facta est habitatio eorum de Masse: vsq; ad Sophera montem orientis. Isti sunt filij Sem in familijs suis ꝑm linguas suas:
E et in gentibus suis. Iste sunt tribus filiorum Noe ꝑm cognationes suas. ꝑm gētes suas. Ab illis dispersē sunt insule gentium in terra post diluuium.

CAPVT VNDECIMVM.

ERat omnis terra labium vnum: et vox vna omnibus. Et factū est cum mouerentur illi ab oriente: inuenerūt campū in terra Sennaar: et habitarunt ibi: et dixit homo proximo suo: Venite cōficiamus lateres: et coquam⁹ eos igni: et factus est illis later in lapidē et bitumen fuit illis cemū. Et dixerunt: Venite edificemus nobis ciuitatē et turrim: cuius caput erit vsq; in celum. Et faciamus nobis ipsis nomen: priusquam dispergamur super faciem omnis terre. Et descēdit dominus deus: vt videret ciuitatem et turrim: quam edificabāt filij hominum. Dixitq; dominus deus: Ecce genus vnum et labium vnum omnium: ꝛ hoc ceperunt facere et nunc non cessabunt ab his que ceperunt facere. Venite quum descenderimus: cōfundamus eorum linguas: vt ne audiat vnusquisq; vocem proximi. Et dispersit eos dominus deus ab illo loco super faciem vniuerse terre. Et cessauerūt edificantes ciuitatem et turrim. Et idcirco vocatum est nomen eius confusio: quia illic confudit dominus deus labia omnis terre: et inde dispersit eos domin⁹ super faciem vniuerse terre. Et iste sunt generationes Sem. Sem autem erat filius centum annorum:
F quando genuit Arphaxat secundo anno post diluuium. Et vixit postquam ipse genuit arphaxat annos quingentos: et genuit filios et filias: ꝛ mortuus est. Et vixit arphaxat centum triginta quinq; annos: et genuit Cainan. Et vixit Arphaxat: postquam genuit sibi Cainan annos quadringentos triginta: et genuit filios et filias: et mortuus est. Et vixit Cainan annos centum triginta: et genuit Sala: et vixit Cainan postquam genuit ipse Sala: annos trecentos triginta: et genuit filios et filias: ꝛ mortuus est. Et vixit Salas annos cētum triginta: et genuit Eber. et vixit Salas postquam sibi genuit Eber: annos trecētos triginta: et genuit filios et filias: ꝛ mortuus est et vixit Eber annos centum triginta quatuor: et genuit Phaleck. et vixit Eber postquam genuit Phaleck annos trecentos septuaginta: et genuit filios et filias: et mortuus est. et vixit Phaleck annos centum triginta quatuor: ꝛ genuit Ragau et vixit Phaleck postquam sibi genuit Ragau: annos ducentos nouem: et genuit filios et filias: et mortu⁹ est et vixit Ragau annos centū triginta duos: ꝛ genuit Seruch: ꝛ vixit Ragau postquā sibi genuit Seruch: annos ducētos septē: ꝛ genuit filios ac filias: ꝛ mortu⁹ est. et vixit Seruch annos centū triginta: ꝛ genuit Nachor.

et vixit Seruch postquam genuit sibi Nachor annos ducentos: ⁊ genuit filios et filias: ⁊ mortuus est. Et vixit Nachor annos cētum septuagintanouē: ⁊ genuit Thara: ⁊ vixit Nachor postquam sibi genuit Thara annos centum vigintiquinq; et genuit filios ⁊ filias: ⁊ mortuus est. Et vixit Thara annos septuaginta: ⁊ genuit Abrā ⁊ Nachor: ⁊ Aran. Iste generationes Thara. Thara genuit Abram: ⁊ Nachor: ⁊ Aran. Et Aran genuit Loth: ⁊ mortuus est Aram coram Thara patre suo in terra qua natus est: in regione Caldeorum. Et acceperunt Abram ⁊ Nachor sibi vxores: nomen vxori Abram Sara: ⁊ nomen vxori Nachor Melcha: filia Aran ⁊ pater Melcha: ⁊ pater Iescha. Et erat Sara sterilis: et non generabat. Et accepit Thara Abram filium suum: ⁊ Loth filium Aran: filium filij sui: ⁊ Saram nurum suā vxorem Abram filij sui: ⁊ eduxit eos de regione Caldeorū: vt proficiscerentur in terram Chanaan: ⁊ venerunt vsq; ad Charan: ⁊ habitauerūt illic. Et facti sunt omnes dies Thara in terra Charan anni ducēti quinq;: ⁊ mortuus est Thara in Charan.

A

HOMILIA.XXIX.

Ecce tandem ad finem sanctæ quadragesimæ venimus, & ieiunij nauigationem perfecimus, appulimusq; dei gratia in portum. Verum non ideo negligentes simus, sed hac de causa iterum maius studium, maiorem diligētiam, maioremq; vigilantiam exhibeamus. Nam & naucleri quum per multa maria transierunt, & plenis velis, oneratisq; mercibus in portum ingressuri sunt, tunc maximam curam & solicitudinem gerunt, ne in scopulum vel petram quandam impingant, quæ omnes priores labores simul disperdat. Et cursores quoq; ita faciunt, quum enim ad finem stadiorum perueniunt, vehementiorem seruant cursum, vt metam attingāt, & præmia mereantur. Athletæ quoq; post plurima certamina, & victorias, quum pro corona certandum est, maiori nisu omnia faciunt, vt coronati abeant. Itaq; quemadmodū naucleri, & cursores, & athletæ, vbi ad finem veniunt, magis enituntur & vigilant, eodem modo & nos facere oportet. Quia in magnam hanc hebdomadam peruenimus dei gratia, nunc maxime & ieiunij cursus intendendus, & magis continuandæ sunt pręces, faciendaq; diligens & pura peccatorum confessio, & in bonis operibus sedulitas, eleemosyna larga, æquitas, mansuetudo, aliæque virtutes, vt talibus ornati virtutibus vbi in diem dominicum venerimus, domini liberalitate fruamur. Magnam autem vocamus hebdomadam, non quod plures horæ in ea sint, neq; quod plures dies habeat. Est enim idem numerus in hac alijsq; omnibus. Quare ergo eam vocamus magnam? quia magna quædam & ineffabilia bona contigerunt nobis in ea. In ea enim solutum est bellum diutinum, extincta mors, maledictio interempta, diaboli tyrannis dissoluta, vasa eius direpta. Deus hominibus reconciliatus est, cœlum penetrabile factum, angeli hominibus conuiuunt, distantia coniuncta sunt, sæpes sublata, fenestra remota. Deus pacis pacifica fecit omnia, quæ in cœlis, & quæ in terris. Et hac de causa magnam hebdomadam vocamus. Quia tantam nobis donorum multitudinem in ea largitus est dominus. Et idcirco fideles & ieiuniū intendunt, & vigilias, & pernoctationes sacras, & eleemosynas faciunt, vt hebdomadæ huic honorem habeāt. Nam si dominus talia bona in ea nobis donauit, quomodo non & nos debemus quantū possumus, reuerentiam & honorem ostendere? Enimuero illū & reges ipsi declarant, vt venerabiles illos dies habeāt, mandātes, vt omnibus sint induciæ & feriæ, qui ciuilibus funguntur negotijs, claudendo fores iudiciorum, & auferendo omnes litium & contentionū species, quo magna trāquillitate ac quiete liceat ad spiritualia recte perficienda festinare. Et non hoc solū, sed & aliam liberalitatem ostēdunt, habitātes eñ in carceribus a vinculis soluunt, & pro humano

B

Hebdomada magna

C

In magna hebdomada fanę et Indurię.

virili dominum ſuum imitantur. Quia, ſicut ipſe inquit, graui nos peccatorum carce re exoluit, & innumeris bonis frui fecit, eodem modo, inquit, & nobis faciendũ eſt,
D vt ſimus imitatores miſericordię domini dei noſtri. Vidiſtis quomodo ſinguli reue rentiam & honorem exhibeamus diebus iis, qui nobis tot bonorum ſunt autores? Proinde rogo nunc, ſi vnquam alias, vt repulſis vanis cogitationibus, & mente pur gata ac vigili aſſimus. Nullus eccleſiam ingreſſus, ſeculares curas aduocet, vt digna laborum mercede recepta, iterum domum proficiſci liceat. Age igitur conſuetã vo bis menſam iterum proponamus, & veſtram charitatem refocillemus, prolaturi in medium quæ lecta ſunt ex beato Moyſe, & indicaturi diuinæ ſcripturæ diligentiã. Nam poſtquam hiſtoriæ de beato Noe finem impoſuit, genealogiam conſequen ter a Sem exorditur, & dicit, Et Sem nati ſunt duo filij, nomen vni Phalek, quia in diebus eius diuiſa eſt terra. Conſydera quomodo ſigni nõ multo poſt futuri pręſciẽ tiam, vocabulo nati pueri indidit, vt quum videris rem opere adimpletam, non vltra mireris, vidẽs diuinitus hoc pueri nomine prędictum. Nam poſtquam catalogum eorum fecit, qui poſtea nati ſunt, inquit, Et erat omnis terra labiũ vnum, & vox vna omnibus, non de terra loquẽs, ſed de hominum genere, vt nos doceat vnam linguã omni hominum fuiſſe naturæ. Et erat omnis terra labium vnum, & vox vna omni bus. Labium vnum, ſermonem dicit, & idipſum iterum per vocem, ſignificans om nes vſos eadem voce & lingua. Et quod de loquela dictum ſit, & erat omnis terra la-
E bium vnum. audi ſcripturam alio loco dicentem, Venenum aſpidum ſub labijs eo rum. Ita ſolet ſcriptura labiorum nomine loquelam appellare. Et factum eſt quum mouerent illi ab Oriente, inuenerunt campum in terra Sennaar, & habitauerunt illic. Vide quomodo humanum genus nõ poteſt ſubſiſtere intra ſuos limites, ſed am plius concupiſcens, maiora ſupra ſe appetit. Atq; hoc eſt quod humanum genus po tiſſimum perdit, quia non vult naturæ ſuę menſuram agnoſcere, ſed ſemper maiora deſyderat, & quę ſupra ſuam ſunt dignitatem, votis cõcipit. Hinc & qui ad munda na reſpiciunt opera, ſi quãdo multo abundauerint auro, & potẽtes fuerint, quaſi obli ti ſuæ naturæ, in tantum ſe faſtigium efferri volunt, vt vſq; in profundum ipſum de ducantur. Et hoc videmus quotidie contingere, quamuis nec hac ratione emenda tiores euadunt alij. Et ſi ad paruum tempus corripiantur, ſubito tamen omniũ obli ti, iterum eandem vadunt viam, & in eadem præcipitia deferuntur, id quod & nunc videre licet, apud illos factum. Et factum eſt quum mouerent illi ab Oriente, inuene runt campum in terra Sennaar, & habitauerunt illic. Vide quomodo paulatim do cet nos lubricam illorum voluntatem, Quoniam viderunt, inquit, campum, migrã
F tes & relicto priori loco, illic habitauerũt. Deinde dicit, Dixit homo proximo ſuo venite confici amus lateres, & coquamus eos igni. Et facti ſunt eis lateres in lapidem & bitumen erat eis cœnum. Et dixerunt, Venite ędificemus nobis ciuitatem, & tur rim, cuius caput erit vſq; in cœlum. Et faciemus nobiſipſis nomẽ, priuſquam diſper gamur ſuper omnem terram. Vide quomodo abutuntur vocis æqualitate, & quod vanum viuendi conſilium, fit multorum malorum occaſio. Venite, inquit, faciemus lateres in lapidem, & bitumen in cœnum. Vide quanta ſecuritate volunt ædificare, neſcientes quod niſi dominus ędificauerit domum, fruſtra laborant qui ædificant. Et ædificabimus, inquit, nobis ciuitatem, non deo, ſed nobiſipſis. Vide oro, quam inualuit malitia, habentes adhuc recentem memoriã generalis in diluuio interitus, in tantam inciderunt inſaniam. Et ędificabimus, inquit, nobis ciuitatem & turrim, cuius caput erit vſq; in cœlum. Nomine cœli, audacem eorũ temeritatẽ per hyper bolen docet. Et faciamus, inquit, nobiſipſis nomẽ. Vidiſti radicem mali? vt, inquit,

perpetuam memoriam consequamur, vt nostri perpetuo memores sint/tale erit nostrum opus, vt nunquã obliuioni tradatur. Et hoc faciemus priusquã dispargamur, A
superfaciem omnis terræ. Quum adhuc (inquit) congregati sumus, gloriã nostram operemur, vt posteritati perpetuũ nomen relinquamus. Sunt multi etiam hodie, qui De parãda eterna memoria nõ in edificijs.
illos imitantur, & talibus operibus celebrari volunt. Alij splendidas domus ædificant, & lauacra, & porticus, & deambulacra. Quorũ si aliquem rogaueris, quare ita laboret, tam miser sit, tãtosq; pecuniarũ faciat sumptus, eosq; inutiles/nihil aliud audies, quã hæc verba/vt immortalẽ seruet memoriã, & audiat, quod illius est hæc domus, hic ager. Sed hoc non est tam laudẽ, quã crimen sibi parere. Nã statim ad hec subiungentur plurimarũ cõtumeliarũ verba. Domus hæc, huius est, huius auari, huius rapacis, huius viduarũ & orphanorũ spoliatoris. Igitur hoc non est memoriã assequi, sed perpetuis obijci criminibus. & etiã post mortẽ infamari, & spectatorũ linguas acuere in blasphemiã & accusationẽ eius, qui illam possidet. Quod si omnino æternam memoriã amas, ego tibi viã monstrabo, qua poteris semper celebrari, dabitq; tibi fiduciam in futuro seculo. Hoc pacto igitur poteris & cõmemorari, & celebrari quotidie, encomisq; euehi & post hanc vitã, Si has pecunias ĩ manus inopũ dispenses, relictis lapidibus & splendidis ædificijs, & villis, & balneis. Hæc memoria immortalis/hæc memoria a sarcina peccatorũ alleuiat, hæc multam tibi fiduciã apud deũ conciliat. Cogita obsecro & hæc verba, quæ singuli dicturi sunt, Hunc misericordẽ & benignũ, hunc mansuetũ, hunc suauẽ, hunc tã largum dispensatorẽ
Dispersit enim (inquit) dedit pauperibus iustitia eius manet in seculum. Pecuniarũ B
ita dispersæ diuitiæ expendentẽ non relinquunt, sed expectant/ retentæ autẽ simulq; incluſæ, etiam se seruantẽ secũ perdunt. Dispersit enim (inquit) & dedit pauperibus. Sed audi quod sequitur. Iustitia eius manet in seculum. Vno die diuitias dispersit, & iustitia eius manet in seculum, & memoriã fecit immortalẽ. Vidisti memoriã quæ se in omne seculũ extendit? vidisti memoriã magnis & ineffabilibus plenã bonis? Tali ædificio nostri memoriã relinquere studeamus. Nam lapidibus ædificasse non solũ nihil nobis prodesse poterit, sed nos cõtinuo & clara voce infamabit. Et nos hinc abimus, deferentes, peccata vnde hæc parta, & ædificia hic relinquimus. Quin nec frigidam & inutilẽ memoriã cõsequimur. sed potius ꝓbris deturpamur/ nomenq; statim transit ad alterũ. Et enim sic res habent, vt ab hoc ad aliũ transeant & ab illo iterũ in aliũ. Et hodie quidẽ domus dicebat huius, cras vel alio die, & mox dicetur alterius. Interim sponte nos ipsos decipimus, putantes nos dominiũ quoddam possidere, nescientes quod solũ vsu fruimur, & siue velimus, siue nolimus, alijs concedemus, & iam prætereo, quod ijs etiã quibus non fauemus. Omnino tñ sine memoriam concupiscis, & hoc tantũ studiũ est/audi quomodo viduæ memores sunt. Tabithæ, & quomodo circunstant Petrũ flentes, & demonstrantes togas & vestes quas faciebat eis, cũ adhuc supereſſet Dorcas. Vidisti domus animatas, vocẽ emittentes, & tantæ virtutis, vt a morte ad vitam reuocare queant? Nã postquã circum C
steterunt Petrũ, calidas lachrymas profundentes, cibũq; & quibus opus habebant quærentes, Petrus eiectis omnibus, & positis pedibus, orauit/& quũ excitasset eam vocauit sanctos & viduas, & assignauit eis viuã. Si memoriã queris, si veram gloriã amas, hanc imitare, tales domus extrue, noli sumptus tuos animatis impendere, sed cum illis qui eiusdẽ sunt generis misericordiã facito. Hæc laude digna est memoria hoc magnũ lucrũ affert. Cæterũ ad institutũ redeamus, & videamus illorũ virorũ, qui tunc erant, audaciam. Illorũ enim affectiones nostræ, si saperevoluerimus, emẽdationi seruiunt. Et ædificemus (inquit) nobis ciuitatẽ, & turrim, cuius caput erit vſ

que in cœlũ. Et faciamus nobis ipſis nomen, priuſquã diſpergamur ſuper terrã. Vi
D de quomodo ſuperbiã mentis eorũ oſtendit. Et tædificemus (inquit) nobis ciuitatẽ Et iterũ, Faciamus nobis ipſis nomen. Etiã poſt diluuiũ, & generalẽ omniũ interitum, non minoribus malis occupantur. Quid ergo fiet? quomodo ab inſania ſua reprimentur? Pollicitus eſt deus, ſe nonvltra facturũ diluuiũ, nimirũ miſericordiæ ſuæ conſuetudinẽ ſeruans. Illi autẽ neq; pœnis emendatiores facti ſunt, neq; beneficijs meliores. Audi quæ ſequuntur, vt diſcas ineffabilis miſericordiæ dei magnitudinẽ. Et deſcendit (inquit) dñs deus, vt videret ciuitatẽ & turrim, quã ædificabant filij hominum. Vide quomodo humano more ſcriptura loquitur. Et deſcẽdit (inquit) dominus, non vt humano modo intelligamus, ſed vt per hoc erudiamur, nunquã temere fratres condẽnandos, neq; auditu ſolo iudicandum niſi pluribus argumẽtis prius certi reddamur. Omnia eñ a deo ideo fiunt, & ob hoc tanta ad erudiendum humanum genus vtitur ſermonis attẽperatione. Deſcendit (inquit) dominus deus, vt videret ciuitatem & turrim. Vide quomodo non ſtatim ab initio illorũ reprimit inſaniam, ſed longanimi lenitate vtitur, & expectat, donec malitiã ſuam opere declarẽt & tunc conatus eorũ impedit. Ne eñ quis dicere poſſit, voluiſſe quidẽ eos, ſed quæ
E decreuerant opere non cœpiſſe, præſtolatur donec animo deſtinatum opus aggrediantur, & tunc monſtrat eis quã inutilia attentarint. Deſcendit (inquit) dominus deus, vt videret ciuitatẽ ac turrim eorũ. Vide miſericordiæ excellentiã, permiſit eos laboribus ſeſe affligere, vt rerũ experiẽtia, præceptoris loco eis eſſet. Et quoniã vi
B dit malitiã inualeſcere, & morbũ increſcere, non vſq; ad finẽ permittit, ſed ſuã declarat bonitatẽ, quẽadmodum medicus bonus videns morbum augeri, & vlcus incurabile fieri, ſtatim ſectione vtitur, vt omnẽ morbi cauſam aboleat. Dixit (inquit) dominus deus, ecce genus vnum, & labiũ vnũ omnium, hoc eſt vox vna, & lingua vna. Et hoc cœperunt facere, & nunc non ceſſabunt ab ijs quæ decreuerunt facere Attende domini miſericordiam. Quoniam conatus eorum impediturus erat, primum cum eis expoſtulat, & quaſi oſtendit peccati eorum magnitudinẽ, & ingratitudinis excellentiam, & quod abuſi ſunt linguæ & vocis vnitate. Ecce enim (inquit) genus vnum, & labiũ vnum omniũ. Et hoc cœperunt facere, & nunc non ceſſabũt ab ijs, quæ decreuerunt facere. Hic eñ dei mos eſt, vt puniturus prius indicet quã magna ſint peccata, & quaſi expoſtulans etiam ipſe ſatisfaciat nobis, ac tũc tandem
F corripere incipiat, Nam & quum terribile illud diluuium interminaretur, dicit ſcriptura, Vt autem vidit, deus, quod multiplicatæ ſunt malitiæ hominum, & vnuſquiſque cogitat in corde ſuo diligenter in mala, a iuuẽtute. Vidiſti quomodo prius mõſtrauit malitiæ eorum excellentiam? & poſtea dicit. Delebo hominem, ita & nunc, Ecce genus vnum, & labium vnum omnium, & hoc cœperunt facere, ſi in tanta cõcordia, & linguæ vnitate in tantam inciderunt inſaniam, vbi tempus ꝓceſſerit, quomodo non deteriora attentabunt? Non ceſſabunt enim ab his, quæ decreuerunt vt faciant / nihil eorum impetũ & ardorem morari poterit, ſed omnia quæ ſtatuerunt ſecum, ſtudebunt perficere, ni ſtatim pro attentatis pœnam luant. Id quodq; inueniet aliquis & de protoplaſto dici. Eiecturus eñ eum deus a paradiſi incolatu, Age inquit, quis annunciauit tibi quod nudus eſſes? & iterum, Ecce adam factus eſt, quaſi vnus ex nobis, vt ſciat bonum & malum. Et nunc ne forte extendat manũ, & accipiat de ligno vitæ, & comedat & viuat in ſeculum, & emiſit eum dominus de Paradiſo. Etiam nunc inquit, Ecce genus vnum & labium vnum omnium, & hoc cœperunt facere, & nunc non ceſſabunt ab ijs q̃ decreuerunt facere. Venite, & quum deſcenderimus, confundamus eorum linguas, vt ne audiat vnuſquiſq; vocem proxi

mi. Vide iterum verborum humilitatem, Venite (inquit) & quum descenderimus, quid volunt sibi verba hæc? Opus ne habet cooperatione dñs ad correctionẽ & sub A
sidio ad illorum destructionẽ? Absit. Sed sicut iam dixit scriptura, Descendit dñs, docens nos per hoc, quod euidenter malitiæ eorum vidit excellentiam / ita & hic dicit, Venite, & quum descenderimus, dictum est ceu ad honore pares. Venite (inqt) & quum descenderimus, confundamus eorum linguas, vt ne audiat vnusquisq; vocem proximi. Pœna hac quasi perpetua nota sigillabo eos, quę eos omni seculo comitabitur, neq; huius vllo tempore obliuiscantur. Nam quia abusi sunt vocis vnitate ideo vocis diuersitate castigare eos volo. Sic emvbiq; facere consueuit dñs. Hoc ab initio & in muliere factum est. Abutebatur honore cõcesso, vnde subiecta est viro. Et similiter Adæ contigit, quia em̃ ex multa ꝓsperitate paradisiq; incolatu nihil lucrifecit, sed prævaricando pœne obnoxius est factus, eiecit eum ex paradiso, & pœnam ei perpetuam iniunxit, dicens, Spinas et tribulos germinabit tibi terra. Hi quoq; honore paris & eiusdẽ linguæ, in pœnis abusi, quã grauiter peccarint ex linguarum varietate sunt expertí. Et confundamus eorum (inquit) linguas, vt ne audiat vnusquisq; vocẽ ꝓximi. Vt sicut linguæ vnitas cohabitationẽ fecit, ita linguæ diuersitas eos dispergat. Nam quibus nõ est idẽ sermo et lingua, quomodo cohabitare possunt? Et dispersit eos (inquit) dñs deus ab illo loco, super faciẽ vniuersę terræ, et cessauerunt ædificantes ciuitatẽ et turrim. Consydera dñi misericordiam, in B
quantã animi hęsitationẽ impulit. Amentibus em̃ postea similes fuerunt. Et ille quidem imperabat hoc, & alius suppeditabat aliud, inutilisq; fuit omnis eorum conat⁹. Ideo cessauerunt etiã ædificare turrim & ciuitatẽ. Et idcirco vocatum est nomen eius confusio / quia illic cõfudit dñs deus labia om̃is terræ. Vide quot fiũt, vt memoria hui⁹ facti in om̃ia secula producat. Primũ linguarũ fit diuisio, immo ante hoc nominis appellatio. Phalek em̃ nomen, quod Heber puero imposuit, partitionẽ significat, deinde loci agnominatio, cõfusio em̃ vocatus est, id quod Babylon sonat. Postremum Heber ipse mansit. id est seruans idioma quod et antea habebat, vt manifestum diuisionis huius signum foret. Vidisti per quod immortalẽ, nullaq; obliuione delendã huius facti memoriã seruari noluerit? Hinc em̃ pater postea cogebatur dicere causam tam diuerse vocis. Et puer a patre discebat, quare Babylon a confusione nomen sortita fuerit, nẽpe quod illic dominus deus confudit labia vniuersæ terrę et ab illo loco dispersit eos. Nam vtrumq; loci appellatione mihi significare videC
tur, & quod linguas confudit, et inde dispersio orta sit. Audiuistis dilecti, vnde dispersionis varietatisq; linguarum orta sit causa. Fugiamus obsecro, ne hos imitemur, & ijs quæ nobis deus concessit, ne abutamur, & naturam humanam consyderantes, ea consultemus quæ mortales deceat / et cõsyderata præsentis vitæ fragilitate, quia breue est tẽpus vitæ nostrę, reponamus et thesaurizemus pri⁹ fiduciã operãdo bona opera, Et non solũ per hos dies seruemus ieiunij feruorẽ, eleemosynæ largitatem, precum continentiam. Etenim ieiunio preces semper cõiunctas esse oportet. Et quod hoc verum sit, audi CHRISTVM dicentem, Hoc genus dæmoniorum non egreditur nisi in precatione & ieiuino. Et iterum de apostolis dicitur, Nã quum orassent (inquit) & ieiunassent, commendauerunt eos domino in quem crediderant. Et iterum (inquit) Apostolus, Ne fraudetis inuicem, nisi in precatione & ieiunio. Vidisti quomodo ieiunium hoc subsidio indigeat? Tunc enim potissimum preces sobriæ sunt, quum expeditior est mens nostra, neq; grauata, neque malo delitiarum onere pressa fuerit. Magna arma sunt preces, magna securitas, magnus thesaurus, magnus portus, indeprædabile prædium, modo sobrij, & vndequa

De ieiunio

D q; mente noſtra collecta, inimicoq; noſtræ ſalutis nullo aditu permiſſo dominum adeamus. Scit enim hoſtis noſter, quod per tempus illud poſſumus de ijs que ad noſtram ſalutem attinent loqui, & peccata confiteri, & vulnera medico oſtẽdere, & ſanitatem conſequi: ideo maxime obſiſtit, omniaq; facit & tractat, vt nos ſupplãtet, negligenteſq; faciat. Proinde ſobrij ſimus obſecro, & ſciẽtes eius inſidias, maxime tempore iſto operam demus, vt ei quaſi præſentem eum & ante oculos ſtantem videntes, obluctemur, & cogitationem omnem, quæ nos interturbare poſſit, repellamus totiq; nitamur & loquamur, vt non ſolum verba, ſed & mens verborum comes deum accedant. Nam ſi lingua quidem proferat verba, mens autem foris ſit, ſua tractans negocia, & imaginans quæ in foro agãtur, nulla nobis vtilitas eſt, fortaſſis autem & maior condemnatio. Enimuero ſi quum homines accedimus, tãto ſtudio noſtri curam agimus, vt prope ſtantes ſæpenumero non videamus, ſed colligimus mẽtem, et ad eum ſolum ſpectamus, quem accedimus, quanto magis apud deum idem facere continuo, & iugiter precibus inſiſtere congruit? Propter hoc & Paulus ſcribens, dicebat, Orantes in omni tempore, orate, & in ſpiritu, non lingua tantum, & cum perpetua (inquit) vigilantia, ſed & in ſpiritu. Spirituales eñ (inquit) ſint veſtræ
E petitiones, ſobria ſit ratio, & ijs quæ dicuntur mens intendat. Talia petite, qualia a deo petere conuenit, vt & petita obtineatis. Et in illud incũbentes, & toti expergefacti, ſobrij, & mente ſoliciti, non obſcitantes, & vt ſomniculoſorum mos eſt, vos fricantes, & hinc & inde mentem vertentes, ſed magno timore & tremore ſalutẽ veſtram operemini. Beatus eñ, qui ꝓpter reuerentiã metuit oñia. Magnũ bonũ ſunt preces. Nam ſi homini quis loquatur virtute prædito, non paruum inde fructũ percipiet. Quantis ergo bonis fruentur is, cui cum deo colloquiũ fuerit? Oratio enim colloquiũ eſt cũ deo. Quod vt ſcias, audi prophetã dicẽtẽ, Iucundũ ſit deo eloquiũ meum, hoc eſt ſermo meus appareat deo. An non præſtare poteſt priuſquam petamus, Verum propter hoc differt & expectat, vt occaſionem accipiat, qua iuſte nos ſua cura dignos faciat. Siue autem conſequamur, quod petimus, ſiue non conſequamur, perſeueremus ſemper in oratione. Et non ſolũ gratias agamus, ſi cõſequamur ſed etiam ſi repulſam paſſi fuerimus. Nam quum deus aliquid nobis denegat, nõ minus eſt quam ſi conceſſiſſet. Neſcimus enim nos, quæ nobis conducãt, ſicut ipſe nouit. Itaq; ſiue voti compotes, ſiue impotes ſimus gratias agere debemus. Et quid miraris, ſi nos neſcimus, quid nobis proſit? Paulus talis & tantus, qui ineffabilia illa cõſequutus fuit, ignorabat, & quæ non expediebãt precabatur. Nã quia videbat ſe tot moleſtijs cingi, ac circundari crebris tentationibus, orabat vt ab eis liberaretur, &
F non ſemel, neq; iterũ, ſed & ſæpius. Tertio enim (inquit) dñm rogaui. Tertio autẽ vocauit, ſæpe & non vulgariter. Videamus quomodo affectus fuerit. Nũ grauatim tulit? Num ſegnior fuit? num langueſcebat? Non. Sed quid inquit? Dixit, ſufficit tibi gratia mea. Virtus eñ mea in infirmitate perficitur. Non ſolum non liberauit eũ preſentibus malis, ſed in eis perſeuerare permiſit. Vnde autẽ manifeſtũ, quod nõ tulit grauiter? Audi ipſum qui dicit, poſtquã didicit probari domino. Volupe igitur gloriabor in infirmitatibus meis. Non ſolũ (inquit) poſtea liberari non requiro, ſed & magna voluptate gloriabor in eis. Vidiſti gratã animam, Vidiſti eius in deũ amorem? Audi eum dicentẽ, Quid eñ precemur, vt oportet neſcimus. Impoſſibile (inquit) eſt, quũ nos homines ſimus, id certo ſcire. Relinquẽdum ergo hoc eſt omniũ conditori, ſumendaq; ſunt cũ gaudio & voluptate, quecunq; ipſe voluerit, nec ſpectandum ad ſpeciẽ eorũ, quæ fiunt, ſed quid acceptũ ſit domino. Magis eñ ſcit, qd nobis proſit, quam ipſi nos. Ipſe nouit, quomodo ſalus noſtra paranda. Noſtrũ er-

go sit opus, continuis insistere precibus & non ægre ferre si differat, sed longanimes esse. Neq; enim renuens preces nostras differt / sed hac arte sedulos nos efficiens, ad semetipsum attrahere vult. Nam & pater, quauis benignus, quũ a puero rogatur ab nuit, quasi non volens dare / non vt neget, sed vt hoc ardẽtius petat, & sibi magis cõ cilietur. Hæc itaq; legentes, non desperemus, non deficiamus accedendo ad eũ, & preces dicendo. Equidẽ quum crudelem & inhumanum illum iudicẽ, qui neq; deũ timebat, neq; homines reuerebatur, mulieris sedulitas coegit, & prouocauit, vt sibi succurreret / quanto magis nos, si voluerimus illam imitari mulierem, ad opitulandum nobis prouocabimus mansuetũ et misericordem nostrũ dominum, compatiẽtem, & ad saluandũ nos occurrentẽ? Discamus ergo vt ipsi a precibus auelli nequeamus, sed perpetuo incumbamus eis, tam die, quam noctu / & magis noctu. quando nullus interturbat, quando magna cogitationũ tranquillitas, quando absunt turbulentiæ, quando nullus est qui ab accessu prohibet & abducit, quando coacta mens omnia diligẽter referre potest animarũ medico. Quum eñ beatus Dauid rex simul ac propheta tãtis implicitus negocijs, purpura & diademate amictus, dicebat, Media nocte surgebã ad confitendũ tibi super iudicia iustitiæ tuæ, quid nos dicemus, qui priuatam & ociosam vitam agimus, neq; eadẽ, quæ ille, facimus? Nã quũ in die multis circundaretur curis, negocijs, & tumultibus, nec tempus inueniebat aptum suo ad deũ accessui, relaxationis tempus, quod alij somni tempus faciunt, in mollibus stratis recũbentes, & hinc & inde se versantes, rex tantis vinctus curis, acceden di ad deũ tempus faciebat, seorsim deo loquens. Et syncere, intenteq; precationi deditus, perficiebat quæcũq; volebat, & orationibus suis bella instruebat, triumphosq; statuens, victoriã victoriæ copulabat. Habuit eñ inuicta arma, supna scilicet psidia, quæ non solũ ad humana bella conficienda sufficiunt, sed etiam ad dæmonũ cohortes peruincendas. Igitur & nos hunc imitemur priuati & idiotæ regem, ocio sam & quietam vitam agentes, eum qui in purpura & diademate monachorum vitam transcendit. Audi eñ eum iterum alibi dicentem, Factæ sunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte. Vidisti animã incontinua compunctione? Alimonia mea (inquit) panis meus, cibus meus, conuiuium meum, non erant alia quã lachryme tã die quam nocte, & iterum, Laboraui in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectum meũ. Quid dicemus, vel quid respondebimus, neq; eam cõpunctionem declarare volentes quã rex tot obseptus negocijs, egit? Quid nam, dic oro, oculis illis formosius, perpetuo lachrymarũ ymbre, & quasi margaritarum decore ornatis? Vidisti regem, qui noctibus atq; diebus, lachrymis precibusq; deditus fuit? Specta & doctorem orbis in carcere cõpeditum, vna cum Sila orantem tota nocte, neq; dolore, neq; vinculis prohiberi / sed eo magis ingentem feruidũ q; amorẽ declarare erga dñm. Paulus eñ, inquit, & Silas media nocte orantes, laudabant deũ. Dauid in regno & diademate, lachrymis & precibus totã vitam insumebat. Apostolus, qui in tertium cœlum raptus, cui arcana sunt reuelata mysteria, media nocte in vinculis preces & laudes offerebat dño. Et rex media nocte expergefactus confitebatur. Et apostoli media nocte continentes preces & laudes reddebant. Illos imitemur & nos, & precum continuitate vitam nostram muniamus, & nullum nobis vnquã erit obstaculum. Nihil eñ est quod obesse nobis potest, modo sobrij simus. Num loco & tempore nobis opus est? Omnis locus, omne tempus huic accessui conuenit. Iterum audi magistrum orbis dicentem, In omni loco leuantes sanctas manus absque ira & disceptatione, si mentem habueris purgantẽ se ab illicitis affectionibus, etiã si in foro, etiam si in domo, etiam si in via, etiam si in carcere, etiam si in mari, etiam si

A

B

C

in diuersorio, etiam si in officina, & vbiubi fueris constitutus, poteris inuocato deo, precum fieri compos. Quod quum scimus, obsecro, vt cum ieiunio precũ faciam⁹ D diligentiam, subsidium nobis inde parantes, quo & supernã assequuti gratiã, & præsentem vitam ita agamus, vt deo probetur, & in futuro misericordiã aliquam adipiscamur, gratia & miserationibus domini nostri Iesu Christi, cum quo patri & spiritui sancto sit gloria, imperiũ, & honor nunc & semper, & in secula seculorũ. Amen.

CAPVT DVODECIMVM

ET dixit dominus Abram. Egredere de terra tua/et de cognatione tua/et de domo patris tui/et veni in terram quam tibi monstrauero/et faciam te in gentem magnam/et benedicam te/et magnificabo nomen tuum/et eris benedictus/et benedicam benedicentes te/et maledicentes te maledicam/et benedicẽtur in te omnes tribus terre. Et profectus est Abram/sicut locutus est ei dominus/et iuit cũ eo Loth. Abram autem erat annorum septuaginta quinque/quando exijt ex Charran. Et accepit Abram Saram vxorem suam/et Loth filium fratris sui/vniuersamq; substantiã suã/quã possederãt i Charran/et omnẽ animã quã possederãt/et exiuit vt ꝓficisceret i terrã Chanaã. ⁊ venit i terrã Chanaã. Et ꝑtrãsiuit Abram terram/in latitudinem eius/vsq; ad locum Sychem ad quercum excel E sam. Chananei autem tunc inhabitabant terram. Et visus est dominus Abre/⁊ dixit ei. Semini tuo dabo terram hanc. Et extruxit illic altare domino quem viderat et discessit inde ad montem versus orientem Bethel. et statuit tabernaculum suum illic in Bethel versus mare et Agge versus orientem/et edificauit ibi altare domino: et inuocauit in nomine domini. Et discessit Abrã: et profectus castrametatus est in solitudine: et facta est fames super terram. Et descendit Abram in Aegyptum: vt habitaret ibi. quia inualuit fames super terram. Factum est autem quando appropinquauit Abram: vt intraret in Aegyptum. dixit Sare vxori sue. Scio quod formosa sis mulier: futurum ita: vt quum te viderint Aegyptij dicant. Ista est vxor eius et occident me: te autem vendicabunt. Dic igitur: soror eius sum: vt mihi propter te benefiat: et viuat anima mea propter te. Factum est autem quando intrauit Abram in Aegyptum: vt viderunt Aegyptij vxorẽ quod esset valde pulchra: et viderunt eã pricipes Pharaonis ⁊ laudauerũt eã apud Pharaonẽ: ⁊ itroduxerũt eã i domum Pharaonis: et Abrã bñ vsi sunt ꝓpter illã: et fuerũt ei oues et vituli: ⁊ asini: et serui: et ancille: et muli: et cameli. Et examinauit deus Pharaonem examinibus magnis et grauibus: et domum eius propter vxorem Abram. Cũ vocasset autẽ Abrã Pharao: dixit ei. Quare hoc fecisti mihi? quare nõ annunciasti mihi: quod vxor tua F esset: et quare dixisti. Soror mea est: et accepi eam mihi in vxorẽ. Et nunc ecce vxor tua coram te: accepta ea ocyus vade. Et precepit Pharao viris super Abram: vt inde deducant eum: et vxorem eius: et omnia que eius erant: et Loth cum eo.

HOMILIA.XXX.

INgentes vobis habeo gratias, quod hesternum de oratione sermonẽ tanta voluptate suscepistis, et quod tanto studio in auditorium confluitis. Facit enim hoc etiam nos alacriores, vt spirituale conuiuium largi⁹ vobis proponamus, Quia & agricola, siquando videt agrum seminatũ virescere & germinare, nihil quod ad se attinet, intermittit, quotidie cõgruam illius curam agens, & die noctuq; consyderãs, ne forte quid labores suos lædat. Simili modo & ego spiritualem hunc agrum vestrum florere videns, & semen hoc in sinibus vestræ mentis vtiliter reconditum, gaudeo & lætor, multũq; sum anxius, non ignorans quam malignus sit hostis, qui vestræ saluti insidiatur. Et quem-

Diaboli astutia multa

admodum pirate, quando vident nauem multis mercibus oneratã, & plurimas ad-
ducentem diuitias / tunc potissimum variis moliuntur insidijs, vt possint mercibus
omnibus nauigãtes illos spoliare. Ita sane & diabolus, quum viderit spirituales diui A
tias coaceruatas, ala critatem feruidam, mentẽ vigilẽ, & quotidie diuitias augeri, cru
ciatur, & dentibus frandescit, & quasi pirata circumit, & innumeras excogitat artes
vt si qua vel paruum inueniat aditum, & quicquid nobis est spiritualiũ diuitiarum de
prædetur. Igitur sobrij simus, obsecro, & quanto magis spirituales nostræ facultates
crescunt, tanto & vigiliæ nostræ intendantur, vt vndequaq; excludamus eius in
sidias, & gratiã dei vita optima nobis conciliantes, superiori loco stemus, quã vt il-
lius iacula nocere queant, Mala eñ bestia est, & multiplices machinationes struit.
Et quando non potest recta nos ad vitia allicere, & suis dolis inescare (non enim co
git, vel vim facit. Absit, sed decipit tantũ, & quos negligentes videt supplãtat) quã
do igitur salutem nostram manifeste lædere nequit, sæpe per opera carnis quæ agi-
mus, clanculo esca illata, diuitias nostras auehit omnes. Quid igitur? Hoc quod di-
co, operæprecium fuerit manifestius explicare, vt eius cognitis insidijs, damnũ qđ
inde nascitur, vitare possimus. Quando videt, nos a manifestarijs vitijs abhorrere,
& fugere intemperantiam, continentiam vero amplexari, & iterũ auersari auaritiã, B
odio habere iniustitiam, ridere & contemnere delitias: ieiunijs autẽ & precibus va-
care, ac eleemosynis dare operam, tunc alium comminiscitur dolum, quo pessum-
det omnes nostras opes, operaq; nostra faciat inutilia. Nam eos qui magna constã
tia machinationes eius vicerunt, facit vt suis bonis operibus inflentur, & ad huma-
nam spectent gloriam, quo scilicet a vera eos gloria faciat excidere. Quippe spiri-
tuale quid faciens, & humanam respiciens gloriam, mercedem suam hic accipit, &
iam vltra deũ nõ habet debitorem. Accepit enim laudes suas, a quibus vt glorifice-
tur quærit, et se priuat illis quas dominus promisit, vt pote maioris faciens momen
taneam hominum laudem, quam dei omnium conditoris, id quod Christus de pre
cibus, eleemosynis, & ieiunijs antea docuit, sic dicens, Quãdo ieiunas, vnge caput
tuum, & laua faciem tuam vt ne videaris hominibus ieiunans / sed patri tuo qui est in
occulto, & pater tuus qui videt in occulto, reddet tibi. Et iterũ. Quando facis elee-
mosynam, ne tuba canas (inquit) ante te, sicut hypocritæ faciũt in synagogis & pla
teis, vt videantur ab hominibus. Amen dico vobis, acceperunt mercedem suã. Vi- C
disti quomodo, qui hanc inquirit, illam amittit? Qui autem virtutem ita operatur,
vt late velit homines, in die illo terribili in manifesto accipiet a domino retributio
nem. Nam pater tuus, qui videt in occulto, reddet tibi in manifesto. Quasi diceret,
Ne cogites, nullus homo laudabit te, & virtutem clam facis, sed hoc cogita, tanta
erit domini liberalitas, quod nõ sinet hoc clam vel in occulto esse / sed præsente om
ni hominum genere, ab Adam vsq; ad consummationẽ seculi te prædicabit, & co-
ronabit, & retributiones laborum virtutis dabit tibi. Qua igitur excusatione digni
erimus, & laborem virtutis sustinentes, & propter momentaneã, euanidamq; & vi-
lem hominum gloriam, æterna illa nosmetipsos priuantes? Obsecro igitur, vt nos
bene muniamus, et quocũq; spirituale opus aggredimur, studeamus in promptua
riis animi nostri recondere et facere, non ad gratiã hominum, sed vt laudet nos ocu
lus ille, qui nunquã dormitat / non vt ab hominibus celebremur & laudemur, & ita
indigni efficiamur quos dominus laudet. Ambo enim hæc pernicialia sunt, & salu-
ti nostræ detrimentosa, & spirituale aliquid operando ad humanam spectare gloriã
& bene aliquid operando sublime de se sapere. Idcirco sobrios esse oportet ac vigi-
les, & conquirere nobis quotidiana e sacris literis pharmaca, ita vt pernicioſis affe-

ctionibus iſtis non irretiamur. Nam et ſi quis innumera bona opera fecerit, virtutē q; omnem ab ſoluerit, ſi tamen magnum quid de ſe ſentit, maxime omnium miſera
D bilis eſt & miſer. Quod nobis manifeſtum eſt ex ijs, quæ Phariſæo acciderunt, qui vt magna de ſe ſenſit, & publicanum cō tempſit, ſubito deterior factus eſt publicano, & omnes virtutum diuitias lingua ſua effudit, & ſe nudans exhaurienſq; pertulit rarum & nouum naufragiū, apprehenſo enim littore omnes merces ſuas ſimul perdidit. Nam ſi ita accidat aliquid propter preces indigne dictas, perinde eſt ac ſi quis in portu naufragium faciat. Propterea & Chriſtus diſcipulis ſuis præcipiens, dicebat. Quādo omnia feceritis, dicite, ſerui inutiles ſumus. Quo dicto munire eos vult & quam longiſſime a pernicioſis illis affectionibus alienare. Vidiſtis dilecti quomodo neq; qui humanam gloriam ambit, eius gratia, virtutis agens opera, vtilitatē aliquam percipit? & quod, qui omnibus virtutibus præditus eſt, ſi poſt bona opera infletur, & magnū aliquem ſe exiſtimet, nudus omnino fiat, & omnium vacuus? Fugiamus igitur, obſecro, pernicioſas illas affectiones, & ad illum ſemper vigilē oculum ſpectemus tantum. Et nihil quantū ad hoc attinet, commune habeamus cū hominibus, neq; ab eis laudari quæramus, ſed contenti ſimus domínica laude. Cuius laus (inquit) non ex hominibus, ſed ex deo. Et quo magis virtutibus locupletamur
E & creſcimus, hoc magis modeſti ſimus, & humiliemur. Nam etiā ſi ad ſummū virtutis apicem pertigerimus, & ſupputauerimus iuſta gratitudine, dei in nos beneficia bene videbimus, q̄d nihil obtulerimus, adeo multa ille in nos cumulauit. Hinc eñ omnes ſancti probati fuerunt & deo accepti. Hoc vt ſcias, audi doctorē orbis, animam illam quæ in cœlo verſata fuit, quomodo poſt tot præclara opera, poſt tantū de cœlo teſtimoniū (Vas enim, inquit, electionis eſt mihi hic) non obliuiſcitur ſuorum delictorum, quomodo vtriſq; manibus, vt aiunt, verſat, & neq; eorum memoriam obliterari patitur de quibus certiſſimus erat, quod per baptiſmum fuerāt dimiſſa, ſed clamat et dicit, Minimus ſum apoſtolorum, & non ſum dignus, vt vocer apoſtolus. Et poſtea, vt excellentē eius diſcamus humilitatē, addit, eo quod perſequutus ſum eccleſiam dei. Quid agis o Paule? dominus per miſericordiam ſuam deleuit, & ignouit omnia peccata tua, & tu ea adhuc ſubinde verſas et memoras? Etiam. Scio enim, dicit, & non ignoro, quod ea dominus meus dimiſerit, ſed dum mecum conſydero, quæ fecerim, et video diuinæ miſericordiæ pelagus, bene diſco, quod gratia et miſericordia dei ſum, quod ſum. Nam quum dixiſſet, non ſum dignus, qui vocer
F apoſtolus, eo quod eccleſiam dei ſum perſequutus, ſubdidit, Gratia autem dei ſum, id quod ſum. Ego quidem (inquit) tanta ferebar inſania. Ineffabilis autem eius bonitas & gratia remiſſionem dedit. Vidiſti animam contritam, et circunferentem cōtinuo memoriam peccatorum, quæ ante baptiſmum commiſerat? Illum et nos imitemur, et eorum quæ poſt baptiſmum admiſimus, quotidie ſimus memores, continuo ea in mente verſantes, nunquam permittamus, vt eorū obliuiſcamur. Hoc eñ frenum ſufficiet ad humiliandum nos, et modeſtiā ingenerandā. Et quid dico Paulum, tantum et talem? Vis videre etiam eos, qui in veteri lege hinc maxime claruerunt, quod poſt innumera bona opera, et indicibilem ad deū fiduciam, humiles fuerunt? Audi quid dicat patriarcha, poſtquam conſuetudinem cum deo habuit, et facta eſt ei promiſſio, Ego autem (inquit) terra ſum et cinis. Cæterū quia in Patriarchæ mentionem incidimus, ſi placet, hodie lecta pponamus charitati veſtræ, quo illis explicatis, videamus excellentē iuſti virtutē. Et accepit (inquit) Tharra Abrā et Nachor filios ſuos, et Loth filium filij ſui, et Saram nurum ſuam, vxorem autem Abræ filij ſui, et eduxit eos ex terra Chaldeorum, vt proficiſcerentur in terrā Cha

naan, & venerunt vsq; ad Charran, & habitauit illic. Et fuerunt omnes dies Tharra in Charran, anni ducenti quinq;, & mortuus est in Charran. Attendamus diligenter, obsecro, quæ sint lecta, vt mentem eorum quæ in scriptis latent, deprehendamus. Ecce enim in principio videtur esse quæstio. Nam quum beatus ille propheta Moyses inquã, dixit, Accepit Tharra Abrã, & Nachor, & eduxit ex terra Chaldæorum, vt proficiscerentur in terram Chananæorum, & venit vsq; ad Charran, & habitauit illic. Beatus autem Stephanus Iudæos laudans (inquit) Deus glorię visus est patri nostro Abram, quũ esset in Mesopotamia, priusquã habitaret in Charran, & illinc postquam mortuus est pater eius, migrare eum fecit. Quid igitur? Dissidentur ne a seipsis diuinæ scripturæ? Absit, sed ex hoc animaduertere licet, quod quũ patriarcha deo acceptus esset, visus ei deus, imperauit, vt inde migraret. Quod vt agnouit Tharra pater eius, licet infidelis esset, attamen ob amorem in filium, socius illi peregrinationis esse voluit. Et vt venit in Charran, ac illic habitauit aliquan diu, vita hac excessit. Patriarcha autem tunc ad imperium dei in Chananæam concessit. Deniq; non antea eũ deus inde euocauit, vsq; quo mortuus est Tharra. Tunc enim illo defuncto, inquit, Et dixit dominus Abram, Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terram quam monstrauero tibi. Et faciam te in gentem magnam, & benedicam tibi, & magnificabo nomen tuum, & eris benedictus, & benedicam benedicentes te, & maledicentes te maledicam, & benedicentur in te omnes tribus terræ. Singula dicta perscrutemur, vt religiosam & piam Patriarchæ mentem videamus. Et dixit, inquit, dominus Abrę, Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terrã quã monstrauero tibi. Ne prętereamus obiter dicta, sed animaduertamus quãtum imperij pondus. Egredere, inquit, de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terram quam monstrauero tibi, quasi diceret, Relinque certa, & omnibus confessa, & elige magis incerta & non apparentia. Consydera quomodo ab initio exerceatur iustus, vt prælegat non apparentia præ apparentibus, & futura præ ijs quæ in manibus sunt. Neq; enim vulgare & paruum aliquid erat, id quod ei, vt faceret, præcipiebat deus, nempe vt terram relinqueret, quam inhabitarat tanto tempore, & omnem cognationem, & totam patris domum, iretq; nescius & ignorans quorsum. Non enim dixit ei, in quam regionem transferre eum velit, sed mandato indefinito pium Patriarcham exercuit. Veni enim, inquit, in terram quam monstrauero tibi. Consydera quæso dilecte, quantam mentem requirebat hoc mãdatum, & quæ plane nulla vel affectione vel familiaritate impediri potuit. Nunc enim quamuis tanta sint religionis incrementa, multi a deo sunt consuetudini suæ alligati, vt potius multa, & si necessitas vrgeat, omnia ferre velint, quam loca mutare, in quibus prius habebant domicilium. Id quod non solum vulgo fieri videmus, sed etiam ab ijs, qui e medio tumultu fugere, & monasticam vitam delegerunt, quanto magis verisimile erat iustum illum, ad hoc mandatum tardiorem & difficiliorem potuisse fieri? Egredere, inquit, & relinque cognatos, & domum paternam, & veni in terrã quam monstrauero tibi. Quem non turbarẽt verba ista? neq; locum, neq; regionem certam ei designat, sed indefinito præcepto mentẽ explorat iusti. Nam si quis e vulgo fuisset, dixisset vtiq;, Age, iubes relinquam terram quam inhabito, cognationem, domum paternam, quare non, imperando vt locum hunc relinquam, certiorem me reddis quantum sit iter? Vnde enim mihi illud innotesceret, quod hac quam relinquo, vberior & præstantior sit illa? At iustus nihil horum vel dixit, vel cogitauit, sed respiciens ad magnitudinem eorum, quæ imperata erant, ijs quæ in manibus habebat,

A

Diuus Ant momia

Cap. XII.

B

C

incerta præferebat. Quamuis autem si nec tam generosum spiritum, nec tam philo
sophicam mentem habuisset, vtpote eruditam, per omnia deo parendum esse, erat
D tamen ei & aliud etiam ipsum non paruum impedimentum, nempe mors patris. Sci
tis enim, quod sæpenumero propter sepulchra cognatorum in illis locis mori deli-
gunt, vbi parentes eorum mortui sepulti sunt. Verisimile igitur erat, & iustum hunc
nisi deum plurimum amasset, talia potuisse cogitare. Ecce pater propter suum in me
amorem, e domo sua profectus, pristinas consuetudines despexit, & cõtemptis om
nibus hucusq; hic fuit, & quasi diceret, propter me in aliena terra defunctus est, ego
autem non daturus sum operam, vt post mortem, par ei reddam, & relicto cum co
gnatione patris sepulchro hinc abibo? Atqui nihil horum promptitudinem eius re
morari potuit, sed omnia leuia & facilia ei apparere faciebat suus in deũ amor. For-
tassis & illud mente tractasset, siquidem humanis rationibus res suas moderari vo-
luisset. In hac ætate, qua nunc ad postremã senectam tendo, quorsum abiturus sum
Non fratres mecum ducens, neq; cognatos mecũ habens, sed ab optimis quibusq;
amicis sequestratus, vt solitarius, & peregrinus, in terra aliena versabor, nescius vbi
errandi finis futurus. Quod si in medio itinere contingat me vitã defungi, quæ tan
tæ miseriæ fuerit vtilitas? Quis me sepeliret senem, peregrinum, carentem ciuitate,
E carentem domo? Fortassis vxor vicinos exorabit, vt compassionẽ quandam in me
declarent, & iusta, ex mercede & collatione quadã faciet. Quanto satius vt ipse bre
ui quod superest tempore, hic residens, vitam terminem, quam quod senex hinc &
inde vager, & omnium scommatis inceser, qui neq; in ætate illa quietus viuam, sed
loca locis mutans, nullibi subsistam? Cęterum iustus ille nihil horum cogitauit, sed
pręcipienti obedire festinauit. Sed forte dixerit quispiam. Ad exhortãdum sufficie
bat ei, Veni in terram quam tibi monstrauero, & faciam te in gentem magnam, &
benedicam te. Verum istucipsum, nisi pius fuisset, satis erat ad reddendũ eũ segnio-
rem, & ad obedientiam magis cunctabundũ. Nam si fuisset ex magno illo numero
dicere potuisset, Quare me peregre proficisci iubes, & in alienam terram abducis?
Quare si me magnum facere vis, nõ hic magnũ facis? Quare in domo paterna ver
santem, tua benedictione non dignaris? Quod si contingat priusquam perueniam,
in locum quem iubes, defatigatum me itineris laboribus perire, & vitam finire, quę
mihi ex promissis vtilitas? At nihil horum vel in mentem suscipiendũ censuit, sed li
cut voluntarius seruus ad solum imperiũ obediuit, nihil curiose quærens, nullumq;
F aliud negotiũ prætexens, certissim⁹ eñ erat, neutiquã mẽdacia esse dei promissa. Et
faciam te in gentem magnam (inquit) & benedicam te, & magnificabo nomen tuũ
& eris benedictus. Magnũ promissionis pondus, Faciam te (inquit) in gentem ma
gnam, & benedicam te, & magnificabo nomen tuũ, nõ solum genti magnæ tepręficiam, & nomen tuum extollam, sed & benedicam te, & eris benedictus. Ne putes
dilecte, Tantologiam esse, & idẽ bis dici, quũ dicitur, Benedicam te, & eris benedi
ctus. Tanta enim te (inquit) benedictione dignabor, vt illa omne seculũ sit duratu-
ra. Eris enim benedictus, ita vt omnes summi honoris loco habituri sint, si eis cum
Abram familiaris contingat. Vides quomodo antea & ab initio ei prędicit claritu-
dinem, quam illi daturus erat. Faciã te (inquit) in gentem magnam, & magnifica-
bo nomen tuum, & benedicam te, & eris benedictus. Idcirco & Iudęi in patriarcha
superbientes, volebant se in eius familiam intrudere, & dicebãt, Filij Abraham su-
mus. Sed vt discant, quod ꝓpter malos mores indigni sunt ea familia, & genere, di
cit eis CHRISTVS, Si filij Abrahæ essetis, opera Abrahæ faceretis vtiq;. Ioan
nes quoq; Zacharię filiꝰ quũ ad Iordanẽ confluerẽt baptizari cupientes, dicebat eis

Progenies víperarum, quis monſtrauit vobís, vt fugeretis a futura íra? Facíte igítur fructum dignũ pœnitentía, & ne præſumatis dícere, Patrem habemus Abraham. Dico enim vobis, quod poteſt deus ex lapidíbus íſtis excítare filíos Abrahæ. Vídiſti quomodo magnum apud omnes eius nomen fuerit? ſed ante euentum, iuſtí pietas mõſtratur, quomodo dictis dei crediderit, & omnía quę vidébantur eſſe grauía magna facílitate ſuſcepit. Et benedícam (ínquit) benedícentes te, & maledícẽtibus te maledícam, & benedícẽtur ín te omnes tríbus terræ. Vide quomodo attemperat ſermonem deus, & quantæ amícitiæ monſtrat argumenta. Illos (ínquit) amícos faciam, quí germane erga te ſunt affecti, & íllos ínimícos habebo, qui erga te díuerſo modo habent, íd quod víx filíj patrũ nomíne faciendũ putarent, vt fíant ínimící & amící. Maxíma dílecte ín patríarcham, dei eſt hæc beneuolentía. Illos em̃ (ínquit) benedícam, qui benedícunt tíbi, & íllos maledícam, quí maledícunt tíbi, & benedícentur in te omnes tríbus terræ. Ecce & alterius liberalítatís argumẽtũ. Omnes em̃ tribus terræ enítentur, vt ín tuo nomíne benedícantur, & res ſuas tua agnomínatione honeſtíores faciant. Audíſtis dílecti, qualía ímperauit dñs Chaldæo vetulo, quí neq; legem ſciuit, neq; prophetarũ audíuit vaticínia, neq; vllam alíam doctrínam dídicit? Vídíſtis quanta pręceptorũ moles? quomodo ad ea perfícienda ſublímí & íuuenílí anímo habebat opus? Videte poſthac & patríarchę gratitudínem ac obedíentíam, quomõ nobís eam ſcríptura manífeſtet. Et profectus eſt (ínquit) Abrã, ſicut loquutus eſt ei dñs, & íuít cũ eo Loth. Nõ ſimplíciter díxit, Et profectus eſt Abrã, ſed ſicut loquutus ei dñs, Omnía (ínquit) fecit, quæ ad pręceptũ hoc pertínebant. Díxit, quod relíquerit omnía, dimíſerit cognatiõnẽ & domũ. Díxit, quod íret ín terram quã neſcíret, & munere ſuo functus eſt. Promíſerat deus facturũ eũ ín gentem, magnam, & benedícturũ, credídit Abram etiã hoc euẽturũ. Sícut locutus eſt ei dñs, íta profectus eſt, íd eſt credídit íjs quæ ſibí a deo ſunt dícta. Níhíl fluctuans, níhíl cedens, ſed fírmato anímo íta profectus eſt, ídcírco & a domíno magnam obtínuit gratiã. Et íuit (ínquit) & Loth cũ eo. Quare, quum dñs díxerit, Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tuí, hunc aſſumpſit? nõ fuit ínobediens dño. Sed forte quía íuuenís erat, & patrís loco ei præfectus, & ílle ob ſingularem amorem, morũq; ſuauítatem a iuſto díuellí noluit. Et hac de cauſa Abram eum aſſumpſit, & filíj loco poſtea habuit, præſertím quod tam grandæuus, nullũ adhuc habebat filiũ, propter Saræ ſterílítatem. Alíter etíam dícere lícet, Mores adoleſcẽtis non multũ a iuſtítia aberant. Nam quũ propoſítí ei erãt duo fratres, & ípſe iuſtíorí adhærebat, quantæ prudentíæ erat, díjudícare & probare cuí patruorũ ſuí curam permíttere deberet? Inſuper & peregrínatíonem elígere, honeſtatís morũ erat índícíũ. Nam lícet tandem in quibuſdã erraſſe videtur, quando prímís dígnítatibus excídit, attamẽ veſtígíũ iuſtí ſubſequí proxíme ſtudebat. Atq; ídeo iuſtus illũ ín ſocíũ ítíneris accepit, & ípſe magna alacrítate alíenam vítam domeſtícæ prętulit. Porro vt ſcíamus hęc a deo fuiſſe ímperata patríarchæ, non quũ iuuenis eſſet, ſed iam ad ſenectam vergentí, quãdo pleriq; hominũ ad peregrínandũ difficíliores ſunt, ínquit, Abram autem erat annorũ ſeptuagintaquínq;, quando exíuit ex Charran. Vídíſtí quomõ nec ætas ei fuit obſtaculo, neq; alíud quíddã quod potuit eũ detínere, vt domí reſíderet, ſed vícit omnía illíus ín deum amor. Anima em̃ vígílans & ſobría, cuncta díſſecat ímpedimẽta, totaq; fit eí quod amat, & a nullo quod ín medío apparet difficile, remorarí ſe patítur, ſed omnía p̃terit, nec ſubſíſtit, príuſquam re deſyderata potíatur. Propterea & iuſtus íſte, neq; a ſenectute, neq; ab alíjs maiorib⁹ cauſís, phíberí potuit, quín omnibus díſruptis vínculís, quaſi iuuenís & iuueneſcens, ac a nullo

prohibitus, festinaret & anhelaret domini præceptum facessere. Neq; enim possibile est, vt rem fortem & egregiam quis vnquam aliter faciat, nisi antea aduersus om-
D nia quæ obsistere possunt, se armet & instruat. Hocvtiq; clare scies & iustus ille, omnibus præteritis non curabat, vel consuetudinem, vel domum paternam, vel sepulchrum, vel senectutem ipsam, sed in hoc duntaxat figebat mentem, quomodo implere posset, quod a domino fuerat imperatum. Licebat hic videre rem multis mirabilibus plenam, quod homo in profundissima senecta, cũ vxore, etiam ipsa ætatis proiectæ, & multitudine famulis se alio transferret, maxime quod nescius, vbi nam errandi futurus finis. Quod si quis & illud prudenter expendat, quantæ per illud tempus viarum difficultates erant. Neq; enim sicut nunc, licebat impauide versari, & tã facile profectiones suscipere. Nam singula loca propriis ducibus distincta erant, eratq; necesse iter agentibus, a ducibus ad duces transire, & quotidie de regno in regnum progredi. Erat igitur & hoc nonnihil obstaculi iusto, nisi tantum habuisset diuina mandata perficiendi desyderium. Verum omnibus illis impedimẽtis, quasi arma neæ tela essent disruptis, menteq; fide roborata, ac bene fidens dignitati promittentis, iter aggressus est. Et accepit (inquit) Abram, Saram vxorem suam, & Loth filium fratris sui, vniuersamq; substantiam, quam possederant in Charran, & exiuit
E vt proficisceretur in terram Chanaan. Vide scripturæ diligentiã, quomodo nobis omnia narrat, vt per omnia discamus iusti pietatẽ ac religionem. Accepit (inquit) vxorem suam & Loth, vniuersamq; substantiã quam possederant in Charran. Nõ simpliciter dixit, Omnia quæcunq; possederant in Charran, sed vt discamus quod nihil ex bonis Chaldaicis accipiebat patriarcha, sed paternis illis omnibus relictis fratri, exijt, ea solum secum ferens, quæ & in Charran possidebat. Et hoc faciebat, non quod vsq; adeo illa magnifaceret, sed vt ex facultatibus illis posset omnibus testari. quanta dei erga se fuisset prouidentia. Qui enim ex terra Chaldęorum eũ euocauit, & inde migrare iussit, ipse & substantiã illius quotidie augebat, & omnem molestiam auferebat. Itaq; quod hęc secum ferebat, & per omnẽ viam sic procedebat, specimen erat pię religiosæq; mentis. Quicunq; enim videbant, merito causam requirebant, quare iustus ille peregrinus. Dein respondens ille, quod iussu dei in alienam terram, relictis propriis transiret, operibus suis docebat, & dicebat, quam pia esset iusti obedientia, & quam excellens dei erga illũ cura. Et exiuit (inquit) vt proficisceretur in terram Chanaan. Vnde sciebat, quod in terra Chananęa futurus esset
F suæ peregrinationis exitus? Quamuis pręceptũ ita cõtinebat, Veni in terram, quã monstrauero tibi, attamen deus ei & hoc significauit, indicans menti eius terrã, in qua eũ cõstituere volebat. Propterea enim quũ pręciperet ei, indefinite dicebat, Veni in terram quam monstrauero tibi, vt nobis iusti virtutem detegeret. Deinde postquã quod suũ erat magna largitate attulit, mox deus ei significauit, in qua terra vellet eũ domiciliũ habere. Quia eiñ eximias iusti virtutes pũidebat, idcirco eũ ex domo euocauit, & neq; fratrem vt acciperet iussit, qm̃ volebat illum doctorem fieri, nunc ijs quidem omnibus Palęstinis, paulopostautẽ etiam Aegyptijs. Vidisti quomodo non in natura, sed in voluntate mentis nostrę sita sunt, tã quæ ad virtutẽ quã quæ ad vitia pertinent? Ecce natura quidem fratres erant, voluntate autem non itẽ, sed ille licebat frater ad tantas virtutes peruenerat, adhuc errore pręoccupatus fuit, hic autem omnibus quotidie mõstrabat virtutis suæ erga deum incrementa. Et venit (inquit) in terrã Chanaan, & pertransiuit Abram terrã in latitudinem eius, vsq; ad locũ Sychem, ad quercum excelsam. Docet nos scriptura, locum regionis, in quo nunc iustus habitaculum fecit. Deinde, vt sciamus, quomõ se illic res habebãt,

inquit, Chananęi autem tunc inhabitabant terrã. Neq; hoc simpliciter & absq; causa beatus Moyses assignauit, sed vt discamus etiam illinc mentẽ philosophicam & bene institutam. Quia quũ loca illa præoccupata essent a Chananæis, cogebat̃ qua si vagus & peregrinus, & quasi abiectus & vilis aliquis diuersari, vt forte obtingebat Et forte neq; diuersoriũ facile inueniebat, attamen neq; sic ægre ferebat, neq; impatiens intra seipsum dicebat, Quid hoc? Ipse ego qui tanto cum honore, & tanta cum obseruatione agebam in Charran, nunc cogor sicut ciuitate carẽs, & peregrinus, & aduena obambulare, idq; gratię loco ducere, & quietem in vili quærere diuersorio, & neq; hoc inuenire possum, sed ĩ tabernaculis & tuguriolis versari, aliasq; necessitates ferre, cogit me necessitas. Hoc cine est, quod dicebat, Veni, & faciam te in gentem magnã? Pulchra scilicet præludia, quid suaue posthac expectandũ? At nihil tale dicebat iustus, neq; fluctuabat, sed integra mente & perfecta fide, bene fidens dei promissis, immoto perstitit animo, vnde statim & supernam consolationẽ accipere meruit. Verum ne sermonẽ producamus lõgius, hic sermoni finem imponamus, illud vnũ orantes charitatem vestram, vt mentẽ iusti illius imitemini. Etẽ absurdissimum esset, quod iustus ille, quum de terra in terram vocaretur, tãtam præ se tulit obedientiam, & neq; senectus, neq; alia quę enumerauimus præpedimenta, neq; temporũ difficultas, neq; vlla alia quæ remorari ipsum posse videbãtur, ad obediendũ tardiorem eũ facere potuere, sed omnibus vinculis ruptis cucurrit & festinauit senex, quasi iuuenis resumptis viribus, cũ vxore & fratris filio, & famulis, vt perficeret opere, quod sibi a deo demandatũ erat. Nos autem qui non de terra in terram vocamur, sed de terra in cœlũ, non eandem quam ille iustus alacritatẽ obediẽdo exhibemus, sed frigidas plærũq; & inutiles præteximus causas. Et neq; nos promissorum magnitudo, neq; visibilium rerũ vilitas, neq; quod terrenæ sunt & momentaneæ, neq; vocãtis dignitas attrahi, sed tantæ sumus negligentiæ, vt prę ferramus momentanea semper manẽtibus, terrã cœlo, ea quæ auolant antequã habeãtur ijs quę nunq̃ finem accipere possunt. Quousq; eñ, dic quęso, ita insanimus in colligẽdis pecuniis? quæ rabies cogit, quotidie a tam molesta cõcupiscentia infestari, & nunquã satiari, sed deterius habere quã ebrij? Nam sicut illi quanto magis mero se distẽdũt, tanto magis flagrant siti, & caminũ succendunt minus tolerabilẽ. Ita nimirũ & isti, qui sese tyrannydi auaritiæ subiecerunt, nullũ concupiscentię finẽ sciunt, sed quãto plura affluunt, tanto magis flãma crescit, & camínus ardet validius. Non videmus, quod ij qui ante nos fuere, quãuis totius orbis victores essent, vt ita dicã, nudi & soli tarij ex hac vita abrepti sunt? neq; pluribus licuit eis frui, nisi quantũ rationes & pœnæ pro oĩbus ab eis exigentur. Et sæpenumero inimici facultates eorũ inter se distribuerunt, peccata autẽ quæ ex illis cõtracta, ipsi solum secũ ferẽtes, abiere, & pro ijs magnæ indignatiõis supplicia sustinẽtes, cõsolatione vndiq; destituunt̃. Quare igitur, dic oro, tã negligentes salutis nostræ, ita cõsultamus de aia nostra, quasi aliena esset & nõ nostra? Non audis CHRISTVM dicentẽ, Quã dabit homo cõmutationẽ animæ suæ? Et iterũ, Quam vtilitatẽ accipit homo, si totũ mundũ lucrifacit, animæ autẽ suæ detrimentũ patiatur? Nũ habes, quod pro hac rependatur digne? etiã si totũ orbẽ dixeris, nihil díces. Quæ eñ vtilitas, sicut dixit CHRISTVS, totum mundũ lucrifacere, animã autẽ detrimentũ pati, qua nihil nobis magis familiare? Verũ eã q̃ tam precíosa est, cuius tantã curam agere debemus, vt nihil illi p̃ferri debeat, illã sic despicimus, vt quotidie discerpatur, & interim ab auaritia expugnet̃, aliquando a luxuria excorietur, interdũ ab ira cõfundatur, & a quibus suis affectionibus multipharia vexetur. Attamẽ ita erga eam affecti sumus, vt nullã illius geramus

D curam. Quis nos posthac dignabitur venia, & posthac ab imminente pœna eripiet? Idcirco obsecro, vt quum tempus habemus, detergamus eius sordes largis eleemosynis, & illis peccata nostra extinguamus. Ignem enim, dicit, extinguit aqua, peccatum vero eleemosynæ. Nihil enim prorsus ita nos eximere potest a gehenna ignis atq; largitas eleemosynarum, Istam si prestiterimus, iuxta leges a domino traditas nempe nihil ad ostentationem facientes, sed ob amorem in deum, poterimus & peccatorum nostrorum maculas abluere, & diuinam misericordiam assequi, gratia & miserationibus vnigeniti filij dei, domini nostri IESV CHRISTI, cui cum patre simul & sancto spiritu sit gloria, imperium, honor nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

HOMILIA. XXXI.

DIlurimus & ineffabilis in recēs dictis thesaurus latet dilecti, & opus est intenta mente, sobria q; & vigilanti ratione, ita vt nihil eorum quæ in breuibus verbis latent, nos prętereat. Nam propter hoc & misericors deus non facili & perfunctoria lectione voluit nobis omnia manifesta & perspicua esse, vt excussa somnolētia nostra, vigiles ipsi multam decerpamus vtilitatem. Solent enim ea, quæ labore & inquisitione aliqua inueniuntur
E magis infigi nostræ mēti, ea vero quæ facile conquiruntur, citius e corde nostro auolare. Obsecro igitur, ne simus negligentes, sed excitemus mentē nostrā, & in ipsam scripturarum profunditatem intueamur, vt maiori inde lucro accepto, domum redire liceat. Est enim ecclesia dei mercatus quidam spiritualis, medicorum q; officina animabus, & par est, vt sicut qui ad nundinas veniunt, inde multis mercibus conquisitis redeamus, vel quasi e medici domo, receptis quæ animabus nostris congruunt medicamentis, exeamus. Non enim ideo quotidie confluimus, vt dūtaxat conuentus fiant simpliciter, sed propterea congregamur, vt vnusquisq; pharmaco suis affectionibus congruo suscepto, domum concedat. Quomodo enim non fuerit absurdissimum, quod a puellis nostris quotidie a scholis redeuntibus, petimus, quid amplius discendo profecerint, & adiecerint (neq; enim sineremus eos fortuito & absq; vtilitate in ludum ire, nisi fructum ampliorem inde consequuturos videremus) nos autem qui iustam ætatem habemus, & in spiritualibus scholis sumus, non par illis studium exhibemus, maxime quum hæc in lucrum & salutem animarum spectent? Igitur obsecro, vt seipsum quotidie scrutetur vnusquisq;, quid ex hodierna, quid ex proxima lectione vtilitatis retulerit, vt ne videamur & nos temere atq; frustra adesse. Quod autem nos extra culpam facit, offerimus quicquid nostri est officij, &
F nihil prorsus quod possumus intermittimus, quod etiam ijs qui nobis succensent, nec occurrunt, nec dicta diligenter auscultant, maioris condemnationis erit occasio. Audi CHRISTVM dicentem ei, qui talentum defoderat, Maligne serue, oportebat te pecuniam tuam apud nummularios deposuisse, & veniens ego repetissem eam cum vsura. De Iudæis autem, Si non venissem, & loquutus fuissem eis, peccatum non habuissent. Nunc autem excusationem non habent. Cæterū nos hoc modo non agimus, vt prorsum crimine careamus, & in nullo arguamur, sed vestrū profectum videre cupimus. Et nostram lætitiam imminui arbitramur, etiam quantum uis innocentes ipsi simus, nisi & vos studium, laboribus nostris dignum, exhibueritis. Hæc enim nostræ lætitię substantia est, si vestra in spiritualibus incremēta videamus. Et scio quidem, quod gratia dei tantum polletis intellectu, vt & alios valeatis exhortari, sed iuxta beatum Paulum, memoriam vestram refrico, & prouocans vestrum zelum & promptitudinē animi, subinde hęc admoneo, cupiēs vos perfectos

& absolutos fieri. Nihilominus etiam argumentum mihi est, hoc vestri in diuinis p
fectus, quod tanta promptitudine quotidie huc conuenitis, & spirituali doctrina ex A
pleri non potestis. Nam quemadmodum corporalis cibi appetitus indicium est bo
næ valetudinis, ita desyderium spiritualis doctrinæ, manifestissimum argumẽtum
est animæ bene habentis. Quapropter & ego bene conscius vestri desyderij, quod,
licet quantumuis producam sermonem, non possim vel sic explere desyderium, &
alimento spirituali vos satiare, non desisto pro mea virili, ea quæ dei gratia suppedi-
tat in vestram vtilitatem quotidie vobis proponere, & diuinæ scripturæ doctrinam
mentibus vestris inserere. Age igitur & hodie misericordem deum obsecremus, vt
linguam nostram dirigat, ad inueniendum quod quærimus, & pro more nostro af
feramus doctrinam, propositis primum his quæ lecta sunt charitati vestræ. Et visus
est, inquit, dominus Abræ. Nunc primum inuenimus in scriptura dictum, quod vi
sus sit. Et dixit ei, Nõne bene dicebam ab initio, latere in paucis illis verbis magnũ
thesaurum? Ecce enim statim rarum & admirabile procœmium. Et visus est, inquit,
dominus deus Abræ. Neq; enim scriptura diuina verbo hoc vsa est, quum de Adã,
vel de Abel, vel de Noe, vel de alio quopiam loquuta est. Quid igitur est, quod di-
cit, Et visus est? Et quomodo alibi dicit, Nullus videbit deum, & viuet? Quid igitur B
dicemus nunc, scriptura dicente, Et visus est? Quomodo visus est iusto? Nũ ipsam
substantiam vidit? Non, absit. Sed quid? Sic visus est, vt ipse solus scit, & vt illi possi
bile erat videre. Sapiẽs enim & misericors dominus noster, multas scit vias, quibus
se humanæ attemperat naturæ, & semetipsum his qui se antea præparauerũt digne,
manifestat. Idq; demonstrat per prophetam, dicens, Ego visiones multiplicaui, &
in manibus prophetarum assimilatus fui. Quoniam & Esaias vidit eum sedẽtẽ, hoc
autem deo indignum. Deus enim non sedet. Aut quomodo, quum sit incorporea, Deus videtur
& locis incomprehensa natura? Et Daniel quoq; vidit eum, vt antiquum dierum,
Zacharias autem aliter eum contuitus est, sed & Ezechiel aliter, vnde dicebat, Ego
visiones multiplicaui, hoc est, vnicuiq; visus pro sua dignitate. Et nunc quoq;, quia
iustum a domo eius euocarat, & imperauerat, vt in alienam iret terram, in qua age-
bat, vt vagus & peregrinus, vtpote Chananæis illic adhuc habitantibus, inquirens
vbi domicilium haberet. Bonus igitur dominus consolari eum volẽs, & eius solida-
re alacritatem, vt ne torpesceret, neq; dubitaret ad promissionẽ iam sibi factã, qua
dixit, Veni huc, & faciam te in gentem magnam. Quãdoquidem diuersa a promis
sione videbat fieri, & se obambulare, vti abiectum, & vilem, & omni præsidio desti- C
tutũ, neq; habentem vbi diuerteret. Vt igitur mentẽ eius excitet, inquit, Et visus est
dominus Abræ, & dixit ei, Semini tuo dabo terrã hanc. Est & hæc pollicitatio ma
gna, & assimilis illi per quam eum a domo euocarat. Dixerat enim, Magnificabo no
men tuum. Et propterea nunc iterum dicit, Semini tuo dabo terrã. Nã quum iam
senex esset, filioq; careret ob Saræ sterilitatẽ, promittitur ei, quod terrã accepturus
sit ex eo nascendus. Misericordiam dei hic, oro, consydera, quõ quum præsciret iu
sti virtutem, vult eum omnibus manifestũ facere, & ita elaborare, vt quasi margari-
ta aliqua claresçat. Vnde quũ promissionem promissionibus adiunxisset, iterũ par-
uam moram facit & differt, vt hac potissimum ratione patriarchæ pietas monstre-
tur, quia res secus quam promittebantur euenire videns, non inquietus erat, nec im-
patiens, nec turbabatur, sed immotũ habebat animũ, certus ea quæ semel a deo sibi
promissa, rata & firma fore. Paulatim p scrutemur singula, vt sic & artificiosam opti
mi dei sapientiã, & simul curam quam erga iustũ hunc declarauit, & patriarchæ in
dominũ amorem addiscamus. Et visus est, inquit, dominus deus Abræ. Quomo-

do vísus est? Sicut ipse solus scit, & ille videre potuit. Non enim hoc dícere desinã,
D quando quídem modum ignoro, audío enim solum scripturam dícentem. Et vísus
est dominus deus Abræ, et díxit ei, Semíni tuo dabo terram hanc. Dílígenter me-
mores estote promíssionum quæ a deo fiunt, vt quũ audíerítis iustũ varijs premi, di
scatis quã fuerit excellentis sapientíæ, quam solídæ fortitudínis, quam firmi & im-
moti in deum amoris. Et ex ijs quæ iusto illi cõtigerunt, erudíamini, vt ne exístíme
tis derelictum esse a deo, si quando víderitis studíosum alíquem, tentatiónibus vel
alijs huius vitæ afflictionibus vexarí, sed cogitantes multiplícem dispensationum
dei varietatem, relinquatis hoc incomprehensíbili eius prouidentiæ. Nam si iustũ
illum tam pium, tantamq; præ se ferentem obedientíam, permittit tentarí talibus,
quæ statim bene scietis, non despíciens famulum suum, sed alijs omnibus volens su
am detegere virtutem. Solet enim ita cũ iustis omnibus agere, & quotquot díuina-
rũ lectionũ estis studíosi, poteritis ex superioribus & ab initio díscere & iuenire, qđ
ita famulorum suorũ vitã dispenset. Quomodo igítur nõ fuerit extremę ingratitudí
nis & maleuolentiæ, nõ habere pro maxímo sign omagnę curę & ineffabílis mise-
ricordíæ dei, sed pro derelictione talẽ permissionẽ? Monstrans igit eminentẽ suam
vírtutem, duo hæc ísto loco efficit, & vt seruorum suorũ tolerãtia fortitudoq; ma-
E nifestetur omnibus, & suę prouidentię sapiẽtia etiam in medijs periculis, difficulta-
tibus q; sũmis colliquescat. Nam quum prope deploratę sunt res, tunc quorsũ vult
dirigit omnia, neq; aliqd difficultatis in medio est quæ impedire queat. Et vísus est
(inquit) dominus deus Abræ, & díxit ei, Semíni tuo dabo terram hanc. Magna &
desíderabílis promíssio, præsertim iusto. Scitis enim, quomodo qui iam prouectæ
senectutis sunt, & omnem vitam absq; pueris transegerunt, optant pueros. Itaq; do
minus obedientiæ mercedem ipsi daturus, quia mox vt audíuit. Egredere de terra
tua / non moras nexuit, non dístulit, sed obediens imperantí, quod imperatum erat
mox facit, inquit, Semíni tuo dabo terram hanc. Vide quomodo per verbum, men
tem eius erigit, et sufficientem ei tribuit laborum retributionem. Proínde & iustus
suam gratitudínem declarãs, statim ad gratiarum actionem conuertitur. Et extru-
xit illic (inquit) altare domino, quem víderat. Vide pię mentis specímen, Et locum
ipsum, ob suam cum deo consuetudínem ibi habitam, consecrauit, & gratiarũ actio
nem pro viribus declarauit. Hoc enim quod dícit. Extruxit altare, ídem est qđ gra
tias pro promíssis egit. Et sicut homines nonnunquam amicítia mouentur, vt do-
mos ædificent ijs, qui synceríter & amice eis afficiuntur, & nonnunquam etiam ci-
uitates cõdíderunt quibus familiarium nomina índídere. Ita & iustus ille, vísionem
F dei assequutus, altariũ ei consecrauit. Et extruxit (inquit) illic altare dño, quẽ vide-
rat & discessit inde. Quid est, & discessit inde? Quia deo locus ille segregatus &san
ctificatus erat, Discessit & transijt in montẽ versus orientem Bethel, & erexit ibi ta
bernaculum suum. Tumultuarium (inquit) domicilíũ fecerat. Vide quomodo erat
frugalis, & luxum fugiebat, quomodo expeditus, vt cum vxore & famulis tam faci
le migraret. Audíant viri, audíant mulíeres. Nã sæpe in villã tantum exire volẽtes,
multa indígemus mechanica, valdeq; actuosi sumus, vt multa nobiscũ attrahamus
quæ non solum non sunt nobis vsui, sed & superuacanea, & inutília, & pompæ gra
tia apparata, & tantum vt ea nobiscum circumferamus. Verũ iustus ille non sic egit
sed quia dominus dignatus est cum eo habere familiaritatem, locũ consecrauit, &
altariũ extruxit, migrauit magna facilítate alio. Et erexit illic tabernaculũ suũ Be-
thel iuxta mare & Agge versus Oriẽ tẽ, Et ædificauit (inqt) altare dño, & iuocauit
in noie eius. Vide quomodo per omnia religiosam mentem præ se fert. Illic em ob

promissionem sibi a deo factam aram extruxit, & a loco cõsecrato discessit. Hic autem quia tabernaculum fixerat, iterum ædificauit, inquit, altare domino, & inuocauit in nomine domini. Vidisti mentẽ bene institutam, & sapientiæ deditam? Vidisti quomodo, quod scribens admonuit admirabilis orbis doctor beatus Paulus, & dicit, In omni loco leuantes sanctas manus, id patriarcha prius opere cõpleuit, in singulis locis altaria condens, & domino gratias agens? Sciebat enim, sciebat manifeste, quod nihil aliud requirat ab humano genere domin⁹ vniuersi, post innumera & ineffabilia beneficia sua, quam animam gratiarũ actioni studentem, & scientem fateri gratiam pro ijs quæ iam aderant. Cæterum videamus, quomodo & hinc iustus migrat. Et discessit, inquit, Abram, & profectus castrametatus est in solitudine. Vide iterum religiosam eius mentem, & sapientiæ studiosam. Iterum, inquit, discessit, castrametatusq; est in solitudine. Quare illinc discessit. Forte videbat quibusdam incolis non placere suum aduentum, proinde eximiam suam mansuetudinem declarans, & quomodo tranquillitatem magnifaceret, & ne cum homine aliquid haberet negotij, solitudinem apprehendit. Profectus, inquit, castrametatus est. Aliena dictione vsa est diuina scriptura. Nam quemadmodum de militibus solemus dicere, ita & de iusto hic dicit, quod castrametatus sit, vt ostendat expeditum patriarcham, quod sicut milites absq; difficultate nunc huc, nunc illuc tentoria sua erigunt: ita & iustus ille, quamuis secum duceret vxorem & fratris filium, & tantum seruorum numerum, maiori tamen facilitate migrare solebat. Vidisti frugalem senis cum vxore & tot seruis vitam? Mihi magis admirabilis videtur mulieris fortitudo. Quum enim cogito muliebris sexus infirmitatẽ, & animaduerto quomodo tam facile tanta alacritate cum iusto peregre vadit, & subinde migrat, neq; ipsa molestè fert, neq; iusto negocium facit, obstupesco, & censeo, quod non minorem spiritum & fortitudinẽ, quam Abram possederit & ipsa. Et hoc maxime sciemus, quum ea quę consequenter lecta sunt, pertractauerimus. Vidisti, quod postquam audiuit, Semini tuo dabo terram hanc, quomodo non quieuit iustus ille, & nunc huc, nunc illuc transiuit, sed vide quomodo iterũ a solitudine exigitur, non ab hominibus, sed necessitate famis. Et facta est, inquit, fames super terrã. Audiant qui temere & incircũspecte loquuntur & diuinant, dicentes, quoniam quispiam aduenit, fames fuit, & quoniam adfuit, hæc contigerunt. Ecce etiam in aduentu iusti fames, & fames valida, & non turbatur iustus, neq; aliquid humanum patitur, & suo aduentui tribuit famis causam. Sed quia vidit naturam argui, & inualescere famem, Descendit, inquit, in Aegyptum Abram, vt habitaret illic, quia inualuit fames super terram. Attende quomodo longiora fiunt iusto septa, & remotior fit meta. Dispensabat enim dominus, vt non solum Palæstinã incolentibus esset doctor, sed & ijs qui in Aegypto erant, & lux suæ virtutis manifestaretur omnibus, quasi enim luminare quoddam, eum qui in Chaldeorum delituerat terra, illinc euocarat, vt eos qui in tenebris errorum sedebant, ad veritatis viam introduceret. Sed forte diceret aliquis, Et quare nõ potius eos qui in Chaldæa erant, vt ad religionem venirẽt, sua pietate effecit? Verisimile quidem est illorum salutem per aliorum prouidentiam procuratam. Attamen audi CHRISTVM dicẽtem, Non est propheta absq; honore, nisi in sua patria. Vt igitur opere impleret promissionem quam ei fecerat, dicens, Et magnificabo nomen tuum, propterea & famem oriri permittit, & cogente eius necessitate in Aegyptũ eum ire facit, vt discerent & qui illic erant, quãta viri virtus. Nam fames quasi lictor, qui vinc ula iniecit, ita vi e deserto in Aegyptum eum abstraxit. Sed videamus, quæ hinc sequuntur, & in quantas difficultates iustus incidit, vt & eius fortitudinem discamus,

A

B

Muliebris sexus

C

& vxoris illius sapientiæ studiosam mentem. Postquam igitur multum itineris pro-
D cesserunt / & proxime Aegyptum erant, iustus angore mentis afflictus est, & / vt ita
dicam / de vita sua timens & tremens, dixit vxori suæ. Factum est (inquit) quando
Abram appropinquabat, vt intraret in Aegyptũ / dixit Saræ vxori suę, Scio quod
formosa sis mulier / futurum itaq; / vt quũ te viderint Aegyptij / dicant. Ista est vxor
eius / & occident me / te autem vendicabunt. Dic igitur / soror eius sum / vt mihi pro-
pter te bene fiat & viuat anima mea propter te. Vidistis ex verbis / in quanto angore
& metu constitutus fuerit iustus / & neq; turbabatur animo / neq; cogitãs intra se / di
cebat, Quid hoc? nũ derelicti sumus? num decepti sumus? num nos prouidentia sua
destituit dominus / qui dixit, Magnificabo te / & semini tuo dabo terram hanc? Nũ
ille nos relinquit nunc de extremis timere / & in manifestũ incidere periculum? Ni-
hil horum vel in mentem accipiendum existimauit iustus / sed vnum hoc curabat /
quomodo arte aliqua excogitata posset & famis consolationem inuenire / & Aegy-
ptiorum manus effugere. Scio (inquit) quod formosa mulier sis. Vide quanta mulie
ris erat formositas / quod & quum in senectam iamvergeret / & post tot annorum nu
merum adhuc durauit vigor pulchritudinis in facie, etiam post tantam miseriam &
E malorũ sustinẽtiam / quam in via fuit experta / de locis in loca transeundo, & a Chal
dæorum regione in Charran / & a Charran in Chanaan / & iterum huc / & nunc ite
rum in Aegyptum. Quem non fortium virorum defatigarent tot continuę peregri
nationes? Verum egregia hæc mulier / etiam post tot exanclatas ærumnas, luculen-
ta adhuc est facie, vnde & vehementem ac congruam curam afferebat iusto / ideo &
dicebat, Scio quod mulier formosa sis futurum itaq; / vt quum teviderint Aegyptij
dicant, Ista est vxor eius / & occident me / te autem vendicabunt. Consydera / quan
tum confidebat personæ mulieris / non timẽs / ne forte laudibus remissior fiat / quin
& tale inducit consiliũ, dicens, Vt ne me quidẽ occidant / te autẽ vendicent, dic igi-
tur, Soror eius sum vt mihi bene fiat, & viuat anima mea propter te. Quoniam non
vulgare erat, quod imperabat, propterea verbis quæ subdidit, allicere & ad miseri-
cordiam flectere persuadere q; eam volebat, vt prompte actum suum recitaret. Futu
rum itaq;, vt quum te viderint Aegyptij, dicant, Ista est vxor eius, & occident me,
te autem vendicabunt. Non dixit, contumelijs te afficient, nonvult enim eam nunc
contristare. Propter eum qui famem fugit, operaberis manibus apud Aegyptios,
F eriq; mihi salutis causa, vt mihi bene sit propter te. Miserabilia sunt hæc verba, sed
& multus erat timor propter insaniam Aegyptiacam. Et quod nõdum mortis erat
soluta tyrannis; propterea in adulterium vxoris consentit iustus, & quasi seruit adul
terio in mulieris contumeliam, vt mortem effugiat. Erat adhuc terribilis facies mor
tis, nondum erant æreæ portæ confractæ, nondum erat aculeus eius hebetatus. Vi-
disti vinculum charitatis viri & mulieris? Vidisti virum qualia mulieri suggerere sit
ausus? & quale consilium acceperit mulier? Et nõ renuit, neq; grauatim fert, sed om
nia facit, ita vt actus & fictio illa lateat. Audiant viri & mulieres, & imitentur horũ
concordiam, vinculum charitatis, pietatem insignem, & beatam Saræ cõtinentiã,
quæ & vetula tantæ venustatis permanens, nimirum certabat cum iusto virtutibus,
ideo & tantam eius curam habuit deus, tantumq; superne illi retributum est. Nullus
igitur accusetpulchritudinem, nullus inutilia verba hæc dicat, Hanc perdidit for-
ma, huic pulchritudo causa fuit interitus. Non pulchritudo in causa est, absit, opus
enim dei est & ipsa, sed peruersa voluntas, malorũ omnium causa est. Vidisti admi-
rabilem hanc mulierem vtrinq; relucentem, & ob pulchritudinem animæ, vestigia
iusti proxime sequentẽ, & ob formositatem faciei? Hanc imitentur mulieres. Ecce

& venustatis decor, & sterilitas, & tantum tempus & facultatum abundantia, & tot migrationes & peregrinationes, & continuæ crebræq; tentationes, & quicquid tale, mẽtem eius mouere non potuerunt, immobilis eñ mansit. Vnde ob patientiam dignam mercedem reportauit. In extrema enim senectute, ex vulua sterili, & vtero e mortuo parere potuit. Vt mihi (inquit) bene fiat ꝓpter te, & viuat anima mea propter te, quasi diceret, Nihil aliud relictum est quo saluer, quam vt dicas, Soror eius sum. Fortassis enim effugiam periculum quod expecto, & posthac propter te viuã & tibi quod reliquum vitæ fuerit, acceptum feram. Sufficiebant hęc verba ad compassionem vxori mouendam, & ad persuadendum. Hoc vere est coniugium, quod non solum in prosperitate, sed & in periculis simul obambulant. Hoc Germanæ charitatis indicium est, hoc signo certissime internoscitur amicitia. Non sic diadema in capite positum, regem præclarum ornat atq; obedientia illa, qua consilio iusti paruit, beatam & illustrẽ, & claram demonstrauit. Quis non obstupesceret hanc parendi facilitatem? Quis non obstupesceret, si recte recogitet, quod post tantam continentiam, & in tali ætate ad hoc vt iustum seruet, quantũ ab eius voluntate pendebat, etiam adulterio se exposuit, & barbarorum tulit congressum? Sed parum expecta, & videbis mirifice sapientem dei prouidentiam. Nam propter hoc deus tantam præ se tulit lõganimitatem, & opitulari distulit, vt iustum clariorem faceret, & per ea quæ illic fiebant, non solum Aegyptij, sed & Palæstini erudiebantur. Quantam beneuolentiam domini omniũ experitur patriarcha. Factum est (inquit) quando intrauit Abram in Aegyptum, vt viderunt Aegyptij vxorem, quod esset valde pulchra. Et viderunt eam principes Pharaonis, & laudauerunt eam apud Pharaonem, & introduxerunt eam in domum Pharaonis, & Abram bene vsi sunt propter illam. Et fuerunt ei oues, & vituli, & asini, & serui, & ancillæ, & muli, & cameli. Vide quomodo ea quæ prius iustus suspicabatur, reipsa euenerunt. Nam vt in Aegyptum intrauit, vt viderunt Aegyptij mulierem, quod pulchra esset valde. Non simpliciter inquit pulchra, sed excellenter, ita vt omnes qui eam videbant, allicerentur. Et vt viderunt eam principes Pharaonis, laudauerunt eam coram Pharaone. Oro dilecte, ne temere prætereas quod dictum ẽ, sed admirare quomodo nullus Aegyptiorum mulieri, vtpote peregrinæ, & a terra aliena aduẽtanti, aliquid fecerit. Neq; contempserunt virum, sed ingressi, regi omnia nunciarunt. Cæterum hoc factum est, vt res fieret manifestior, & vltio non in priuatum & plebeium aliquem, sed in regem sæuiret, vt vbiq; diuulgaretur hoc factum. Et introduxerunt eam in domum Pharaonis. Protinus ab vxore iustus abducitur, & ipsa ad Pharaonẽ introducitur. Consydera quanta dei longanimitas, quomõ non ab initio, neq; a procœmijs suam declarauit prouidentiam, sed permisit omnia fieri, & quasi in fauces bestiæ mulierẽ incidere, & tunc manifestam facit omnibus suam virtutem. Et introduxerunt eam in domũ Pharaonis. In quo statu per illud tempus erat mulieris mẽs? quomodo turbata erat ratio? quomodo fluctus eleuabãtur? quomodo naufragium non fecit, sed mansit quasi immobilis petra ad cœlestem gratiam semper spectans? Quid autẽ dicam mulierem? qualem animũ, verisimile est, fuisse iusto, illa in domũ Pharaonis introducta? Et Abram (inquit) bene vsi sunt propter illam. Et fuerunt ei oues, & vituli, & serui, & ancillæ, & muli, & cameli, & asini. Hæc autem ipsa quæ honoris & ministerij gratia data sunt ei, quomodo non magnum rogum in eo succenderunt? quomodo autem non eius exussit mentem, & deflagrari fecit rationem cogitatio causę tantorum donorum? Vidisti quomõ prope ad finem venerint pericula? Vidisti quomodo nulla iuxta humanam opinionem res deploratæ? Vidisti quomodo qui in

D gulam bestiæ mulier inciderit? Vide consequenter ineffabilem dei misericordiam, & obstupesce patientiæ suæ excellentiam. Et examinauit, inquit, deus Pharaonem examinibus magnis, & grauibus, & domũ eius propter Saram vxorẽ illius. Quid est examinauit? pœnam (inquit) exposcit flagitij, & mali conatus examinatiõibus magnis. Non simpliciter puniuit regem, sed pœnis magnis. Nam quia flagitiũ nõ erat vulgare, sed valde magnum, ideo & pœna magna. Et domum eius (inquit) non ipsum solum, sed & domũ eius. Et qua de causa, quum rex peccauerit, omnes de domo eius pœnæ sunt participes? Non absq; ratione hoc fit, sed vt per hoc regis insania cõpescatur. Grauiori eiñ plaga indigebat, ita vt ipse exterreretur. Et vbi, inquit hoc iustum, propter illum alios puniri? Non propter illum solum pœnam sustinuerant, sed verisimile est eos cooperatos fuisse, vt aliquando cõmitteret iniquitas. Audisti enim supra scripturam dicentem, Quia vt viderunt eam principes Pharaonis, laudauerunt, & introduxerunt eam in domũ eius. Vidisti eos lenonis agere officiũ in regis gratiam, auferendo iusti vxorem? Quapropter non ipse solus, sed & omnes qui adhærebant, pœnæ fuerunt participes, vt discant, quod non in peregrinum simplicem furorem suum exercuerunt, neq; in hominem e medio vulgo, sed in virũ cuius tutor deus, tanta illũ cura dignans. Et idcirco acerbissima pœna concutiens eius

E mẽtem, discedere fecit ab nephario flagitio, coercuit eum ab irrationali impetu: cohibuit incontinentem eius mẽtem, alligauit eius cõcupiscentiam indomitam, refrenauit furoris insaniam. Propterea consequenter vide quanta lenitate loquitur rex tyrannus hospiti, quasi vago obambulanti, cui & vxorem auferre ausus fuit. Et bene dixit scriptura, quod examinauit Pharaonem & domum eius, ob Saram vxorem Abræ. Sensum ei pœna præstat, quod sit vxor iusti. Et enim & in domum introducta, mansit vxor iusti. Cum vocasset autem Abram Pharao, dixit ei, Quare hoc fecisti mihi? Vide qualia verba rex profatur, Cur hoc fecisti mihi? inquit. Ego ne tibi feci, qui peregrinus, qui nulli notus, qui propter famem adsum, tibi regi, tyranno, & imperanti super Aegyptum? Cur feci tibi? Tu abstulisti vxorem. Nonne sicut peregrinum & hospitem despexisti, contẽpsisti, nullius momenti me habuisti? Omnino intemperanti concupiscentiæ tuæ obsequutus es, & quæ tibi placebant, opere volebas compleri. Quid nam feci tibi? magna mihi fecisti, & grauia in me cõmisisti. Vide quanta rerum vicissitudo. Rex priuato dicit, Cur fecisti mihi? Deũ, dicere vult, inimicum mihi reddidisti, iram eius super me induxisti, pœnæ obnoxiũ me fecisti. Fecisti vt pœnam lueret tota mea domus, eorum quæ in te admiserunt. Cur hoc fecisti? Quare non annunciasti mihi, quod vxor tua esset? Quare dixisti, Soror mea

F est, & accepi eam mihi vxorem? Ego (inquit) quasi sororem tuam volebam ducere. At vnde didicisti, quod vxor fuit iusti? Vltor tantæ iniquitatis, ille mihi rem indicauit. Cur fecisti mihi hoc, & non indicasti mihi, quod vxor tua esset? non accepissem eam mihi ipsi vxorem peccaturus. Quasi sororem tuam habiturus hoc feci. Attende: quomodo supplicij grauitas concussit eius mentem, ita vt & iusto rationem redderet, & omne erga eum declararet officium. Quamuis nisi dei fuisset gratia, quæ mentem eius emollierat, consectaneum erat, quod in maiorem furorem inductus, quasi deceptorem puniuisset, & extremis affecisset supplicijs. At nihil horum fecit timor enim supplicij inflãmatam eius iram humiliauit & restrinxit. Vnde vnũ hoc curat, vt in iustum officiosus sit. Resciuit enim tandem, quod non esset possibile, eũ vulgarem quempiam esse, qui tanta superna gratia fruebatur. Et nunc ecce vxor tua coram te, accepta ea ocyus vade. Nunc (inquit) quia cognoui, quod non est soror tua, sed vxor, Ecce habes eam. Neq; enim offendi in aliquo coniugiũ vestrum, neq;

Examinare

priuauí te vxore tua. Sed ecce vxor tua corã te, accepta ea ocyus vade. Quæ língua, quæ mens poterit dígne, quæ facta ſunt admírarí? Mulier præfulgida forma, ſímul cum víro Aegyptío, & rege, & tyranno, & ſic inſano, & íncontínenter affecto concumbens, íntacta egreditur, ſeruata caſtítate ſua. Talía enim, ſícut prius díxí, ſunt q̃ a deo díſpenſantur, rara ſemper ſunt & admírabília, & quando apud homínes deſperatum eſt, tunc potentíam & ſapientíam ſuam deus declarat. Enímuero ſícut admírabíle & rarum erat vídere, quod vír deſyderíorum ſtabat ín medío ferarum, & níhíl patiebatur, ſed quaſí oues eum circumíbant, íta íllæſum egredí e lacu, & tres pueros ín camíno, quaſí ín prato & paradíſo verſarí, & níhíl ab ígne lædí, ſed egredí índe, vt vírorum fortíſſímos. Ita admíratíone dígnum eſt, & hoc facínus, quod íuſtí vxor nullam contumelíam experta a rege Aegyptío, tyranno: íntemperante, exíuit ſalua. Deus ením erat, qui faciebat omnía, & ín ínuíjs víam dabat, & ſpem bonam ſemper ín rebus deploratís afferre valet. Et nunc ínquit, Ecce mulier tua coram te, accepta ea ocyus vade. Ne exíſtímes (ínquit) a nobis víolatã íllam. Nam licet per ígnoratíonem attentauerímus quæ facta ſunt, ſed nunc quía cognouímus quæ ſit, & quẽ erga eum habeas amorem (índígnatío ením quæ ín nos deſæuít, docuit nos quantũ gratíæ tíbí ſit apud deum omníũ) accepta ígítur vxore ocyus vade. Terríbílis poſtea erat eís íuſtus. Tímebant poſtea íuſtum, & propterea magnís offícíjs vrgebant, vt índe mítteretur, prouocantes eius domínũ propter ea quæ ín íllum cõmíttebant. Vídíſtí dílecte, quantum bonũ eſt patíentia & fortítudo? Híc quæſo, memor eſto verborum íllorum quæ dícebat Aegyptum íngreſſurus, Scío quod mulier pulchra ſís, futurum ítaq;, vt quum te víderínt Aegyptíj, me quídem occídant, te autem ſeruent. Illís ígítur ín mentem reſumptís, conſydera etíam quæ nunc fíunt, & admírare ſímul íuſtí tolerantíam & míſerícordís deí vírtutem, quanta cum gloría redíre facít íuſtum, quí cum tanto tímore & metu deſcenderat. Et præcepít (ínquit) Pharao vírís ſuper Abram, vt índe deducant eum, & vxorem eíus, & omnía quæ eíus erant & Loth cum eo. Magna cum clarítate & gloría, locupletatuſq; díuítíjs redít íuſtus, & fit non ſolum doctor per ea quæ contígerunt Aegyptíjs, ſed etíam omnibus quí ín ítínere fuerunt, & quí ín Palæſtína habítabant. Nam quotquot víderant eũ quando deſcendít, fame coactus, cum tímore & tremore, nunc vero redeuntem cum tanta clarítate & facultatíbus, & díuítíjs, díſcebant vírtutem prouídentíæ deí erga íllũ. Quís vídít vnquam? quís audíuít? Abíjt vt famem ſuam mítígaret, & díuítíjs abundans, ineffabílíq; gloría redít. Ne admíreris dílecte, ne factum hoc íta rarum tíbí vídeatur, ímmo admírare & obſtupeſce, & glorífica cõmunís omnium domínívírtutem. Et víde etíam íllíus nepotes ob eandem famís neceſſítatem ín Aegyptũ deſcẽdiſſe, & íbí ín grauí ſeruítute víuentes, multas exantlaſſe ærumnas, magna tamen felícítate tandem redíre. Talís ením eſt ſapíentíſſímus & optímus deus noſter, quando permíttít augerí & coaceruarí moleſtías, tunc íterum díſcuſſa tempeſtate, ſerení tatem, rerum míram vícíſſítudínem facít, docens nos ſuę potentíæ magnítudínem. Aſcendít autem Abram ex Aegypto, ípſe & vxor eíus, & omnía quę eíus erant, & Loth cum eo, ín ſolítudínem. Opportune híc quís accõmodarít verba íllа, quę beatus Dauíd íjs quí a Babylonica redíbant captíuítate, dícebat, Quí ſemínant ín lachrymís, ín exultatíone metent. Euntes íbant & flebant, míttentes ſemína ſua. Venientes autem venient ín exultatíone, geſtantes manípulos ſuos. Vídíſtí deſcenſum anxíetate atq; tímore plenum, habentem ſecum & mortís formídínem? Víde nunc redítum clarítate & dígnítate cõſpícuum. Omnibus poſthac venerabílís erat íuſtus

A

B

C

Cap. xííj.

ille, tam ijs qui in Aegypto, quam ij s qui in Palæstina. Quis enim nõ reueritus fuisset eum, qui sic a deo custoditus, & tantam beneuolentiã assequutus. Neminem eñ forte latebant, ea quę regi & domui eius acciderant. Omnia eñ deus propterea permisit, & eousq; durauerũt tentatiões iusti, vt eius patiẽtia clarior fieret, & facta eius in totũ orbem diuulgarentur, ita vt nullus esset, qui iusti virtutem ignoraret. Vidistis
D dilecti, quantũ ex tentationibus lucrũ? Vidistis quantũ patientię pręmiũ? Vidistis
De patiẽtia. & virum, & mulierẽ, & senem, & vetulam, quantũ philosophię prę se tulerunt? quã tum fortitudinis? quantũ mutuę dilectionis? quantũ charitatis vinculũ demonstrarunt? Illũ omnes imitemur, & nunquã tristemur. Ne existimemus esse signũ, quod nos dereliquerit, & despiciat dominus, si tentationes nobis inferãtur, sed hoc maximum sit nobis indiciũ, quod deus nostri curam gerat. Nam etsi habeamus peccatorum sarcinas, quę nos premant, poterimus magnã patientiã & gratitudinem declarando, leuiores eas facere, etsi non multa habeamus peccata, iterũ maiori fruemur gratia, si grato animo tulerimus. Quia eñ deus noster liberalis est, & nostræ salutis curam gerit, ea de causa quasi luctam & exercendi materiã nobis proponit. & pro theatro tentationes inferuntur, vt si quod nostrũ est declaremus, largiore dignetur nos cura. Quod quũ scimus, ne torpescamus in tentationibus, neq; afflictiones grauatim feramus, sed & gaudeamus, iuxta beatũ Paulum, Nunc eñ (inquit) gaudeo
E in afflictionibus. Vidisti animam gratã? Nam si in afflictionibus gaudebat, quomõ potuit vnquam in tristitia esse, si quæ alios afficiunt tristitia, ijs lętitię pariunt occasionem. Cogita, oro, in quo statu illius erat anima. Et vt discas, quod non sit possibile, aliter nos promissa bona assequi, & regno cœlorũ dignos fieri, nisi per afflictionem vitam pręsentẽ transeamus, audi apostolos dicentes eis, qui nuper ad fidẽ conuersi erant, Et quum docuissent (inquit) multos, reuersi sunt Lystram, & Iconium, & Antiochiam, denuo confirmantes animas discipulorũ, exhortantesq; vt perseuerarent in fide, & quod per multas afflictiões oporteat nos intrare in regnũ cœlorũ. Qualis igitur posthac erit nobis excusatio, si non voluerimus fortiter ferre quæ inferuntur? & quũ hæc scimus, quod non est possibile aliter salutem nos assequi, nisi hanc inuenerimus viam? Audi & CHRISTVM dicentem, In mundo afflictionem habebitis, sed cõfidite. Vt ne audita tristitia, spe excidant, statim fiduciã eis affert, & suam pollicetur gratiã, Sed confidite, Ego vici mundũ. Habes (inquit) eũ, qui grauia alleuiet, qui nõ permittet te submergi ab illatis tentationibus, qui cũ tentatione & exitum prębet: & non permittet supra nostras vires inferri grauia. Quid tristaris? quid mœres? quid impatiens es? quare tam abiecto animo es? Num si quæ
F nostra sunt attulerimus, patientiã dico, & fortitudinem, & mentis gratitudinẽ, nunquam nos sinet despici. Num etsi desperatæ sunt res, vincere possunt sapiẽtiam domini nostri? Nos quæ nostra sunt exhibeamus, & syncerã habeamus fidem, sciẽtes quam sint hæc facilia animarum nostrarũ pręsidi. Et ipse prorsus melius nouit quã nos, quid conducat, & ita res dispẽsat, vt sibi honorificum, & nobis vtile, quo & patientię mercedem accipiamus, & suam gratiam consequamur, gratia & miserationibus domini nostri IESV CHRISTI, cum quo patri simul & spiritui sancto sit gloria, imperium, honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

CAPVT XIII.

Ascendit autem Abram ex Aegypto: ipse & vxor eius: & omnia que eius erant: & Loth cum eo in solitudinem. Abram autem erat dives valde pecoribus: & argento: & auro: et profectus est vnde erat in solitudinem: vsq; ad Bethel: vsq; locum: in quo primus fuit tabernaculũ eius: inter Bethel: & inter Aggę: ad locum altaris: quod

illic principio fecerat: & inuocauit ibi Abram nomen domini dei. Et Loth: qui simul ibat cum Abram: erant & oues: & boues: & tabernacula. Nec capiebat eos terra vt simul habitarent. Erat quippe substantia multa: & non poterant habitare simul. Et A facta est pugna inter pastores pecorum Abram: et inter pastores Loth. Chananei autem & Pherezei tunc inhabitabant terram. Dixit autē inquit Abram ad Loth: Ne sit rixa inter me & te et inter pastores meos: & inter pastores tuos: quia homines fratres sumus nos: Ecce: nūquid omnis terra coram te est: recede a me: si tu ad sinistram: ego ad dextram: si tu ad dextram: ego ad sinistram. Et sublatis Loth oculis suis: vidit omnem regionem circa Jordanem: quod tota esset rigua: antequam dominus subuerteret Sodoma & Gomorra: quasi hortus dei: & sicut terra Aegypti: vsq; peruenias in Segor. Et elegit sibi Loth omnem circa Jordanem regionē. Et recessit Loth ab Oriēte: diuisiq; sunt vnusquisq; a fratre suo. Et Abram habitauit in terra Chanaan: Loth autem habitauit in terra campestri. Qui autem homines Sodomis agebant: mali erant: & peccatores coram deo valde. Et dixit deus Abrā postquā separatus est ab eo Loth: Eleuatis oculis tuis cerne a loco in quo tu nūc es ad aquilonem: & Africum: & orientem: & mare: quia omnē terram quam tu vides tibi dabo eam: & semini tuo vsq; in seculum. Et faciam semen tuum sicut arenam terre: si quis potest numerare arenam terre: & semen tuum numerabitur. Surge: & perambula terram in longitudinem & latitudinem eius: quia tibi dabo eam: & semini tuo vsq; in seculum. Et Abram motis tabernaculis: venit & habitauit iuxta quercum Mambre: que erat in Chebron: & extruxit ibi altare domino. B

HOMILIA XXXII.

OVum alacrem vestrum cōuentum, & ingens audiendi desyderium hodie videam, æs alienum, quod charitati vestræ debeo, dinumerare volo. Et scio eius vos oblitos esse, eo quod multi dies interceserint, sermoq; noster ad alia interim sit egressus. Adcendorū enim consequentia impediuit nos sanctarum feriarum aduentus. Incongruum em̄ erat vt festa crucis dominicæ celebrantes, de alijs sermonem afferremus. Mensa autem vobis proponenda erat suis congrua temporibus. Et idcirco quando venit dies traditionis & passionis, continua docendorū serie resecta, præsentibus quæ vrgebant nos accōmodantes: primum in proditorem linguam laxauimus. Deinde de cruce aliqua in medium protulimus. Postea, illucescente resurrectionis die, necessarium erat, vt de resurrectione domini doceremus. Et in sequentibus diebus, propter miracula quæ tunc facta sunt, resurrectionis demonstratio iterū afferenda erat. In quibus etiam in manus accepimus Apostolorum acta, inde vobis continua proponē tes conuiuia, & crebris quotidianisq; admonitionibus, eos qui nuper baptismi gra- C tiam acceperant exhortantes. Nunc autem necessariū, vt debiti memor sim, & vobis satisfaciam, tametsi vos debiti genus ignoretis, vtpote curis multis impliciti, & soliciti pro mulieribus & pueris, & quotidiana alimonia, multisq; alijs negocijs. Verum nos qui nullis id genus curis turbamur, & vobis debiti memoriam suggerimus & ad restituendū nos paramus. Neq; admiremini hāc nostram gratitudinem. Huius enim alieni æris genus a corporalibus pecunijs diuersum est. In quibus nunquā debitorem tantum gratitudinis præ se ferre vides, scit enim, quod dinumerando pecunias, suam imminuit substantiam, & accipientis augeat facultates. Nō autem ita est in spirituali debito, sed in eo & dinumerans dū soluit, magis abundat, & accipientibus maiores accrescunt opes. Et idcirco illic magna ingratitudo esse solet, hic autem vtrisq; lucrum est, & dinumeranti, & accipientibus. Atq; id quod de charitate admonuit beatus Paulus, Nemini quicquam debeatis, nisi vt diligatis inuicem, quo indicat, hoc debitum semper solui, & nihilominus durare semper. Et quia vos ad ca-

D piendum paratí ſemper eſtis, íſtucípſum & nos debítores, locupletíores facit, & vobís magnæ vtílitatís eſt matería. Igítur quoníam talís eſt huius debíti natura, vt quãto magís dependítur, tanto auctíores noſtras reddít opes. Age, doceamus nunc & debíti matériam, vt & ípſí alacríores dícenda ſuſcípiatís, & noſtram gratítudínem boní conſulentes, nos díligentí auſcultandí ſtudío remuneretís. Quænam ígitur debíti matería? Scítís & memores eſtis, quando de patríarcha quædam ín medíum attulímus, quomodo demõſtrauerímus deſcenſum eíus ín Aegyptum propter famẽ, & rapínam Saræ a Pharaone factam, & índígnatíonẽ deí quam ín Pharaonem & domum eíus ob ſuam erga íuſtum curam ímmíſít, & redítem patríarchę ab Aegypto magna cum gloría. Mandauit ením, ínquit, vírís ſuper Abram, vt deducant eũ & vxorem eíus, & omnía quæ habebat, & Loth cum eo. Aſcẽdít autem Abram ex Aegypto, ípſe & vxor eíus, & omnía quæ erant eíus, & Loth cum eo in ſolítudínẽ. Hic ſermonem míſſum fecímus, & eum mediís díebus tranſtulímus ín doctrínam quam requírebant tunc occurrentes ferię. Ideo hodíe fuerít operæprecíum, vt dícẽda cum dictís contexamus, & quaſí ín vnum corpus coaptemus, quo ſermo fíat magís perſpícuus. Et quo manifeſtíora ſínt quæ dícuntur, conſectaneũ fuerít, vt charítatí veſtræ proponatur príncípíum eorũ quę hodíe ſunt lecta. Abram autẽ, ínquít,

E erat díues valde pecorĩbus, & argento, & auro, & profectus eſt vnde venerat, ín ſolítudínem vſq; ad Bethel, vſq; ad locum ín quo prius fuít tabernaculũ eíus, ínter Bethel & ínter Agge, ad locum altarís, quod íllíc príncípío fecerat, & ínuocauít íbí Abram nomen domíní deí. Ne prætereamus obíter lecta, ſed díſcamus clare díuínarum líterarum díligentíam, quomodo níhíl nobís ſuperuacuũ narret. Abram autem (ínquít) erat díues valde. Conſydera prímum íſtucípſum, quod non fruſtra aſſignauít. Neq; ením temere & ínuanum díuítem nũcvocat, íd quod nullíbí alías meminít, ſed nũnc prímum dícít, quod díues fuerit. Quare hoc & quam ob cauſam? vt díſcamus díuínæ ſapientíæ ſolertíam, & ſuæ in íuſtum prouídentíæ ímmẽſam & excellentem potẽtiam. Nam quí famís neceſſítate ín Aegyptum peregrínarí coactus fuit, & anguſtías quas ín Chananæa experiebatur, ferre nõ poterat, ſubíto díues factus eſt, & díues non tantum pecorĩbus, ſed & argento, & auro. Vídiſtí quanta deí prouídentía, abít, vt alíquam famís conſolatíonem ínueníat, & redít, non ſolum fame mítígata, ſed & díuítíjs, & índícíbílí gloría conſpícuus. Erat omnĩbus manifeſtum, qualís prídem fuerat, poſtea autem & Chananeæ ínhabítatores clare íuſtí vírtutem dídícerunt, vídentes rerum mutatíonem tam repentínam / & tantís díuítíjs affluentem, quí vt peregrínus / & quaſí fugítíuus / & vagus ín Aegyptum deſcenderat.

F At tu vide, quomodo híc neq; proſperítate neq; díuítíarum affluẽtía, remíſſíor vel negligentíor factus eſt, ſed íterum contendít ad eum locum, vbí prius fuerat príuſquam ín Aegyptum concederet. Venít ením (ínquit) ín ſolítudínem / vſq; ad locũ vbí prius fuit tabernaculum eius / ad locum altarís, quod fecerat íbí príncípío, & ínuocauít nomen domíní deí, Cogíta / obſecro / quantus erat quíetís et tranquíllítatís amator / et ín díuíno cultu ſedulus. Ad eum ením locũ (ínquit) acceſſít, quem prius ædíficauerat / et in quo nomen domíní ínuocauerat. Ecce iam multís antea ſeculís ímpleuít hoc quod poſtea a Dauíd dictũ eſt, Elegí vt abiect⁹ ſím ín domo deí mei magís quam vt habítem ín tabernaculís peccatorum. Solítudo ením ꝓpter ínuocatíonem nomínís domíní deí gratíor eí erat quã cíuítates. Sciebat ením / ſciebatque clare / quod cíuítatís magnítudínem non facít ædífícíorum pulchrítudo / neq; ínquílínorum multítudo / ſed ínhabítantíum vírtus / propter quam et ſolítudo cíuítatíbus dígnior eſt / quæ vírtute íuſtí ornatur / et orbe toto fítfulgídíor. Et Loth (ínquit) quí

cum Abram ibat, erant & oues, & boues, & pecora, neq; capiebat eos terra, vt simul habitarent. Erat quippe substantia eorum multa, & nō poterant habitare simul. Nō solum patriarchæ facultates auctæ sunt, sed & Loth (inquit) erant oues & boues, & pecora, Forte partim Abram, vtpote liberalis, illa Loth fratris filio donauerat, partim alij dederant in patriarchæ gratiā. Et non capiebat (inquit) eos terra, erat quippe substantia eorū multa. Vide, quod facultatū multitudo statim causa fit discessus, diuisionē operatur, cōcordiam impedit, & cogitationis vinculum dirimit. Et facta est pugna inter pastores pecorum Abræ, & inter pastores Loth. Chananæi autē & Pherezæi tunc inhabitabant terrā. Attende quomodo familiares discessionis initiū faciunt. Hinc enim semper omnia mala pullulant a famulorū nequitia. Facta est em̄ (inquit) pugna inter pastores. Hi diuisionis occasionem præbuerunt, dicere vult, ij concordiā discerpserunt, ij multam morum inciuilitatē præ se tulerunt. Chananæi autem & Pharezæi tunc inhabitabāt terram. Quare nobis hoc assignauit? quoniam dixerat, quod nō capiebat eos terra, vt habitarēt simul, causam quoq; docere voluit diuina scriptura, quod ideo eos non capiebat, quia a gentibus illis præoccupata erat Verum nos religiosam patriarchæ mētem videamus, quomodo sua lenitate exarsurum incēdium restinguit. Dixit autē (inquit) Abram ad Loth, Ne sit rixa inter me & te, & inter pastores meos & tuos, quia hoies fratres sumus nos. Vide insignē modestiam, vide sublimē philosophiam, ætate & dignitate senior, iuuenem, fratris filiū fratrem appellat, & in eandē in qua ipse erat dignitatē euehit, nihilq; minus illi quā sibi tribuit, sed dicit, Ne sit rixa inter me & te, inter pastores meos & tuos. Indigne enim hoc fieret, quoniā fratres sumus. Vidisti quomodo apostoli legē implet, quæ dicit, Itaq; iam quidem omnino delictum in vobis est, quod lites habetis inter vos inuicem, cur non potius iniuriam patimini? cur non potius damnum accipitis, immo vos iniuriam facitis, & dāno afficitis, idq; fratres, Hæc omnia operibus implens patriarcha, dixit, Ne sit rixa inter me & te, & inter pastores meos & tuos, quoniam homines fratres nos sumus. Quid hac anima pacatius? Proinde non frustra, neq; temere principio dicebam, quod amore quietis & trāquillitatis, solitudinem locis frequētibus prætulerit. Attende em̄, quomodo & nunc videns pastores confligere, statim in initio tentat restinguere incendium, quod erupturum erat, & cōtentionem sedat. Debebat em̄ ipse, vtpote missus omnibus Palæstinæ cultoribus sapiētiæ doctor, nullam scandali dare occasionē vel ansam concedere, sed morum lenitate, tuba clarius omnes erudire, & suæ virtutis facere imitatores. Ne sit (inquit) rixa inter me & te, inter pastores meos & tuos, quoniā homines fratres sumus. Multa verborū lenitas, inter me & te. Consydera quomodo ei loquitur ceu honore pari, quāuis opinor, non aliunde rixas fuisse exortas, quā quod pastores patriarchæ nō permiserunt illis eadē copia frui, qua ipsi. Sed iustus æquabiliter omnia facit, specimen præbens eminentis suæ sapientiæ, ac docens non tātum præsentes, sed posteros etiam omnes, nunquam cum proximis esse litigandum, etiā ijs qui nobis præstantiores nō sunt. Nam eorū contentio magnam nobis affert ignominiā, & nō illis imputantur quæ fiunt, sed in nos transfertur quod reprehendendū. Quomodo enim rationi consentaneū, quod homines qui fratres sunt, qui eandem naturam sortiti, qui eiusdem sunt familiæ, qui eodem loco habitaturi sunt, quos mansuetudinis, lenitatis, & omnis philosophiæ doctores esse oportebat, inter se contendant & digladiantur? audiant hæc qui se extra crimina putant esse, quando propter familiaritatem suis ministris permittunt, & cōniuent rapere, decipere, multa mala disponere, & in ciuitatibus, & in agris, & auferre via vicinis, nunc agrum, nunc domum. Eaq; de causa maiori tales beneuolentia

A

B

C

De concordia.

prosequuntur. Nam licet iniustitiæ illæ opus alienum sint, quia tamen & ipse negocio cõmunicas, non solum quod oblectaris facto, & credes inde facultatibus tuis incrementum accedere, sed quod non prohibes, ne facinus cõmittatur. Nam qui prohibere potest eum, qui iniuriam facit, & non prohibet, is nõ minorem luet pœnam, quam qui iniuriam fecit. Obsecro igitur, ne seducam⁹ nosmetipsos, sed & ipsi fugiamus rapinas, & fraudes, & ex istiusmodi artibus emolumenta, & lucra, & familiares nostros erudiamus, ne quid tale operentur, Non enim hoc nos insontes facit, sed potius maioris condemnationis obnoxios, quia in nostri gratiam illi suam amittentes salutem, iniustitiam audent, & ipsi intereuntes nos secum rapiũt. Quod si prudentes esse voluerimus, & ipsi ab eo damno liberabimur, & illos a malis conatibus abarcebimus. Porro nolo mihi dicas frivola illa verba, Nihil mihi curæ est, nunquid ego rapui? nihil mihi de ea re constat, alius fecit, non fui particeps iniustitiæ, Prætextus illa sunt, & inane cõmentum. Si vis declarare, quod non cõmunicaueris iniustitiæ, neq; auaritiæ fueris operarius, emẽda factum, solare eum qui iniuria affectus est, redde ablata. Sic enim & teipsum a criminibus liberabis, & iniuria affectum eriges. Si declaraueris, quod non sunt hæc facta iuxta voluntatem tuam, & obsecraueris pauperem, non sines eum a tristitia absorberi, quam ablatis bonis suis passurus erat. Ne sit (inquit) rixa inter me & te, inter pastores meos & tuos, quia homines fratres nos sumus. Vidisti mansuetudinẽ? vidisti lenitatem? audi & sequentia, vt discas excellentem eius philosophiam. Quomodo rixa dirimitur, & contentio restinguitur, Ecce an nõ omnis terra (inquit) coram te est? Discede a me, si tu ad sinistrã, ego ad dextrã si tu ad dextram, ego ad sinistram. Cõsydera optimos mores, & insignem modestiã huius iusti. Sed ante hæc obsecro cogita quãtum ex diuitijs dãnum, en & multę substantiæ varietas, Aucta sunt armenta, multiplicati greges, affluxerunt diuitiæ multæ, & statim discinditur concordia. Antea erat pax & charitatis vinculũ, nunc rixa & contentio. Vbi enim meum & tuum, illic omne litium genus & cõtentionis occasio. Vbi autem hec non sunt, ibi secura versatur pax & concordia. Et vt discas, audi quid dicat beatus Lucas de ijs, qui ab initio ad fidem conuersi sunt. Erat (inquit) omnium cor & anima vna. non quod vnam animã habuerint omnes. Quomodo enim hoc, quum in diuersis corporibus fuerint, sed concordiam illorũ nobis demonstrat Iam nisi plurimę æquanimitatis fuisset iustus ille, & insignitã pre se tulisset philosophiam, succensuisset forsitan, & ita ei dixisset, Quis furor ille? Ausi ne sunt familiares tui os distringere aduersus operas meas? non cogitauerunt, quãtum inter nos distet? Vnde tibi illa abundantia? nõne ex mea cura? Quis te apud hominẽ tantum apparere fecit? nonne ego qui pro omnibus tibi fui? Patris ego vices egi per omnia, & has mihi pro tot ministerijs mercedes reddis? Haccine spe vbiq; te comitem itineris habui? Esto nihil eorum quæ a me habes, in mẽtem tibi veniat, num saltem vel senectam meã & canos reuereri oportebat? Sed conniuendo permisisti pastores tuos in meos debacchari, nescius quod sicut contumelia, qua illi affecti, in me transit, ita & tuorum temeritas tibi ascribitur. Sed nihil horum iustus vel in mentẽ accepit, sed omnibus illis a mente repulsis, vnum hoc agebat, quomodo quod erupturum erat, incendium extingueret, & suaui separatione excogitata, absque turbelis habitet, dicit enim. Ecce nunquid omnis terra coram te est? discede a me, si tu ad sinistram, ego ad dextram, si tu ad dextram, ego ad sinistram. Vides mansuetudinem iusti? operibus enim monstrabat, quod non facit hoc sua sponte, neq; separare vult, sed ob contentionis necessitatem, vt ne in domo sit perpetuũ bellum. Vide quomodo verbis illius bilem mansuefacit, & ei electionis potestatẽ dat, & proponit omnẽ terram, &

Diuitiæ quid efficiant

dicit, Ecce nunquid omnis terra coram te, quā vis elige, & ego, quam tu reliqueris, magna cum voluptate accipiam. Magna est iusti huius philosophia. Per omnia nō A
vult esse onerosus fratrueli, quasi diceret, Quoniam fit id quod volebam, & vt cessent contentiones, necessarium est, vt separemur, propterea te dominum electionis & arbitrum constituo, & omnem tibi potestatem do, vt terram quam meliorem censes, tu eligas, & reliquā sinas esse meam. Num hoc quis vnquam vel æquali vel fratri faciendum censuit, id quod fratrueli patriarchæ? Nam si ipse electionē retinuisset, & primum locum sibi seruasset, concessissetq; illi quæ reliqua, nōne & hoc magnum quiddam fuisset? At excellentis virtutis suæ exhibens specimen, desyderium iuuenis explere volebat, ita vt nulla separatione nasceretur mœrendi occasio, vnde ei proposita potestate omni, dicit, Ecce omnis terra coram te. Separare a me, & qualem nolueris terram, elige. Oportebat igitur fratruelem, quū tantam experiretur æquitatē patriarchæ, parem rependere honorē, & ei potius voluntatis electionem cōcedere. Solemus em̄ ferme cuncti homines, si obluctantes videamus, & cōtra nos litigaturos, ac cōtendentes, in primum locū ascendere, nō ferre nos inferiores esse, neq; eis cedere, quos si cedere viderimus, & verbis idoneis potestatem omnem nobis permittere, quasi reuerentes magnam mansuetudinē, & a cōtentione desistimus, & iterum obsistentes omnē vicissim potestatem cōcedimus, etiā si minores esse videantur ij, qui nobiscū litigant. Debebat igitur & Loth hoc facere, vt pote iuuenis, & cui negatū concupiscere plura posse. At qui ipse primas partes, vt putauit, arripit, & electionē facit. Et sublatis (inquit) Loth oculis suis, vidit omnē regionem circa Iordanem, quod tota esset rigua, antequam dominus subuerteret Sodoma & Gomorra, quasi hortus dei, & sicut terra Aegypti, vsq; dum venitur in Sogora. Et elegit sibi Loth omnē circa Iordanē regionem. Et recessit Loth ab oriente, diuisiq; sunt vterq; a fratre suo. Vidistiv irtutem iusti excellentē, quomodo radicem malitię ne germinare quidem permisit, sed statim cū iam oriretur funditus execuit & aboleuit, multa vsus lenitate, & indicibilem temporaliū contemptū præ seferens declarauitq; omnibus, quomodo pacē habere, & a contentione liberari, omni substantiæ suæ pręferret. Nam vt ne quis condēnet iustū, quasi ingratū circa Loth futurum, & quod quem e domo sua eduxerat, in terra aliena, nunc ab habitatione eijceret, neq; putet ipsum inimicitiarū gratia hæc facere, sedvt discamus omnes, quod pacis studiosus hæc faciat, ideo & electionem ei concessit, ne q; moleste tulit, quod B
prima tulit, vt omnibus notum foret, quomodo mens eius ad pacis charitatisq; scopum spectaret potissimum (præterea & aliud quoddam mysteriū iam antea dispensabatur, quomodo multa sunt facta) & quod Loth rebus ipsis erudiretur, quam indigne electionē sumpsisset, & vt discerent Sodomitæ virtutem Loth, & separatione facta, promissionem patriarchę datam euentu cōpleri, qua dictum est ei, Tibi & semini tuo dabo terram hanc, id quod paulatim procedendo videbimus, diuina scriptura nobis ea faciente manifesta. Et Abram (inquit) habitauit in terra Chanaan, Loth autē habitauit in ciuitate quę sita circa Iordanem, & tabernaculū habuit in Sodomis. Qui autē homines Sodomis agebant, mali erant & peccatores coram deo valde. Vides Loth tantū spectantem terræ naturam, & non aduertentē inhabitantium malitiam? Quæ em̄ vtilitas, dic oro, si terra sit fructuosa & ferax, homines autem adeo sint mali? Quid dāni e solitudine, & infrugifera terra, si homīes sint humaniores? Caput em̄ & summa bonorū, est inhabitātiū gratitudo. Cæterum Loth ad vnum tantū respexit, nempe fertilitatē terrę. Et idcirco scriptura manifestare nobis volens habitantiū illic malitiam, dicit, Qui autem in Sodomis agebāt, hoīes mali

erant, & peccatores corã deo valde. Non ſolum inquit mali, ſed peccatores, & non ſimpliciter peccatores, ſed & coram deo, hoc eſt prodigioſa erat eorum iniquitas.
D Ideo & ſubdidit, coram deo valde. Vidiſtis malitiæ magnitudinẽ? vidiſtis quãtum eſt malum primum locum capere, & non quod vtile eſt conſyderare? Vidiſtis quantum bonum ſit humanitas, & primo loco ſedere, & inferiorem fieri? Ecce proceſſu doctrinæ videbimus nihil profuiſſe, ei qui primum locum elegerat, & eum qui inferiorem ſe fecit, clariorẽ quotidie factum, opesq; illius per omnia auctas, omnibuſq; factum ſpectabilem. Cæterum vt ne prolixiores ſimus docendo, hoc loco ſubſiſtat ſermo, & quod reliquum eſt, in ſequentem ſeruetur ſermonem. Illud autem vos rogauerim, vt imitatores ſitis patriarchæ, & nunquam concupiſcatis primatus, ſed ob temperate beato Paulo dicẽti, Honore alius alium præcedentes, & date operam vt in omnibus humiliemini. Hoc eſt enim primatum habere, ſicut & CHRISTVS dicit, Qui ſeipſum humiliat, exaltabitur. Quid illi par fuerit vel æquale, quando per ea, in quibus alijs cedimus, ipſi maiori fruimur honore, & per quæ alios veneramur, ipſi in ſummum honorẽ euehimur? Itaque obſecro, vt ſtudeamus ita imitari patriarchæ virtutem, & ſequi veſtigia eius qui ante legem tantam philoſophiam præ ſe tulit, nos qui gratia verſamur. Iſta enim vera eſt humilitas, quam eximius ille vir declarauit erga eum, qui multo ſe fuit inferior, nõ ſolum ob virtutis rationem, ſed & propter ætatem, & alia omnia. Cogita enim, quod ſenex iuueni ceſſit, & patruus nepoti & qui tantam a deo ſortitus gratiam, ei qui in nullo magnum aliquod ſpecimen præbuit, & ea quæ oportebat illum dicere, vt iuuenem ad ſenem ætate & dignitate, & patruum, illa patriarcha ad iuuenem dicebat. Igitur nos quoq; non eis tantum qui ætate nobis ſunt maiores, vel etiam æquales, honorem exhibeamus. Hoc enim nõ eſt humilitas, ſi quis facit, quod neceſſitate debet vel cogitur, hoc inquam non eſt modeſtia, ſed debitum. Vera autem modeſtia eſt, quando cedimus iis, qui nobis videntur eſſe minores, & eos veneramur, qui nobis videntur eſſe magis indigni quam nos. Quod ſi recte ſapimus, nullos etiam nobis eſſe minores arbitrabimur, ſed nos excelli ab omnibus hominibus dicemus. Et hoc dico, non de nobis qui innumeris immerſi ſumus peccatis, ſed etiam ſi quis ſibi plurimorum bene geſtorum conſcius ſit, niſi ita apud ſe ſentiet, quod omnium ſit poſtremus, nulla ei futura vtilitas ex omnibus bonis illis operibus. Hæc eſt humilitas, quando quis occaſiones habet, vt extollatur, & ſeipſum humiliat & ſupprimit, & modeſte ſe gerit, tunc enim ad verum ſubuehetur faſtigium iuxta promiſſionem domini, que dicit, Qui ſe humiliat, exaltabitur. Satagamus igitur obſecro, verticem illum omnes apprehendere per modeſtiam, vt eandem illam, quam iuſtus ille, a domino gratiam conſequamur, & ineffabilia bona mereamur, gratia & miſericordia domini noſtri IESV CHRISTI, cui cum patre & ſancto ſpiritu ſit gloria, imperium, honor nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

Contra ambitionem

E

F

De humilitate animi.

HOMILIA. XXXIII.

CHariſſimi, didiciſtis heri eximiã patriarchę modeſtiã? vidiſtis lenitatẽ egregiam? Neq; eñ erat res vulgaris, quod ſenex, quẽ omniũ dominꝰ tantis proſequutus fuerat beneficijs, tanta gratia frui fecerat, pari honore dignaretur iuuenẽ, & fratris filiũ, & primatu illi cederet, inferioraq; ipſe diligeret, nihilq; nõ faceret, quo bellum impediret, & cõtentionis materiã e medio tolleret. Hunc omnes imitari ſtudeamus, & nunquã ſuper proximũ extollamur, nũquã de nobis ſublimia ſentiamꝰ, ſed modeſtia cõſpicui, cedamꝰ alijs & inferiores haberi conemur tam verbis quã operibꝰ. Neq; vnquã eis qui nobis in-

iuriam faciunt aduersemur, etiamsi prius multum in illos cõtulerimus beneficiorũ. Hæc enim optima est philosophia, Neq; contumelia affecti feroces simus, etiamsi contemptiores & magis inopes nobis sint, qui nobiscum contendunt, sed mãsuetudine & lenitate furorem comprimimus. Nihil enim potentius, nihil illa fortius. Illa animã nostram in perpetua tranquillitate, & quasi in portu constituit, & omnis recreationis ac quietis occasio nobis est, Ea propter & CHRISTVS diuina illa docens dicebat, Discite a me, quia mitis sum, & humilis corde, inuenietisq; requiem animabus vestris. Nihil enim animã ita in tranquillitate & quiete esse facit, vt mansuetudo & modestia, Hæc omni diademate eam possidenti est vtilior. Hæc omni claritudine & gloria cõducibilior, Quid enim beatius, quam ab intestino liberari bello? Nã quãuis plurima pace & cura externa fruamur, si intra nos cogitationũ nascantur tẽpestas, tumultus, & seditio, nihil externa pax nobis proderit, Sicut & neq; miserabilius est aliquid ciuitate, quæ licet præsidijs & muris bene sit munita, intus tamẽ ciues foueat proditores. Hoc igitur obsecro, vt ante omnia nobis sit curæ, quomodo animã a turbulentia vindicemus, & in tranquillum statum educamus, & ab omni libere mus amaritudine, quo & ipsi multa fruamur quiete, & ijs qui familiaritatẽ nobiscum habent, simus blandi, Hoc enim certissimũ signum, quo internoscitur honore insignitus. si mansuetus fuerit, si lenis, si mitis, si modestus & quietus, si non quasi seruus ducatur, & trahatur, aut ab ira, aut ab alijs affectionibus, sed ratiõe vincat internos illos incompositos motus, nobilemq; suã generositatem seruet, ne in brutorum ferociam negligentia degeneret, Et vt discas quãtum mansuetudinis & lenitatis sit robur, & quod sola hæc virtus sufficiat, se colentem diligenter, ineffabilibus laudibus dignum reddere, audi beatum Moysen hinc potissimũ prędicari, & ex hac eñ coronam plecti. Et Moyses (inquit) erat mitissimus omniũ hoim qui super terrã. Vidisti encomij magnitudinem? Omni eum humano generi parẽ pronũciat, immo omni hominũ generi præfert, Et iterum de Dauid dicit scriptura, Memento dñe Dauid, & omnis mansuetudinis eius, Hinc patriarcha sibi maiorem cœlitus conciliauit benuolentiã, & quũ attulit quæ sua erãt, a misericorde deo maiora assequutus est. Hoc scietis & vos, vbi attulerim' in medium ea, quæ hesterna dicta sequuntur, & q̃ prius sunt lecta charitati vestræ declarauimus. Nam quia Abram multã præ se tulit mansuetudinem, ideo Loth suo primatu cessit, & omnem ei eligendi facultatem dans, voluit minorem partem, modo auferretur omnis contentio. Vide quantam statim mercedem a deo consequitur, & quomodo adhuc maiori retributione, vt per omnia multum abundet, patriarcham dignatur deus? Talis enim est dominus noster, vt si quãdo vel paruum quid attulisse nos viderit, largissimas suas nobis remunerationes suppeditet, tantamq; præ se ferat liberalitatem, vt ea quæ a nobis sunt facta, multis numeris a nouis suis beneficijs vincantur. Et hoc in omnibus nostris factis, inueniet quis ab eo fieri. Quid enim, dic mihi, vilius duobus obolis? Attamen quia vidua illa duos obolos in corbonã misit, inde celebris facta est ab eo tempore vsq; in præsens toti mundo, Et quid dico duos obolos? Etiamsi quis calicẽ aquæ frigidæ præbeat & pro eo magnæ decernuntur retributiones. Semper enim coronat eos, qui virtutẽ operãtur, iuxta operantium voluntatẽ. Similiter in præcum assiduitate, istucipsum ab eo fieri videre licet. Nam si quis alacriter eum adit, statim ei dicit, Adhuc loquente te, ecce adsum, Quod si quis ampliorem sedulitatem teneat, & magno desyderio feruentiq; mentis alacritate fiant petitiones, iterum liberalitate certat, & ante petitionem prædicat & coronat, id quod & in Chananæa muliere declarauit, Quoniã enim vidit infatigabilem eius constantiam & perseuerantiam, primum eam prædi-

Modestiæ & patiẽtiæ
Actus & effectus

B

C

cauit, & præconijs, vt ita dicam, coronauit, totiq; mũdo celebrauit, poſtea liberalitate magna preces eius etiam ſuperauit. Nam, vt dixit. Mulier magna eſt fides tua, tunc ſubdidit, Fiat tibi ſicut vis. Et ſi vellemus ſingula ſcripturæ diuinæ exempla afferre, vbiq; magnã domini munificentiã eſſemus viſuri. Sciebat hoc patriarcha ille cedentẽ minoribus aſſequuturũ maiora, ſicut heri audiuiſtis, Et ceſſit Lotho, regionemq; deteriorem elegit, vt cõtentionis reſecaret occaſiones, & ſeruata virtute ſua peculiari, totam domũ pacatam redderet. Cæterũ videamus ex recens lectis, quid ei retributũ ſit a domino pro tanta mãſuetudine. Et dixit (inquit) deus Abræ, poſtquam ſeparatus eſt ab eo Loth, Eleuatis oculis tuis cerne a loco, in quo tu nunc es, ad aquilonem, & aphricum, & orientẽ, & mare, quia omnẽ terram quam tu vides, tibi dabo eam, & ſemini tuo vſq; in ſeculũ. Vide quomodo diuina ſcriptura accelerata dei prouidentiã & retributionem iuſto factam demonſtrat, volens nos docere, quantum approbata fuerit a miſericorde deo patriarchæ humilitas. Poſtquã, dixit, ſeparatus eſt Loth, & abijt in terram quã elegit, vt in præſtantiorẽ, ſtatim ſubdidit, Et dixit deus Abræ. Deinde vt diligenter diſcamus, quod deus remunerauerit eũ pro ijs, quæ in Loth collocauerat, hæc addidit, Et dixit deus Abræ, poſtquam ſeparatus eſt ab eo Loth, quaſi manifeſte hæc ei verba dicens, Ceſſiſti ob tuam mãſuetudinem regione meliore, & amœniore fratris filio, & eximiã prę te tuliſti humilitatem, tantamq; pacis habuiſti curam, vt nihil non potius delegeris, quam eſſe inter vos contentiones, eapropter largas illas a me retributiones accipe. Eleuatis (inquit) oculis tuis, vide a loco in quo tu nunc es, ad aquilonem & aphricum, & orientem, & mare, quia omnem terram quam tu vides, tibi dabo eam, & ſemini tuo vſq; in ſeculũ. Vidiſti retributionem, facti genus multis modis prę cellentẽ? Hiſdem verbis vtitur miſericors dominus, quibus & patriarcha ceſſionem fecerat. Nã ſicut patriarha dicebat, Ecce an non omnis terra corã te? ſeparare a me, ſi tu ad dextrã, ego ad ſiniſtram, ſi tu ad ſiniſtram, ego ad dextram. Ita & dominus dicit, Eleuatis oculis tuis, vide a loco in quo tu nunc es, quia omnem terram quam tu vides, tibi dabo eam, & ſemini tuo vſq; in ſeculũ. Hic quę ſo animaduerte excellentẽ munificentiã. Dicit enim, Tu quidem, dato illi electionis arbitrio, ea quam ille voluit eligere, terra ceſſiſti, relictam autẽ ipſe apprehendiſti, ego vero tanta te liberalitate proſequar, vt omnẽ quam ante oculos tuos terram vides ſitam, ex vtroq; latere dextro & ſiniſtro, a ſeptentrione & meridie, ab oriente & occidẽte, & in ſumma, omnẽ terrã quã vides, tibi ſum cõceſſurus, neq; tibi ſolum, ſed & ſemini tuo vſq; in ſeculum. Vidiſti dignam diuina bonitate munificentiam? Vidiſti quantis ceſſit, & quãta eſt aſſequutus? Hic erudiamur, vt magna in dãdis eleemoſynis largitate vtamur, quo datis parcis, adipiſcamur magna. Quomodo eñ paria ſunt, dic obſecro, dare parum argenti, & obtinere peccatorũ remiſſionem? paſcere eſurientẽ, & in die illa horribili fiduciam aſſequi, & audire verba, nulli regno conferenda, Eſuriui, & dediſti mihi quod comederẽ? Num qui tibi tantam rerũ deditvbertatem, potuit & illius inopiam leuare & ſolari? Hac de cauſa reliquit illum inopia vexari, vt & ipſe patientia multum mercedis acquireret, & tu per eleemoſynam tibi fiduciæ materiam illuc præmitteres. Vidiſti miſericordiam domini, quomodo propter noſtrã ſalutem diſpẽſat omnia? Itaq; dũ cogitas, quod ille propter te & propter tuam vtilitatem, ille cũ inopia conflictans fame perit, ne abſq; miſericordia tranſeas, ſed eſto fidelis eorũ, quæ tibi a domino conceſſa ſunt, bonorum diſpẽſator, vt adiutus illius penuria, tibi ſuper nam concilies gratiam. Et glorifica dominum tuum, quod propter te & ſalutem tuam permittat illũ in paupertate verſari, vt tibi via pateat, per quam peccata poſſis

D

E

F

De eleemoſyna.

abluere/& diſpenſatis bene iis/quæ a domino tibi ſunt conc eſſa/laudes illas merea
re/quæ omnem ſermonē & rationem tranſcēdunt. Audies eñ, Serue bone & fide A
lis/ſuper pauca fuiſti fidelis/ſuper multa te conſtituam/ingredere in gaudiū domi-
ni tui. Talia animaduertentes/ita reſpiciamus pauperes/quaſi operarios/qui occa-
ſiones ſalutis dare nobis poſſunt/& eis largiter/hilariq; promptitudine cōmunice
mus/nunquam renuentes dando/ſed magna lenitate cum eis colloquentes/& mul-
tam mā ſuetudinem declarantes. Inclina (inquit) pauperi aurem tuam/& reſponde
ei pacifice in mititate. Vt & antequam des/verborū clemētia deiectum eius animū
erigas. Adeo etiam verbū animam roborare, cō ſolationemq; multam afferre ſolet
Igitur non tantū/attendentes eum qui accipit/in dandis eleemoſynis ſimus libera-
les, ſed ratiocinantes potius quis ille ſit/qui ea quæ in pauperem collocata vt ſibi fa
cta vindicat/& pro datis ſolutionē pollicetur. Hoc modo animo illū intuentes, ma
gna promptitudine dare ſtudeamus/& largam/dum adhuc tēpus eſt/ſementem fa-
ciamus/vt & vbertim metamus. Nā qui ſeminat parce (inquit) parce & metet. Ma-
nu igitur miníme parca/ſemina illa bona ſpargamus/vt ſuo tempore multum meta-
mus. Nunc eñ ſeminandi tempus eſt/quod ne prætereamus obſecro/vt in die retri
butiōis pro iis, quę hic ſeminauimus/fructus percipiamus/& domini miſericordiā B
aſſequamur. Nullum eñ omnino aliud bonum ſic poterit reſtringere peccatorum
noſtrorum incendium, vt eleemoſynæ largitas, iſta & peccatorum noſtrorum abo
litionem operatur/& magnam nobis fiduciam conciliat/& prępparat, vt ineffabili-
bus illis bonis frui tunc liceat. Et de iis quidem ſatis dictum eſt charitative ſtrę, & de
monſtratū/quod ſi parua dederimus/a domino noſtro magna cōſequamur. Hinc
enim ſermo in eleemoſynę admonitionem digredi cœpit, quod patriarcha partem
terrę meliorem Loth conceſſit/& vilíorem ipſe retinuit/tantam a domino conſe-
quutus eſt gloriam/vt omnem cogitationem tranſcendat promiſſio/quam ei domi
nus fecit. Eleuatis enim oculis tuis (inquit) vide a loco tuo/in quo tu nūc es/ad aqui
lonem/& aphricum/& orientem/& mare, quia omnem terram quam tu vides, eam
tibi dabo/& ſemini tuo vſq; in ſeculum. Parte terræ (inquit) ceſſiſti/ecce ego totam
tibi terram polliceor/neq; hoc ſolum/ſed & ſemini tuo polliceor eam vſq; in ſeculū
hoc eſt, perpetuo. Vidiſti quomō certat beneficijs? Sciebat enim deus, quod hoc
maxime cuperet patriarcha, & nihil eius alacritatem ita roboraret (inquit), Et hoc
tibi concedam, vt qui ex te naſcentur, tibi ſuccedent, & ſimiliter terra fruentur, ha- C
bebuntq; perpetuam illam poteſtatem. Deinde, vt ne, reſpiciens ad naturam & ſe-
nectutem ſuam, Saræq; ſterilitatem, promiſſionem minus curaret, ſed bene fideret
pollicentis virtuti, inquit, Et faciam ſemen tuum ſicut arenam terræ. Si quis poteſt
numerare arenam terræ, & ſemen tuum numerabitur. Vere ſupra naturam humanā
eſt hæc promiſſio, non ſolum promiſit ſe facturum eū patrem inter tot impedimen
ta, ſed in tantam multiplicaturū filiorum numeroſitatē, vt arenæ maris coæquentur
Et innumeram multitudinem, acvalde præſtantem fore, tali ſimilitudine declarare
voluit. Attende quomodo miſericors deus paulatim virtutem exerceat. Nam quū
ſuperius dixerit, Semini tuo dabo terram hanc, nunc iterū dicit, Et ſemini tuo vſq;
in ſeculū dabo, & faciam illud quaſi arenam maris. Et tunc ſermonibus tantū facta
eſt promiſſio, itercediteq; inter rem & promiſſionem multū temporis, vt religioſam
patriarchæ mentē, & ineffabilem dei virtutem diſcamus. Data eñ opera differt ac
moratur, vt quū in profundam peruenerint ſenectā, & de humanis viribus, vt ita di
cam, omnino deſperauerint, tunc ſuam ſciant infirmitatē, & cognoſcant inenarra-
bilis potentię dei eminētiam. Hoc loco expendas quæſo, a tēporis tanta intercape

dine, quam solida fuerit prophetæ mens, quomodo, humanis omnibus præteritis, ad potentiam eius qui pollicitus erat, respexit. Non impatiens erat, non turbabatur
D Scitis enim quod plerunq; , quando quis semel atq; iterum pollicetur, & promissa implere tardat, segniores sumus ad credēdum ijs, quæ iterum promittit, id quod in homine non iniuria locum habet. De deo autem, qui res nostras maxima dispensat sapientia, si qua semel promissa fuerint, etiamsi innumera intercedāt obstacula, confidendum est ad magnitudinem potentiæ suæ respicientibus, firmandaq; est ratio, & sciendum, quod omnia quę ab illo sunt dicta, euenire modis omnibus oporteat. Nihil enim est, quod morari queat eius promissiōes. Quoniam deus est, cui omnia sunt possibilia, & idcirco quorsumcunq; vult, res transfert, & vbi non sunt viæ, inuenire scit vias, & desperatos in bonam spem adducit, quo excellentia potētissimæ suæ sapiētiæ nobis manifestior fiat. Dicit enim, Surge/ & perambula terram in longitudinem ei⁹ & latitudinē, quia tibi dabo eam. Vide, quomodo in rebus omnibus certitudinem summam & ineffabilem iusto inserit. Dicit enim, Surge, & circumi, & addisce tam latitudinem quam lōgitudinem, vt scire possis & magnitudinem terræ qua fruiturus es, & antequam fruaris, spe pastus, magnam inde animi voluptatē haurias. Nam quantumcunq; terrę circumieris, tibi dabo, vt scias quod non tantū dimiseris, quantum accepturus es. Ne igitur putes, quod minorem terram tu sortitus sis, quoniam ille arripuit quæ prima sibi visa est & potior. Scies enim non multo
E post rebus ipsis, quā nihil profuerit ei potioris terrę electio, & ipsiusmet discet, quā tum malum est primatū amare. Tu autem nūc accipe modestiæ & clementiæ, quā erga fratris filium declarasti, mercedem, & iam cognosce terram omnem, cuius dominus es, & non multo post & ipse tu, & semen tuum in æternum possidebitis. Et semini tuo, inquit, vsq; in seculum. Magna diuinæ promissionis magnitudo, magna nostri omniū domini, vt vincat beneficijs, liberalitas. Magna mercedis præstantia quam dat misericors & clementissimus dominus beato illi, & ex illo nascendo semini. Vt hęc audiuit patriarcha, de ineffabili bonitate dei obstupefactus, Motis tabernaculis (inquit) venit, & habitauit iuxta quercum Mambre, quæ est in Chebron. Postquam (inquit) accepit promissionem, & separauit se Loth, tunc trāstulit tabernaculum suum iuxta quercum Mambre, Vide mentem optimis moribus prędita vide spiritus sublimitatem, quomodo facile inde migrat, nec grauatur de locis in loca transire. Inuenies enim eum nulla familiaritate præuentum & allīgatum, id quod multis euenit, etiā ijs qui se philosophos, & e medijs liberatos tumultibus, & si quā-
F do tempus vocet, spiritualis negocij gratia, vt in alium locum concedant, sæpenumero morosi sunt, tristes, & migrationem ægreferentes, eo quod cōsuetudine præoccupati sint. Verum non ita iustus, sed prius & ab initio (nondum fulgenti Euangelij luce) philosophum agebat, & quasi peregrinus & hospes, ita nūc hinc illuc, & nunc illinc huc transmigrabat, & per omnia religiosam suam mētem declarare studebat. Nam postquam tabernaculū fixit apud quercum Mambre, statim ibi extruxit altare domino. Vidisti mētem gratam? quia mox vt tabernaculum fixit, statim pro facta sibi promissione, gratiarum actiōes obtulit domino. In singulis locis vbi tabernaculū fixit, inuenies hoc præ omnibus ei fuisse curæ, vt extructo altario, preces offerat, & apostoli præceptū impleat, iubentis vt in omni loco oretur & eleuentur sanctę manus. Vidisti animam diuino amore succensam, & ad diuina promptā per quę omnia gratias agentem? Non expectauit, donec promissa complerentur, sed & mox pro promissione gratias egit, & faciebat, quod in se erat, vt de pręuijs dignam & synceram gratitudinem præ se ferens, dominum suum prouocaret ad pro

Fidendum diuinis promissionibus.

missiones suas implendas. Illum sane & nos imitemur, & promissionibus diuinis fi- A
damus, & neq; alacritas obsoleſcat tempore, neq; mens remissior fiat præpedimen
tis quæ interueniunt, ſed virtuti diuinæ fidentes, quasi iã ante oculos videremus pro
missiones impleri, ita puram & inadulteratam declaremus virtutem. Magna enim
& immensa promisit dominus, & quæ nostram transcendunt rationem, nempe par
ticipes regni, & ineffabilium bonorum fore, vtpote cõuersationem cum angelis, &
liberationem a gehenna. Cęterũ neque diffidamus, ideo quod ea non videntur cor
poralibus oculis, ſed cogitemus, mentiri non posse eum qui promisit. Et potentiæ
suæ magnitudinem, oculis fidei metiamur, & ex ijs quę iam conceſſa, etiam de futu
ris bonam spem habeamus. Ea enim de causa, & hic multa nobis donata sunt, vt ex
ijs adiuuemur, manuq; ducamur, vt illa quoq; bene credamus. Nam qui filium suũ
tradidit propter suam in nos charitatem, quomodo non omnia nobis & reliqua lar
gitus est? Sicut & Paulus inquit. Qui nõ pepercit ꝓprio filio suo, ſed pro nobis om
nibus tradidit illum, quomodo non & omnia nobis cum illo tribuet? Si filium suum
exposuit pro peccatis nostris, si baptismatis donum largitus est, si priorum peccato
rum remissionem tribuit, si pœnitentię viam nobis aperuit: si innumera alia ad ſalu
tem nostram tractauit, manifestum quod & futura bona nobis reposita præbebit. B
Nam qui propter suam bonitatem, anteaquam esse inciperemus, hęc præparauit,
quomodo non & frui concedet? Quod autem prius hæc bona nobis præparauerit,
audi quid dicat stantibus a dextris, Venite benedicti patris mei, hæreditate accipi-
te regnum, paratum vobis ab origine mundi. Vidisti bonitatis excellentiam, quan-
ta erga nostrum genus misericordia vsus sit, vt & ante iacta fundamenta mundi, no-
bis regni cœlorum fruitionem præparare dignatus sit? Igitur ne simus ingrati obse
cro, neq; indignos talibus nos donis cõstituamus, ſed diligamus, vt decet, dominũ
nostrum, nihilq; faciamus, quod eius erga nos beneuolentiam impediat. Nõne ipsi
antea dæmonibus seruiuimus? Ipse prior magnam & indicibilem charitatem erga
nos declarauit, quomodo igitur non absurdum fuerit, si eum qui sic dilexit, non dili
gimus omnibus nostris viribus? Ipse ꝓpter suam erga nos charitatem omnia cum
voluptate sustinuit, & ex ipsis paternis sinibus exiliens: vt ita dicam, serui formã assu
mere voluit, & experiri omnes hominum molestias, & ferre a Iudæis contumelias
& opprobria, deniq; & crucem, & mortem ignominiosissimã, vt nos qui humi tra-
himur, & infinitis peccatorum sarcinis oppressi sumus, nostra in se fide liberos face-
ret. Vnde omnia hęc mente recogitans beatus Paulus, feruidus CHRISTI ama C
tor, & quasi alatꝰ in vniuerso orbe currens, in corpore incorporea facere studens, cla
mabat, dicens, Charitas dei detinet nos. Vide gratitudinem, vide omnis charitatis
excellentiam. Charitas detinet nos, hoc est, compellit, cogit, constringit. Deinde
volens interpretari, quod a se dictum, inquit, Iudicãtis hoc, quoniam vnus pro om
nibus mortuus est, vt & viuentes posthac nõ sibi ipsis viuant, ſed illi qui pro eis mor
tuus est & resurrexit. Vidisti, quod iure dixit, quia detinet nos charitas CHRI-
STI. Si enim pro nobis (inquit) omnibus mortuus est, ꝓpter hoc mortuus est, vt
nos viuentes posthac non nobis ipsis viuamus, ſed ei qui pro nobis mortuus est & re
surrexit? Audiamus igitur apostolicam admonitionem, & non nobis ipsis viuamus,
ſed ei qui mortuus est & resurrexit. Et quomodo, dicet quispiam, poterimus non no
bis ipsis viuere. Audi eum iterum dicentem, Viuo autem non iam ego, viuit autem
in me CHRISTVS. Vidisti quomodo super terram ambulãs, & carne circunda
tus, quasi cœlum inhabitãs, & inter incorporeas virtutes cõuersans afficiatur? Pro
inde alibi iterum dicebat, Qui autem CHRISTI sunt, carnem suam crucifixerũt

cum affectionibus & concupiſcentijs. Hoc igitur eſt non ſibi ipſis viuere, ſed ei qui pro nobis mortuus eſt & reſurrexit, quando quaſi mortui ſumus præſentis vitæ, & ad nihil eorum quæ videntur reſpicimus. Nam idcirco dominus noſter crucifixus eſt,
D vt hanc vitam pro illa cõmutemus, immo per hanc illam nobis negociemur. Præſens enim vita, ſi volumus eſſe ſobrij & vigiles, ducit nos ad fruitionẽ vitæ æternæ & poterimus, ſi parum voluerimus vigilare, & aperire mentis oculum, & quietis illius ſemper apud nos meminiſſe, & ita præſentia omnia præterire & ſuperuolare, ad futura autem & ſemper durantia mentem intendere, ſicut beatus ille, qui nos erudiuit, dicens, Quod autem nunc viuo in carne, in fide viuo filij dei, qui dilexit me, & tradidit ſemetipſum propter me. Vide animam ignitam, vide mentem alatam, vide rationem incenſam dei amore. Quod eñ (inquit) nunc viuo, in fide viuo. Non eñ inquit, putetis me facere aliquid in huius vitę negocia. Nã licet carne veſtitus ſum, neceſſitatibuſq; carnis alligatus, ſed in fide viuo, quę in CHRISTVM, deſpiciẽs omnia præſentia, & ſpe, quæ in illum eſt, omnia præter currens, intentam in cœlũ mentem habeo. Deniq; vt diſcas excellentiã amoris ſui, dicit, In fide viuo filij dei qui me dilexit, & tradidit ſemetipſum propter me. Conſydera quam eminens gra-
E titudo. Quid dicis o beate Paule, paulo ante dicebas, Qui proprio filio ſuo non pepercit / ſed pro nobis omnibus tradidit eum, & nunc dicis, Qui dilexit me, & vt proprium vſurpas cõmune beneficium. Profecto inquit, Nam licet pro omni hominũ genere ſacrificium oblatum eſt, tamen propter amorem in eum, id quod factum eſt propriũ mihi facio. Ita & prophetis mos eſt facere, & dicere, Deus deus meus, quã uis totius orbis ſit dominus. Sed peculiare hoc eſt amori / vt ex cõmunibus propria faciat. Filij dei (inquit) qui dilexit me. Quid dicis? te ſolũ dilexit? Omnem (inquit) hominũ naturam dilexit / ſed ego ei gratias debeo / quaſi me ſolum dilexiſſet, & tradidiſſet ſemetipſum pro me ſolo. Quid igitur / pro te ſolo crucifixus eſt? annõ dicit, Quando exaltatus fuero / traham ad me omnes? Nonne tu dixiſti / quod pro nobis omnibus tradidit ſemetipſum? Profecto (inquit) non loquor pugnãtia / ſed meum amorem ita ſolor. Iam vide iterum & aliud quid dictis illis nos doceri. Quum enim ſuperius dixit de patre, quod p nobis omnibus illũ tradidit, hic dicit. Semetipſum tradidit, & illic quidem / vt concordiam indicet / & parem honorem patris & filij. Quia & alibi dicit, Factus pro nobis obediẽs vſq; ad mortem, vbiq; diſpenſationẽ fideliter docens. Hic autem verbũ / tradidit / idem eſt / quod ſeipſum poſuit, vt indicet, quod voluntarie paſſionem ſuſcepit, & non neceſſitate / neq; vi, ſed volens & ſpõte / vt totius humani generis ſalutem operaretur / crucem ſuſtinuit. Qualem igitur
F viciſſim gratiarum actionem exhibere poterimus, tam diuitẽ erga nos charitatem declaranti? Etiamſi animam ipſam impendamus pro ſuis legibus, & obſeruatione mandatorum / quæ ab ipſo ſunt data / neq; ſic ad charitatis modum pertingere poterimus / quam erga noſtrum declarauit genus. Ipſe enim deus exiſtens / pro hominibus hoc ſubijt, & dominus pro ſeruis, & non pro ſeruis ſimpliciter, ſed pro ingratis & perpetuis inimicis. Et ipſe prior in indignos / & toties lapſos tantam contulit beneficentiam. Nos autem / etiamſi facimus quęcunq; facere poterimus, nihil magnũ faciemus / vt ei qui nos tantis beneficijs præuenit, aliquid rependamus. Noſtra eñ ſi qua ſequuntur / retributio quidem ſunt & debitum, illius autem ſunt gratia, & beneficia / & largitionis magnitudo. Hæc igitur omnia cogitantes / diligamus CHRISTVM, ſicut Paulus ipſum dilexit / nullam præſentium rationem habeamus / ſed perpetuũ eius amorem animæ noſtræ inſidentem ſeruemus. Ita enim & omnia quę in hac vita ſunt deridebimus / & terram quaſi cœlũ inhabitabimus / neq; felici huius

Amor ex communibus, propria facit.

vitæ successu remissiores erimus, neq; aduerso & tristi cõsternabimur, sed omnibus pręteritis ad amabilem dominum nostrum hinc festinabimus, neq; præsentia conturbabunt, neq; dilationem grauatim feremus, sed dicemus iuxta beatum illũ nunc & nos, Quod nunc viuimus in carne, in fide viuimus filij dei, qui dilexit nos, & semetipsum tradidit pro nobis, vt & pręsentem vitam absq; mœrore perficiamus, & futuris bonis frui mereamur, gratia & misericordia domini nostri IESV CHRISTI, cum quo patri & sancto spiritui, gloria, imperium, honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen. A

CAPVT XIIII.

Factum est autẽ in regno Amarphal regis Sennaar Arioch rex Elasar: ⁊ Chodollogomor rex Aelam: ⁊ Thargal rex gentiũ fecerunt bellum cum Balla rege Sodomorum: ⁊ cum Barsa rege Gomorre: et cũ Sẽnaar rege Adama: ⁊ cum Symobor rege Seboim: ⁊ rege Balak: ipsa est Segor. Omnes hi conspirauerunt in valle Salsa: que nunc est mare salis. Duodecim annos seruierunt Chodollogomor: ⁊ tertiodecimo anno recesserunt. Quarto autem ⁊ decimo anno venit Chodollogomor: ⁊ reges qui cũ eo erant: ⁊ trucidarunt gigantes in Astaroth Carnain: ⁊ gentes fortes: ⁊ vna cũ ipsis Someos: qui erant in Saue ciuitate: ⁊ Chorreos qui erant in mõtibus Seir: vsq; ad Terebinthum Pharan que est in eremo. Et reuersi venerũt ad fontem iudicij: ipsa est Cades: ⁊ occiderunt omnes principes Amalek: ⁊ Amorrheos: habitantes in Asosonthamar. Egressus autem rex Sodomorum: ⁊ rex Gomorre: ⁊ rex Adama: ⁊ rex Seboim: ⁊ rex Balak: ipsa est Segor: ⁊ dixerunt aciem in prelium in valle Salsa contra Chodollogomor regem Aelam: ⁊ Thargal regem gẽtium: ⁊ Amarphal regem Sennaar: ⁊ Arioch regẽ Elasar. quatuor reges aduersus quinq;. Vallis autem illa Salsa: putei putei bituminis. Fugit autẽ rex Sodomorum ⁊ Gomorre: ⁊ ceciderunt illic. Qui autem reliqui: fugerunt in montana. Acceperunt autem omnem equitatum Sodomorum ⁊ Gomorre: ⁊ omnem commeatum eorum: ⁊ abierunt. Acceperũt quoq; ⁊ Loth filiũ fratris Abrae: ⁊ supellectilem eius: ⁊ abierunt Habitabat enim in Sodomis. Venit autem quidam ex his: qui seruati erant: ⁊ nunciauit Abram transitori. Ipse autem habitabat iuxta quercum Mambre Omori fratris Eschol ⁊ fratris Aunan: qui erant cõiurati Abrae. Vt vero audiuit Abrã quod captus esset Loth fratris sui filius: numerauit proprios vernaculos suos trecentos decem ⁊ octo: ⁊ persequutus est illos vsq; Dan: ⁊ irruit super eos nocte: ipse et pueri eius: ⁊ percussit eos: ⁊ persequutus est eos vsq; Choban: que est in sinistra Damasci: ⁊ reduxit omnem equitatum Sodomorũ: et Loth filium fratris sui reduxit: et substantiam eius: ⁊ populum: ⁊ mulieres. Egressus est autem rex Sodomorum in occursum ei: postquam reuersus est a clade Chodollogomor: ⁊ regum qui cũ illo in vallem Saue. Hic erat campus regis. Et Melchisedek rex Salem protulit panes ⁊ vinum: erat autem sacerdos dei altissimi: ⁊ benedixit eũ Melchisedek: et dixit. Benedictus Abram deo altissimo: qui condidit celũ ⁊ terram: ⁊ benedictus deus altissimus: qui tradidit inimicos tuos in manus tuas. Et dedit ei Abram decimam ex omnibus. Dixit autrex Sodomorũ ad Abram: Da mihi viros: equitatũ aũt tolle tibi. Dixit autem Abram ad regem Sodomorum: Extendat in manum meam ad deum altissimum: qui fecit celum et terram: si a funiculo vsq; ad spheroterẽ accipiam ex omnibus tuis: vt ne dicas: Ego ditaui Abram: preter ea que comederunt iuuenes: et portionem virorum: qui mecum venerunt Eschol Aunam Mambre: isti accipient portionem.

B

Alias termi-thum.

C



NGens bonum est dilecti diuinarum scripturarum peritia, facit em̃ animam optimis moribus præditam, in cœlum mentem transfert, gratitudinis studiosum reddidit hominẽ, non sinit, vt ad aliquid prę
D sentium respiciamus, sed vt perpetuo in alia vita mente nostra versemur, & ad domini mercedem respicientes, omnia operemur, alacritateq; magna virtutum labores aggrediamur. Ex ipsis discere licet, dei celeriter succurrentis prouidẽtiam, iustorũ fortitudinem, domini bonitatem, retributionũ magnitudinem. Hinc possumus ad æmulationem & imitationem optimę generosum virorum vitę excitari, & non torpescemus in virtutis certaminibus, sed confidimus
Vtilitas sacrę scripturę. etiam antequam eueniant diuinis promissionibus. Proinde magna diligentia, diuinarum scripturarũ lectioni vacemus. Ita enim & scientiam assequemur, si ad ea quę ibi sita sunt continuo accedamus. Neq; enim fieri potest eum qui in diuinis scripturis magno studio, feruẽtiq; desyderio vacat, semper negligi, sed licet desit nobis hominis magisterium, ipse dominus superne corda nostra intrans illustrat mentem, rationi iubar suum infundit, detegit occulta doctorq; fit eorum quæ ignoramus, tantum nos quæ a nobis sunt afferre velimus. Non vocabitis enim (inquit) magistrum super terram. Quando igitur in manus spiritualem librum capimus, omni seculari cura repulsa, cogitationes nostras cogamus, & mentem, ne distrahatur, cohibentes lectioni vacemus magna pietate & attentiõe, vt possimus a sancto spiritu ad scripto
E rum intelligentiam duci, & multum inde fructum percipere. Barbarus ille reginæ Aethiopum eunuchus, qui in tanta erat gloria, & curru vehebatur illo tempore, lectionem non negligebat, sed prophetam in manibus habens, magnũ adhibebat studium, idq; nescius quid in libris cõtineretur, & afferebat quicquid in se erat, nempe studium, alacritatem, attentionem. Cogita enim obsecro, quantum erat, neq; initiare lectionem negligere, & præsertim sedentem in curru. Merito male audiunt, ij qui neq; domi vt hoc faciant, persuaderi possunt, sed putantes superuacuam esse horum lectionem, quia vel mulieri cohabitant, vel militię asscripti sunt, vel puerorum & seruorum, aliorũq; negociorũ agunt curam, non conuenire sibi opinantur, quod diuinæ scripturæ lectioni incumbant. Ecce eunuchus & barbarus erat, quæ vtraq; ad reddendum negligentiorem sufficiebant, & ad hęc dignitatis amplitudo, & opũ abundantia. Adde quod & in itinere erat, & curru ferebatur. Hoc enim modo iter facienti non est facile lectioni esse attentum, immo valde molestum. Attamen desy
F derium & ingens studium omnia obstacula e medio auferens in lectione retinebat. Vnde non dicebat, ea quæ nunc plerique dicunt, Non intelligo ea quæ scripta sunt, non possum intelligere profunditatem scripturarum. Quare frustra, & incassum laborem sustinerẽ, lego, & non habeo qui manuducat. Nihil ijs simile cogitabat ille, lingua quidem barbarus, mente autem philosophus, sed cogitauit potius se non cõtemptum iri, sed superna gratia adiuuari, modo quod suum erat afferret, studium inquam & diligentiam. Quem & nos imitemur, & quæ hodie lecta sunt, quid sibi velint, diligenter discamus. Sed lectionem primum in medium afferre operęprecium fuerit. Factum est autem (inquit) in regno Armaphal regis Sennaar, Ariochrex Elasar, & Chodollogomor, rex Aelam, & Thargal rex gẽtium fecit bellum cum Balla rege Sodomorum, & cum Barsa rege Gomorrę, & cum Sennaar rege Adama, & cum Symobor rege Seboim, & rege Balak, ipsa est Segor. Omnes ij cõspirauerunt in valle Salsa, quæ nunc est mare salis. Duodecim annis seruierunt Chodollogomor, tertio autem decimo anno desciuerũt. Porro quarto & decimo anno venit rex Chodollogomor, Et tertiodecimo anno recesserũt. Quarto autem & de

cimo anno venit Chodollogomor, & reges qui cum eo erant, & trucidarunt gigantes in Astaroth, & Cernain, & gentes fortes, & vna cum ipsis Someos, qui erant in Sane ciuitate, & Chorræos, qui erant in montibus Seir, vsq; ad Therebinthũ Pharan, quæ est in eremo. Et reuersi venerunt ad fontem iudicij, ipsa est Cades, & occiderunt omnes principes AmalecK, & amorræos, & habitantes in Asosonthamar. A

Ne prætereamus obiter dilecti, quæ dicta sunt, ne pũtemus inutilem esse narrationem. Dedita eñ opera diuina scriptura diligenter omnia nobis narrat, vt discamus quantũ fuerit robur & potentia barbarorum, & quanto impetu in bellum venerint, qui & gigantes, hoc est proceros & fortes corpore debellarunt, omnesq; gentes in fugam verterint. Nam sicut torrens, qui valde excurrit & inundat, omnia secum rapit, & perdit, ita & barbari illi inuaserunt omnes gentes, & omnes prorsus perdiderunt, ita vt & principes Amalechitarum, & alios omnes in fugam verterint. Et forte dixerit quispiam, Et quæ vtilitas, scire barbarorum robur? Non temere, neq; frustra narrationi talia immiscuit scriptura diuina. Alioqui neq; vos, vt eorũ memores essetis, inhortaremur, sed vt discatis & excellentem dei potẽtiam, & patriarchæ virtutem, id quod procedendo docebimus. Contra illos igitur, qui tanto robore prædicti erant, & tot gentes in fugam verterunt, Egressus est (inquit) in prælium rex Sodomorum & Gomorræ, & rex Adamas & rex Seboim, & rex BalacK, ipsa est Segor & dixerũt aciem in prelium, in valle Salsa, contra Chodollogomor, & Thargal regem gentium, & Amarphal regem Sennaar, & Arioch regem Elasar. Quatuor reges contra quinq;. Vallis autẽ illa Salsa, putei putei bituminis. Deinde, vt discamus quomodo confracto eorum robore, & consternata magnanimitate, in fugam versi sunt, inquit, & fugit rex Sodomorum & Gomorræ, & ceciderunt illic (vbi fontes erant) qui autem reliqui, fugerunt in montana. Vidisti quanto robore pollebant isti viri, quomodo hostes suos etiam aspectu suo in fugam verterunt? Vide consequẽter quomodo illis fugam ineuntibus, isti, ablatis omnibus quæ illorum erant, redierunt Acceperunt autem (inquit) omnes equos Sodomorum & Gomorræ, & oñes cõmeatus eorum, & abierunt. Acceperunt quoque & Loth filium fratris Abræ, & supellectilem eius, & abierunt. Habitabat enim in Sodomis. Ecce id quod heri dicebam, id nunc euenit, nihil enim profuit Lotho primatus & electio. Nam ex hoc nõ solum nihil vtilitatis ei accreuit, sed ecce captiuus etiã abductus est, & didicit re ipsa quod multo satius ei fuisset vti cõsuetudine iusti, quam separatum in libertate viuere. B

Ecce enim vt diuisus est a iusto, & putabat se in maiori esse rerum vbertate & copia, & potiora se assequutum & abundare, repente factus est seruus, carens domo, carẽs & foco, vt discas quãtum malum sit diuisio, & quantum bonum concordia, & quod conuenit non maiora temere capessere, sed potius humilitas diligenda est. Tulerunt (inquit) Loth, & sarcinas eius. Quanto melius erat eum cum patriarcha viuere, & omnia ferre, vt ne concordia solueretur, quã separatum, & electis potioribus, in tanta repente pericula incidere, & in barbarorum venire potestatem? Venit autem quidam (inquit) ex ijs qui seruati erant, & nunciauit Abræ transitori. Ipse autem habitabat iuxta quercum Nambre, Omori fratris Escol, & fratris Aunan, qui erant conIurati Abræ, Quomodo tantum bellum cõflatum, ignorauit patriarcha. Fortassis magna distantia aberat, & ideo ignorauit. Adueniens autem quidam, annunciauit Abræ transitori. Hoc dicit vt nos memores faciat, quomodo ex Chaldæa exierit. Nã quia trans Euphratẽ domicilio habuerat, dictus est transfluuialis. Et antea etiã ab initio parentes ei hoc nomen indiderant, iam antea significãtes, eum inde migraturum. Vocatus eñ est Abram, quia migraturus erat tra ns Euphratem, et in Palæ- C

stinā venturus. Attende quomodo & parentes eius, licet infideles forent, ductu potentissimæ sapientiæ dei nomen puero imposuerunt, sicut & Lamech suo Noe. Est enim & hoc diuinæ misericordiæ, futura per infideles dicere. Aduenies itaq; quidam (inquit) nunciauit transitori quæ acciderant, captiuitatem videlicet filij fratris
D & regum illorū magnam potentiam, Sodomorūq; expugnationem, & fœdam fugam. Ipse autem (inquit) habitabat iuxta quercū Mambre, Omori fratris Eschol, & Aunan, qui erant coniurati Abræ. Iam forte hic aliquis interrogauerit, Quare quum effugerint Sodomitæ alij, iustus Loth in captiuitatem abducitur? Non simpliciter hoc, neq; frustra, sed vt discas his euentibus & patriarchę virtutem, & quod propter ipsum seruantur & alij, & vt erudiaris primatū non appetere, sed maioribus cedere. Audiamus igitur consequenter quæ sequuntur, vt discamus & iusti virtutē, & indicibile subsidium dei. Verum diligenter dictis auscultate, mētemq; recolligite. Multū em̄ lucri facere hic poterimus, & ex his quæ Loth euenerunt, discere, nunquam ægre ferendū, si quādo iusti incidant in tentationes, improbi vero & mali euadant, neq; vllo modo prima quærenda, neq; aliquid iustorum familiaritati & conui
E ctui præferendū, & seruitutem apud bonos viros, libertate apud malos vtiliorē habendam. Et interim discamus & patriarchæ insignem tolerantiam, propensum in Loth amorem & beneuolentiā, fortitudinis magnitudinē, opum cōtēptum, ineffabilem diuini erga illū adiutorij virtutem. Nam vt audiuit (inquit) Abram, quod captus esset Loth fratris sui filius, numerauit propriosvernaculos suos trecentos decē & octo, & persequutus est illos vsq; Dan, & irruit super eos nocte, ipse & pueri eius, & percussit eos, & persequutus est eos vsq; Chobam, quæ est in sinistra Damasci. Et reduxit omnem equitatum Sodomorū. Et Loth filiū fratris sui reduxit, & substantiam eius, & populum, & mulieres. Consydera hic dilecte magnanimitatem & fortitudinem iusti, quomodo bene fisus misericordiæ dei, non perculsus est animo, quum audisset virorum fortitudinem, & stragem quam fecerant, primum in omnes gētes irruptione facta, debellatisq; Amalechitis & cæteris omnibus. Deinde quod irruerint in Sodomos, & in fugam ipsos verterant, omnemq; eorū diripuerant substantiam. Et idcirco superius hæc omnia narrauit nobis scriptura, & qualia sua virtute strenue gesserunt, vt scias quod non corporali robore eos deuicerit patriarcha sed sua in deum fide, & superno præsidio adiutus, omnia illa gesserit, non arma mouerit, nec tela, nec lanceas, nec arcus intenderit, nec scuta obiecerit, sed solum cum
F vernaculis. Et quare numerauit trecentos decē ac octo vernaculos? dicet quis, quare non simpliciter omnes accepit & vernaculos, & qui cum Loth educati erant, vt vltionem sponte & beneuole facerent, vtpote serui pro suo domino certantes? Etvide obsecro miram dei potentiam, quanta velocitate contigit victoria. Irruit enim (inquit) super eos nocte, ipse & serui eius, & percussit eos, & persequut? est eos. Erat em̄ manus superna, quæ adiuuabat & cōmilitabat. Et ideo neq; armis, neq; machinis opus habebāt, sed tantū vt cōparuit cū famulis, & alios quidē p cussit alios autē fugā inire fecit, & vtrūq; impauide, quū nullus esset, qui obturbaret, & tā equos regis Sodomorū reduxit, quam Loth fratris sui filiū, & omnes eius substantias & mulieres. Vides quare alijs fuga elabentibus, Loth captiuus abductus est? vt & patriarchæ virtus clarescceret, & propter ipsum alij multi salutem assequerentur. Redijtautem magno & præclaro triumpho insignis, cum Loth equos, & mulieres, & cæteras substantias reducens, & clara ac plena voce prędicans, tubaq; vocalius clamans quod non humana virtute, neq; corporali robore, & illos fugarit, & victor euaserit sed superna manu faciente omnia. Vidisti per omnia iustū clariorem fieri, & quoti-

die magis declarari dei erga eum prouidentiam? Vide consequenter / quomodo studet, vt Sodomitis diuini cultus doctor fiat. Dicit enim, Egressus est rex Sodomorum in occursum ei, postquam reuersus est a strage Chodollogomor, & regum qui cum illo. Attende quanta sit virtus aliquem diuino frui adiutorio, Rex peregrino & seni in occursum egreditur, & omnem honorē impendit. Iam enim didicerat, quod nihil ei prodesset regni vtilitas, qui superno auxilio esset destitutus / & quod nihil potentius sit eo, qui manu dei adiuuatur. Et Melchisedek rex Salem protulit panes & vinum. Erat autem sacerdos dei altissimi. Quid vult hæc obseruatio, rex Salem, & sacerdos dei altissimi? Illum em̄ nobis & beatus Paulus, scribens ad eos, qui ex Hebræis crediderant, cum in mediū adduxisset, & nomen eius tractaret, ciuitatē simul interpretatur cum significatione nominis eius, vsus etymologia quadā, Melchisedek rex iustitiæ. Nam iuxta Hebraicam linguam, Melchi regnum significat, et sedek iustitiam. Et quum ad nomen ciuitatis venit: rex pacis, inquit. Salem enim idē quod pax est. Sacerdos autem erat / forte a semetipso ordinatus / sic em̄ tunc erant sacerdotes, vel quod quia ætate prouectior erat / a suis colebatur, vel quod et ipse sacrificare studuit, sicut et Noe, Abel, Abram / quando sacrificia obtulerunt. Alioquin et typus CHRISTI futurus erat, vnde et Paulus ipsum extollens, sic dicit, Absq; patre, absq; matre, absq; genealogia, neq; initium dierum / neq; vitæ finem habens, assimilatus autem filio dei / manet sacerdos in perpetuum. Et quomodo dicis, possibile est hominem absq; patre et matre et genealogia esse / et non habere vel initium / vel finem vitę? Audisti / quod figura fuit / ne ergo admirare / neq; omnia require in typo. Neq; enim typus esset / si omnia quæ veritati accidunt, haberentur. Quid igitur est, quod ibi dico? Igitur sicut ille (inquit) eo quod non fit memoria eorum qui genuerunt / dicitur sine patre et sine matre / et quia nō recensetur eius genealogia / dicitur sine genealogia, Ita et CHRISTVS, quia non habet vel in cœlo matrem / vel in terra patrem absq; genealogia dicitur. Et vide propter honorem in patriarcham collatum, quomodo sacramentum insinuatur. Obtulit enim ei panē & vinum. Videns typum cogita oro & veritatem / & admirare diuinarum scripturarum veritatē / quomodo superioribus seculis / & ab initio futura præsignata sint. Et benedixit (inquit) Abramum / & dixit, Benedictus Abram deo altissimo, qui condidit cœlum & terram, & benedictus deus altissimus / qui tradidit inimicos tuos in manus tuas. Non solum ipsum benedixit sed & deum glorificauit. Vt dixit em̄, Benedictus Abram deo altissimo / qui condidit cœlum & terram / & a creaturis virtutem dei nobis declarat. Si enim deus est ille, qui produxit cœlum & terram, nō sunt iam dij qui ab hominibus coluntur. Dij enim (inquit) qui cœlum & terram non fecerunt / pereunt. Benedictus (inquit) deus qui tradidit inimicos tuos in manus tuas. Vide oro / quomodo non solum iustū prædicat / sed & dei præsidiū agnoscit. Neq; enim absq; illius gratia potuisset tantam eorum quos circundabat, potentiam vincere. Qui tradidit (inquit) ipse est qui totum operatus est / ipse est qui fortes fecit infirmos ipse est qui per inermes armatos deiecit, ab eo est gratia quæ tantam tibi virtutem concessit. Vides quomodo ostendit eius concordiam et propensum amorem in Loth / quod pro suis proprijs inimicis habuit, propter ea quæ in fratris filium fecerant? Et dedit ei, inquit, decimas de omnibus. Hoc et Paulus dicit. Consyderate autem quantus illi, cui decimam Abram dedit de primitijs patriarcha, videlicet ex spolijs quæ adduxit. Remunerauit Melchisedecē, et decimas ei segregauit, de omnibus quæ attulit. Hoc loco doctor fit omnibus, vt declarantes gratitudinem. primitias eorum quæ sibi a deo cōcessa offerant. Post hęc Sodomorū rex patriarchæ

A

B

C

magnanimitatem obstupescens, dicit ei, Da mihi viros, equitatum autem tolle tibi Honesta regis gratitudo / sed vide & optimos mores iusti. Dixit autem Abram regi Sodomorum, Extendam manũ meam ad deũ altissimũ / qui fecit cœlum & terram / si a funiculo vsq; sphæroterem calciamenti accipiam de omnibus tuis, vt ne dicas, Ego ditaui Abram. Magna patriarchæ in contẽnendis diuitijs virtus, & cuius gratia abiurat & dicit, Extendam manũ meam ad deũ altissimum, qui fecit cœlum & terram. Duo simul docere vult Sodomorũ regem, & id quod præstãtius eratijs quæ ei offerebantur. Nam & vitæ honestæ formam indicauit, & pietatis doctor ei fieri studet, quasi docens eum. Illum tibi testem adhibeo, quod nihil tuarũ rerũ accipiam, illum qui omniũ est conditor, vt scire possis deum omnium, & ne credas esse deos ea quæ ab hominum manibus fabricantur. Ille eñ cœli & terræ conditor, ille & nos in hoc bello victoriæ & triumphi autor. Ne igitur expectes me permissurũ, vt mihi des quippiam. Neq; eñ mercedis gratia vindictam feci, sed primũ ob amoris affectum, quem erga fratris mei filiũ gero, deinde & propter ipsius iustitiæ officium, vt e barbarorum manibus eriperẽ iniuste abductos. Si a funiculo (inquit) vsq; ad sphæroterem calcei accipiam de tuis omnibus. Hoc est, nihil tam vile, nec tam
D E contemptibile existimatum quod accipiam. Nam sphæroterem solent vocare, apicem calcei qui in acumen desinit. Quo calceorum genere barbari cõsueuerunt vti. Exin & causã, quare accipere detrectet, dicit, Vt ne dicas, Ego locupletaui Abrã. Habeo deum / qui innumera mihi suppeditet bona, superneq; gratię innitor, nõ opus mihi diuitijs tuis, non indigeo humanis facultatibus, contentus sum dei in me beneficentia. Scio illius largitatem. Paucis & vilibus cessi meo Loth, magnas & ineffabiles promissiones assequutus sum, & nunc maiorũ diuitiarum negociatio mihi est, & maiorem eius gratiam mihi concilio, quare opes tuas non accipio. Ideo autem opinor, & iuramentum adhibuit / & dixit, Extendam manũ meam ad deũ altissimum, vt ne putes eum ita simulare, vt probabile est sæpe cõtingere, sed vt sciat hoc ita plane decretũ apud Abram, vt ne vel minimum quid inde sibi seligeret. Atq; ita implebat mandatũ illud, quod a CHRISTO discipulis dictum, Gratis accepistis, gratis date. Non eñ ego (inquit) aliud quid ad belli rem attuli, præterquam voluntatẽ & promptitudinem. Victoriam autẽ & triumphum ac cætera operatus est ille infabili virtute. Deinde vt ne putet rex, quod propter contẽptum & despectionẽ, quę ab eo dabantur non acciperet, declarans suam & in hoc humanitatem, & bene moratam mentẽ, inquit, Non accipiam, exceptis ijs quæ comederunt iuuenes: & portione virorum qui mecũ venerunt Eschol, Aunan, Mambre, ij accipient portionẽ Hos (inquit) permittam accipere portionem aliquam, quoniam ingentis amicitiæ specimen declararunt. Hi enim erant, dicit, coniurati Abræ, hoc est amicitia coniuncti. Quod ostendit, quia voluerunt periclitari cum eo. Vnde remunerare volens eos, facit vt partem aliquam accipiant, Apostolicam legem etiam in hoc implens, Dignus est operarius alimento suo. Nihil enim vltra vsum suum accipere permittit Dicit enim, Exceptis ijs quæ comederunt iuuenes, & portione eorum qui mecum venerunt Eschol, Aunan, Mambre, ij accipient portionem. Vidisti euidentem patriarchę virtutem, quomodo & philosophiam exercuerit, opes contẽnendo, & modestiam præ se ferẽdo, vt nihil per arrogantiam & contẽptum facere videatur, neq; victoria superbiat. Talem imitemur & nos obsecro, & operam demus, vt inuictos nos custodiamus, & neq; pretextu virtutis arrogantes, vanam gloriam quæramus, neq; pretextu modestiæ virtutem negligamus, sed vbiq; modũ seruemus, & bonis operibus nostris humilitatem, quasi fundamentũ & scabellũ, substruamus, vt secure

F

De humilitate. rerũ cũ præsẽtium cõtemptu.

virtutes superextruere valeamus. Virtus enim non est, nisi cõiunctam habeat humilitatem. Qui hoc fundamentum recte iecerit, poterit in quantam voluerit altitudinem, structuram excitare. Hæc est inexpugnabilis turris, hæc omne continet ædificium, non sinens ipsum vel a ventorum violentia, vel ab imbrium impetu, vel a spirituum vi deiici, sed omnibus insidijs in accessum facit, & inuictũ quasi ex adamante constructũ esset, magnasq; nobis diuinæ largitatis retributiones affert. Per hanc & patriarcha tãtarum promissionum accepit magnitudinem. Scietis enim, permittente deo, & ex ijs quę in contextu dicenda, quomodo nunc, vt contempsit ea, quę daturus erat Sodomorum rex, magna & ineffabilia dei dona consequutus est. Per hanc non ille solum, sed & iusti omnes deo fuerunt grati. id quod, si fueritis diuinarum scripturarum lectionis studiosi, addiscere poteritis. Misericors enim dominus quando nos videt despicere præsentia, etiam ipsa largius suppeditat, reponitq; plurima, quibus olim fruemur. Videre hoc potes in diuitijs, in gloria huius vitæ, & in omnibus alijs temporalibus rebus. Despiciamus igitur præsentes diuitias, vt veras diuitias inuenire valeamus: despiciamus vanam hanc gloriam, vt vera illa & solida fruamur, despiciamus præsentem prosperitatem, vt præ ineffabilibus illis nihili faciamus præsentia, vt ad futura præmia excitari valeamus. Neq; enim possibile est, vt qui præsentibus est mancipatus, ineffabilium bonorum desyderium accipiat vnquam. Sicut enim lemæ quædam oculos opplentes, ita præsentium cupiditas intellectum obscurat, & non permittit videre quid oporteat facere. Contra non est possibile, vt qui solida & immobilia illa bona ament, momentanea illa, & quæ anteaquã appareant marcescunt, concupiscant. Nam saucius amore diuino, & futurorum desyderio tenetur, alijs oculis videt præsentium statum, & videt quod omnis præsens vita figura est & deceptio, & a somnijs nihil differt. Idcirco & beatus Paulus dicecebat, scribens, Præterit figura mundi huius, monstrans quod omnia humana in figura tantum sunt, & sicut vmbra & somnium transeunt, nihil solidum, nihil verum habentia. Quomodo igitur non fuerit mens puerilis, ad vmbras spectãs, & de somnijs superbiens, & alligata ijs quæ paulo post præteribunt? Præterit enim (inquit) figura huius mundi. Itaq; quum audieris quod præterit, quid posthac amplius quæris? Quando audis, figura solum sunt humana omnia, veritate destituta, quare voluntarius impostura fers, & nõ cogitas quam sunt instabilia & mutabilia, & ea prę teritis, ad illa autem, quæ semper durãt, semper immobilia, semper stabilia, nullius vicissitudinis capacia, quare desyderium non transfers? Nam vt scias intellectum doctoris orbis, vide quomodo iterum etiam alio loco omnia præclara huius vite, nullius esse momenti demonstrare volens, quali vtitur dictione, cum dixisset, Quæ enim videntur, momentanea sunt, etiamsi diuitiarum abundantiam dicas, etiamsi gloriam, etiamsi claritudinem, etiamsi principatum etiamsi potentiam, etiamsi regnum, etiamsi diademate redimitum illum, etiamsi thronũ summum, omnia hæc quę videntur, in breue tempus dispensata, non admodum diuturnum sui fructũ nobis sinunt. Quæ igitur nos inquirere vis, si omnia momentanea sunt? Illa (inquit) quæ non videntur, non hæc quæ videntur, sed ista ipsa quæ oculis corporalibus nõ spectantur. Et quis hoc consuleret, vt quæ videntur prętereantur, & quæ non videntur inquirantur? Ipsa rerum (inquit) natura doceat nos. Nam hæc quidem licet videantur, statim tamen præterfluunt. Illa autem licet nunc ea videre non possimus, sunt tamen perpetua, continuo durant, terminũ nesciunt, finẽ non accipiunt, vicissitudinẽ ignorant, stabilia & immobilia sunt. Fortassis tandẽ & molestus esse videor, quotidie frustra consulens. Sed (vt afficior) magnum malitiæ damnum est, magna

A

B

C

pecuniarum tyrannis, magna virtutum raritas. Et idcirco vellem admonitione con
D tinua vincere, & incolumitati integræ huc cõuenientes restitui. Eam ob rem & scri
pturas enarrandi tantum nobis est studium, ideo iustorum virtutes in medium affe
rimus, nec piget eadem sæpius repetere, vt per omnia vos inducere ad æmulationẽ
iustorum valeamus. Saltem vel tandem salutis nostræ curam faciamus, & bene vta
mur statuto huius vitæ tempore nobis dato, & dum adhuc tempus est, ad pœniten
tiam & lapsuum correctionem festinemus, & pecuniarum abundantiam in anima
rum nostrarum salutem expendamus, superfluaq; indigentibus insumamus. Quare
enim, dic mihi, permittis filium aurum & argentũ prodigere, quæ oportebat in pau
perum ventres euacuare: reponendo in tutum promptuarium, vt tempore quo ma
xime opus habes, eorum adiutorio consolationẽ inuenias, & qui a te hic pasti sunt,
alibi fiducię fores tibi aperiant, & accipiãt te ĩ æterna sua tabernacula? Vestes quoq;
non sinamus a vermibus rodi, & absq; vsu in arculis putrescere, quum tot sunt qui in
digeant & obambulẽt nudi, sed veneremur honorẽq; demus nudo CHRISTO
potius quam tineis, & induamus eum, qui propter nostram salutem nudus obambu
lare vult, vt quum ipsum induerimus, audiamus in die illo, Nudus eram, & me vesti
stis. Num onerosa sunt præcepta? num molesta? Ea quæ pereunt (inquit) quæ a ver
mibus arroduntur, quæ absq; vsu & frustra consumuntur, hæc dispensa, vt tibi fiant
vtilia, vt & detrimenti dãnum effugias, & ex ipsis lucrum maximum tibi pares. Ex
E cellentis enim & magnæ inhumanitatis est post tot spirituales admonitiones, arcu
lis & muris includere superflua, & nõ illis subleuare proximorum inopiam, sed sine
re a rubigine & tinea potius corrumpi, & ante prædonum iacere manus, & propter
illa supplicijs potius plecti, quam dignam pro eis remunerationem accipere. Obse
cro, ne simus tam negligentes salutis nostrę, sed expensis in pauperes superfluis, ma
gnam nobis fiduciam antea reponamus, vt ineffabilibus olim bonis frui mereamur
gratia & misericordia dñi nostri IESV CHRISTI, cui cũ patre & sancto & viui
ficatore spiritu, gloria, imperiũ, honor nũc & semper, & in secula seculorũ, Amen.

CAPVT DECIMVMQVINTVM.

POst hec autem verba: factum est verbum domini ad Abram in visione
noctis: dicens: Ne timeas abram: ego protego te: merces tua multa
valde erit. Dicit autem abram: Domine quid mihi dabis? ego autem si
ne liberis dimittor. Filius vero Adasek vernacule mee: hic Damascus
Eliezer, et dixit abram, quoniã non dedisti mihi semẽ: ille heres meus
erit. Et statim vox dei facta est ad eũ: dicens: Non erit hic heres tuus:
F sed qui egredietur ex te: hic heres tuus erit. Eduxit autem eum foras: et dixit ei:
Eia suspice in celum: et numera stellas: si numerare eas poteris: et dixit ei: Sic erit
semen tuum. Credidit autem abram deo: et reputatum est illi ad iustitiam. Dixit au
tem ad eum: Ego deus: qui eduxi de regione Chaldeorum: vt darem tibi terram
hanc: vt in hereditatẽ accipias eam. Ait autem: Dominator domine: vnde quid cogno
scam: quod in hereditatem accepturus sim eam? Dixit autẽ illi: accipe mihi vaccam
triẽnem: & capram trimam: & arietem: & turturem: & columbam. Accepit autem ipse
hec omnia: & diuisit ea in duas partes: & inter se posuit obuersas: aues autem non di
uisit. Descenderũt autem aues super corpora: & super diuisiones eorum: & assidebat
apud ea abram. Cum sol occumberet: irruit ecstasis in abram: & ecce timor tene
brosus magnus inuasit eum: et dictum est ad abram: Cognoscens scies: quod pere
grinum erit semen tuum in terra non sua: et redigent eos in seruitutem: & affligent: &
humiliabunt eos annis quadrigentis: & gentẽ cui seruient iudicabo ego: post hec aũt

Sũt qui legãt, vos pos caligo.

egrediētur huc cum sarcina multa. Tu vero abibis ad patres tuos in pace: ☙ sepultus in senectute bona: quarta autem generatione reuertentur huc. Nondum enim complete sunt iniquitates Amorreorum vsq; nūc. Postquam autem iam fuit sol ad occasum: facta est flāma: et ecce clibanus fumigans: ⁊ faces ignis que transierunt inter diuisiones illas. In die illa testatus est dominus Abre testamētum: dicens: Semini tuo dabo terram hanc a fluuio Aegypti vsq; ad fluuium magnum Euphratē: Cineeos: ⁊ Cenezeos: ⁊ Cedmoneos: ⁊ Chetheos: ⁊ Pherezeos: ⁊ Raphaim: ⁊ Amorreos: ⁊ Chananeos: ⁊ Eueos: ⁊ Gergeseos: ⁊ Jebuseos.

☙ Hebraica veritas legēdū docet ταφεὶς, vñ scriptorū visio ioleuisse videtur qd ī plerisq; exemplaribus legitur τραφεὶς, conuersus.

HOMILIA. XXXV.

THesauro cuipiam assimilatur iustorum virtus, in quo plurimę & ineffabiles diuitiæ continentur. Nam sicut qui ex illo vel paruam quandam partem capere potest, breui sibi copiam rerum, quanta satis est, parat, Ita euenire & in virtutibus patriarchæ, videre quis potest. Ecce fere quotidie ex historia eius, proposita vobis doctrina, magna largitate conuiuium præbemus, & hucusq; nondū paruam bonorū illius operum partē enarrare potuimus, tantis abundat virtutibus. Et sicut a fonte largis fluente riuis, etiam si omnes hauriant, non solum nō imminuuntur fluenta, sed quanto plures sunt, qui inde hauriant, tanto magis aquarū natura scaturit, ita etiam in patriarcha nostro fieri videmus. Quot em̄ a tempore, quo fuit, vsq; in præsens ex fonte bonorū illius operum hauriunt, & nō solum nō euacuarunt flumina, sed tanto abundantior est scaturigo bonorum operum? Narrationem em̄ de illo in diuina scriptura, quasi catenam auream inuenimus cōtextam. Et omni tempore primū quidem ipse præ se fert optime moratā vitam, statim autē subsequitur diuina remuneratio. Et vt discatis, quod ita se res habeat, operæ precium fuerit breuiter vobis enarrare quæ superius dicta, vt sciatis eximiam iusti fidem, quam in promissiōibus illius declarauit, & liberales dei retributiones, quas ei misericors deus reddidit. Sufficit em̄ vnus ille iustus, vt omnes nos erudiat, vt alacriter aggrediamur virtutis certamina, cōfidentes supernis remunerationibus, & sciētes misericordis dei nostri liberalitatē, & vt suscipiamus omnia magna facilitate, quæ dura & ardua in hac vita videntur, spe remunerationū nutriti. Attendite itaq; obsecro, quomodo ab initio, quando a sua domo, vt vocant, quæ sua erāt obtulit, ex scientia quæ in natura nostra sita est, nullū externum sortitus doctorem, sed & ab infidelibus parentibus educatus, diuinam illustrationē acceperit. Quia non prima ætate sequutus est errorem paternū, sed pietatē diuini cultus seruauit, ideo supernā visitationē statim obtinuit, adhuc in Chaldæa existens, & hoc nobis beatus Stephanus exponit manifestius, sic dicens, Deus glorię visus est patri nostro Abraham, quum adhuc esset in Mesopotamia, priusquā habitaret in Charrā. Vidisti quomodo eum inde visio euocauit? Verisimile em̄, quod cum sedula in deū pietate, eximiā quoq; parentibus reuerentiā exhibuerit, tantoq; amore parentes sibi cōciliauerit, vt inde ad relinquendū amore filij suā patriā, & ad quærendū alienā moti sint. At diligenter vide obsecro, quomodo & hæc quæ a deo fuit ob priorem virtutem, eius visitatio, iterū clariorem eū reddidit. Elegit paternam regionem relinquere, & alienam inhabitare, vt pręceptū dei perficeret, & paratus erat etiā absq; familiaribus, vt mihi videtur, peregrinus fieri, sed, vt dixi, viri virtus, & insignis erga parētes pietas effecit, vt pater comes fieret itineris. Deinde occupata Charrā, postquam illic tabernaculū fixerūt, & morte functus est Tharra (hoc em̄ patri eius nomen erat) iterū præceptum est ei a deo, vt exiret inde. Egredere em̄ (inquit) de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terrā quam monstrauero

A

B

C

tibi. Nam postquam cum tota domo in Charran migrarunt, ibi imperans ei, dicit, Egredere de terra & cognatione tua, manifestans quod ipsum solũ per se vult peregrinationem suscipere, neq; fratrem Nachor dico, neq; aliũ quen quam necessariũ
D de terra autem tua dicebat, quia non paruo tempore ibi habitarant, & quasi in propria patria illic habebant domicilium. Et quum in lugendo parente maxime foret occupatus, erantq; difficultates aliæ multæ, tunc preceptũ peregrinandi magna perfecit alacritate, idq; ignorans vbi nam futurus errandi finis. Veni enim (inquit) non in hanc vel illam terrã, sed in eam quam monstrauero tibi. Nihilominus licet indefinitum esset mandatũ, omissa curiosiore percontatione, imperatũ faciebat. Porro & fratris filio assumpto, suam demonstrauit virtutem, quem, quia iuuenẽ acceperat paulatim suæ virtutis imitatorẽ effecit. Vnde eum relinquere noluit, sed peregrinationis socium fecit, quasi diceret, Si pater qui infidelis fuit, ob suum in me amorem, domum paternã, in qua nati sumus & adoleuimus, relinquere & me comitari voluit vitaq; in aliena terra defunctus est, multo magis erga fratris filium, iuuenem, indole sua pollicentem paulatim virtutis incrementa, non permiserim hic relinqui. Itaq; monstrans modis omnibus suam religionem, etiam istam peregrinationem fecit. Quando in Palæstinam venit, & Chananæorũ fines intrauit, apparuit ei deus, volẽs eius alacritatem cõfirmare, & manum porrigere, dicit ei, Semini tuo dabo terrã hãc. Eo quod filios sibi succedere valde optabat, ac desyderabat, hoc ei statim pro
E mittit, retribuens tantis laboribus mercedem. Quoniã natura infœcundus erat, & ætas quoq; prouectior, ne sibi quid pollicerí posset, faciebat. Promissione deus excitat & erigit athletam, & alacrem fieri & reiuuenescere facit in sequentibus certaminibus Proinde vide, quomodo post hanc promissionem iustus aliud certamen aggreditur. Inualescente eñ fame, & Chananæa magnis pressa necessitatibus, & angustijs, in Aegyptũ contendit, fami illic mitigationẽ quærens, maioribus sese periculis inuoluit. Vxoris eñ venustas & pulchritudo mortẽ ei quasi ante oculos monstrabat. Ideo quũ iam in cõfinijs esset Aegypti, ingressurus dixit vxori, Scio quod mulier formosa sis, scio tuæ pulchritudinis speciem, & timeo Aegyptiorũ intemperantiam. Nam si te viderint, & cognouerint quod vti vxorem te mecũ ducã, te quidem in vita asseruabunt, vt sui furoris impetũ opere cõpleant, me autem occident,
F quo liceat eis impauide suam libidinem explere, quũ nemo sit qui adulteriũ eorum prodat. Dic igitur, Soror eius sum. Vide adamantinam animam, vide mentem ferro solidiorem, non turbauit eius mentem calamitas, quam expectabat. Non cogitabat, neq; dicebat intra semetipsum, Ideo ne propria relicta patria, tantam prę me tuli obedientiam, inq; alienam veni terram, vt hisce malis implicarer? Nõne paulo antea promisit mihi. Semini tuo dabo terram hãc? En & adulterij & mortis timor mentem meam concutit. Sed nihil horum neq; in mentem accipere dignatus est. Vnum ei duntaxat curæ erat, quomodo molestũ hunc actũ simulans, duobus hinc inde periculis vrgentibus, vel vnum saltem effugere posset. Igitur quia ipse quę sua erant attulit. cõsilio videlicet vtens & animi fortitudine, mulier quoq; singularem erga virum affectionem & obedientiam declarabat, cooperata est, & his quæ decreuerant ministrauit. Vbi autem quod suum erat perfecerunt, itavt iuxta humanũ morem desperaretur, & fere opere cõpleta fuisset Aegyptiorũ malitia, tunc magna dei in eum prouidentia declarata est. Mulierem enim deus non solum a contumelia eripuit, indignatione sua in regem & in domũ eius immissa, sed & patriarcham cũ magna gloria in Palæstinã ex Aegypto redire fecit. Cõsydera, quomodo misericors dominus in medijs auxiliũ afferens tentationibus, athletam suũ ad ferenda sequen

tia certamina fortiorem reddit, nunquam eum suo destituit adiumēto, sed in omnibus monstrat ei, quod semper parua illa, quæ faciebat patriarcha, magnis & mirum in modū magnis, humanum que captū transcēdentibus remuneret. Vidisti iustipatientiam? vidisti item post reditum ex Aegypto humilitatis magnitudinem & insignem mansuetudinē? Nam quum rediisset ab Aegypto, multam q; possideret substantiam, tam ipse quam fratris filius. Non capiebat (inquit) eos terra, vt habitarēt simul, quia multas facultates habebant, vnde & rixa orta est inter pastores Loth, & Abram. Tunc iustus animę suę mansuetudinē, & pręclaram sapientiā monstrans, A
vocato Loth, dixit, Ne sit rixa iter me et te, & inter pastores meos & pastores tuos, quasi diceret, Nihil pace præstantius, nihil contentione dānosius & grauius, vt igitur e medio faciamus omnē rixandi materiā, elige quam volueris regionem, & reliquam mihi relinque, vt a litiū & contentionū molestia simus alieni. Vidisti viri virtutem? cessit iuniori primatu & electione, & amauit ipse viliorem terrā. Sed vide hic etiam, quantā mercedem nactus sit pro ijs suis officijs. Statim eñ separatione facta inquit ei deus, Eleuatis oculis tuis vide omnē terrā ab omni parte, quia omnē quā tu vides, tibi dabo & semini tuo vsq; in seculū. Consydera quantis beneficijs certare dignatur ob modestiam, quam erga fratris filiū declarauit, & ipse quidem, vt patruis cessit, multo maiora consequutus est, ille autē tanta auiditate potiorem partem deligens, non multo post in pericula incidit, & nō solum nihil cōmodi ab electio- B
ne accepit, sed & captiuus, & domo atq; foro repēte simul priuatus est, rebusq; ipsis didicit, quam eximia virtus iusti, & ipse postea dedit operā, ne quid vnquam tale attentaret. Nam postquam Sodomis habitare cœpit, statim excitatum est graue bellum, nam vicinarum gentium reges insurrexerunt, & omnē regionem simul depopulati sunt, gigantibusq; occisis, & Amalechitis expulsis, etiam Sodomorū & Gomorræ regem in fugam verterunt, & montanis omnibus occupatis, & equitatu regis Sodomorum auecto vna cum Loth captiuo, & vxoribus, & omnibus sarcinis, abierunt. Sed vide iterum ingentem dei prouidentiam. Volens enim simul & Loth a captiuitate liberum reddere, & patriarchæ gloriam magis illustrare, excitat iustū vt fratris filio succurrat, nam vt didicit quę erant facta, cum vernaculis suis impetu facto in reges illos, eos paruo labore perculit. & Loth, & vxores, & omnem equitatum regis reduxit. Quibus tam claris triumphis omnibus patefacta est ingēs dei erga illum beneuolentia, & quod non sua virtute tantam stragem confeciisset, sed superna virtute munitus. Et ipse quoq; patriarcha enitebatur, vt Sodomitis doctor diuini cultus fieret, verbis illis quæ regi loquebatur. Quia cum occurrisset rex, & pro exhibitis gratias egisset, ac omnem equitatum ei se donaturum dicebat, hominesq; duntaxat accepturum (Vide iterum iusti magnanimitatē, quomodo optimæ suę vi C
tę specimen exhibet) quod melior sit ijs quæ ab illo dabantur: & illos ad veræ religionis noticiam inducit. Non eñ absq; causa dicitur, Nō patiar, vt aliquid tuarum munerū ad me redeat, nō mihi tali mercede opus est, sed quid? Extēdo manus meas ad deū altissimum (quasi docens eū, Non sunt dij, qui a te coluntur, sed ligna & lapides, sed vnus est dominus super omnia, qui creauit cœlū & terram) quod non accipiam de funiculo vsq; ad sphęroterem, vt ne existimes me illorū gratia vltionem sumpsisse, & ne dicere possis, quod mihi abundātię factus sis autor. Nā qui me triūphare & vincere fecit, idē & diuitias abunde mihi suppeditat. Vidisti quomodo, siquidē lucrū facere voluisset rex, autorē agnoscere victorię ex ꝓpheta potuisset. Docebat eñ posthac nō fidendū ꝓprię suę virtuti, sed agnoscēdū autorē omniū, ridēdosq; manufactos deos, & colendū deū, qui super oñia, q omnia cō didit, qui & bo-

norum omniũ fons est. Et in summa, discebat ex oĩbus patriarchæ virtutem. Nã

De acceptione munerum.

ne existimes, quod per arrogãtiam & fastum data contẽneret, idcirco dicit ei, Ego quidem nihil sumam, neq; eĩ opus habeo, neq; indigeo, vt meæ facultates augeantur ab alijs. Eis autem, qui periculorum meorum fuerunt socij, permitto vt suas portiones accipiant, quo paruam aliquam suorum laborum consolationẽ habeant. Ita Sodomorum regi respõdit iustus. Postquam autem & Melchisedek rex Salem, pa

D nes & vinum attulit (erat enim sacerdos, inquit, dei altissimi) ab illo accepit oblata. Dein vt rependeret benedictionem, quam ab eo acceperat, & glorificationẽ in deũ (dixerat enim, Benedictus Abram deo altissimo, & benedictus deus, qui tradidit inimicos tuos in manus tuas) decimas ei dedit de omnibus spolijs quæ attulerat. Vidisti quantam pietatem, & religionem in omnibus præ se ferat iustus? & quomodo a rege Sodomorum a funiculo vsq; ad sphæroterem accipere nihil voluit, accepit autem ea quæ a sacerdote sunt oblata, retribuens & sua. Quibus nimirum nos docuit, habendum aliquem delectum, & non passim ab omnibus dona accipienda. Nam quum Sodomita ille quantum ad liberalitatem attinebat, sapiebat, erat tamen alioquin incredulus, & institutione multa indigebat. Proinde patriarcha dona quidem despexit, omnẽ autem curã adhibuit, & per ea quæ accipere refutauit, & per ea quæ dixit, curauit vt illum ad pietatẽ induceret. A Melchisedek autem non iniuria accepit. Viri enim virtutem diuina scriptura assignauit, dicens, Erat autem sacerdos dei altissimi. Quãuis alias etiam quæ fiebant, CHRISTI typus erant, & oblata sacramentum quoddam præsignant, ideo & protulit. Cæterum vt accepit, vicissim illum suis remunerãdo, docebat virtutis suæ magnitudinẽ. Decimas enim ei dedit, etiam

E hac ratione piam suam mentem significans. Fortassis prolixius se extendit sermo noster, atqui non caret causa, neq; frustra erit. Cognouimus enim paucis ab initio vsq; ad hodiernam lectionem, quæ iusti huius fortitudo, magnanimitas, excellens fides mens optimis moribus prædita, insignis modestia, admirabilis diuitiarum cõtemptus, diuinæ erga eum prouidentiæ perpetua prouidentia, quæ eum iugi adiutorio firmans, quotidie clariorem & illustriorem reddidit. Nunc autem si volueritis, & non defatigamini, & ad ea quę recens lecta sunt accedamus, & paucis quibusdam propositis, absoluamus sermonem, vt discatis quanta denuo ei rependatur merces, eo quod cõtempserat donata sibi a rege. Quid igitur inquit, Post hæc autem verba factum est verbum domini ad Abram. Quare sic incipit, post hęc autẽ verba? num indicat verba, quæ cum Sodomorum rege colloquutus? Post contemptum illum (inquit) postquam ea quę ab illo data sunt repulit, post doctrinam illam, quam reie-

F ctis donis pronunciauit, vt pietate & agnitione conditoris omnium regem initiaret post hæc verba, postquam decimas Melchisedek obtulit, quãdo (inquit) omnia quæ ex se erãt impleuit, tunc post verba hæc factum est verbum domini ad Abram in visione noctis, dicens, Ne timeas Abrã, ego protego te, merces tua multa valde erit. Vide misericordiam domini, quam statim & e vestigio sequens, beneficijs suũ athletam remunerat, & ad vlteriora certamina iterum instruẽs, vigore nouo roborat. Factum est verbum domini in visione noctis. Quare in nocte? vt in silẽtio & quiete melius quæ dicuntur accipiat. Et dicit ei, Ne timeas Abram. Attende immensam dei curam. Quare dixit, ne timeas? quia tantas opes contempserat, non curatis his quæ rex dabat, hoc est, Ne timueris, quod despexisti tanta dona, neq; anxius sis, quasi imminutiores sint tuæ facultates. Ne timeas. Deinde vt animũ magis excitet, adiecit verbo & appellationem, & inquit, Ne timeas Abram. Non parum ad expergefaciẽdum facit, quum quempiam proprio nomine compellamus. Ego protego te,

Multam habet & hoc verbum emphasin. Ego qui a Chaldæis te euocaui, ego qui te huc duxi, ego qui te a periculis Aegypti liberaui, ego qui semel atq; iterũ promisi tibi atq; semini tuo daturũ me terram hanc, ego te protegam, ego qui indies magis & magis oñibus te clarum ostendo, ego protego te, hoc est, ego scuti vice tibi ero ego pro te certo, ego propugnator fio, ego curã gero, ego oñia difficilia, facilia tibi reddam, ego pro tego te. Merces tua multa erit valde. Noluisti mercedẽ accipere pro laboribus quos sustinuisti, tantis periculis teipsum obijciendo, sed contẽpsisti & regem, & munera eius. Ego tibi mercedem dabo, non tantam quantã accepturus eras A
sed multam, & valde multã. Vidisti liberalitatem dñi? vidisti verborum pondus? Vidisti quomodo excitat pietatis athletam? vidisti quomodo animã eius confirmauit? Ipse enim qui archana cordium nouit, sciebat illi opus esse huiusmodi verborum cõsolatione. Et vide quid inquit patriarcha, dicit, Domine, quid mihi dabis? ego autẽ sine liberis dimittor, Postquam mercedem ei valde copiosam promisit, exponit animæ suæ dolorem, & tristitiam propter prolis inopiam, quæ interim in pectore eius toto illo tempore fuit, dicit, Domine, quid tale mihi dabis? Ecce eñ ego vsq; ad senectam perueni, & prole carens dimittor. Vide quomodo priscis illis seculis iustus ille philosophabatur. Nam qui vitã honeste, & in virtutibus egerunt, quãdo ex hac vita emigrant, vere liberantur, quasi soluantur a certaminibus, & a vinculis relaxẽtur.
Est eñ mors, his qui bene viuũt, translatio quædã ad meliora, a momentanea vita B
ad perpetuã & immortalẽ, finẽq; non habentem. Ego autẽ dimittor (inquit) prole carens. Et vt misericordẽ dominũ sibi conciliaret, non ijs contentus fuit verbis. Et quid dicit. Filius autẽ Maseк vernaculæ meæ, hic Damascus Elizer. Et dixit Abrã Quoniam non dedisti mihi semen, ille hæres meus erit. Ingentem dolorem animæ eius declarãt hæc verba, quasi diceret deo. Neq; ea sum assequut⁹, quæ ancilla mea vernacula,, sed ego quidem abibo sine prole, & sine filio, hic autem vernaculus meus hæreditatem accipiet, quæ a te mihi data, id q; cum semel atq; iterum promissionem a te acceperim, dicente, Semini tuo dabo terram hanc. Consydera obsecro, & hoc loco iusti virtutem, quod cogitationes in animo versans, nunquam aliquid durum loquutus est, sed & nunc instigatus verbis quæ loquutus est ei dominus, magna fiducia dominũ alloquitur, manifestamq; facit internam cogitationũ perturbationem, ostendens animæ suæ vlcus, vnde & acceleratum accepit medicamẽtum. Et statim vox dei facta est ad eum. Vide quomodo signanter scriptura loquitur. Statim inquit. Non permisit iustum ad paruulum tempus ægre habere, sed festinatã ei consolationem affert, & grauitatem mœroris emẽdat verbis quæ tunc ei loquutus. Et statim (inquit) vox dei facta est ad eum, dicens, Non erit hic hæres tuus, sed qui egredietur ex te, hic hæres tuus erit. Hoccine timuisti? hoccine mentem tuam turbauit? C
hoccine tristitiam tuam auxit? Scias igitur, quod nõ erit hæres tuus, sed egredietur ex te, hic hęres tuus erit. Ne igitur ad humanam spectes naturam, ne tuam senectã, Saræ ve sterilitatem cogites, sed eius qui tibi promisit potentiæ bene fide, & tristitiam ponens, consolationem quæ tibi sufficiat accipe, persuadeq; tibi, quod hæredẽ habiturus sis, qui ex te nascatur. Porro quia supra naturam erat promissio, & vincebat humanam rationem (magnam enim in eo turbationem excitabant tot naturæ prępedimenta, senectus eius, & quod Sara sterilis, ac vtero emortuo erat) auget dominus promissorum magnitudinem, vt iustus ad promittentis liberalitatem respiciens, bene speraret, confideretq; sic euenturum. Eduxit autem eum foras, & dixit ei, Eia suspice in cœlum & numera stellas, si poteris numerare eas. Et dixit ei, Sic erit semen tuum. Et credidit Abram deo, & reputatum est illi in iustitiam. Quare

assignauit, quod duxit eum foras? Postquam superius dixit, quod in visione noctis apparens ei, verba illa ei loquutus sit, nunc vult ei ostendere, quã innumerabiles sint stellæ, & inquit, E duxit eum foras. Suspice in cœlũ, & numera stellas, si poteris eas
D dinumerare, & dixit ei, Sic erit semẽ tuũ. Magnum promissum, varia promissionis magnitudo, sed si ipsam promittentis virtutẽ cogitabimus, nihil nobis apparet magnum. Qui enim de terra corpus formauit, & cõdidit omnia quæ videntur, ille etiã dare poterit quæ super naturam. Vidisti domini liberalitatem, quam certet beneficijs? Postquam enim dixit, absq; prole dimittor, quasi apud portas inferni existens & nihil amplius operari valens vt procreentur pueri, sic verba illa protulit, dicens, Filius Mesech vernaculæ meæ, hæres meus erit. Ideo volens spiritũ eius erigere, & nouum vigorem menti addere, & ab imminente timore eum liberat, & promissione ac doni magnitudine mentẽ eius erigit, & ostendendo stellarum multitudinẽ, & promittendo nascendos ex eo illis pares futuros, in bonam spem adducit. Videns enim dei promissionem, reiecta omni humana ratione, & neq; ad seipsum, neq; ad
Promissionib⁹ dei fidẽdum. Saram, minus procreationi aptam, respiciens, sed præteritis humanis omnibus, sciens quod potens est deus, etiam ea quæ supra naturam sunt, largiri / fidem dedit dictis, & nullam dubitationem admisit, neq; cũ dicta fuerũt hæc ambiguus fuit. Hoc
E enim veræ fidei est, quando promissiones nõ iuxta solitum morem, & hominibus cognitum fiunt, nos promissionis virtuti fidimus. Fides enim est eorũ quæ speran
De fide tur substantia, rerum quæ nõ videntur argumentũ. Et iterum, Quod autẽ videt quis cur & sperat? Hoc igitur est fides, quando illis credimus quæ non videntur, & mentem ad dignitatem eius, qui promisit intendimus, id quod profecto & iustus ille fecit, synceram & eximiam promissis fidem habens. Idcirco & prędicatur, Credidit Abram deo, & reputatum est ei in iustitiam. Vidisti quomodo, & ante euentum & impletionẽ promissorum, eo ipso quod credit, iustam mercedem accipit? Nam in iustitiam ei reputatum est. Credidit promissioni diuinæ, & non humana ratiocinatione curiosius ea, quæ dicta sunt, explorauit. Discamus igitur & nos obsecro a patriarcha, dei credere dictis, & eius promissionibus fidere, neq; ea cogitationibus nostris indagare, sed magnã gratitudinem exhibere. Hoc eñ nos & iustos declarare poterit, & assequi promissa faciet. Atqui Abræ promissum est, quod ex semine eius maxima futura esset multitudo, erantq; p̃ter solitũ naturę modũ, q̃ promissa erant, proinde & fides in deũ iustitiã ei attulit. Nobis autẽ, si sapimus, multo maiora pro-
F missa sunt, q̃ & ipsa multis modis humanas cogitatiões trãscendũt, vt ex fide iustitiã reportemus, & adipiscamur bona p̃missa. Ea eñ q̃ maxime p̃missa hũanã transcẽdũt rõnẽ, & omniũ cogitationẽ excedũt, tanta missionũ est magnitudo. Neq; in præsenti vita solum nobis promisit huius vitæ statũ, & visibilium fruitionem, sed & postquam hinc emigrauerimus & post corporis corruptionẽ, quando in cinerẽ & puluerem nostra dissoluentur corpora, tunc resurrectura ea promisit, & in maiori gloria futura. Oportet eñ (inquit) beatus Paulus corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatẽ. Et post corporũ resurrectionẽ regno nobis frui, daturũ se pollicitus est, & conuersationem cũ sanctis, & in perpetuo seculo quietem, & ineffabilia illa bona, quæ oculus nõ vidit, & auris nõ audiuit, & in cor hominis nõ ascenderũt. Vidisti quanta promissionũ excellentia? Vidisti donorũ magnitudinem? Hæc cogitantes & scientes, quod mentiri nequit is, qui ea promisit, magna alacritate præparemus nos ad virtutis agones, vt & promissis bonis frui possimus, & ne præferamus saluti nostræ & tantis bonis, momẽtanea, neq; cogitemus labores virtutis, sed retributiones in anima ponamus, neq; pecuniarum

ſumptus tantum ſpectemus, ſiquando opus eſt eas pauperibus erogare, ſed potius quantum inde nobis accreſcat. Ea enim de cauſa ſemini eleemoſynam comparauit diuina ſcriptura, vt cum gaudio & multa alacritate eam operemur. Nam ſi ij qui ſemina terræ concredunt, & vnica, & intus repoſita ſpargentes, ita negociãtur, & bona ſpe fouentur, & nunc manipulos imaginantur ac plenas areas, multo magis quibus datum eſt ſemen hoc ſpirituale ſeminare, gaudere & exultare conuenit, quod meſſuri ſint in cœlo, hoc quod in terra ſerunt, & nummos expendunt, peccatorum autem remiſſionem accipiunt, & fiduciæ materiam inueniunt, conciliantes ſibi per ea quæ hic dant, perpetuam quietem, & cum ſanctis conuerſationem. Et continentiam eligere volentes, non ſpectemus quod laborem habet virtus, neq; quod virginitas magnũ habet certamen, ſed quietem quę nos excipiet, cogitemus, hanc ſemper ante oculos noſtros depingentes, malę concupiſcentię refrenemus rabiem, vincamus carnis motus indecentes, & retributione mercedis laborũ difficultatem abbreuiemus. Sufficit enim bonorũ ſpes, vt etiam pericula cõtemptim aggrediamur, quanto magis virtutis labores fortiter feramus. Quando enim animo verſas, quod ſi ad breue tempus certaueris, & fulgidam ſeruaueris virginitatis lampadem (nam beata vita cenſeberis dignus, & cum ſponſo intrare poteris, modo accenſas habeas lampades & ſufficiens oleum, bonorũ operum actionem inquam) quomodo non cum omni facilitate, difficilia omnia tranſcurrere poteris. cogitãs illud quod a beato Paulo dictum eſt, Pacem ſectemini cum omnibus, & ſanctificationem abſq; qua nullus videbit dominũ? Vidiſti quomodo ſanctificationi pacem coniunxit. Nam vt ſciamus, quod non ſolum corporis requirit puritatẽ: ſed & pacem opportune meminit, vtrinq; volens vtrũq; munire, & bene ordinatas eſſe cogitationes, ita vt nulla ſit in nobis turbatio, nulluſq; tumultus, ſed in tranquillitate & quiete verſemur, & cum omnibus pacifice agamus, & manſueti ſimus & mites, & humani, atq; adeo vt omnes virtutis colores in facie noſtra reluceant. Ita enim deinceps & gloriam præſentis vitæ poterimus deſpicere, veram gloriam præferentes, & humilitatis maiorẽ habentes curam, ridere omnium præſentis vitę proſperitatem, vt vera & ſolida felicitate fruamur, & CHRISTVM videre mereamur. Beati enim (inquit) puri corde, quoniam ipſi deum videbunt. Purificemus itaq; noſtrã conſcientiam, & magna cura vitam noſtram gubernemus, vt cum præſentem vitam in omni virtutum genere tranſierimus, horum laborum præmia mereamur accipere in futuro ſeculo, gratia & miſericordia domini noſtri IESV CHRISTI, cui cum patre, & ſancto ſpiritu ſit gloria nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

HOMILIA. XXXVI.

MAgna diuinæ ſcripturæ virtus eſt, & multę in verbis latent ſententiarum diuitiæ. Ideo congruit, vt diligenter intendamus, & ſolicite ſcrutemur, quo ampliorem vtilitatem inde percipiamus. Nam propter hoc et CHRISTVS pręcepit, dicens, Scrutemini ſcripturas, vt nõ tantũ nudę lectioni vacem⁹, ſed indagatis profundis, verũ veritatis ſenſum p cipere valeam⁹. Talis em̃ ſcripturę mos eſt, vt et in paruis verbis plurima ſepe multitudo ſenſuũ iueniatur. Diuinę em̃ ſunt doctrinę, nõ humanę, et ꝓpter hoc ſecus ſe habẽt quã humanę, vnde eas oẽs ſimul poſitas videre licet. Et quomodo hoc ego dicã. Illic em̃, in humana ſapientia, omne ſtudiũ in concinnandis verbis excogitatum eſt, hic vero prorſus aliter. Nullus ſcripturę ſermo de pulchritudine vel cõpoſitione verborũ, habent enim domeſticã gratiam effulgentẽ et pulchritudinem, quæ dicuntur. Et illic poſt longam & indicibilem nugacitatem, vix dignæ aliquę

sententię venantibus occurrunt. Hic autem vt scitis, etiam parua dictio sępe totum nobis sermonẽ contexit. Propterea & heri quãuis initia lectionis attigerimus, quia tamen tantum inuenimus sensum thesaurorum, non potuimus vltro progredi, vt ne dictorum multitudine memoriã vestrã obrueremus, & his dictis obsessemus. Ideo ea nunc attingamus, dicendaq; heri dictis copulemus, vt ita enarrata lectione tota, vos hinc dimittam. Sed oro, his quæ dicũtur, auscultate diligenter. Nam etsi labor noster, vtilitas tamen vestra, immo communis. Et quid dico labor noster? donum est gratiæ dei. Cum attentione igitur suscipiamus & nos ea, quæ a deo donantur, vt hinc lucri facientes aliquid in animarum salutẽ, sic inde abeamus. Hanc ob rem quotidie spiritualem hanc apponimus mensam, vt admonitione continua & multa diuinarum scripturarum exercitatione, omnes maligno dæmoni præstruamus insidias. Quum enim nos viderit multum in spiritualibus occupari, non solum non inuadit, sed neq; aspicere audebit, sciens quod inuanum moliatur, & aduersus caput suum audeat. Age igitur heri doctorum repetito contextu, quod reliquum fuit, enarremus. Quid autem, quod heri fuit dictum? promissionem quam deus fecit Abræ descripsimus, vbi imperauit ei, vt suspiceret in cœlum, & spectaret stellarum multitudinem.
D Numera enim (inquit) stellas, si poteris eas numerare, & dixit ei, Sic erit semen tuũ
E Deinde cum demonstraret nobis diuina scriptura religiosam mentem patriarchæ, & quod ad promittentem videns, & virtutem promittentis cogitans, crediderit dictis, dicit, Et credidit Abram deo, & reputatum est ei in iustitiam. Hucusq; heri sermonem produximus, neq; vlterius progredi potuimus, ideo operæpreciũ est, vt addamus sequentia. Quid ergo dicit? Dixit autem ei deus, Ego sum deus, qui eduxi te de terra Chaldeorum, vt darem tibi terram hanc, vt in hereditatem possideas eam. Vide quomodo sermonẽ nostræ infirmitati attemperet, quomodo fidem illius corroborare velit. & persuadere copiosis argumentis de his quæ nunciata sunt, quasi diceret, Memor esto, quod ego te a domo tua euocaui. Ecce quæ a domino deo dicũtur, cõsona sunt beati Stephani dictis, qui & de domo, & de Chaldæa domini præcepto euocatum eum dicit. Et eius sententiæ obsequutus pater, magnum argumentum habens amoris copulam, ipsum sequutus est, & simul exijt. Itaq; reminisci eum facit hoc loco, quantã ab initio eius curam gesserit, declarãs ei quod volens eum ad magna prouehere, tanta videlicet promittendo & implendo, tantum itineris transire fecerit. Ego sum deus, qui eduxi te de regione Chaldæorum, vt darem tibi terram
F hanc, vt in hæreditatẽ possideas eam. Num te absq; causa illinc euocaui? Num frustra & inuanum te illinc eduxi? Propter hoc ego iussi, vt te in Palęstinam cõferres, & relicta paterna domo ires in terram hanc, vt in hæreditatem eam possideas. Cogitans igitur quantis fruaris nunc per meam prouidentiam, ex eo tempore quo Chaldæam reliquisti vsq; in præsens, & quomodo clarus es factus, & per meum subsidiũ & curam in te quotidie clarior euadis, cõfide & meis dictis. Vidisti excellentem misericordiam? Vidisti quam congruat huius imbecillitati diuinus sermo, quo eius animam corroborare, & fidẽ confirmare voluit, vt ne posthac ad naturæ obstacula spectare possit, sed eius cogitare potentiam qui promisit, & ita credere & cõfidere, quasi iam impleta essent promissa? Verum iterum attende & patriarcham, nam qui fiduciam accepit ex dictis, quomodo certiora inquirit argumẽta. Dixit enim. Domine domine, secũdum quid cognoscam, quod in hæreditatem accipiam eam? Tametsi scriptura prius testata fuerit, quod credidit dictis dei, & ideo reputatum est ei in iustitiam. veruntamen quia audiuit, Propter hoc te eduxi, vt darem tibi terram hanc, vt in hæreditatem possideas eam, dicit, His quidem quę a te dicuntur, impossibile est

vt díſcredam, attamen vellem & hunc modum díſcere, quomodo eam ín hæreditatem ſum poſſeſſurus. Vídeo eñ me nunc propemodum ad extremã ſenectutẽ peruenísſe, & vſq; ín hunc díem obambulare quaſí erronem. Et nõ poſſum humana ratione deprehendere, quomodo hoc ſít futurum. Nam lícet prius crediderím dictís A
tuís, quí potes ex níhílí res producere, & omnía facere & tranſformare. Non ígitur vt íncredulus hoc ínterrogo, ſed quía íterum níhíl hæreditatem nomínas, volebam & craſſius atq; clarius ſignum accípere, quod poſſit ínfírmas meas cogítationes ſolí dare. Quíd ígitur bonus domínus? morẽ gerit ſuo famulo, & volens eíus corroborare anímam, quoníã vídit confitentẽ ſuam imbecíllitatem, & credentẽ quídẽ promíſſioní, cupientem autem certíora quædam argumenta accípere, dícit ad eum, Sume míhí vaccam trienné, & capram trímã, & arietem, & turturem, & columbam. Vide quomodo more humano ínit cum eo fœdera. Quando alíquíd promíttímus & volumus certum reddere eum cuí promíſſio fit, íta vt de promíſſís níhíl ambigas ſignum alíquod damus, & pígnus, vt ad íllud ſpectãs, ſcíre queat promíſſa omníno euentura, Ita & míſerícors domínus, poſtquam díxit Abram, Quomodo cognoſcam? ínquít, Ecce & hoc tíbí præbeo, ſume míchí vaccam tríennem, & capram trímam, & arietem, & turturem, & columbã. Attende obſecro, ín quantam craſſítatẽ deſcendendũ ſíbí duxerít bonus domínus, vt patríarcham argumentís copioſís certíorem reddat. Nam quía olím eís íta mos erat paciſcẽdí, & pacta fírmandí, ídeo & B
ípſe vía hac íngreditur. Et accepít (ínquít) & díuíſit ea ín duas partes. Obſeruandũ quod non abſq; ratione, neq; ínuanum aſſignauit. Tríennía eñ accípere íuſſit, hoc eſt, perfecta, & abſoluta. Et díuíſit ea ín duas partes, & vtraſq; partes íter ſe poſuít obuerſas, aues autem non díuíſit. Et ſedens obſeruabat, vt ne poſſínt díuíſas partes lædere aduolantes aues, & per totum díem hoc facere perſeuerabat. Deſcenderũt autem aues ín corpora & díuíſiões eorũ, & aſſídebat apud ea Abram. Cumq; ſolíam occumberet, írruít ecſtaſís ín Abram, Et ecce tímor magnus & tenebroſus ínuaſít eum. Quare tempore occaſus ſolís, quum íam ad veſperam ínclínaretur díes? Quía omnibus modís attentíorem eum facere vult, ídeo ecſtaſis, & horror magnus & tenebroſus ínuadit eum, vt per omnía quæ fíunt, ſentíat ſe vídere deũ. Eum eñ morẽ deus vbíq; habet. Nam & quando Moyſí ín monte Sínaí daturus erat legem & mãdata, Tenebræ (ínquít) & calígo erat, & mons fumígabat. Propter hoc & ſcríptura ínquít, Qui tangit montes & fumígant. Enímuero íncorporeum vídere per ſenſí C
bíles hoſce oculos non eſt poſſíbíle, ídeo alíter ſuam nobís operatíonem ſígnífícare vult. Igítur quoníam attonítus & perculſus erat anímo íuſtus ílle, & concuſſerat eius mentem tímor, & actus quí fiebat. Dixíſtí (ínquit ad eum) quomodo cognoſcam? & ſignum voluíſtí accípere, quo pacto terram hanc ín hæreditatem poſſeſſurus ſís, ecce do tíbí ſignum, magna reuerendũ fíde, vt ſcías quod poſſím ex deſperatís rebus quoſlíbet ín ſpem bonam adducere. Et díxit ad Abram, Cognoſcẽs ſcíes quod peregrínum erít ſemen tuũ ín terra non ſua, & redigẽt eos ín ſeruítutẽ, & afflígent, & humílíabunt eos annís quadríngentís, Gentem autẽ, cuí ſeruíent, íudícabo ego, poſtea egredíentur huc cum ſarcína multa. Magna ſunt hæc dícta, & quæ ad anímum maſculum pertínent, quí tranſcẽdat, deorſumq; relínquat humana omnía. Níſí eñ generoſum & fortem, & optímís moríbus prædítum habuíſſet patríarcha, tanta erant hæc, vt perturbare potuíſſent. Sciens ením (ínquít) ſcíto, quod peregrínũ erít ſemen tuũ ín terra nõ ſua, & redígent eos ín ſeruítutem, & afflígẽt, & humílíabunt eos annís quadríngentís. Gentẽ autem cuí ſeruiẽt íudícabo ego, poſthæc egredíentur huc cum ſarcína multa. Ne admíreris (ínquít) apud teípſum, vidẽs & ſeníũ

tuum & Saræ ſterilitatẽ, & vterum eius emortuũ, & ne putes magnum aliquid eſſe dictum, quod dixi, Semini tuo dabo terram hanc. Non ſolum eñ hoc tibi prędico ſed addo quod & illud ſemen tuũ in alienam abducetur. Et nõ dixit, in Aegyptum,
D neq; indicauit terræ nomen, ſed dixit in terra non ſua, & ſeruitutem ferent, ac miſeriam: idq; non ad breue tempus, neq; ad paucorum annorũ numerũ, ſed vſq; ad quadringentos annos. Vltionem ſane eorum ego faciam, & gentem illam in ſeruitutẽ ducendam ego iudicabo, et ſic eos magna cum ſarcina huc redire faciam. Interim et prædicens ei, quæ poſthac certo euentura eſſent: et ſeruitutem declarat, et deſcẽſum in Aegyptum, et indignationẽ quam propter eos Aegyptij ſenſuri erãt, et glorioſum eorũ reditũ. Et oſtendit ei, quod non in ipſo duntaxat ea, quæ ſuper naturã erunt, et poſt tanta impedimenta quæ a deo promiſſa implebuntur / ſed et in toto ſemine eius hoc continget. Hæc autem (inquit) iam tibi dixi, vt priuſquam vitam finias / ſcire poſſis / quæ et nepotibus et poſteris eueniẽt. Tu autem (inquit) abibis ad patres tuos / conuerſus (in pace) in ſenectute bona. Non dixit morieris / ſed abibis / quaſi peregrinaturo eo, et migraturo a patria ĩ patriã. Abibis (inquit) ad patres tuos non carnales dicit / vel quomodo? Incredulus eñ erat pater eius / et non erat poſſibile / vt eundem locũ caperet, quem ille. Chaſma eñ (inquit) magnum eſt inter nos et vos. Quare dixit ad patres tuos? iuſtos inſinuans, vt eos qui apud Abel et Noe, et Enoch. Conuerſus eñ (inquit) in ſenectute bona. Et qualis hæc ſenectus bona / ad quam tantis afflictionibus per omnem vitã venitur. Verum ne hoc attendas homo ſed ſpecta quæ illi omni tempore fuerit gloria, et quomodo glorioſus vixerit peregrinus / qui ciuitate / focoq; carebat / et frui ei datum eſt omni tempore dei ſubſidio. Non igitur iuxta præſentem opinionem iudicares / neq; ſenectutem eſſe bonã cenſe, verſari in luxu, delicijs et crapula / et poſſeſſiõe diuitiarũ et magna pecorũ et mãcipiorum multitudine. Non eñ fecerint ſenectutẽ bonam / ſed et multã condemnationem attulerint, neq; in ſenectute continentiã nouiſſe, neq; ad extremos ſpiritus dehis quæ decebat cõſulere, ſed quotidie indulgere vẽtri / et ſectari cõuiuia et ebrietates, de quibus omnibus non paulo poſt reddẽdæ ſunt rationes. Sane qui in via virtutis ambulauit, hic vero cõuerſus in ſenectute bona, vita defungitur / et laborum præſentium inuenit mercedes et retributiones. Et idcirco inquit, Tuis eñ nepotibus talia euenient / tu autem abibis conuerſus in ſenectute bona. Cõſydera obſecro quomodo / niſi multiplex fuiſſet fortitudo et virtus eximia / et hæc quoq; conturbare eius mentem potuiſſent. Quare eñ, dicit, promittis mihi tantum ſemen ex me futurum et propagandum, ſi tantis erũt malis et calamitatibus obnoxij, ſeruitutemq;
F tot annis toleraturi? Quæ hæc mihi vtilitas? Verum nihil horũ iuſtus cogitauit / ſed quaſi gratus famulus, omnia quæ a deo fiebant dilexit, et quæ deo videbantur, ſuæ præferebat ſententiæ. Deinde et tempus ei ſignificat, quo a ſeruitute ſunt redituri. Nam quia annos quadringẽtos ſeruituros dixit / ſubdit, Generatione autem quarta reuertentur huc. Verum hic ſi quis addubitet, quomodo quadraginta annis dicit ſeruire eos / quamuis neq; dimidiũ eorum fuerint ipſi in Aegypto. Et propterea non dixit / quod in Aegypto futuri ſint annis quadringẽtis ſed in terra non ſua, Ita vt poſſint connumerari cum annis in Aegypto, et tempus patriarchæ / quo ei imperatum eſt vt ex Charran egrederetur. Ab illo eñ tempore / tempus annorũ vobis manifeſtum fecit ſcriptura / quę dixit / quod ſeptuagintaquinq; annorũ fuerit Abrã quando exiuit ex Charran ex eo igitur tempore vſq; ad exitum de Aegypto / inueniet quis numerum ſaluũ et integrũ. Dici poteſt etiam aliter / quod quum dominus ſit miſericors / et imbecillitati noſtrę reſpondentes facit pœnas / quum vidit eos ita

Ambr. legit in textu nutrit? pro cõuerſus.

labore preſſos, & Aegyptios magnam in eos crudelitatem exercere, ante definitũ tempus vltionem fecit. & ad libertatem eos reduxit. Dei enim mos eſt, quoniam in omnibus ſalutem noſtram operatur, etiamſi minetur ſe puniturum, & nos voluerimus cõuerſionis exhibere ſpecimina, poſſumus eius reuocare ſententias. Et ediuerſo, ſi pollicetur aliquid ſuaue nobis daturum, nos autem nõ attulerimus quod ex nobis eſt, neq; ipſe promiſſum adimplet, vt ne nos ea ratione deteriores fiamus. Atq; hæc inuenire poterunt ſtudioſi ſacrarum literarum oñes. Quarta autem generatione reuertentur huc. Nondum enim completæ ſunt iniquitates Amorræorum vſq; nunc. Tunc (inquit) erit tempus, vt & illi reducãtur in libertatem, & ij pœnam luentes pro multitudine peccatorum, e terra expellantur. Ambo itaq; fient tempore opportuno, & illorum inſtauratio, & horum excidium. Nondum enim impletæ ſunt iniquitates eorum, quaſi dicat aliquis, Nondum in tanto numero peccata fecerunt, vt talem ferant pœnam. Deus enim cum miſericors ſit, non ſolum non incidit pœnas peccatis grauiores, ſed & valde minores. Atq; propter hoc tantã oſtendit longanimitatẽ, vt cum ſibi ipſis pœnarum ſint authores, nullam poſthac excuſationẽ habeant. Vidiſti quomodo omnia patriarchæ clare ſignificauit, vt vndequaq; eius roboraret fidem, & ex his quæ ad eum dixerat habere poſſit fidem, quod etiam hæc poſteritati ſuæ ita accident, & de dictis iterum firmam habeãt fidem, quod neceſſe ſit fieri quod de eo dictum? Poſtea vbi cõpleuit prophetiam, accepit ille ſignũ quod ei factum. Poſtquam fuit ſol ad occaſum (inquit) facta eſt flamma, & ecce clibanus fumigans, & lampades ignis, quæ tranſierũt inter diuiſiones illas. Et flamma, & clibanus, & lampades ſunt, vt ſignum habeat iuſtus firmiorum fœderum, & aduentus diuinæ operationis. Deniq; poſtquam completa & perfecta ſunt oñia, igne conſumente quæ propoſita erant, Teſtatus eſt (inquit) dominus in die illo Abræ teſtamentum, dicens, Semini tuo dabo terram hanc a fluuio Aegypti vſq; ad fluuium magnum Euphratẽ, Cinæos, & Cenezæos, & Cedmonæos, & Chettæos, & pharezæos, & Raphaim, & Amorræos, & Chananæos, & Aeuæos, & Gergeſæos, & Iebuſæos. Vide quomodo adhuc perſeuerat, vt confirmet ſuam in illum promiſſionem. Teſtatus eſt enim (inquit) teſtamentum, Semini tuo dabo terram hanc. Deinde vt ex latitudine terræ, & magnitudine terminorum ſcire poſſit, quantum, extendatur eius ſemen, inquit, A flumine Aegypti, vſq; ad flumen Euphraten, tãtum erit ſemen tuum. Conſydera quomodo ſemper excellentiam multitudinis declarare ei vult. Superius enim dixit, ſe ſicut innumerabilem ſtellarum numerum illud facturũ, hic & latitudine finiũ idipſum declarat, vt & hinc diſcas, quam ſit ſe dilatatura multitudo futura. Neque hoc ſolum, ſed & iuxta genera gẽtium memorat, qualem promiſſionem ſemini eius ſit daturus, quo copioſis argumentis vndiq; fulciatur iuſtus. Et quũ tantæ promiſſiones eſſent factę, adhuc manſit Sara ſterilis, & ſenectus eius appetebat, vt allata maxima fidei ſuæ coniectura, ſciant & humanæ naturæ infirmitatem, & diuinæ virtutis magnitudinem. Verum ne iterum aliquanto prolixius ſermonem extendamus, hic finem imponamus, attamẽ obſecrauerimus vos, vt imitatores ſitis huius patriarchæ. Cogita eñ dilecte regem Sodomorum, quomodo propter verba illa, quæ faciebat, immo & propter virtutem aliam omnẽ, quam per omnem vitam ſuam declarauit, tanta mercede eum dignatus ſit, & quam cõgrua humilitate cum eo agere deus voluerit, monſtrans per ea quæ in patriarcham contulit nobis omnibus ſuæ liberalitatis immenſitatem. Quod etſi quid parũ quiddam antea facere poterimus, non paruum vel cõtemnẽdum ipſe ſuperſtruit, magnis donis remunerans, ſi ſyncerã fidem, ſicut iuſtus ille, declarauerimus, & nunquã mente fluctua-

bimus, sed munitam habeamus. Hinc enim & ille probatus fuit. Audi igitur beatũ
D Paulum dicẽtem de eius fide, quam ab initio ostendit, dicit enim, Fide vocatus Abrã, obediuit vt exiret in locum, quem occupaturus erat, & exiuit, ignorans quo iret, Illud nobis insinuans, quod a deo dictum est, Egredere de terra tua, & veni in terram quam monstrauero tibi. Vidisti fidem firmam? vidisti mentem synceram? Hunc & nos imitemur, & egrediamur mẽte & alacritate a præsentis vitæ negocijs, & eamus
Præsentib⁹ nõ citra necessitatẽ vtendum. in cœlum. Possibile enim est, si uoluerimus, & hic versantes, eo pergere, quando digna cœlis operamur, quando non spectamus ad ea quæ sunt huius mundi, quando non gloriam vanam huius vitæ inquirimus, sed hac cõtempta, illam desyderare studemus, veram illam dico & semper manentem. Quando non in luxu vestium occupati sumus, neq; corpus ornare studemus, sed omnẽ illum externum cultum in animæ transferimus curam, & non permittimus eam nudam & spoliatam ab indumentis virtutum, quando ridemus delicias, quando gulam & crapulam fugimus, quãdo non conuiuia & cœnas sectamur, sed frugalitatem habemus iuxta apostolicam admonitionem, Habentes victum & indumentum, his cõtenti simus. Quæ enim vtilitas superfluorum, dic mihi, ita vt ventrem distendas præ nimia voracitate, & mentis iudicium destruas præ immodica potatione? An nõ inde corporis & animę mala nascuntur omnia? Vnde enim multiplices illæ ęgritudines, & membra distorta?
E nonne hinc quod plus quam vtile est, ventrem oneribus grauamus? Vnde autẽ adulteria, stupra rapinæ, auarorũ fraudes, cedes, latrocinia, & omnis animę destructio? nonne quia plus concupiscimus quam nobis congruit? Sicut enim Paulus radicem omnium malorum auaritiam vocauit, sic non quis aberrauerit, si fontem omniũ malorum dicat immoderãtiam, & quod transgredi volumus suum quisq; vsum. Nam si vellemus in alimẽtis & vestibus, & domicilijs, & alijs corporalibus cunctis vsibus nihil immodice concupiscere, sed necessaria tantum quęrere, multis damnis liberaretur humanũ genus. Verum nescio, qui fiat, quod omnes & singuli pro suis viribus auaritiæ morbo laboramus, nunquam amittentes, vt intra nostros maneamus limites, sed plane contra apostolicum mandatum, quod dicit, Habentes victum & amictum, omnia facimus, nescientes quod de omnibus quę vltra vsum nostrum sunt, rationem daturi simus, quod abusi simus diuinis muneribus. Nõ enim hæc nobis tantum concessit, vt nos tantum eis vtamur, sed & vt proximorum indigentiam subleuemus. Quali igitur venia dignandi sunt, qui & in vestimẽtis multã vanitatem ostentant? & vt vermium texturas gestent soliciti sint, &, quod grauissimum, in his superbiunt. Oportebat tremere, & se abscondere & vereri præ confusione, quod ipsi quidem ob nullam vtilitatem, neq; necessarij vsus gratia, sed tãtum ob vanitatem & inanem gloriam, & vt vulgo ac forensibus admirationi sint, talibus induãtur, obambulat autem eiusdem naturę consors, nudus neq; plena veste amicire se potest, & neq; natura ad compassionem ducuntur, neq; conscientia ad opitulandum proximo incitat, neq; memoria horrendi illius diei, neque geennæ timor, neq; promissionũ magnitudo, neq; istucipsum, quod communis domin⁹ noster vt sibi facta vsurpat, quæ
F proximis fiunt, sed quasi lapideum cor habẽtes, & non eiusdem naturę forent, ita se putant ob vestium cultus etiam alijs hominibus superiores esse, non perpendentes secum, quantis malis seipsos reos constituant, qui concredita sibi a domino maledispensant, & nolunt conseruis partem concedere, sed potius a vermibus cõsumi permittentes, grauiorem geennæ ignem sibi pręparant. Nam si omnia quę intus reposita habent, indigentibus diuites distribuerẽt, neq; sic supplicium effugerent eorum peccatorum, quę in delicijs & vestium, & cõuiuiorum admittunt. Quo enim suppli

cio non ſunt digni, qui modis omnibus dant operam, vt Sericis & auro intertextis induantur, & poſt ſe pompam trahunt in foro, CHRISTVM autem deſpicere nudum, & neq; cibum neceſſarium impetrantem? Maxime autem ſermo ille aduerſus mulieres congruerit. Maiorem enim apud eas inuenimus ornandi cupiditatem & intemperantiam, cum auratis veſtibus, & auro in capite, in ceruice, & in alijs corporis partibus ornantur, & in his quoq; ſuperbiunt. Quot pauperum ventres poterant inde paſci, & quot corpora nude agentium poterant contegi ex his, quæ a ſolo collo & humeris pendent, nullius alterius vſus gratia, quam in damnum & nocumẽtum animæ? Propter hoc & doctor orbis, cum dixiſſet, Habentes victũ. & amictũ vertit ſtatim ad mulieres ſermonem, & dicit, Non in ſertis, vel in auro, vel margarita vel veſte ſumptuoſa ornent ſe. Vides quomodo non vult eas talibus ornari, neq; auro circũdari, neq; margaritis, neq; veſte ſumptuoſa, ſed verum ornatum in animam inducere, & per bonum operum actionem, pulchritudinem animæ lucere, & quod ab illa quæ in talia reſpicit, contemnatur ſordida, ſqualida, pãnoſa, famelica, geluq; rigeſcens? Hoc enim ſtudium in ornando corpore internam indicat deformitatem & huius delitiæ illius manifeſtam faciunt famem, & huius veſtium ſumptus illius indicat nuditatem. Impoſſibile enim eſt aliquam agere curam animæ, & tanti facere corporis pulchritudinem & ornatum, ſicut & impoſſibile, in externo illo cultu tantopere occupatum illius agere curã. Quomodo enim poſſet anima talis aliquid vtile contemplari, vel in cogitationem ſpiritualium venire, quę ſemel terrenis ita dedita cœpit eſſe, & humi, vt ita dicam, trahitur, & nunquam renuere poteſt, & oſtippa innumeris peccatorum ſarcinis, ſeipſam grauat? Nam quot inde naſcãtur mala, nõ poſſunt nũc ſermone complecti, ſed ſatis eſt vt relinquam cõſcientiæ eorum qui in ijs occupati, quantas inde quotidianas moleſtias experiuntur. Etenim ſi quid deciderit ex aureo illo cultu, *magna tempeſtas, magnuſq; tumultus oboritur in tota domo*, vel famulus ſubripuit, & omnes flagellantur & verberãtur, & in carcerem coniiciuntur, vel inuidi quidam inſidiati ſunt, & ſubito ſpoliarunt, quantus tunc & quam intollerabilis mœror, vel rerum difficultas ingruens in extremam inopiam redegit, & grauiorem mortem vitam eis attulit, vel aliud quiddam incidens, multam ei triſtitiam peperit. Et in ſumma, nunquam inuenies animam iſtiuſmodi occupatam, a turbationibus alienam. Sed ſicut maris fluctus neq; numerari, neque terminari queunt ſemper nouis ſuccreſcentibus, ita & turbationes inde oriẽtes nemo dinumerarit. Id circo, obſecro fugiamus in oĩbus habendi cupiditatẽ, & modi trãſgreſſionẽ. Veræ enim diuitiæ ſunt, & in exhauſtæ facultates, deſyderari tantũ quãtum vſui ſatis, & ea quæ ad vſum pertinẽt, recte diſpenſari. Neq; enim ille inopiam timere poterit, neq; calumniam ſuſtinet, neq; turbationem ſentit, ſed & extra calumniam erit, & liberabitur ab inſidiantibus, & vt ſummatim dicam, in perpetua tranquillitate erit, & quiete ac ocio fruetur. Et quod maius eſt omnibus, & caput bonorum, talis & deum habebit propicium, & ſuperna fruetur gratia, vt pote factus diſpenſator pecuniarum domini. Beatus enim, dicit, ſeruus ille, quem cum venerit dominus, inuenerit facientem, & ſic diſpenſantem conſeruis, & non arcis & vectibus includentem, & vermibus eſcam fieri permittentem, ſed inopum miſeriam ſubleuantem, bonumq; & fidelem diſpenſatorem factũ eorum, quæ a domino ſuppeditantur, vt & pulchræ huius diſpẽſationis magnam mercedem aſſequi, & promiſſa bona obtinere mereatur, gratia & miſericordia domini noſtri IESV CHRISTI, cui cum patre & ſancto ſpiritu ſit gloria, imperiũ, honor nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorũ. Amen.

A

Contra ſuperfluũ ornatũ veſtiũ.

B

C

CAPVT DECIMVM SEXTVM.

D Sara autem vxor Abrae nō peperit ei ceterum habebat ancillam Egyptiam: cui nomen Agar. Dixit autem Sara Abrae in terra Chanaan Ecce concluſit me dominus ne parerem: ingredere igitur ad ancillam meam: vt ex ea prolem procreem. Obediuit autem Abram voci Sare. Et Sara vxor Abrae: accepta Agar ancilla Egyptia ſua: poſtquam decem annos cohabitaſſet viro ſuo in Chananea: dedit eam Abrae ipſi viro ſuo in vxorem. Et ingreſſus eſt ad Agar: & concepit: & vidit quod vterum gereret: et contempta eſt domina coram ea. Dixit autem Sara ad Abram: Jniuria a te afficior. Ecce dedi ancillam meam in ſinum tuum: coram illa: quia vidit quod vterum gerit: contemptui habita ſum. Judicet deus inter me & te. Dixit autē Abram ad Saram: Ecce ancilla tua in manibus tuis: vtere ea vt tibi libitum fuerit. Et affixit eam Sara: et fugit a facie eius. Jnuenit autem eam angelus domini propter fontem aquae in ſolitudine: in via Sur. Et dixit illi angelus domini: Agar ancilla Sare vnde venis: et quo vadis? Et ait: A facie Sare domine mee ego fugio. Dixit autē ei angelus: Reuertere ad dominam tuam: et humiliare ſub manibus eius. Et dixit ei angelus domini: Multiplicans multiplicabo ſemen tuum: & non numerabitur pre multitudine. Et ait angelus domini: Ecce tu vterum geris: & paries filium: & vocabis nomē eius Jſmael: quia exaudiuit dominus humiliationem tuam. Hic erit agreſtis homo: manus eius contra omnes: et manus omnium contra eum: contra faciem omnium fratrum ſuorum tabernacula figet. Et vocauit nomen domini loquentis ad ſe: Tu es deus: qui vidiſti me. Quia dixit: Coram vidi eum qui vidit me: propter hoc appellauit puteum: puteus vbi coram vidi. ecce inter Cades & inter Barak. Et peperit Agar Abrae filium: & vocauit Abram nomen eius: quē ſibi peperit Agar: Jſmael. Abrā autem erat annorum octoginta ſex: quando peperit Agar Jſmael Abrae.

E

HOMILIA XXXVII.

ITam hodierna lectio linguam noſtram denuo in memoriā patriarchæ vocat. Neq; vos admiratio teneat, quod nunc tot diebus, hiſtoriam eiuſdē toties in mediū afferimus, nam nec hodie illam abſoluere poterimus. Magna enim abundantia eſt virtutum iuſti, & eximia ſunt illius bona opera, atq; adeo vt & omnē humanam linguam vincant. Quem enim deus ſuperne prędicauit & celebrē fecit, eum quis hominum digne laudare poterit? Quamuis autem longe inferiores ſumus, quam expoſcant illius merita, nos tamen vel ſaltē pro noſtris viribus, quæ de illo ſcripta ſunt in medium afferentes, ad æmulandum & imitandum virtutem illius, vos inducere cupimus. Sufficit enim huius viri philoſophia ad omne hominum genus erudiendū & ad trahendum diligenter auſcultantes in virtutum viam. Cæterum obſecro, vt intendatis his quæ dicūtur, quo liceat etiam ex nuper lectis iuſti vitam, quam fuerit bonis moribus prædita addiſcere. Poteſt enim hic locus docere & viros & mulieres, vt magna inter ſe concordia viuant, & coniugij vinculum indiſruptum ſeruent, & neq; vir inſurgat aduerſus mulierem, ſed vt vaſi infirmiori maiorē illi veniā tribuat, neq; mulier viro ſe opponat, aut ab eo diſſideat, ſed vt viciſſim alter alteri onera ferre certet, domeſticamq; pacem omnibus bonis præferant. At operæprecium fuerit audire verba ipſa, vt fiat nobis doctrina manifeſtior. Sara autē (inquit) vxor Abræ, non peperit ei, cæterum habebat ancillam Aegyptiam, cui nomen Agar. Cōſyderadi lecte hoc loco indicibilem dei toleratiam, & eximiam fidem & gratitudinem iuſti, quam in factis ſibi promiſſionibus declarauit, quibus promittebat deus ſe daturum ſemini eius terram, & in tāto multiplicaturū numero, vt multitudini ſtellarum adę-

F

quetur. Videns quod nulla ꝓmíſſionū opere impleretur, ſed ex ꝓmíſſionibus, nihil præterquā verba acciperet, non turbabatur ratione, non cōmouebatur mente, ſed manſit immotus & inflexus, credens potentiæ ꝓmittentis. Et idcirco etiā hic aſſignauit ſcriptura diuina, dicēs, Sara autē vxor Abræ non peperit, quaſi hoc declarans. Poſt hæc pacta cū eo inita, poſt pollicitationē inumeræ multitudinis ex eo naſcendæ, nihil fluctuabat ſecū, videns nihil dictorū opere impleri, ſed oīa contrario modo ſeſe habere, ꝓpterea dicit, poſt illa omnia Sara vxor eius, non peperit. vt diſcas quod nō aliter ſe habuit poſt tātas ꝓmiſſiones, quamuis Saram ſterilem, & vtero emortuo eſſe, in mente iuſti multā hæſitationē ingenerare poterat. Verū patriarcha non ſpectabat ad impedimēta naturæ, ſed omnipotētiā domini, qui naturę dominus & conditor eſt, viā q; in inuijs poteſt inuenire, ſicut gratus ſeruus non quærit curioſe modū, quo fiant, ſed relinquit incōprehenſibili domini prouidētiæ, & credidit dictis, idcirco inquit, Sara aūt poſt tantas promiſſiones non peperit ei. Habebat aūt ancillam Aegyptiam, cui nomen Agar. Non abſq; cauſa etiā hoc loco ſcriptura diuina nobis ancillæ memoriam facit. ſed vt ſciamus vnde habuerit eā. Et idcirco adiecit, quod Aegyptia fuerit, vt ad ſuperiorē hiſtoriam recurramus, & quod fuerit ex his quę Pharao Abrę donauerat, quando tanta vltione ab omnium deo potitus eſt, redeundo etiam hanc accepit. Studioſe enim nobis & nomen, & gentem ſignificauit diuina ſcriptura. Verum vlterius hic conſydera, quomodo & Saræ mēs bonis prædita fuerit moribus, & mirū in modū continēs: & ſupra quam dici poteſt patriarchæ obedieus. Dixit autē Sara (inquit) Abiæ in terra Chanaan, Ecce concluſit me dominus, ne parerem, ingredere igitur ad ancillam meā, vt ex ea prolem procrees. Vide beneuolentiam mulieris, nihil tale dixit, quale poſt hæc Rachel inquit ad Iacob, Da mihi filios, quod ſi minus, morior ego. Sed quid dicit? Ecce cōcluſit me dominus, vt ne pariam. Et quia inquit, ſterilem me fecit naturæ cōditor, & priuauit me filiorum procreatione, vt ne propter meam ſterilitatem, quum in ꝓfundam veneris ſenectam, poſtea maneas abſq; liberis, ingredere ad ancillam meā vt ex ea filios procrees. Multiplex & indicibilis mulieris probitas. Quæ enim nunquam mulier hoc elegit facere, vel viro conſulere, vel ancillæ coniugali thoro cedere? Vidiſti quomō ab omni affectione fuerint alieni? Vnus erat eis ſcopus, ne abſq; pueris hinc decederent, & ſpectabant quomodo & præſentem cōſolationem poſſiderent, & indiſſolubile pacis vinculum ſeruarent. Obſerua igitur hic patriarchę ingnem continentiam, admirabilemq; māſuetudinem. Neq; enim grauiter tulit de vxore propter ancillam, vt nōnulli, neq; amor eius erga mulierem imminutior factus eſt. Scitis enim ſcitis, multis hoc potiſſimum cauſam, ob quam mulieres deſpiciant, ſicut alijs ediuerſo maioris amicitiæ cauſam. Admodum ſtolide & imprudēter agunt, qui vxoribus aſcribunt ſterilitatem vel fœcunditatem, quaſi neſcientes, quod a naturæ conditore fiant vniuerſa, & quod neq; coitus, neq; aliud quiddam ad procreandos pūeros ſufficere poteſt, ſi non cooperetur manus ſuperna: & naturam ad procreandum excitet. Quæ ſane iuſtus ille ſciens, vxori non imputabat quod carebant filijs, ſed congruū honorem ſemper ei tribuebat. Atq; hanc ob cauſam, ipſa gratitudinis ſtudioſa, volenſq; declarare, quanto amore erga virum afficiatur, non quod ſui ipſius erat ſpectabat, ſed quomodo illi conſolationem quandam ſterilitatis excogitaret, quaſi manibus ſuis acceptam puellam Aegyptiam, in lectum induxit, Vnde & verbis ipſis oſtēdit, qua de cauſa faciat, & quis eius ſit ſcopus. Nā quia ego (inquit) inutilis viſa ſum, & ad generandum non idonea. Concluſit enim me dominus, vt ne pariam. Vide prudentem animam, quomodo nihil aſperum loquitur,

A

B

C

ſterilitatem non deplorat, ſed ſolum hoc nobis declarare vult, quod naturæ domino & opifici hoc aſſcribens, fortiter & leniter ferat, malēs quod deo placeat, quam
D quod concupiſcebat, & hoc vnum ſpectans, vt virum ſoletur. Quoniam (inquit) dominus me concluſit, vt ne parerem. Quanta huius verbi emphaſis eſt, quam ineffabilem oſtendit dei potentiā & prouidentiā? quaſi diceret, Sicut nos aperim⁹ & claudimus domos, ita & dominus in natura operatur, & ſuo præcepto clauſit, & iterum quando vult aperit, & iubet naturā quod ſuum eſt operari. Quoniam igitur concluſit me dominus, vt ne parerem, ingredere ad ancillam meā, vt ex ea prolē procrees, Scio, quod ego ſum cauſa quare non habeas pueros, propterea nolo te priuare eo ſolatio. Fortaſſis ſuſpicabatur & Sara, ſterilitatem illam nō a ſe ſola eſſe, ſed etiam ex patriarcha, ideo volens reipſa illum certis coniecturis docere, ancillæ cedit, & illā in lectum eius ducit, vt diſcat ſe ſolam in cauſa eſſe, ſibiq; ſoli aſſcribēdū. Obediuit autem Abram voci Saræ. Magna iuſti virtus. Id quod dixi, hoc & nunc dico, quia neq; prior hoc conſuluit, quamuis in extrema ſenectute eſſet, & nunc a Sara admonitus, prompte obediuit, docens quod non cōcupiſcentiam vel affectiones ſectando, congredi illi voluerit, ſed vt ſeminis relinqueret ſucceſſorem. Et vt accepit Sara vxor Abræ Agarem Aegyptiā, ancillam ſuam, poſtquam decem annos cohabitaſſet viro ſuo in Chananæa, dedit eam Abræ viro ſuo in vxorem. Attende obſecro ſcripturæ diligentiā, vt eā diſcamus, quod nō mox poſt hæc verba, quæ adeū
E fecit Sara, in opus proſiluerit, ideo dicit, Et accepit Sara vxor Abræ Agarem Aegyptiam ancillam ſuam, quaſi mōſtrans nobis, quod vxorem ſuam cōſolaturus, & obedire ei volens, hanc rem fecerit. Nam vt euidenter ſcias patriarchæ cōtinentiā, & eximiam temperantiā, dicit, Poſtquam decē annis cohabitaſſet viro ſuo in terra Chanaan. Non abſq; cauſa tempus aſſignauit, ſed vt ſcire poſſimus quot annis iuſtus fortiter infœcunditatē tulerit, & affectiōibus ſuperior, magnā declarauerit cōtinentiam, neq; hoc ſolum, ſed vt & aliud quiddam inde diſcamus. Propter hoc eā adiecit, Poſtquam decem annis cohabitaſſet viro ſuo in terra Chanaan, vt ſignificaret quod non omne tempus cohabitationis nobis declararit, ſed ſolū quod in Chananęa conſumptum. Quare, & ob quam cauſam hoc? Quia ſtatim, vt venit in Chananæam, miſericors dominus, dicens, Semini tuo dabo terram hanc, & poſt hæc quoq; ſemel atq; iterum promiſſiones ei fecit, vt ſcias dilecte, quod quanto tempore
F dominus diſtulit, & promiſſa non impleuit, patriarcha non fuerit animo turbatus, ſed prætulerit ſuæ ſententiæ diuina dicta. Propterea dicit, poſtquam decem annos cohabitaſſet viro ſuo in terra Chanaan. Vidiſti maſculum animum, vidiſti philoſophię huius exercitationem, quomodo dominus vt eam magis declaret, ceſſat ac differt? Nam quia plurimū ei curæ ſunt famuli ſui, non ita ſimpliciter in eos conferre beneficia, ſed ſimul etiā claros facere, fideq; eorum omnib⁹ manifeſtare vult. Si eā ſtatim, vt promiſit ſe daturum ſemini eius terram hanc, aperuiſſet Saræ vuluam, & ſucceſſores dediſſet pueros, neq; tam magnum mōſtraſſet miraculum, neq; tam clara apud omnes fuiſſet virtus iuſti. Virtus enim dei & tunc manifeſta quidem fuiſſet. Nam emortuam naturæ officinam, & inutilem ad procreandos filios factam, ſuo præcepto iterum viuificaſſet. At nō ita ſuarum laudū corona redimitus fuiſſet propheta, promiſſionem accipiēs, vt nunc cum tanto tēpore eius probata eſt virtus, & quotidie facta eſt clarior. Et vt ſcias, quod nō ſolū benefacere vult, & dona ſua dare, ſed eſſe morē eius, vt beneficia accepturos faciat clariores. Vide quomodo hoc
De chananęa. & in Chananęa faciat, & idcirco ceſſat & differt, vt non ſolum petitionē illius exaudiat, ſed & vt illam ipſam in toto orbe nobilem faciat. Quandoquidē quum ſuppli-

caret, ac díceret, Míserere mei domine, quía fília mea male a demonío torquetur, ne que reſponſo eam dignatur míſerícors & clementíſſimus dominus, alioqui præces noſtras ſemper præueníens. Et diſcípuli quídem neſcíẽtes quid futurũ, & quod curam ageret mulíeris, nolletq; theſaurum latere, ac ídeo non reſponderet, quaſi com A
patientes acceſſerunt (inquit) & obſecrabant eũ, dícẽtes, Dímitte eam, quía clamat poſt nos. quaſi monſtraret, quod non iã ferrent eius moleſtiã. Dímitte enim eã (inquíunt) non quía tã ærumnoſa eſt, nõ quía preces eius ratíonabiles, ſed quía clamat poſt nos. Quídígitur dominus? Volens & paulatím íllíus theſaurũ detegere, & docere quantũ apoſtolí a ſua míſerícordía abeſſent, reſpõſum dat, quod & mulíeris oc cæcare mentem, níſi tanto ſuccẽſa deſyderío, alacritateq; vígẽs fuíſſet. & apoſtolos ab ínterpellatíone deterrere potuíſſet. Non ſum míſſus (inquit) níſi ad oues domus Iſrael, quæ perierunt, Et hoc quídẽ dictum íllos abercuit, ne pro muliere íntercederent, ſed íllã ſegníorem nõ fecit, ímmo fecit vt magís vrgeret. Ita enim ſe habet aía dolẽs, & feruentí affectione accedens, níhíl attendit quod dícitur, ſed vnum ſolum ſpectat, quomodo ea quæ ſibí curæ ſunt aſſequatur, íd quod & íſta fecit. Audítís eñ hís, íterum (inquit) adorauit eum, dícens, Míſerere mei. Sciebat domini míſerícordíam, & proínde magna ſedulítate vtebatur. Sed víde ſapientem íllũ & ſolertẽ, qđ neq; ſic annuit, ſed aſperíus & vehementíus concutíens, reſponſum dat. Sciebat eñ fortitudínem mulíeris, & volebat ne ſui obliuíſceretur benefícíj, ſed & vt díſcípuli B
díſcerẽt ex facto dílatíonis cauſam, quã alíos oẽs docerent, quanta ſit longanímitatís potentía, & mulíeris vírtus. Nam dícit, Non eſt bonũ ſumere panem fíliorum & obíjcere canibus. Híc obſecro animaduerte, quæ fuerít mulíeris conſtãtia, quanta alacrítate ſuccenſa, quanta in deum fíde alata fuerít, quum ínterím víſcera ípſa, vt íta dícam, prę dolore díſſecarentur, & multũ fíliæ compateretur, non auerſatur nec retro cedít ob verbí contumelíam, ſed audíto canís nomíne, boní conſulít, & fatetur ſe catellum, vt a canum líberaretur brutítate, & in fílíorũ adlegeretur ordínem. Audí quíd ad hęc mulíer díxerít, vt díſcas quantum dífferente deo lucrum concedatur. Non ſolũ enim non abercuít mulíerem dictorum aſperítas, ſed in maiorem alacrítatem excítauít, nempe poſtquam audíuít hæc verba (inquit) Etiam domine, nam & catellí edunt de mícis, quæ cadunt a menſa dominorum ſuorũ. Vídíſti quare hucuſq; díſtulerít? vt per verba mulíeris íllíus fidẽ eximíam díſcamus. Víde enim quomodo ſtatim eam laudauit, & prædicauit dominus, dícens, O mulíer, magna ẽ fides tua. Quam príncípio neq; reſponſo dignabatur, cum admíratíone & laudíbus dímittít. Magna (inquit) eſt fides tua. Erat enim reuera ſupra naturam & magna, quod cum víderet ſemel atq; íterum & ſæpius precíbus abnuere, non ſegníor fuerít facta, neq; retroceſſerít, ſed perſeuerãtía ſedula prouocauít dominum, vt voti compos fieret. Fíat enim tibí (inquit) ſícut vís. Vídíſtí quomodo quí príus íllam neq; reſponſo dignatus fuerat, nunc largítionibus certat? Non eñ ſímplícíter annuit præcibus eius, ſed prędícauít & celebrauít íllam, dícendo. O mulíer, mõſtrauít quomodo fídem eius obſtupeſcat, dícendo autem, Magna eſt fides tua, díuítías quoq; mulíeris oſtendít. deínde ínquit, Fíat tibí ſícut vís. Quantum vis, quantum animo concípís, tantum prębeo. Tanta enim tua perſeuerantía dignam te declarauít tua petítione. Vídíſtís mulíeris conſtantíam? vídíſtís díuínæ dílatíonís cauſam? Redeamus autem, ſí placet, ad propoſítam híſtoríam, & díſcamus quod propter níhíl alíud promíſſiones patríarchę factas, tot annís ímplere díſtulít, quam vt multa cum gloría eas íllí concederet, omníbuſq; monſtraret íuſtí fídem, & ídcírco dícit, Poſtquam decem annos cohabitaſſet víro ſuo ín terra Chananæa, vt díſcas quantum præte-

rierat temporis a quo promissiones accepisset. Statim eñ vt venit in Chanaan, audiuit, Semini tuo dabo terram hanc, & tanto interuallo temporis absq; puerisman serit, minusq; apta generationi Sara fiebat. Et dedit (inquit) Agar Abræ viro suo
D in vxorem. Vide quantũ etiam olim virtutis studiũ apud veteres exercebatur, quo modo & viri tẽperati erant, & magnam cõtinentiæ habebãt rationem, & mulieres zelotypiæ carebant vitio. Dedita eñ opera, dicit scriptura, Et vt tulit Sara Agarẽ ancillam, & iterum, Dedit eam in vxorẽ, vt discas quomodo absq; affectione negocium egerit, & quantũ apud eos virtutis studium. Et ingressus est (inquit) ad Agar, & concepit. Vide quomodo discit Sara, quod nõ iustus in causa fuerit quare caruerint filijs / sed sua potius sterilitas / statim eñ congressum cum ancilla, subsequuta est conceptio. Cæterum vide & ancillæ ingratitudinem, & muliebris sexus infirmitatem, vt discas etiam hoc loco patriarchæ miram lenitatẽ. Et vidit (inquit) quod vterum gereret, & contempta est domina coram ea. Ille enim ferme seruorum mos est vt quũ parum prosperitatis eis aspirauerit, nequeãt intra suos limites manere, sed statim sui ordinis obliuiscantur, & in ingratitudinem propensi sint, id quod & huic ancillæ accidit. Nam vt vidit vteri sarcinam, neq; dominæ admirabilem honestatem, neq; suæ conditionis vilitatem cogitauit, sed inflata & superbiens cõtempsit dominam, quæ illam tam cõmendatam habebat, vt & in viri thalamũ admitteret. Quid igitur Sara? Dixit (inquit) ad Abram, Iniuria a te afficior. Ecce dedi ancillam meã in sinum tuum, quæ quia vidit quod vterum gerit, contẽptui coram ea habita sum. Iudicet deus inter me & te. Hic quæso animaduerte incredibilem lõganimitatem
E & reuerentiam iusti, quam erga Saram declarauit, veniam ab ea petens tam absurdę causæ. Quæ eñ manibus ancillam viro tradiderat, & dixerat, Ingredere ad ancillã meam, quæ a semetipsa & sua sponte ad congressum hortata fuit, ista nunc mutato animo, inquit, Iniuria a te afficior. Mulier, nunquid ipse ad ancillæ congressum festinauit? Nunquid intemperãtia impellente, ad rem habendam cum ancilla accelerauit? A te persuasus, & tuo mandato obtemperans, hoc tandem fecit. Qua te iniuria maritus affecit? Ecce dedi ancillam meam in sinum tuũ. Quare iniustitiã improperas? Etiam, inquit, nam quamuis ego dederim, sed videns eius temeritatẽ, debebas cohibere mentem tam petulantem. Nam vt vidit se vterum gerere, contempsit me. Iudicet deus inter me & te. Vere hęc mulieris verba sunt, & infirmi illius sexus, quasi enim hęc inquit ad eum, Ego quidem volebam tuum mœrorem solari, quem habes ex prolis inopia, tam officiosam in ea re me gessi, vt & ancillam meam meis manibus traderem, & ad congressum inhortarer, tu autem videns hanc indefierite merariam propter vteri sarcinam, & magno fastu inflari, debebas reprimere & vlcisci eius in me iniurias, quasi omnium priorum oblitus, me despicis etiam tu, me quæ tibi tot annis cohabitaui, & ab Aegyptia ancilla mea contemnor. Iudicet deus inter me & te. Dolentis animæ verba Et nisi tantis virtutibus præditus fuisset patriar
F cha, & in tanta reuerentia Saram habuisset, ęgre tulisset hæc verba, & ex delictorũ asperitate dolorem concepisset. Verum eximius ille ad sexus fragilitatem spectans, omnem dedit ei potestatem. Iudicet deus inter me & te. Cogita quantam rem egerim, vt te consolarer, volens te vel in senectute patrem fieri, & ancillam meam in locum meum adduxi, tu autem videns illam tam ingratam, nõ vltus es, nõ rependisti mihi vices beneuolentiæ, quam in te declaraui. Iudicet deus inter me & te. Ille (inquit) qui abscõdita omniũ cordiũ nouit, ipse erit iudex inter nos. Et quomodo ego quidem victis oñibus affectionibus, tuã consolationẽ meæ prętuli, & in lectũ meũ ancillam meam induxi. Ipse autem nihil horum, quę a me facta sunt, in mentem ac

cipiens, permittis illi vt contra meam insurgat lenitatem, nec audaciam reprimis, ne que ingratam castigas. Quid igitur adamas ille, fortis ille athleta, qui vndequaq; coronas sibi plectebat? monstrans etiam in hoc suam virtutē, vide quid dicat ei. Dixit aūt Abrā ad Saram, Ecce ancilla tua in manibus tuis, vtere ea vt tibi libitum fuerit. A Ingens iusto virtutis studium, mira æquanimitatis excellentia. Nō solū enim non ægre tulit ea quæ Sara dixerat, sed & oppido mansuete respondit, & inquit, Suspicaris me autorē esse contumeliarū, quibus affecta es, & putas me oblectari in his q̄ ancilla aduersum te ausa fuit, quoniam semel communicauit mihi in lecto, disce q̄d & primū, nisi hoc suscepissem, vt tibi gratificarer, nū quam admisissem ancillam in lectum meum, verūtamen vt re ipsa certior fias, ecce in manibus tuis est, vtere ea vt tibi placuerit. Num quis potestatē tuam minuit? Nū dominiū tuū a te ablatum est Nam licet cū ea congressus fuerim, salua tamen adhuc est potestas tua, ipsa sub manibus tuis est, puni, castiga, increpa, vt vis & tibi placuerit, sic facito cum ea tantum ne succenseas, tantum ne mihi imputes, quæ illa temere egit. Neq; enim meis affectionibus incitatus rem cum ea habui, vt illi ita afficiar, quo cōtra æquitatem ei patrociner. Scio quem tibi debeam honorem. Nō ignoro familiarium ingratitudinē B Nulla mihi eius rei cura vel ratio. Vnum tantum est cui studeo, vt tu mœrore careas & turbatione, ac in omni sis honore. Hoc est verū contubernium. Ita vir, quando non magna diligentia ad mulieris spectat verba, sed imbecillitati sexus veniæ nonnihil concedit, hoc vnum satagat, vt e medio tollatur tristitia, & pax atque cōcordia constringantur arctius. Audiant viri & imitentur iusti lenitatem, & tantū honorem ac reuerentiam mulieribus tribuant, vt & imbecilli vasculo parcant, & concordiæ vinculum crescat. Ille enim veræ sunt diuitiæ, illæ maximæ sūt facultates, si vir cū muliere non discordet, sed coniuncti sunt vt corpus vnum. Erunt enim (inquit) duo in carnē vnam. Tales etsi in paupertate sint, etsi in vilitate, omniū sunt beatissimi, verā percipiunt voluptatem, & in continua consistunt tranquillitate. Sicut contra, qui hac non fruūtur. sed zelotypia laborāt, & bonum pacis amittūt, etiamsi magnis affluant diuitijs, etiamsi sumptuosas habeāt mensas, etiamsi clari fuerint ac nobiles, miserrimi omnium sunt, turbelas & fluctus sibi quotidie excogitant, & vicissim suspicantur, nullamq; voluptatem habere possunt, interno bello omnia confundente, multamq; eis amaritudinem inuehente. Verum hic nihil tale, sed patriarcha indignationem matrisfamilias sua placauit lenitate: & data ei omni contra ancillam potestate, domum pace repleuit. Et afflixit eā (inquit) Sara, & aufugit a facie eius. Postquam puniuit eam, ob temeritatem dominę fugam iniit ancilla. Qualis scilicet seruorum mos est, quando nō permittitur eis more suo vti, & impediūtur eorū conatus, statim dominorū ruptis frenis, fugam capessunt, Ceterū vide & hoc, quomodo ancillæ superna prouidentia non deest, quo iustus in maiori sit honore. Nā quia iusti semen intra se gerebat, ideo & angeli aspectū videre meruit. Inuenit enim eam (inquit) angelus domini prope fontem aquæ in solitudine in via Sur. Consydera misericordiam domini, quomodo nullum despicit, etiamsi seruus sit vel ancilla, suā erga eū declarat prouidentiam. Non ad dignitatum videt eminentiā, sed ad animæ affectionem. Hic autem non propter ancillæ dignitatē assistit, sed ob honorē iusti. Nam sicut dixi, digna erat, quæ non negligeretur, ob dignitatē feminis iusti, quod in ea cōceptum. Et vt inuenit eā angelus, dixit ei, Agar ancilla Saræ, vnde venis, & quo vadis? Vide quomodo & angeli dicta, eam in memoriam suæ dignitatis inducūt. Nā vt attentiorem reddat, statim appellationem nominis eius in mediū affert & dicit, Agar. Solemus diligentius auscultare, quando nostris nominibus voca-

Cōcordia viri & mulieris.

mur. Deīde dicit, ancilla Saræ, quo recordari eam facit dominæ ſuæ, vt ſciat quod licet particeps fuerit herilis lecti, attamen dominam agnoſcere debet Saram. Et vi
D de angelum interrogantem, vt eam ad reſpōdendi neceſſitatem cogeret. Vnde (inquit) nunc in ſolitudinem hanc aduenisti, & quo contendis? Atq; ob hoc in hac ſolitudine cōparet angelus, vt ne putet aliquem ex vulgaribus præterire. Solitudo eñ erat, & nullus alius aderat, & idcirco vt ſciat non eſſe vulgarem aliquem, qui ſibi colloquitur, eapropter vt in eremo apparuit, rogauit ex ea. Et inquit illa, A facie Saræ dominæ meæ ego fugio. Vides quomodo non negat dominium, ſed confitetur vere omnia? Non eſt (inquit) homo, vt poſſim decipere. Primum dixit nomē meum, & dominæ meæ meminit, congruum eſt, vt & ego vera dicam. A facie (inquit) Saræ dominæ meæ ego fugio. Vide quomodo citra odiū meminit dominæ. Non dixit, male me afflixit, non dixit, grauia mihi fecit, & quod nō poſſum ferre moleſtiā eius, fugam inij, nihil aſperum loquutus eſt, ſed ſolum ſeipſam, vt fugitiuam, accuſauit. Vidiſti eius gratitudinem? vide quid iterū angelus ei dixerit. Dixit autem ei angelus domini (inquit) Reuertere ad dominā tuā, & humiliare ſub manibus eius. Ad hoc quidem, quod dicit, A facię dominæ meę fugio, inquit, Reuertere, & ne ſis ingrata erga dominam tuam, quæ de te tam bene merita eſt. Deinde, quia ex faſtu & ſuperbia mentis, dominam ſuam in iram excitauerat, inquit, Et humiliare ſub manibus eius, ſubiecta eſto ei, hoc eñ tibi proderit. Agnoſce ſeruitutem, ne ignores dominium, nihil ſublime ſapito, ne plus de te quam oportet, ſenti. Humiliare ſub manu eius, magnam præ te fer obedientiam. Satis eius animam demulſerant angeli dicta, ſatis eius ſpiritum compreſſerant, ſatis frenauerāt eius furorem, multam in mentibus ſerenitatem fecerāt. Cęterum ne putaret temere & abſq; cauſa, id curę in eam impenſam, ſed diſcat quod propter ſemen iuſti tantam beneuolentiā aſſequuta ſit, vide quomodo eam conſolatur, & mentē eius erigit, & conſolationē dat, quę abunde ſufficiat, cum ita ſubiungit, & dixit ei angelus domini, Multiplicans multiplicabo ſemen tuum, & præ multitudine non numerabitur. Et hoc tibi (inquit) prædico quod tantū erit ſemē tuum, quod neq; numero ſubiaceat. Ne igitur mœſta ſis, neq; ſuccumbas, ne turberis animo, ſed præ te fer omnem obedientiam. Ecce eñ vterū geris, & paries filiū, & vocabis nomē eius Iſmael. Ideo inquit, & partū tibi prædico & nomen iam impono puero qui naſcetur, vt certior magis ſis, viā repedes, & emēdes q̄d deliquiſti, qa audiuit dñs humilitatē tuā. Hinc diſcam⁹ quātū ſit in afflictiōibus lucrū, quāta calamitatis vtilitas. Poſtquā eñ receſſit, & dolor auct⁹ eſt, multiſq; circundata eſt afflictionū moleſtijs in ſolitudine, in vaſtitate & anguſtijs verſans, poſt tantam proſperitatem, & in parem cum domina ſua dignitatē euecta, ideo acceleratum nacta eſt ſubſidium. Hæc enim tibi erunt (inquit) quæ promiſi, & paries filium. & ſemē tuum innumerabile erit, quia laudauit dominus humilitatem tuam.
E Ne igitur grauatim feramus, ſi moleſtijs prementibus humiliemur. Nihil enim ita noſtræ naturæ conducit, vt mentem ſubducere, & humiliare ſuperbum ſpiritum, & inflationem mentis deprimere. Tunc enim nos magis audit dominus, quando cum dolore animæ et corde contrito ipſum inuocamus, maiorem in precibus ſedulitatem adhibentes, quia audiuit dominus humilitatem tuam. Poſtea prædicit naſcendi pueri ſtudium. Hic erit (inquit) agreſtis homo, manus eius contra omnes, & manus omnium contra eum, contra faciem omnium fratrum ſuorum tabernacula figet. Prædicit ei, quod virilis & fortis erit, quod bellator, quod agriculturæ vacabit. Vidiſti, propter patriarchæ honorem quanta ſint & ancillæ facta? Quicquid enim illi impenſum eſt, ad honorem patriarchæ pertinet. Hęc vbi conſuluit, & fę-

licia annunciauit, receſſit. Cęterũ vide iterũ ancillę gratitudinẽ. Et vocauit (inqt) nomẽ domini, qui loquebatur ſibi. Tu es deus qui vidiſti me. qa dixit, Corã vidi eũ qui vidit me. Propter hoc vocauit puteum, puteum vbi corã vidi, inter Cades & inter Barad. Vides quõ & hęc vult perpetuam memoriam infigere loco per vocabuli impoſitionem? Vocauit enim locum, puteum vbi coram vidi. Vidiſti & ancillã creſcẽtibus afflictionibus aliquanto caſtigatioribus moribus fieri, & magnã gratitudinẽ declarare erga eã, propter quã tãta ei collata beneficia? Et peperit (inquit) Agar Abrę filium, & vocauit Abram nomen eius, quẽ peperit ſibi Agar, Iſmael. Hic diſcimus, quantum bonum ſit manſuetudo, quantum lucri habeat, & quanti fructus ex afflictionibus proueniant. Nam manſuetudine patriarcha placauit Saram indignabundam, & famulę poteſtatem ei dedit, domumq; pace repleuit, afflictionis autem fructus in ancilla videre licet. Quia poſtquam a domina afflicta. fugit, & multum ęrumnoſa fuit, dolenteq; anima dominum inuocauit, ſtatim ſupernã viſitationem aſſequuta eſt. Vt enim diſcat, quod per humiliationem & afflictionem tantam beneuolentiam inuenerit, dicit angelus ei. Verum geris, & paries filium, & vocabis nomẽ eius Iſmael, quoniam audiuit dominus afflictionem tuam. Itaq; dilecti, quũ ſciamus, quod ſi ſobrij & prudẽtes fuerimus, tribulationes nos magis domino appropiare faciunt, & tunc poterimus eius gratiam nobis conciliare, quando dolente anima, & feruidis lachrymis ipſum accedimus, ne deleamus in afflictionibus, ſed lucrum ex afflictionibus faciẽtes, omnia quę nobis eueniunt, placido feramus animo & diſcamus humani eſſe & manſueti, erga omnes quidem, maxime autem mulierũ noſtrarum curam agamus, vt ſiue iuſte ſiue iniuſte nos arguant, ne ita ad viuum & accurate excutiamus cauſas, ſed vnius rei nobis cura ſit, vt triſtitię cauſa e medio tollatur, creſcatq; ac roboretur pax domeſtica, vt & illa erga virum ſuum habeat conuerſionẽ, & vir ab externis ac forenſibus negocijs & turbatiõibus ad eam, quaſi ad portum confugiat, & omnigenam inueniat conſolationem. In adiutorium enim data eſt, vt contentus eius conſolatione, quę occurrunt, aggredi queat alacrius. Nam ſi fuerit ornata virtutibus & manſueta, non ſolum viro ſuo prębebit conſolationem, ſed & alijs omnibus multum fit vtilis, omnia illi leuia & facilia reddit, & percipere non ſinit illas externas malitias, neq; difficultates quę quotidie domi naſcuntur, ſed quaſi guberuator optimus omnem eius tempeſtatem in ſerenitatẽ ſua ſapientia conuertit, intelligentiaq; ſua magnam confert conſolationem. Enimuero qui ſic cõiuncti fuerint, a nulla rerum difficultate male habebunt. Quanto enim concordia & pax & vinculum dilectionis cum muliere & viro fuerit, omnia ſimul affluunt bona, & nullis inſidijs expoſiti ſunt, magno & inexpugnabili quodam muro circũdati, ſua iuxta dei præceptum concordia. Hoc. ferro fortiores eos reddet. hoc omnibus diuitijs & abundantia magis locupletabit, hoc ſupernam gloriam eis conferet, hoc & dei beneuolentiam eis vbertim conciliabit. Proindę oro, ne quid illo præferendum exiſtimemus, ſed omnia faciamus & agamus, ita vt trãquilitas & pax ſit cohabitantibus. Tunc enim & filij qui naſcuntur, virtutem ſequentur, quos imitabuntur & ſerui, & vndequaq; domus virtute florebit, eritq; multiplex rerum proſperitas Quando enim diuina pręferimus, facile alia omnia proſpere nobis ſuccedent, & nihil difficile putabimus, ſuppeditante nobis omnia largiter diuina gratia. Vt igitur etiam ipſi abſq; triſtitia temporis iſtius vitam tranſigamus, & maiorem domini beneuolentiam nobis conciliemus, concordiam & pacem in domũ noſtrã introducere conemur, amplexantesq; virtutem, cura nobis ſit, vt honeſte enutriãtur pueri, cura nobis ſint mores famulorum, vt pro omnibus largis acceptis remunerationibus

A

B

De mã ſuetudine viro rũ erga mulieres.

C

mereamur & promissa bona, gratia & misericordia domini nostri IESV CHRI
STI, cui cum patre & spiritu sancto sit gloria, imperium, & honor nũc & semper,
D & in secula seculorum, Amen.

CAPVT. XVII.

ERat autem Abram annorum nonaginta nouẽ: & apparuit dominus Abrae: & dixit ei: Ego sum deus tuꝰ: esto probatus coram me: & esto irreprehensibilis: & ponam testamentum meum inter me & inter te: et multiplicabo te valde. Et cecidit abram super faciẽ suam. Et loquutus est ei deus: dicens: Ecce ego & testamẽtum meum tecum: & eris pater multitudims gentium: & non vocabitur nomen tuum Abram: sed erit nomen tuum Abraham: quia patrem multarũ gentium posui te: & crescere te faciam: & multiplicabo te valde valde: & ponam te in gentem: & reges exte egredien tur. Et statuam testamentum meum inter te & inter semen tuum post te in generationes eorũ: in testamentum sempiternum: vt sim deus tuus. Et dabo tibi & semini tuo post te terram: in qua peregrinus es: omnem terrã Chanaan in possessionem sempiternã: et ero eorum deus. Et dixit deus ad abraham: Tu autẽ testamentum meũ obseruabis: tu & semen tuum post te in generationibus eorũ. Et hoc est testamentum: quod seruabis inter me & vos: & inter semen tuum post te in generationibus illorum. Circuncidetur in vobis omne masculinum: & circundetis carnẽ preputij vestri in signum testamenti inter me & vos. Et puellus octo dierum circuncidetur: & vernaculus domus tue: & emptitius ex omni filio alieno: qui non est de semine tuo: circuncisione circuncidetur: & erit testamentum meum in carne vestra in testamentum sempiternum. Et incircuncisus masculus: qui non circunciditur carne prepu-
E tij die octauo: exterminabitur: & perdetur anima illa de genere suo: quia testamẽtum dissipauit. Et dixit deus abrahe: Sara vxor tua: non vocabitur nomen eius vltra Sara: sed Sarra erit nomen eius: benedicam autem eam: & dabo tibi ex ea filiũ: et benedicam eum: & erit in gentes: & reges gentium ex illo erunt. Et cecidit abraham in faciem suam: & risit. Et ait in mente: dicens: Num centenario nascetur filius: et num Sarra nonaginta annorum pariet? Dixit autem abraham ad deum: Ismael hic viuat coram te. Dixit autem deus ad abraham: Ecce Sarra vxor tua pariet tibi filium: & vocabis nomen eius Isaac: et ponã testamentum meum ad eum in testamentum sempiternũ: et semini eius post eum. De Ismaele autem ecce exaudiui te: ecce benedixi eum: et multiplicabo eum valde valde. Duodecim gẽtes generabit: et dabo eum in gentem magnã. Ceterum testamentum meum statuam ad Isaac: quẽ pariet tibi tempore hoc: anno sequenti. Perfecit autem deus loquens ad eum: et ascendit deus ad abraham. Accepit autem abraham filium suum: et omnes vernaculos suos: et omnes emptitios: et omne masculinum virorũ: qui in domo abraham: et circuncidit preputia eorum in tempore diei illius: sicut loquutus est ei deus. Abraham autem erat annorum nonaginta: quando circuncidit carnem preputij sui: Ismael autem filius eius annorum tredecim erat: quando circuncisus est carnem preputij sui. In tempore diei illius circũcisus est abraham et Ismael filius eius: et omnes viri domus eius: et vernaculi eius: et emptitij ex alienigenis gentibus.

HOMILIA. XXXVIII.

F SAtis vidistis dilecti, quomodo nihil ociose in diuina scriptura positũ? scitis quantum vtilitatis heri percepimus, quum de Agar ancilla fugitiua differeremus? Didicimus enim magnam patriarchæ lenitatem, eximiam cõtinentiam, reuerẽtiam, qua Saram complexus est, & quomodo concordiã bonis omnibus præferendam duxerit. Vidistis dei ineffabilem misericordiam, quomodo in honorem iusti, non solum reduxit Agar, quæ in solitudine errabat, & ob timorem dominę aufugerat, sed & ei Ismaelem prolem dedit, inde iusto magnum solatium excogitans, tantæq; patientiæ mercedes ei

tribuens. Et postquam natus est Ismael, vult nos docere scriptura, tempus & numerum annorum patriarchæ. Vnde assignauit, dicens, Quando natus est Ismael, annorum octogintasex erat Abram. Videamus autem, & hoc loco (id quod & ex sequentibus discemus) eminentiam iusti, & ineffabilem atq; eximiam misericordiam domini. Sciemus autem vtraq; euidenter, si iterum tempora vitæ iusti addiscere poterimus, & quomodo bonus deus quæ ad se attinent, omni tempore dispensat, probans suum famulum, & piam eius mentem detegens. Ipse enim clare præsciebat famuli sui gratitudinem, & animę eius pulchritudinem sciebat, margaritamq; euidenter agnoscebat. Sed quia voluit omnibus tunc præsentibus eum manifestare, vt & posterioribus seculis ad imitationem ac zelum, eos qui æmulari volunt, prouocaret idcirco paulatim mentem iusti tam opulentam nobis detegit, vt discamus & nos diuinis promissionibus non diffidere, neq; dilationem grauatim ferre, sed maiorem spem in inuisibilibus quam visibilibus ponere, quę dominus omnium promiserit, & sciamus, quod non sit possibile, vt vnquam excidant promissa dei, sed etsi longo tempore eueniant aliqua diuinis promissis diuersa, ne propterea mens turbetur, sed cognoscamus eius qui promisit inuictam virtutem & sapientiam, & quando cunq; voluerit opere quæ probantur complere poterit, omnia ei cedent & obtemperabunt. Nam quia dominus est naturæ & opifex, potens etiam est dare ea quæ supra naturā sunt. Ne igitur ad propriam imbecillitatem respicientes, curiosius quæ a deo fiunt inquiramus, neq; ad naturæ ordinem intendentes, mēte claudicemus, sed sicut grati famuli immensam domini nostri potentiam non ignorantes, credamus eius promissionibus, & humanis viribus superiores facti, promissa assequamur omnino, & quum eius fruimur beneuolentia, pro nostro virili deū quoq; veneremur. Maximus enim hic est noster honos, quem offerre possumus, vt virtuti suæ fidamus, etiāsi prę oculis videamus diuersa. Et quid admiraris, apud deum honorem maximū esse, quū apud nos maximum honorem sibi impensum putent homines, quando aliquid vile & modicum promittunt, nosq; de promissis non fluctuamus, sed promittenti bene fidimus. Quod si hoc in hominibus, qui tam crebro variari solent, vel ob infirmitatem præstare nihil valent, quanto magis dei promissis credere debemus, etiamsi interim multum temporis interfluat. Quæ nunc nō absq; causa dicta sunt, vt scire possimus, quum venerimus ad principium eorum, quę hodie nobis sunt proposita, quo modo misericors deus volēs apud omnes nobilem reddere patriarcham, qui tot annis suam longanimitatem seruarit, & vt iustus non ægre ferat, nec segnior fiat, nec desperet, sed bona spe vegetatus, religiosum animum in omnibus præ se ferat. Scimus autem liquido, omnem patriarchæ virtutem si didicerimus, quantū tempus interfuerit. Omnia enim beatus Moyses spiritusancto afflatus docebit. Quid igitur ille dicit, Quando obediuit mandato dei, & migransa Charris, in Chananęam contendit, annorum erat septuagintaquinq;. Et statim vt venit in Chananæam, dominus promisit ei & semini eius daturum omnem terram, & id in tanto numero multiplicaturum, vt innumerabile sit sicut stellæ & harena. Et post promissionē hāc multa interim acciderunt iusto, nempe descensus in Aegyptum propter famem, rapina Saræ, & statim diuina consolatio. Iterum post reditum ab Aegypto, aliæ molestię a rege Gerarorū, et statim subsidium. Atq; hæc omnia videns iustus, post promissionem quæ ei euenerat, non turbabatur animo, neq; curiosius disquirebat. Quare accepta promissione tali, in tantas taleſq; tentationes quotidie incidat, & tanto tempore maneat absq; prole. Noluit enī, vtpote pius, humanis rationibus ea quæ a deo fiebant concredere, & amabat magna q; voluptate suscipiebat quæcunq; a deo fue-

A

B

C

rant arbitrata. Et post decimum annum assumit Ismaelem ex ancilla, & in illo putat
D quod reliquum erat promissionis adimplendum. Erat enim patriarcha quando natus est ei Ismael annorum octogintasex, & iterum tredecim annis exercetur a misericorde deo in patientia, donec eius promissio impleatur. Nam quemadmodum vidisti aurum in conflatoria fornacula purgari, ita temporis accessione iusti virtus clarior fit & illustrior. Quando enim dicit. Factus est Abram annorum nonagintanouem, apparuit ei deus iterum. Et quare nam tanto tempore distulit? vt non solum iusti patientiam & virtutem discamus, sed & immensam eius potẽtiam videamus. Quum enim nihil spei & expectationis esset in natura, quæ ad procreandam prolẽ inutilis erat, & membra præsenectute languida & frigida essent, tunc tandem iusti virtutem detexit, & suam potentiam indicauit, promissionem implẽdo. Sed operæ precium, vt iterum audiamus ea ipsa, quæ cum illo deus loquuntus est verba. Quum factus enim esset (inquit) nonagintanouem annorum, apparuit ei deus. & dixit ei. Quum autem audieris, apparuit, nihil humile suspiceris, neq; putes, oculis carnalibus videri diuinam illam & incorruptibilem substantiam sed pie omnia intellige. Apparuit (inquit) ei deus, hoc est, visitatione sua illum dignatus est, & dignum duxit eum cuius curam ageret, vsus magna sermonis attẽperatione. Dicit em̃ (inquit)
E ad eum, Ego sum deus tuus, esto probatus coram me, & esto irreprehẽsibilis, & ponam testamentum meum inter me & inter te, & multiplicabo te valde. Et procedit Abram super faciem suam. Magna iusti gratitudo, excellẽs item clementissimi dei in eum misericordia. Ego sum (inquit) deus tuus, quasi diceret, Ego sum, qui vsq; in prẽsens res tuas variis modis dispenso. Ego sum, qui te e domo tua euocaui, & huc duxi, qui omni tempore propugnator tuus sum, & qui te inimicis præualere feci. Ego sum, & non dixit simpliciter, ego sum deus, sed ego sum deus tuus. Vide mirã bonitatem, quomodo hoc etiam addito amorem suum erga iustum declarauit. Nam qui totius mundi est dominus, vt vniuersi opifex, creator cœli & terre, dicit, Ego sum deus tuus. Magna grauitas dignitatis, quæ iusto tribuitur. Sic & prophetis loqui mos est. Nam sicut ipse nunc, quum est dominus communis omnium, a seruo vt peculiaris vocari voluit, & inuenimus eum post hęc dicentem, Ego sum deus Abraham, deus Isaac, deus Iacob. Ita & prophetæ dicere consueuerũt, Deus deus meus. non concludentes eius dominium, sed amorem immensum declarãtes. Non igitur mirum, si homines hoc faciant, quum & ipse idem faciat. Cæterum ne miremur dilecti, sed audiamus prophetam, dicentem. Melior est vnus faciens volũ
F tatem domini, quam decem mille peccatores. Et iterũ audiamus Paulũ, dicentem Obambulauerũt in melotis in pellibus caprinis, egentes, angustiati afflicti, quibus non erat dignus hic mundus. Sic propheta quidem pronũciat vnũ bonũ impijs decem millibus meliorem. Beatus vero Paulus, doctor orbis, memorans bonos omnes in afflictionibus hic agentes (inquit) quibus non erat dignus hic mũdus, ita quũ dixisset totũ mundũ, mundo oppositeos, qui hic vexantur & afflígũtur, vt discas quanta virtutis magnitudo, Atque ob hoc dominus deus inquit ad patriarcham, Ego sum deus tuus, sic probatus coram me, & esto irreprehensibilis, Neque em̃ cõtemnam tuæ virtutis sudores, sed ponam testamentũ meũ inter me & inter te, & multiplicabo te valde. Non tantũ faciam te in multitudine magna crescere, sed valde, manifestans augmentationem plurimam. Quod supra dicebat, quũ diceret arenã & stellas, id hic per aduerbium tvalde, significauit. At gratus & religiosus famulus, videns tantam dei erga se misericordiam & obsequiũ atq; curam, obstupefactus, animoq; versans & naturam suam & bonitatem, immẽsamq; misericordiam dei, Ceci-

dit(inquit)in faciem suam,quasi figura, suam indicauit gratitudinem. Non solum eñ tunc non fuit factus arrogantior,neq; superbiebat ꝓpter fauorem dei quem experiebatur,sed & multo magis humiliabatur. Et cecidit(inquit)in faciẽ,ita eñ gratę animę/quanto maiori fruuntur fiducia,tanto maiorem deo reuerentiã exhibent. A
Cecidit(inquit)in faciem suam. Et quia post tantam fiduciam iustus seipsum & naturę suę imbecillitatem videns,neq; oculis nutare ausus fuit,sed deorsum videns,suã declarauit reuerentiam. Videiterũ boni dei ineffabilem liberalitatẽ. Loquutus est (inquit eñ)deus dicens,Ecce ego,& testamentũ meum tecũ,& eris pater multitudinis gentiũ,& non vocabitur vltra nomen tuũ Abram/sed erit nomen tuũ Abraham,quia patrem multarum gentiũ constituí te,faciamq; te crescere valde valde,& ponam te in gentem,& reges ex te egredientur. Consydera dilecte,quomodo prædicit & nunc manifeste omnia/& vt maioribus eum argumẽtis certum reddat,& literam addit nomini eius,& inquit,Eris pater multitudinis gentium/non vocabitur enim nomen tuũ Abram/sed Abraham,quia patrem multarũ gentiũ constituí te. Nam sicut prius nomẽ eius transitũ indicabat,iuxta Hebræorum linguam/& hoc sciunt qui linguæ illius sunt periti,quia parentes eius nomen hoc indiderãt,eo quod a patria sua in Chananæã transiturus erat. Iam fortasse dixerit quispiam,quum parentes eius infideles fuerint/vnde illa sciẽtia/vt quod multo tempore postea futurũ, nomine cõplecterentur? Sed est etiam hoc omnipotentis sapientię dei argumentũ B
quæ sæpenumero per infideles/eiusmodi res dispensat & multa similia inuenimus etiam in aliis facta. Statim eñ occurrit nobis & Noe vocabulũ/neq; eñ absq; causa & inuanum etiã huic nomen indiderunt parentes/sed pręsignarunt subsequuturũ diluuium. Enimuero & pater huius non ideo nomen puero indidit/quod ipse iustus esset. Audi scripturam dicentem,Noe solus inuentus est iustus/perfectus in generatione ista. Neq; obticuisset scriptura,neq; dixisset Noe solus iustus erat/si & Lamech pater eius virtutem iusti fuisset imitatus. Impositurus itaq; puero nomen,inquit,Et vocabitur nomen eius Noe/hic faciet nos quiescere ab operibus nostris,& a molestijs manuũ nostrarũ/& a terra quam maledixit dominus deus. Vnde illi esset pręscientia eorũ/quæ post tot secula erant euentura? Dicit eñ,Vocabitur Noe hic nos quiescere faciet. Nomen autẽ Noe,lingua Hebręorum quies dicitur. Itaq; quia ingruente diluuio,hic solus mundũ seruaturus,& posterioris seculi futurus autor erat,idcirco(inquit)hic faciet nos requiescere/requiem diluuiũ vocans. Nam omnem terrã fatigatã/& valde deteriorẽ factam inhabitantiũ malitia,superueniẽs diluuij aquarũ inundantia,quæ finem malitię malorũ istorum hominũ faciebat,& terram repurgauit,quã fecerat immundam inhabitantiũ malitia/& illos puniendo C
quiescere fecit. Vidisti quomodo & per incredulos multa sæpe prænsignari facit? eodem modo & patriarchæ nomen parẽtes indiderant. Statim ab initio declarantes, quod peregrinus erat futurus & transiturus flumen in terram alienam. Inquit igitur Quoniã nomen a parentibus tibi inditũ illud prænsignauit,accipe et huius elementi additionẽ/vt scias quod hoc tibi declarat/te multarũ gentiũ fore patrem. Et vide euidentiam verborũ/non dixit omniũ gentiũ/sed multarum gentiũ, quia erant et aliæ gentes expellendæ vt semen iusti hęreditatem acciperet,ideo dicit,Patrẽ multarum gentium constituí te. Dicit,Scio tuæ virtutis magnitudinẽ/multarũ gentiũ doctorem te faciã et crescere te faciã ac multiplicari valdevalde/et ponam te in gẽtes/et reges ex te egredientur. Dilecti,ne perfunctorie transeamus quæ dicuntur. Nam si cogitauerimus patriarchæ ætatem/quod ille in extrema senecta audijt,stupescemus iustivirtutẽ,et misericordis dei eximiam potentiã,quia ex homine prope

modũ mortuo, & mẽbris inualidis, qui & quotidie mortẽ præ oculis imaginabatur,
D intantũ auctũ iri significauit semen, vt & in multas gentes fiat, & ex eo reges egre-
diantur. Vidisti quomodo crescant promissiones? Faciã te crescere (inquit) valde
valde. Duplicationẽ huius aduerbij nõ frustra adiecit, sed vt significet iusto miram
multitudinẽ dandã. Proinde in nomine, quasi in columna quadã indelebili promis
sionẽ ei inscripsit. Iterũ dicit, Statuam testamentũ meũ inter te, & inter semen tuum
post te in generationes eorũ, in testam entũ sempiternum, vt sim deus tuus. Non so
lum erga te hanc meã declararabo prouidentiam & curam, sed & erga semen tuum
& post tuam mortẽ. Vide quomodo refocillat animã iusti, promittens ei, quod &
seminis eius multam curam sit habiturus. Et quæ virtus testamenti? vt sim deus tuus
(inquit) & semini tui post te. Hoc enim erit tibi summa & caput bonorum. Et da-
bo tibi & semini tuo post te terrã, in qua peregrinus es, omnẽ terram Chanaan in
possessionem sempiternã, & ero eorũ deus. Propter tuam (inquit) virtutem & poste
ri tui erunt mihi cõmẽdatiores, & dabo eis in possessionẽ æternam, terrã Chanaan
& ero eorum deus. Quid est, Et ero eorum deus? hoc est, multã me eorum curã ha-
bere ostendam, & meum subsidiũ illis præstabo. Et dixit deus ad Abraham, Tantũ
tu testamentũ meum obserua, tu & semen tuũ post te in generationibus eorum. Ni-
hil aliud a vobis requiro, quam obedientiã & gratitudinem, & ego omnia quæcun
E que pollicitus sum, opere complebo. Insuper volebat eos, qui ex ipso nascendi erãt,
facere suũ peculiarẽ populũ, & vt postea quũ multitudo propagaretur, non se genti
bus illis, quarum hæreditatem occupatura erat, commisceret. Et aliter. Quia iuxta
predictionem suam in Aegypto seruituri erant, vt igitur ne gentibus se cõmiscerẽt
in Aegypto, circunciſionẽ: signi gratia, iusto præcipit, & inquit, Hoc est testamen
tum quod seruabis inter me & vos, & inter semen tuum post te in generationibus il-
lorum. Circuncidetur in vobis omne masculinũ. Circũcidetis carnẽ præputij ve-
stri. Deinde vt doceat & illos, & omnes nos, quare hoc iniũxit, & quod nõ alterius
cuiuspiam gratia, quã vt esset assignatus & sibi segregatus populus, inquit. Et erit in
signum testamenti, inter me & vos, Et postea etiam de tempore imperat, quo conue
niat hoc fieri. Puellus enim (inquit) octo dierum circuncidetur, & vernaculus, &
emptitius, & omnes in summa, vt ita dicam, qui apud vos sunt, hoc signũ suscipient
Et quisquis nõ circũciditur in die constituto, perdetur, quia testamentũ meum dissi
pauit, quia transgressus est, dicit, præceptũ. Vide sapientiã domini, quomodo quũ
sciret prauas eorum mentes futuras, signũ circuncisionis quasi frenum quoddã im-
F posuit, vt ne gentibus commiscerentur. Nã quia sciebat eorum lasciuiã, & quod li-
cet infinities eis insurretur, vt se ab illicito contineant, non parerent. Ideo dato eis
perpetuo memoriali, iniecit eis circũcisionis signũ, quasi vinculũ quoddam, deditq;
eis terminos & regulas, vltra quas transire eis non liceat, & in nullo cũ gentibus se
cõmiscerent, sed sua gente contenti essent, vt patriarchę semen impermixtum ma-
neret, vt sic & promissa in eis compleri valeant. Et quemadmodum vir aliquis pru-
dens & lenis, ancillam habens petulantẽ, mandata illi dat, ne vnquam extra vestibu
la prodeat, neq; cũ prætereũtibus conueniat, Ita & misericors dominus circũcisio-
nis signũ carni eorũ indidit, quasi pedibus vinculũ quoddam, vt domesticum habẽ
Cõtra tes signũ nõ vltra doctrina aliorum opus habeant. Atqui ingrati, insensatiq; Iudæi
Iudeos etiam hoc tẽpore circũcisionem seruare volũt, puerilemq; declarant mentem. Cu
ius enim gratia, dic mihi, circũcidi volũt? Nam tũc quidem, vt ne impijs gentibus
se commiscerẽt, hoc in mandatis acceperũt, nunc aũt propter beneficium veritatis
quæ omnes ad lucẽ adduxit, quæ circũcisiõis vtilitas? Nunquid ad animæ libertatẽ

confert carnis depositio? Non audierunt manifeste deum dicentē, Et erit in signū testamenti, quasi demonstrantem, quod ob multam insipientiam tali signo indigue rint? ita eñ & in humanis rebus nonnun quam fieri solet. Quando non habemus ali A
quibus fidem, curamus vt ab ipsis signum pignoris loco recipiam⁹. Similiter & om nium dominus, sciens mentiū inconstantiam, hoc ab eis signū petere voluit, non vt maneat signum hoc, sed vt quando signata finem accipiunt, & signi vsus auferatur. Nam sicut qui signū repetunt, & pignus accipere volunt, quū negocium perfectū fuerit, tunc & signum tollunt, ita etiam hic, quum signatus sit populus patriarchæ, si gnum hoc apud vos introductum esse oportebat, quoad gentes illæ, propter quas si gnum accepistis, esse cessarunt, & quum ad veritatis lucem accelerarent, non iam propriæ ingratitudinis indicium circunferre, sed liberum esse, & ad pristinam gene rositatem redire. Cōsydera eñ, quod eximius ille patriarcha, priusquam acciperet circuncisionis mandatū (nonaginta eñ & nouem annorum erat, quādo hoc ei præ ceptū est) & acceptus fuerit deo, & multis modis a domino prædicatus est Et quia propediem promissiones erant implendę, nascendusq; Isaac, & augendum genus, & patriarchæ emigrandum ex hac vita, nunc accipit mandatū circuncisionis, & in tali ætate circunciditur, vt posteris omnibus lex quædam & regula fierent ea, quæ B
patriarcha prior fecerat. Et vt euidenter discatis dilecti, quod hoc nihil ad animæ virtutem conducat, ex his quæ fiunt, videri potest. Cur eñ (inquit octo dierum cir De cir-
cūciditur? Tempus autem definitū a misericorde deo duabus de causis opinor, vna cūcisio
vt in ætate immatura facilius circuncisionis in carne laborem ferre queat, alia, vt re- ne.
bus ipsis discemus, quod factū animę nihil conducat, sed hoc fit signi gratia. Pue ri eñ immaturi, quum ea quæ fiunt ignorant, neq; sensum eorū habent, quam inde in anima sua vtilitatem accipere possunt? Illa eñ sunt vere bona opera animæ, quę ex electione fiunt. Animæ eñ bonum opus est virtutem eligere, & malitiā fugere. Animæ bonum opus est, vt ne plura quā oportet concupiscat, & facultates tribuat indigētibus. Animæ bonum opus est, non addictum esse rebus præsentibus, sed eas quidem despicere, futuras autem cōtinuo in animo habere. In carne vero signū ac cipere, quale bonum opus fuerit? Verum ingrati illi & insensati Iudæi, quum iā illu xit veritas, adhuc in vmbra sedent, & quum sol iustitię infulserit, qui lucis suę radios vndiq; emisit, adhuc cādelari luci sunt addicti, & quum sit tempus vt solido pascan tur cibo, ipsi adhuc lacte nutriuntur. Neq; beatum Paulum audire volunt clamantē & dicentem de patriarcha, Et signum accepit circuncisionis, signaculum iustitię fi dei in præputio. Vide quomodo vtraq; nos docuit, & quod accepit signi loco cir cuncisionem, & quod quum pręputiatus erat, iustitiam a fide declarabat, quippe ne C
impudenter Iudęus dicat, Nonne circuncisio ei iustitiam conciliauit? Idcirco bea tus ille ad pedes Gamalielis eruditus, & in lege apprime institutus, inquit, Ne pute tis impudentes Iudęi, quod circuncisio nobis aliquid adiustitiam cōferat, nam quū tempore pręputij fidem prę se ferret, audijt, Credidit autem Abraham deo, & re putatum est ei in iustitiam. Quum igitur esset iam iustus ob suam in deum fidē, tunc signi gratia, circuncisionem accepit. Et prius quidem nomini eius litera additur, de inde autem circuncisio imperatur, ostēdens quod ob multam virtutem iustum iam peculiariter possederit, & propter illū etiam eos qui illi nasciturierāt. Et quēadmo dum si quis seruum possidet, nomen eius & figuram sępe immutat, omniaq; facit, vt sciatur suus esse, & dominiū suum innotescat, Ita nimirum et omniū dominus, qua si posthac separare eos volens ab alijs hominibus, adiecta quidem litera declarauit, quod multorum populorū esset pater, circūcisione autem, quod electus eius popu-

lus futurus esset, & ab alijs gentibus sequestratum semen ex eo nasciturum. Quod si & illi ob cæcitatem suam adhuc seruare volunt circuncisionem, non audientes ite-
D rum Paulum dicentem, Si circuncidimini, CHRISTVS nihil vobis proderit. Nam propter hæc affuit dominus, vt omnia illa tolleret, atq; propter hoc legē impleuit, vt legis obseruatio finem habeat. Et idcirco dicebat & beatus Paulus, Quicũque in lege iustificamini, lege excidistis. Verum nos credamus beato huic, & non manufactam circũcisionem suscipiamus. Dicit enim, In quo circũcidamini circuncisione non manufacta, in despoliatione peccatorũ carnis, in circuncisiõe CHRISTI. Deinde docens nos diligentius, quid sit circuncisio, subdit, Consepulti ei in baptismo. Sicut enim illos circuncisionis signũ ab alijs gentibus segregauit, & demonstrabat, quod peculiariter ad deum pertinerent. Simili modo etiam apud nos, circuncisio per baptismum, euidentiorem facit separationem & discretionem fidelium, & infidelium, Dicit enim, In quo circuncidimini circuncisione non manufacta in despoliationem peccatorum carnis. Nam id quod illic operatur circuncisio in depositionem carnis, hoc hic agit baptismũ in depositionem peccatorũ. Igitur qui semel carnis peccata exuimus, & puram induti sumus vestem, maneamus delecti in puritate, magistri simus affectionum carnis, virtutẽ amplexemur. Et qui sub gratia sumus, eum qui in lege, immo ante legem fuit, emulemur, vt quũ vestigia eius
E sequendo vitam nostram rexerimus, mereamur in illius sinus occurrere, & sempiternis frui bonis, gratia & misericordia domini nostri IESV CHRISTI, cui cũ patre & spiritusancto sit gloria, honor, imperium, nunc & semper, & in secula seculorum. Amen.

HOMILIA. XXXIX.

AGe reliquias hesternæ mensæ vobis proponamus, & finẽ hodie imponamus sermoni, immo benedictioni & promissiõi, quẽ vniuersorum dominus cum patriarcha habuit. Verum audiens reliquias mẽsæ, ne quid sensibile suspiceris. Neq; enim quales sunt eduliorũ sensibiliũ. tales sunt spiritualiũ reliquiæ. Illæ enim licet variæ sint, non tamen parẽ voluptatẽ cõuiuatoribus præstant, nam si in diem posterum fuerint reseruatæ, inutiles fiunt omnes. Istæ vero non solum, si in vnum & alterum diem, sed & quantouis tẽpore relictæ fuerint, eandem seruant voluptatem, diuinæ enim sunt & spirituales, neq; vllum eis a tempore nocumentũ imminet, sed quotidie nouũ vigorem afferunt, & eos qui illis frui volunt, multa implent lętitia. Pro-
F inde quia talis harum reliquiarum virtus est, age alacriter & vos magnam inde voluptatem auferte, & nos fidentes eorũ virtuti, proponamus ea vestræ virtuti. Verũ vt nobis sermo ille manifestior fieri videatur, operæpreciũ fuerit meminisse finis heri dictorum, vt sic facto contextu doctrinam attingamus. Heri præceptum circuncisionis adduximus in medium, & quod dixit deus patriarchæ, Circuncidatur omne masculinum vestrum, & erit in signum testamenti inter vos & me. Et puer octo dierum circuncidatur. Et qui non circuncisus fuerit, peribit anima illa, quia testamentũ meum dissipauit. Ibi sermonem finiuimus in circuncisionis argumento, & ne multitudine dictorũ vestram adobrueremus mentem, noluimus vltra pgredi Neque enim hoc solum curamus, vt multa dicamus antequã abeatis, sed nostri sermonis doctrinam vestræ virtuti cupimus esse adæquatã, & vt fructu quopiam inde percepto ex his quę dicuntur, domum redeatis omnes. Age igitur ad ea quæ dicta sunt, adiungamus & relicta, & videamus post circuncisionis præceptum, quid misericors deus patriarchæ loquatur, & proponat. Et dixit (inquit) deus Abræ, Sara

vxor tua non vltra vocabítur nomíne ſuo Sara, ſed Sarra erít nomẽ eíus. Quemadmodum (inquít) nomine tíbi ímpoſito ſignificaui, quod pater ſis futurus multarum gentium, íta & vxori tuæ ſimíliter appono líteram, quía nunc tẽpus adeſt, vt olím a me promíſſa ímpleantur. Erít eñ (inquit) nomen eius Sarra. Benedícam autẽ eam & dabo tíbi ex ea fílíum, & benedícã íllum, & erít ín gentes, & reges gentium ex eo exíbunt. Et ídcírco príus líteram adiecí, vt ſcías quod omníno fíent, quæ a te facta ſunt. Ne ígitur ad ínfírmítatem naturæ ſpectaueris, ſed potíus ad vírtutís meæ magnítudínem, fídẽ habe íjs quæ a me dícta ſunt. Benedícam eñ eam, & dabo tíbi ex ea fílíum, & benedícam íllum, & erít in gentes, & reges exíbunt ex eo. Excedunt humanã naturã promíſſa. Et ſímile fuit, quaſí aliquis pollí ceretur, ex lapídíbus homínem ſe facturum. Níhil eñ a lapídíbus díffere bant, quantum ad generatíonem attínet. Et patríarcha præ ſenectute prope actíone carebat, & ad fílíorum procreatiõnẽ omníno ínutílís erat. Et Sara ad hoc, quod natura ſterílís erat, laborabat & ætatís & ſenectutís vítío. Cęterum íuſtus hæc audíens / & putans olím deí promíſſionẽ ímpletam ín Ísmaele, quando díxít, Tíbí & ſemíní tuo dabo terrã hanc, non exíſtímabat autem, quod hoc tríbueretur eí qui a Sara naſcíturus erat, ſed cogítabat ſecũ quod promíſſiones ímpletæ forent. Nunc autẽ audíens domínum deum dícẽtem, Benedícã Saram, & dabo tíbí ex ea fílíum, & benedícã eum, & erít ín gentes, & íterum, Ex íllo reges gentium egredíẽtur / quum neſciret quíd díceret, neq; eñ díſcredere potuít tam religíoſus, ad ſuã reſpícíens ætatem, & Saræ ſterílítatẽ, vſq; ad íllã ætatem. conſilíj anceps & obſtupeſcẽs promíſſionẽ dei. Cecídít (inquít) ín faciem ſuam / & rísít. Vidẽs excellentẽ promíſſionem, & magnitudinẽ eíus quí promíſerat cogítans, cecídít ín faciem ſuã, & rísít. Quum voluptate perfunderetur, & ín anímo cogítaret, quomodo íuxta humanum morẽ hoc fíat alíquando, & num centenarío naſcatur fílíus / & num ſterílís & nonagenaría repente poſſít ídonea fíerí ad partum & quum hæc anímo cogítaſſet non audebat tale quíddam língua effarí, ſed mõſtrata ſua gratítudíne / orauít pro Ísmaele, quaſí díceret, Domíne, ſatís me cõſolatus es & dolorem quẽ ex prolís ínopía gerebam / dato Ísmaele ín lætítíam vertíſtí. Nato enim íllo neq; ín mentem poſtea accepí / vel cogítauí alíquando / quod e Sara ſit mihí futurus fílíus / ſed neq; ípſa hoc expectauít / eo quod Agar míhí tradídít / omnem ſíbí ſpem denegans. Satís conſolatíonum accepímus nato fílío Ísmaele. Hic ígítur quí a te datus eſt / víuat oro te & abunde ſatís recreatí erímus / & ſenectutẽ noſtram íllíus vita ſolabítur. Quíd ígítur ad hæc míſerícors domínus? Quía ſatís píam íuſtí mentem tanto tẽpore probauerat / & Saræ fídem / quía víderat vtrunq; níhil ſíbí de ſuís promíttentẽ vírtibus, Abraham quídẽ propter ſenectutem, Saram autẽ propter ſterílítatem & annos, dícít, Nunc quía omníno vobís hoc eſſe vídetur ímpoſſíbile / ídcírco & ego tam díu díſtulí / vt oſtendã quod longe vltra naturã ſít donum quod concedo quo & vos alíj q; omnes hís factís díſcant / quod naturæ ſím domínus, & ad quodcunq; líbuerít ea vtar / et ípſa obedít et cedít meis prẹceptís. Quum eñ eam ex níhílo produxí / multo magís quum íam ſít et claudícet, erígere poſſum. Vt ígítur melíus confídere poſſís / audí et expergíſcere / et repulſís cogítatiõníbus mentís tuæ accípíto ex hís quæ tíbí afferuntur certũ argumentũ. Ecce ením Sara vxor tua quã putas / tũ ꝓpter ſterílítatẽ, tũ ꝓpter ętatẽ parere nõ poſſe / ípſa pariet tíbí fílíũ / et vt níhíl hæſites / ecce tíbí et nomen eíus q naſcetur præmõſtrabo. Eum eñ quí naſcetur, vocabís Ísaac. Et ponã teſtamentum meum ad eum ín teſtamentum ſempíternum, et ſemíní eíus poſt eum. Hic eñ eſt quem prímum et ab ínítío tíbí promíſí / et ín hoc promíſſiones meæ ímplebuntur. Proínde et omnía tíbí prædíco, non ſolum quod

nascetur, sed & quomodo eum vocabis, & quod ei constituam testamentum meũ.
D Et ad hęc quod & semini eius post eum. Insuper dominus omnino accumulare volens beneficia, & excedere amplius quam petiuerant, quoniam mentẽ iusti erexerat & per ea quæ promisit, fere iuuenẽ ex sene fecerat, & eum qui mortuus erat, vt ita dicam, verbis fœcũdarat, beneficijs eum largissimis prosequens, inquit. Et hęc quidẽ quæ scilicet promisi, opere complebo, etiam quod de Ismaele rogasti, concedã tibi Audiui enim orationem tuam. Et ecce benedixi eum, & augebo eum, & multiplicabo eum valde valde. Duodecim gentes generabit, & dabo eum in gentem magnã. Quandoquidem enim (inquit) semẽ tuum est, sic augebo eum, & multiplicabo valde, vt duodecim gentes ex eo procedant. Cæterum testamẽtum meum statuam cũ Isaac, quem tibi Sara pariet tempore hoc, anno sequente. Vide obsecro, hic dilecte quomodo iustus in vno temporis momento, mercedes omnis temporis accepit, & impletum est illud, quod CHRISTVS discipulis suis dixit, Quisquis reliquerit, vel patrem vel matrẽ, vel domum vel fratres propter nomen meum, & hic cẽtuplũ accipiet, & illic vitam æternam in hæreditatem accipiet. Consydera enim, quoniã iustus ille prõpte pręcepto domini obaudiuit, & relicta domo paterna, prætulit alienam natali, quomodo paulatim multã pręse ferens patientiam, in fastigium virtutis
E progressus est, ita illustris & spectabilis factus est, vt ex eo nati astris cœli adęquentur. Fortasse si quis bene velit intuerí, non solum centuplum accepit hic iustus, sed decies millies mille cupla. Quod si hic tanta cõsequutus est, quis sermo narrare posset, quibus post hæc fruiturus sit ille, immo etiã hoc, quantũ nobis possibile, sermo ostendere poterit? Quando enim audis, quod omnes iusti ab illo tempore vsq; nũc & vsq; ad consummationem eius, opus orationis faciunt, vt in sinus patriarchæ occurrant, quem aliũ hoc maiorem honorem commendare quis poterit? Vidisti, quãta res sit patientia, quanta virtus, quantum sit esse religiosum, & magnam præ se ferre gratitudinem in beneficijs dei? Quia enim quum oportebat, quæ a se erant attulit magna gratitudine omnia ferens tam iucunda quã iniucunda, propterea misericors deus caput bonorum, & in quod iustus maxime concupiscebat, hoc ei largitus est. Consydera enim, quomodo vigintiquatuor annis probauit iusti virtutem. Quãdo enim exiuit a Charris, & obediuit pręcepto domini, septuagintaquinque annorum erat, nunc autẽ postquam hęc audiuit, nonaginta & nouem annos excesserat. Hæc audientes dilecti, discamus promptam exhibere obedientiam, & nunquã in laboribus virtutũ vel dormitare, vel torpescere. Sed sciamus, quod dominus noster beni-
F gnus est, & munificus, & pro paruis laboribus magna reddit pręmia, non solũ in futuro immortalia bona reponens, sed & in pręsenti vita, nostrę naturę infirmitatem
De patientia. consolans. Quia & patriarcha ille non parua in tempore illo sustinuit aduersa. Quãdoquidem semper aduersis tẽperantur prospera. Vniuersorũ enim deus, nostri curã agens, non semper in aduersis nos manere relinquit, vt non opprobretur nobis nostra infirmitas, sed celeriter & ipse opitulatur, firmans nostram alacritatem & mentem excitans. Neq; semper in prosperitate nos esse relinquit, vt ne fiamus negligentiores, alioquin ad malũ procliues. Humana enim natura, quando multum prospere ei succedit, suæ obliuiscitur nobilitatis, neq; intra suos limites subsistit. Idcirco quasi clementissimus pater, aliquando nobis indulget, aliquando castigat, vt varijs vijs nostrę animæ salutem procuret. Quoniã & medicus quando infirmũ curat, neq; semper fame detinet, neq; semper larga mensa frui sinit, vt non voracitas febrim pariens augeat morbũ, fames vero infirmiorem eũ efficiat, sed cõiectans apud se, quãtæ sint ægrotantis, ires, & diligenter vtẽs arte, omnia sua in mediũ affert. Similiter

& misericors deus, sciens quid cuiuis expediat, aliquando concedit nobis ꝑ sperí-
tate frui, aliquando aũt exercitationis gratia tentationibus nos circundat. Nã si vír
tute prædíti sint, qui tentationes experiuntur, clariores euadunt, abundantiorẽ sibí
supernam gratiã conciliantes, si autẽ, vt nos, peccatores fuerint, & magna gratitudí
ne tentationes ferunt, grauẽ deponũt peccatorũ sarcinam, multaq; venia & ipsí po-
tiuntur. Ideo obsecro, quum sciamus potentiam & sapientiam medící animarũ no-
strarum, nũquã curiose eius díspensationes inquiramus. Enimuero quũ ea neq; mẽs
nostra cõprehendere valeat, hac ratiõe magis obstupescamus & glorificemus deũ
pro omnibus, quia talẽ habemus dominũ, qui mentis nostræ captũ excedit. Et si sci
remus, quomodo res dispensaret, attamen neq; sic sciremus, quid nobis vtile foret,
vtipse scit. Neq; sic nostra nos curamus, vt ipse salutẽ nostram, & omnia facit & tra
ctat, vt ad virtutẽ nos inducat, & a diaboli manibus eripiat. Et quum videt nihil ꝑ
desse nobis ꝑsperitatẽ, tunc sicut bonus medicus, qui animaduertit habitiores fierí
eos, quorũ curam gerit, propter crapulam, ac sanitatem per continentiam reducit.
Ita & eximius animarum nostrarũ medicus dimittit paulisper nos tentarí, vt sentia-
mus quantũ damni ex prosperitate acceperimus, & quando scit profutura remedia,
tunc celerí nobis subsidio concedit, vt a tentationibus liberemur, & suæ ꝓuidentiæ
curã vbertim declarat. Itaq; etsi aliquí prædíti virtute in tentationes incidãt, ne tur-
bentur, sed hinc meliorẽ spem concipiant, quia afflictiones & tentamenta præmío
rum eis sunt materia. Quod si in peccatis fuerint, & aduersa eis eueniãt, ne ꝓpterea
grauatim ferant, scientes, quia semper peccatores purificantur aduersis, modo gra-
to aĩo suscipiamus ea quæ eueniunt. Grati eñ famuli est, nõ solum gratũ esse domí
no, quando vbertim ꝑ sententia omnia succedunt, sed & vt in aduersis eandem gra
titudinem declaret. Sic enim patriarcha ille gratus fuit deo, & tantam apud deũ ob-
tinuit fiduciam, & dona accepit quæ supra humanam sunt naturam. Operæpreciũ
est vt ad institutum sermonem redeamus. & videamus iusti obediẽtiã, & quomodo
fecit quod a deo imperatum est, non quærens causam, sicut multí insipientes faciũt.
& de his quæ a deo fiunt, curiose quærunt, & dicunt, Quare hoc & quare illud, &
quæ hinc, vel quæ illinc vtilitas enascitur? sed sicut famulus diligens dominum, quæ
cunq; præceperit: implere studens, nihil vlterius percontans, & vt discas, audi quæ
sequuntur. Postquam enim dominus promissionem ei fecit, & compleuit sermonẽ
suum, statim iustus quæ imperata fuerũt perfecit: & signum hoc quod a deo erat da
tum, indidit Ismaeli. circũcisionem dico, & omnibus vernaculis & emptícijs, sicut
loquutus est ei deus. Circuncisus est autem & ipse. Nonaginta enim & nouẽ anno-
rum erat, quando circuncidit carnem præputij sui, Ismael autem erat annorum tre
decim. Ne putes absq; causa scripturã ꝓponere nobis numerum annorum. Nã vt
ex hoc discas iusti magnam obedientiã, quia quum iam in decrepita esset ætate, leni
ter tamen tulit dolorem propter præceptum dei, propterea facit illam ẽnumeratío-
nem, & nõ ipse solum, sed & Ismael, & omnes vernaculi circũciduntur. Neq; hoc
fortuitum fuerit. Non enim idem est carnem sanam, & male habentem secare. Nã
licet medící quoq; membra infirma aliquando incidunt, at non est similis dolor.
Emortuum enim membrum, vt ita dicam, ferme & vitali operatione destitutũ tũc
incidunt. Hic autem senex & decrepitus (centum enim annorum erat) cruciatũ sua
uiter tulit, simul & præceptum dei implere volens, & filiũ & vernaculos omnes prõ
ptiores reddens, vt ne cederent, sed magna alacritate dei præceptum implerent.
Vidisti quanta res sit vir præstans virtute, quomodo ministros omnes docet, vt sua
vestigia sequantur? Nam id quod heri dicebam, hoc item & nunc dico, quod pro-

pter hoc fere ex illo die præceptum fuit a deo, vt immatura ætate hoc ferrent pueri quo absq; sensu incisionem carnis ferrent. Verum consydera dei misericordiam, &
D ineffabilem eius erga nos beneficētiam. Illa enim circuncisio dolorem habet & laborem. Et nulla alia ex circūcisione fuit vtilitas, quam hæc sola, quod ex hoc signo
De circuncisione, essent cognobiles, & ab alijs gentibus sequestrarentur. Nostra autem circuncisio, vel baptismatis inquam gratia, medicinam habet citra dolorem, & innumera bona nobis affert, & spiritussancti gratia nos implet, & nullum definitum habet tempus sicut illic, sed licet & in prima, & in media, & in vltima ætate hanc nō manufactam circuncisionem recipere, in qua non sustinetur labor, sed peccatorum deponuntur onera, & remissio inuenitur omnium peccatorum, quæ per totam vitam gesta sunt. Quippe quum deus vidit grauē nostram infirmitatē, & quod ægrotaremus incurabiliter, summaq; indigeremus medicina, ac indicibili misericordia dispensans nostram salutē, largitus est nobis per lauacrum regenerationis innouationē, vt deposito homine vetere, hoc est operibus malis, & induti nouum, in viam virtutis eamus. Verum iterum oro, ne deteriores simus ingratis & insensatis, deteriores Iudæis dico. Illi eñ suscipientes circuncisionis signaculum, bene se muniunt & cauent, nevl
E tra cum gentibus se misceant, quantum ad cōmunionis rationem pertinet, quātum autem ad impietatem sępe illos ingrati etiam excedunt. Atqui nos quum semel susQūo conuersādum inter infideles. cipimus baptismi circūcisionē, ita secure nostra corrigamus. Non dixerim, quod non liceat nobis versari inter gētes, sed licet cum illis versemur, nostrā tamen custodiamus virtutem, sic eos ad nostram trahentes religionē, & propter bonorum operum administrationem, doctrinæ eis autores simus. Ea eñ de causa cōmunis omniū dñs permisit simul versari bonos & malos, pios & ipios vt boni lucri faciant malos, & qui in malicia adhuc sunt detenti, manuducātur ad pietatem. Nihil eñ a deo gratum est deo, vt salus animarum. Proinde obsecro, ne simus negligentes, neq; nobis, neq; alijs. Quantum ad nos attinet, ita instituamus vitam, vt visum est & probatur deo, quantum autem ad proximum, sic luceamus virtutibus, vt etiam silentibus nobis, omnes quotquot nos vident, satis doceantur. Nam sicut si virtute prædíti sumus, maxima & ipsi lucramur, & infidelibus vsui sumus, ita si negligentes fuerimus, & ipsi magnam feremus pœnam, & alijs argumentū scandali sumus. Et sicut virtutem amplexati, duplicem mercedem a deo accipiunt, tum quod ipsi virtutem exer-
F cuerint, tum quod alios ad virtutis cōmunionem traxerint, similiter & in peccatis, non solum punimur, quod ipsi peccauimus, sed & quod alijs scandalo fuimus. Verum absit, vt aliquis eorum qui hic sunt talis fiat, sed omnes nos ad ædificādum eos qui nos vident, vitam instituamus, vt possimus magna fiducia stare apud tribunal CHRISTI, & ineffabilia illa bona consequi. Quę nobis omnibus concedantur gratia & misericordia domini nostri IESV CHRISTI, cū quo patri & sancto spiritui sit gloria, honor, et imperium nunc semper, et in secula seculorum, Amen.

CAPVT DECIMVM OCTAVVM.

APparuit autem illi deus ad quercum Mambre: sedente ipso ad ianuas tabernaculi sui: meridie. Suspexit autem oculis suis: ac vidit: et ecce tres viri steterunt super eū. Et vt vidit: accurrit in occursum eis ab ostio tabernaculi sui: & adorauit super terra: et dixit: Domine si vtiq; inueni gratiam coram te: ne transeas seruum tuum: sumatur sane aqua: et lauent pedes vestros: et refrigerabimini sub arbore: et accipiam panem: et comedetis: et posthac pertransibitis in viam vestram: cuius gratia declinastis ad seruum vestrum. Et dixerunt: Sic fac: sicut dixisti. Et festinauit Abraham in tabernaculum ad Saram: et dixit: Accelera et commisce tres mensuras si

milae: & fac subcinericios. Et ad boues cucurrit Abraham: & tulit vitulum delicatũ & bonum: & dedit puero: & festinauit facere illum. accepit autem butyrum & lac: & vitulum quem fecit: & apposuit eis: et comederunt. Ipse autem astabat eis sub arbore. Dixit autem ad eum: Vbi Sarra vxor tua? Ille vero respõdẽs dixit. Ecce in tabernaculo. Dixit autem: Reuertens veniam ad te secundum tempus hoc: in horas: et habebit filium Sarra vxor tua. Sarra autem quum ad hostium tabernaculi eẽt: audiuit post illud stans. Abraham autem & Sarra senes: prouecti erant diebus. Desierant autem Sarre fieri muliebria. Risit autem Sarra in seipsa dicens: Mondũ quidem mihi fuit vsq; nunc, at dominus meus senex. Ait autem dominus ad Abrahã: dicens: Quare risit Sarra in semetipsa dicens: nũquid vere pariam: ego autẽ senui? Nunquid impossibile erit apud dominum verbum? In tempus hoc in horas reuertar ad te: et erit Sarre filius. Negauit autem Sarra dicens: Non risi. timui enim. Et ait illi: Non: sed risisti. Cum surrexissent autem viri inde: respexerunt in faciem Sodomorum & Gomorre. Abraham autem comitabatur deducens eos. At dominus dixit: Nõ celabo ab Abraham puero meo: que ego facio. Abraham autem futurus est in gentem magnam: & populosam: et in ipso benedicentur oẽs gentes terre. Scio enim: quod constituet filijs suis: & domui sue post se: et custodient vias domini dei: vt faciãt iustitiã et iudicium: vt adducat dominus super Abraham quecũq; loquutus est ad eum. Clamor Sodomorum et Gomorre apud me multiplicatus est: & peccata eorum magna valde. Quum igitur descendero: videbo: num secundum clamorem suum: qui ad me venit: perficiunt: an non: vt sciam. Et abierunt viri inde: & venerunt in Sodoma. Abraham autem erat stans coram domino: & vt appropinquauit Abraham: dixit: Nunquid simul perdes iustum cum impio: et erit iustus sicut impius? Si fuerint quinquaginta iusti in ciuitate: perdes eos? non parces omni loco propter quinquaginta iustos: si fuerint in ea? Nequaquam facies verbum hoc: vt occidas simul iustum cum impio: & sit iustus sicut impius: nequaquam. Qui iudicas omnem terrã: non faciet iudicium? Dixit autem dominus: Si fuerint in Sodomis quinquaginta iusti: remittam omni ciuitati & toti loco propter eos. Respõditq; Abraham: ac dixit. Nũc cepi loqui ad dominum: ego autem sum terra & cinis. Si autem minus fuerint quinquaginta iusti in quadraginta quinq; perdes propter quadraginta quinq;: omnem ciuitatem? Et dixit: Non perdam: si inuenero illic quadraginta quinque. Et adiecit vltra loqui ad eum: & dixit: Si inuenti fuerint illic quadraginta? Et dixit: Nõ perdam propter quadraginta. Et ait: Nunquid domine: si loquar: Si autem inuẽti fuerint illic triginta? Et dixit: Non perdam propter triginta. Et dixit: Quoniam possum loqui ad dominum: Si autem inuenti fuerint illic viginti? Et dixit: Non perdam si inuenero illic viginti. Et dixit: Nunquid domine si loquar adhuc semel: Si autem inuenti fuerint illic decem? Abijt autem dominus: vt cessauit loqui Abraham. Et Abraham reuersus est in locum suum.

A B

HOMILIA.XL.

C



RAuor, hodie, & moror in enarrando sermone. Nam quũ mente repeto, quod, nobis quotidie insonãtibus, admonentibus, & spirituale hoc vobis conuiuiũ apponentib⁹, multi ex his ipsis qui assunt, & spiritualis huius doctrinæ & horrende atq; terribilis mensæ participes, totos dies in spectãdis ludis equestribus perdunt, esse perinde atq; non doceremus, tam nihil proficimus, & quasi cõsuetudini cuipiã seruiẽtes, si tantũ annuat eis diabolus, sua sponte accelerant ad impia illa spectacula, & seipsos votuntarij maligni dæmonis illaqueant retibus. Et neque nostra admonitio, neque periculum ipsum, neque inutilis ipsa conuersatio, docere eos possunt. Qua ergo posthac prõptitudine do-

cebo viros, quibus non est animus, vt ex ijs quæ dicuntur proficiant? Et ne mireris
Siquidem & agricola, quum post multos labores & ærumnas sterilem videt agrũ,
D neq; digna laboribus mercede respondentem / non pari alacritate illum seminat &
colit. Et medicus quoq; videns infirmum suis mandatis non obtemperare, sed va-
cantem quotidie his quæ morbum increscere faciunt, sæpenumero in sua illum
ægritudine relinquit, vt experientia ipsa vtatur magistra. Similiter & qui disciplinas
pueros docent, videntes illos priora respuere, & abij cere eorum quæ antea docta
sunt memoriam, sæpe auersantur, sic negligentiã eorum correcturi, & ita ad maius
studium reducturi. Veruntamen agricola tardior quidem fit, quia videt damnũ suũ
maius fieri, vtpote qui laborem & sumptus ferat, & fructibus destituatur. Medicus
autem non immerito ægrum sæpe relinquit, corpus enim est quod curatur, & pro-
pter hoc dimittit, vt doloris accessio morbum sentiri faciat, & sic tandem medicinã
non respuat. Magister autem ludi, vtiliter nonnunquam plagis pueros erudit. Ve-
rum nos hodie, præcellẽtes illos omnes, hoc agemus, vt paternã erga nostros amo
rem declaremus, & doceamus, quod si in illa negligentia manserint, eos in demaio
rem condemnationis causam habituros. Agricola quidem non pari alacritate semi
nat, cogitans sumptus hactenus fuisse inutiles / nos autem ab hac cura liberi sumus.
Nam licet iacto spirituali semine, ob auditorum ignauiam, fructum non capiamus
perfecta nobis tamen futura merces, pecuniam enim concreditam expendimus, &
E mandatum domini impleuimus. Cęterum posthac auditores rationem reddenti ei
qui repetiturus est concredita. Verum hoc nos consyderamus, quod extra damnũ
sumus, & quod nostrum est implemus / sed volumus vt & vos ex dinumeratis pecu-
nijs multum negocemini, vt ne obnoxij fiatis supplicij quod fert ille, qui talentum
recondidit / & dominicam pecuniam non solum non multiplicauit / sed & ipsam in
terra defodit. Tales enim sunt, qui sermones audiunt (talentum enim vocat & pecu
niam) neq; operam dant / vt fructum afferant. Sed forte dixerit quispiam / paraboIam istam talentorum de doctoribus esse dictam / & ego hoc dicam. Verum si dili-
genter eam intueamini / scietis quod doctores quidem debent dinumerare pecuniã
sed vos non solum eam seruare sed & similiter negociari debetis. Atq; vt discas, ope
ræprecium fuerit eam in mediũ afferri. Paterfamilias quidem (inquit) peregre pro-
ficiscens vocauit seruos suos, & dedit vni quidẽ talenta quinq;, alij autẽ duo, alij ve
ro vnum. Post multũ autem tempus, quum aduenisset ipse, venerunt serui, & ille qui
F dem qui acceperat quinq; talenta, accessit dicens, Domine, quinq; talenta tradidi
sti mihi, ecce alia quinq; superlucratus sum. Magna serui gratitudo, larga etiã domi
ni misericordia. Et quid dicit? Euge serue bone & fidelis, super pauca fuisti fidelis, su
per multa te constituã, ingredere in gaudiũ domini tui (inquit) in ijs quæ tibi credi
ta sunt / multã præ te tulisti gratitudinẽ, dignus es cui & maiora tradantur. Accessit
De talẽ tis. autẽ & qui duo talenta acceperat dicens, Nõne duo talẽta mihi tradidisti? ecce alia
duo lucratus sum in eis. Habuit & ille in pecunijs domini sui debitã curã, & beneuo
lentiã, vnde & eadẽ quæ superior meritus est. Et quare ille qui duo attulit talẽta, eun
dem consequitur honorẽ, quem ille qui talenta quinq; attulerat? merito, augmenta-
tionem enim & imminutionẽ, non vel huius diligentia, vel illius negligentia fecit sed
concreditorũ quantitas. Nã quod ad diligentiã, ambo pares fuerũt, proinde & ean
dem dignitatẽ nacti sunt. Verum alius nihil tale fecerat, sed quid? Accessit, dicens,
Cognoui te, quod austerus homo sis, metẽs vbi nõ semínas, & congregãs vbi non
spargis / & reuerítus abij & occultaui talentũ in terra, Ecce habes quod tuũ. O mali
ciam famuli, o immensam ingratitudinẽ. Nam non solũ contempsit, & nihil nego

ciatus est talento sibi concredito, sed & p talento accusationem attulit. Ita eñ solet malicia, obtenebrat rationem, & eum qui semel a via est auersus, in præceps ferri facit. Hæc autem omnia de magistris dicta sunt, vt talenta sibi concredita nō abscondant, sed omni diligentia discere cupientibus apponant. Verum vltra audi dilecte ex indignatione erga illum, quomodo & discipuli rei sunt, & non solum illa repetū tur quæ concredita, sed & cum lucro operatio quæritur. Quid igitur dicit illi dominus? Serue maligne. Terribilis indignatio, & minæ valentes per se percellere animum, Sciebas (inquit) quod me tā vbi non semino, & congregem vbi non dispersi oportebat igitur te pecuniam tuam dinumerare mensarijs, & ego cum venissem, cū lucro repetissem illam. Pecuniam dicens eloquia preciosa, nummularios aūt vos q̄ suscipitis. Tuum quidem fuerat, ait, tātum dinumerare, meum autem repetere ab illis, non solum dinumerata, sed & vsuram ab illis. Videtis dilecti, quomodo dictorū magnus terror. Quid ergo dicent, qui concredita seruare negligunt, quando & lucrum ab eis requiritur? Et vide misericordiam domini, In his sensibilibus pecunijs prohibuit, ne quis vsuram acciperet. Quare & ob quam causam? quia vterq; magno damno afficitur. Nam debitor quidem inopia atteritur, creditor autem augens diuitias, & peccatorum accumulat sibi multitudinem. Proinde ab initio olim Iudæis crassioribus tale dedit præceptum, dicēs, Non fœneraberis fratri tuo, & proximo tuo, Qua igitur excusatione digni erūt, qui Iudæis sunt inhumaniores, & post gratiam, & tantam a domino misericordiam inueniuntur his, qui sub lege fuerunt, inferiores, immo peiores? In spiritualibus autem repetiturū se promittit vsuras. Quare? quia omnino diuerso modo se habent spiritualis vsura & sensibilis. Illic enim a quo requiritur seueriter, subito in extremam inopiam defertur. Hic autem a quo exigit quando gratitudinem prę se tulerit, quanto maiorem vsuram afferet, tanto largiori fruetur rę̄muneratione. Quocirca dilecti, quum vobis concredita dinumerauimus vobis necessarium erit, duplicem afferre laborem & vigilantiam, tum quod dinumerata custodienda sunt vt fixa maneant, tum quod operandum, vt & alijs cōmunicētur, & multos in viam virtutis inducant, vt biphariam vobis lucrum accrescat, tum pro salute vestra, tum pro aliorū vtilitate. Quod si hoc feceritis, & vos reddetis beatos. Beatus enim (inquit) qui dicit in aures audientium, & facietis vt largior vobis apponatur mensa. Igitur fratres vestros nolite negligere, neq; solum spectare, quæ ad vos attinent, sed vnicuiq; cura sit, quomodo proximū suū e diaboli faucibus eripiat, & ab impijs illis spectaculis in ecclesiam adducat, monstrando ei multa lenitate & mansuetudine tum damni grauitatē, quod illic fert, tum bonorum quæ hic cōcedūtur magnitudinem. Et nō solum semel atq; iterū hoc facite, sed semper. Nā etsi hodie verbis tuis non obtemperat, postea obtemperabit, etsi neq; secundo, vel tertio admonenti obtemperabit, iterum tamen te videns vrgentē forte erubescet, & reueritus tuam curam, ab his quæ offendunt desistet. Et nunquam dic, quia semel & iterum, & tertio, & sæpius dixi, & nihil perfeci. Ne quiescas dicere, nā quanto magis tu p̄ seueraueris, tanto magis & merces tibi crescet. Nō videtis, quanta omniū deus nos longanimitate tolerat, & quomō quotidie negligimus obtemperare eius mandato, & non cessat a cura nostra, sed omnia sua suppeditat, solem oriri facit, pluuias cōcedit, aliaq; omnia? Simili modo & nos erga fratres nostros bene affecti, magnā faciamus diligentiam, & obluctemur maligno illi dæmoni, vt irritos eius faciamus conatus. Nam si singuli qui assint, vnū lucrifacere possent, cogita quantā nobis lętitiam ecclesia multitudine filiorum suorum ostenderet, & diabolus cōfunderetur videns inuanū & frustra extēdi sua retia. Q̄d si hoc feceritis, audietis & vos in die illo,

Serue bone & fidelis, in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituã. Cæterum bona spe sum vos hoc facturos. Video eñ vultus vestros, & coniecturã sumo, quod
D admonitionem nostrã magna voluptate acceperitis, atq; hinc spero vos, quod vestrum fuerit, facturos. Proinde hãc admonitionem hic finiamus. Proponemus autem vobis tenuem nostrã ac pauperem mẽsam, vt quum solitã acceperimus doctrinã, domum cõcedamus. Operæpreciũ igitur & hodie in medium afferre patriarcham Abraham, vt discatis quãtã ab hospitalitate mercedem acceperit. Apparuit autem ei deus (inquit) apud quercum Mambre, sedente ipso ad ianuas tabernaculi sui meridie. Singula verba diligenter excutiamus, & requirẽdo thesaurum, omnes in eo latentes diuitias discamus. Apparuit autem ei deus, inquit, Quare sic exorsus est? Specta domini misericordiã, & consydera famuli gratitudinem. Postquam eñ superius apparuit ei, & post cætera etiã circuncisionis mãdatum præcepit, eximius autem ille, semper quæ a deo præcepta erant, diligenter perficere, reiecta omni mora, curauit, & circuncisus est ipse, implens mãdatum domini, & Ismaelem circuncidit, & vernaculos omnes, & in summa mirã declarauit obedientiã, iterum ei apparet. Talis eñ dominus est dominus noster, vt si quãdo viderit nos in prioribus gratos, accumulat beneficia, & nunquã a sua beneficentia desistit, remunerãs obedientium gratitudinem. Propter hoc, quia obediuit, iterum apparuit ei. Qua de causa sic
E dixit beatus Moyses, Apparuit autem ei deus apud quercum Mambre, sedente eo ad ianuã tabernaculi sui, meridie. Consydera oro, hic virtutẽ iusti. Sedente (inquit) ad fores tabernaculi sui. Tantopere curabat hospitalitatem, vt nollet horum venationem cuiquã familiarium committere, sed trecentos decem & octo habens vernaculos, homo senex & nunc decrepitæ ætatis (centenarius eñ erat) apud ianuã sedebat. Et hic quidem hoc opus faciebat, & neq; senectus illi obstaculo erat, neq; suę quietis lecto recumbebat, sed ad ostium sedebat, alij autem sępe non solum tantum studium non faciunt, sed & plane diuersum, & horum congressus fugiunt & euitãt, vt ne inuitus cogantur excipere. Verum non iustus ille ita agebat, sed sedebat ad ianuam meridie. Hoc valde auget hospitalitatem & virtutem iusti. In meridie (inquit) hoc faciebat. Merito. quoniã sciebat, quod quibus est itineris necessitas, eo tempore maxime indigent cura, proinde tempus hoc vt idoneum elegit, & sedens eos qui
F præteribant, venabatur, pro sua quiete ducens ministrare viatoribus, & eos qui calore æstuabant sub tectum introducere studebat, non curiose explorans eos qui præteribant, neq; requirens an noti vel ignoti essent. Neq; enim hospitalitatis fuerit, diligenter singula perscrutari, sed omnibus simpliciter suã communicare benignitatem. Et quia hospitalitatis sagenã expãderat, meruit & vniuersitatis dominum cum angelis suis suscipere. Eapropter & Paulus dicebat, Hospitalitatis ne obliuiscamini. Per hanc enim quidam nescij angelos exceperunt hospitio, patriarchã insinuãs Atq; ob hoc CHRISTVS dicebat, Qui susceperit vnum ex his minimis in nomine meo, me suscipit. Audiamus dilecti, & hospitio excepturi nunquã quęramus quis, & vnde. Nam si patriarcha in rogãdo fuisset curiosus, forte peccasset. Sed sciebat inquis aduenientium dignitatem. Vnde hoc tibi liquidum? Quomodo, si ita est admiratus fuisset? Neq; eñ sic admirabile erat, si suscipiendo hospites curiosius exploraſſet qui essent, sicut nunc quum ignorans quinam aduenerint, tanta alacritate & honore accedit, verbis suis quasi seruus domino eis vicula inijcit, & supplicabat eis, vt ne renuant, neq; maximo damno afficiant. Sciebat enim quid faceret, quod propter hoc & abundãtiã magna voluptate percíperet. Sed audiamus scriptorem ipsum, vt videas in extrema senecta iuuenilem alacritatem, & senem quasi iuuenem

exultantem, & putantē ſe inueniſſe theſaurum quendam hoſpitū aduentū. Eleuatis autē (inquit) oculis vidit, & ecce tres viri ſteterunt ſupra eum, & vt vidit, occurrit in occurſum eis ab oſtio tabernaculi ſui. Currit & volat ſenex. Vidit enim prędā quā venabatur, & nulla infirmitas ſuæ ratione habita, ad venationem cucurrit, & nō vocauit famulos, neq; īperauit puero, nihilq; ruſticitatis neq; deſidiæ præ ſe tulit. quaſi diceret, Magnus theſaurus eſt, magna negociatio, per memetipſum hanc mercem inferrę debeo, ne elabatur tantū lucrū. Et hæc faciebat ſenex, homines obſcuros & viatores ſuſcipere ſe exiſtimans. Diſcamus & nos, ac imitemur iuſti virtutem. Nam ſi hoc fecerimus, veriſimile eſt & nos aliquā do eiuſmodi præda potiri, immo ſemp aſſequimur ſi attendimus. Ob illam enim cauſam miſericors dominus, vt ne ad talē benignitatem ſegnes ſimus, neq; curioſius eos qui adueniunt ſcrutemur, inquit, Qui acceperit vnum ex minimis in meo nomine, me accipit. Ne igitur ad vilitatem venientis ſpectes, neq; vilem ex his quæ vides putes, ſed cogita quod per ipſum, dominū tuū ſuſcipias. Quando eñ propter eius nomen, miniſterium tuū in illum declaraueris, mercedem accipies, quaſi illum ſuſceperis. Eſto ſit deſes & negligentioris vitæ, qui tua fruitur benignitate. non ſit tibi eius rei cura, plena enim tibi & perfecta merces dabitur, in domini honorem hoc facienti, & imitanti patriarchæ virtutem. Et vt vidit (inquit) accurrit in occurſum eis ab hoſtio tabernaculi. Bene & hoc accurit quadrat, vt diſcas, quod quaſi ignoti afferūt, & qui non ſua ſponte ad tabernaculum venerūt, propterea ne ſubterfugeret eum ſpirituale lucrū, qui ſenuerat, incanuerat, & centenarius erat, accurrit, & curſu promptitudinem declarat. Et conſpicatus eos (inquit) adorabat ſuper terram, & dixit, Domine, ſi inueni gratiam corā te, ne tranſeas ſeruum tuū. Sumatur ſane aqua, & lauent pedes veſtros, & refrigerabimini ſub arbore, & accipiam panem & comedetis, & poſthac præteribitis, cuius gratia declinaſtis ad ſeruum veſtrum. Verba iuſti ſublimia valde ſunt. Neque tantū miraculum, quod eos ſuſceperit, quantū quod cum tanta prōptitudine, & ſtudio, & non attenta aut ſua, aut aduenientium ætate. Nam fortaſſis videbantur ſibi iuuenes neq; exiſtimauit ſufficere, vt verbis dūtaxat adhortaretur, adorabat (inquit) ſuper terram, quaſi ſupplicans, & efficacem exhortationem afferens, vt ne putetur perfūctorie adhortari. Et idcirco diuina ſcriptura monſtrans nobis iuſti virtutem, inquit Adorabat ſuper terram. & geſtibus, & verbis magnū feruorem, egregiam animi humilitatem, ſummam hoſpitalitatem declarabat. Et quum adoraſſet (inquit) dicit Domine ſi inueni gratiam coram te, ne prætereas ſeruū tuum. Quis pro dignitate laudauerit iuſtū hūc. vel quo pacto eū quis innumeris etiam labijs prædicet? Dicere enim, Domine, eſt captantium beneuolentiam, Dicere autem, Si inueni gratiā in oculis tuis, hoc eſt admirabile. Beneficium (inquit) das, non accipis. Vere enim eiuſmodi res hoſpitalitas eſt quæ magis accipit quam dat, qui illam prompte & alacriter exercet. At ne quis auditorum eleuans iuſti virtutem, exiſtimet quod cōſcius quales fuerint præſentes, hæc locutus ſit. Neq; enim magnum quiddam tale fuiſſet ſi ſciens dixiſſet, ſed admirabile & rarum eſt. quod quaſi homines alloquēs, talia verba loquitur. Ne admireris autē, quod quum tres exceperit, ad vnū ſe conuerterit iuſtus, dicens, domine. Foraſſis enim vnus glorioſior cæteris apparebat, ad quē exhortationem ſuam conuertit. Deinde autem quum progreditur, communem facit ſermonem, & inquit, Sumatur aqua, & lauent pedes veſtros, & iterum refrigerabimini ſub arbore, & comedetis panem, & poſtea tranſibitis, cuius gratia declinaſtis ad puerum veſtrum. Vides quomodo ignorans qui ſint, quaſi hominibus loquens tranſeuntibus, ita communi exhortatione vtitur, & ſemel atquæ iterum ſeruum

se vocans. Et vide quomodo prædicit & mensæ suæ tenuitatem, immo lautitias. Su
matur (inquit) aqua, & lauent pedes, & refrigerabimini sub arbore. Quia enim fatiga-
ti estis, & multum tulistis æstum, ideo oro, ne prætereatis seruum vestrũ. Num ma-
gnum quiddã est, quod ego exhibeo? aquã vobis solũ præstare possum, qua loti pe-
D des vestros sub arbore fatigationem deponatis. Insuper & mẽsę dicit speciem. Ne
putetis (inquit) me splendida vobis appositurum, vel condimentorum diuersitatem
vel assatorum varietatem. Panem comedetis, & sic transibitis, cuius gratia decli-
nastis ad seruum vestrũ. Vidisti quomodo variis vtitur modis, volens precibus vince
re prætereuntes, & gestibus, & verbis, & operibus attrahere eos voles. Primum enim
(inquit) adorauit, deinde dominos vocat. Postea dicit, quæ illis exhibiturus sit, ex-
tenuans res & nihili esse vocans. Aquam enim tepidam (inquit) habeo ad lauandos pe
des, & panem, & tectum ab arbore. Ne parui feceritis mihi tabernaculum, ne despe
xeritis senectutem, ne renuatis ad exhortationem meã. Scio quantum fertis labo-
rem, cõiecto quantus sit caloris æstus, & propterea paululum vos refrigerare volo.
Qualem pater, filios suos tenere diligens, filijs exhibet benignitatẽ, talem ille igno
tis & peregrinis, & nunquam sibi cognitis. Verum quia magna alacritate processit
ac constantia: assequutus est venationem, & prędam intra retia concludere potuit.
Et dixerũt, inquit, Sic fac, vt dixisti. Senis excitatus est iuuenilis vigor. In manibus
(inquit) habeo thesaurum, diuitias hinc sumã, senectutis obliuiscar. Et vide eum ex
E ultantem in opere, & quasi præ gaudio saltantem, perinde atq; multa bona in mani
bus afferret, ita se oblectantem. Et festinauit (inquit) Abraham in tabernaculũ. Sic
ut quando ad venationem suã contendebat, significauit eius alacritatem & labo-
rem diuina scriptura, dicens, Accurrit autẽ in occursum eorum. Ita & nunc, quia
adduxit viros, & id quod optabat perfecit, neq; sic ab alacritate desistit, sed magis
feruẽtem declarat amorem, neq; quia securus fuit, ideo fit negligentior. Id quod no
bis frequenter euenit, & principio valde studiosi sumus, quando autẽ in negocium
ventum est, non par studium afferimus. Verum iustus non sic, sed quid? Iterum festi
nat & anhelat, & currit senio cõfectus in tabernaculum ad Saram. Accelera, & mis-
ce tres mensuras similæ. Consydera, quomodo & Saram venationis sociam facit,
& quomodo eam erudit, vt suã imitetur virtutẽ. Etenim & illam incitat, ne officio
suo negligenter fungatur, sed acceleret. Magnam (inquit) negociationẽ assequuti
sumus, ne perdamus thesaurum. Accelera, & misce tres mensuras similę. Quoniam
sciebat boni operis magnitudinem, volebat vitę suę sociã, etiã retribuẽdarum mer
F cedum esse participem. Quare enim dic mihi, nulli famulorum hoc præcepit, sed mu
lieri tam prouectæ ætatis? Nonaginta enim annorum erat. Non rebellat mãdato Sa
ra, sed parem alacritatem etiã ipsa affert. Audiant viri, audiant mulieres. Viri qui-
dem vt sic suos contuberniones erudiant, quod si quando spirituale lucrum incidat,
ne per famulos hoc perficiatur, sed per se ipsos faciãt omnia. Mulieres autem, vt ac
celerent iuuare viros in tam bonis operibus, & non erubescant, aliquos excipiendo
hospites propter CHRISTVM, illis congruum præbere ministerium, & per se
ipsas afferre, sed imitentur Saram vetulam, in tanta senecta laborem libenter susci-
pientem, & filiorum opera perficiẽtem. Verum scio, quod nullus feret ea quæ a no
bis dicuntur. Nunc enim omnes plane contraria via incedunt, & multa mulierum est
mollities, & omne studium in cultu vestium, in auratis, & collaribus, & externo or
natu, animæ vero nulla est cura. Neq; Paulus eas humiliat, dicens, Non in coronis
tortis, vel auro, vel margaritis, vel sumptuosa veste. Vide animam hanc in cœlo va
gantem, quomodo non putauit indignum se & vile, etiã de ijs per sermonem admo

nere, & deſertis admonere. Merito, omne eñ ei ſtudium erat in bene colenda anima. Quia igitur ſciebat, quod hæc maxime animæ pernicíem generent, propterea non refugit, quæ conueniebant ad docendum ſic ægrotantes. Sed inquit, Si vis ornari, vero te ornatu cole, quo decet mulieres pias. Bonis te operibus orna, hic animæ cultus eſt, hic a nullis exteris condemnatur, hunc nullus deprædari poterit, hic perpetuo manet indireptus. A cultu autem externo innumera fiunt mala. Et nondum dico animæ nocumẽta, arrogantiam quę intrinſecus naſcitur, deſpectum proximi, faſtum ſpiritus, animæ corruptionem, voluptatum illicitarum fomitẽ. Quid quod facile diripitur ille cultus & famulorũ malignitate, & latronum inſidijs, & ſycophantarum calumnijs? Et infinita mala inuenire in eo licet, ac perpetuas amaritudines. Atqui Sara talis non erat, ſed verum poſſidebat ornatum, ideo & digna fuit patriarcha, & ſicut ille feſtinauit, & in tabernaculum cucurrit, ita & ipſa magno ſtudio fecit, quæ imperata erant, & miſcuit tres menſuras ſimilę. Nam quia tres erant, qui aduenerãt, tres menſuras iuſſit miſceri, vt citius panes pararentur. Et vt hoc prę cepit, ad boues ipſe iterum cucurrit. O ſenis iuuentutem, o animę conſtantiam, curit ad boues, & non permittit aliquem famulorum eo tranſire, per omnia mõſtrans his, qui aduenerant, quanta voluptate perfuſus ſit, & quanti faciat eorum prę ſentiã, & quod hunc pro theſauro haberet honorem. Et accepit (inquit) vitulum delicatũ & bonum. Ipſe per ſemetipſum electionẽ fecit, & optimum qui aderat accepit, pueroq; dedit, & illum detinuit, non remorando, ſed multum ſtudij declarando. Animaduerte, quomodo omnia cum velocitate, cum feruenti alacritate, cum hilaritate cum gaudio, cum magna iucunditate, facit. Et feſtinauit puer vt hoc faceret, & neq; hic ſenex quieſcit, ſed iterum in miniſtrorum ordinẽ tranſit. Et vt accepit butyrum & lac, & vitulum. appoſuit quod fecerat. Sic per ſemetipſum omnia facit & apponit Et neq; dignum ſemetipſum cenſuit qui conſideret eis, ſed illis comedentibus aſtabat ipſe ſub arbore. O magnitudinẽ hoſpitalitatis, o humilitatis excellentiã, o mentem oppido piam. Aſtabat centenarius comedentibus illis. Mihi videtur, tunc prę gaudio alacritateq; multa, imbecillitate ſua factus ſuperior, & robur quoddam accepiſſe. Sæpe eñ conſueuit alacritas animę, ſi quando roborata fuerit, vincere corporis imbecillitatem. Aſtitit igitur patriarcha quaſi famulus, ſummũ honorem ſuũ exiſtimans, quod præſentibus miniſtraret, & ſolaretur itineris eorum laborem. Vidiſti quanta iuſti hoſpitalitas? Neq; eñ hoc ſolum cõſydera, quod panes propoſuit & vitulum, ſed illud cogita, cum quanto honore, & quãta modeſtia declarata ſit hoſpitalitas. Non ſicut multi faciũt, & ſuperbiunt, & deſpiciunt ſuſceptos, eo quod miniſterium illis exhibeant. Hoc autẽ perinde eſt ac ſi quis diuitias congreget, & circunferat, & cum collegerit, omnia ſimul e manibus labi ſinit. Quiſquis eñ cum arrogantia operatur quippiam, ſic facit, quaſi plus præberet quam acciperet, neſciens quod faciat, proinde & mercedem quæ hinc, diſperdit. Verũ iuſtus ille ſciens, quid operaretur, per omnia quæ faciebat oſtendit alacritatem mentis. Et poſtquam largiter et magna hilaritate ſeminauit hoſpitalitatem, ſtatim et manipulos vberrimos meſſuit. Nam vbi ea quæ ex ſe erant impleuit, et nihil intermiſit, et finẽ acceperunt quæ ad hoſpitalitatẽ pertinebant, declarataq; fuit virtus iuſti. Vt poſtea diſcas quantorum et qualium bonorum cauſa fuerit iuſto hoſpitalitas, manifeſtat ſe qui affuit, et paulatim iuſtum ſuæ magnitudinem potentiæ docet. Quia vbi vidit eũ ſtantem apud quercum, et ſtando magnum honorem et miniſterium afferre, dixit ei, Vbi eſt Sarra vxor tua? Statim autẽ per interrogationem indicauit ei, quod non eſſet exvulgaribus aliquis, quandoquidem et mulieris ſuę nomen ſciuit. Ille autẽ, inquit, Ecce

A

B

C

in tabernaculo. Et quum ſtatim pollicíturus erat ei quę ſupra naturam, propter hoc & dícendo nomen Saræ, ſignificauit quod ſuper hominem eſſet, qui in tabernaculum eius díuerterat. Reuertens enim (inquit) veniam ad te ſecundum tempus hoc, in horas, & habebit filium Sarra vxor tua. Ecce hoſpitalitatis fructus, ecce alacritatis illíus mirę merces, ecce laborũ, Sarræ retributiones. Illa autem (inquit) audiuit iuxta oſtium tabernaculi, ſtans poſt illud. Et vt hoc audíuit, riſit ſecus, Nondũ quidem mihi fuit vſq; nunc, dominus autẽ meus ſenex. Et vt reſpondeat díuina ſcriptura pro Sarra, prius aſſignauit, Abraham aũt & Sarra profecerant in díebus ſuis. Et neq; hoc contenta, adíjcit, Et defecerant Sarræ fíerí muliebria. Arefactus erat (inquit) fons, excæcatus oculus, officína erat inutilis facta, ad quæ reſpiciens Sarra cogitabat apud ſemetipſam & ſenectutem patriarchę. Verum dũ illa iuxta tabernaculum íta cogitat, ís qui ſcit arcana mentis, demonſtrare volens & virtutis íllius excellentiã, & quod nullum occultum ſe lateat, dicit Abrahæ, Cur riſit Sarra apud ſeipſam, dícens, Nunquíd vere pariam, ego autem ſenuí? Hæc enim illa apud ſemet ipſam cogitabat. Num impoſſibile (inquit) apud deum verbum? Ecce manifeſte ſe ipſum detegit? Non ſcitis (inquit) quod naturæ dominus exiſtens, omnia poſſum quando voluero, & emortuam vuluam fœcundam, & partui ídoneam facere? Nũ impoſſibile (inquit) apud deum verbum? Nonne omnia facio & tranſformo? num vitæ & mortis poteſtatem habeo? num impoſſibile eſt aliquid apud deum? Nonne prius hoc pollícitus ſum? Num a me dictum prodíjt aliquod, & operenõ perficitur Audí igitur quod in tempore hoc reuertar ad te in horas, & erit Sarræ filius. Poſt quã reuertero (inquit) tẽpore illo, tunc ſcíet reipſa Sarra, quod neq; ſenectus ei obſtaculo fuerit, neq; ſterilitas, ſed verbum meũ non poterit irrítarí, & partus eam docebit, eorum quæ a me dícta ſunt, potẽtiam. Cęterum vt illa audíuit, quod neq; illa quæ cogitarat, eſſent a præſente occultata, negauit dícens, Non riſi. Timor enim concuſſerat eius mentem. Et propterea ſcriptura tribuens hoc ínfirmitatí ſuæ totũ inquit, Timore eñ perterrita fuit. Verũ patríarcha dícit ei, non, ſed riſiſtí. Ne putes (inquit) licet in animo hęc tractaueris, & quod in occulto riſeris, quod poſſit abſcõdí a præſentis virtute & ſcientia. Itaq; negare factum nolí, ne addas ad peccatũ, magna enim ab hac hoſpitalitate nobis ꝓuenient bona. Hunc imítemur oñs, & magnam geramus hoſpitalitatis curã, non vt momentaneã & corruptibílem retributionem ſolum accípiamus, ſed vt reponamus nobis etiam ímmortalium bonorum fruitionẽ. Nã ſi hoc facimus, ſuſcípiemus & nos hic CHRISTVM, & ſuſcípiet etiam ípſe nos in manſionibus illís, quæ ab æterno præparatæ ſunt dílígentibus eũ. Et audiemus ab eo, Venite benedícti patris mei, in hæreditatem accipite præparatum vobis regnũ ab orígine mundí. Cuius gratia, & propter quíd? Eſuriui enim, & dediſtis mihi manducare, ſitiui, & potaſtis me, peregrinus fui, & collegiſtis me, in carcere fui, & inuiſiſtis me. Quíd minus moleſtum quam hæc, non enim precepit nobis curioſe ſcrutarí & inquirere, quíbus nam deberemus curam exhíbere. Tuq̃ tuum eſt (inquit) declara, licet abiectus & vilis ſit, vt apparet, quẽ foues. Quæ enim in illos facta ſunt, ego vt mihi ípſi facta agnoſco. Propterea addídit, Quatenus feciſtis vní fratrum meorum mínimorũ, mihi feciſtis. Igitur quum tanta ex hoſpitalitate ſint lucra, non contemnamus, ſed quotídie huius bonę negociationis merces inferre ſtudeamus, ſcientes quod dominus noſter alacritatem magnam, nõ cíborum pondus requírat, nõ menſam ſumptuoſam, ſed mentem hilarem, non tantũ miniſterium a nudis verbis, ſed charitatẽ a puro, ſynceroq; corde. Idcirco & ſapiens quidã dícebat, Melior ſermo quam munus. Sæpe enim ſermonis obſequiũ magis recreat

D

E

F

De hoſpitalitate & de non faciendo delectũ eorum quib⁹ beneſacimus

accipientẽ, quam donum ipsum. Proinde scientes hæc, ne simus difficiles erga eos qui nos accedunt. Quod si nõ poterimus eorum inopiam subleuare, hoc faciamus cum gaudio, lætitia q; magna, non vt præbentes aliquid, sed vt ab eis accipientes. Quod si non possumus, ne simus asperi in eos, sed vel verbis eorum curam agamus, & in mansuetudine respondeamus eis. Quare enim dure compellas eum, num cogit? num vim facit? orat, supplicat, obsecrat. Qui autem hæc facit, contumelia dignus non est. Quid dicet? orat, & supplicat, innumera bene apprecatur, & hæc omnia facit pro vno obolo, & neq; illum erogamus. Et quam assequemur veniam? quã habebimus defensionem? Ipsi quidem quotidie lautam mensam apponentes, & sæpe plus quam vsus requirit insumẽtes, illis neq; paruum quid communicamus, id q; quum innumera bona per hos nos habituros expectamus. O magnam desidiam. Quantum hic damni facimus? quantum lucri e manibus nostris excidere permittimus? Materiam nostræ salutis a deo nobis datam amandamus, neq; in mentem accipimus, neq; consyderamus, neq; paruitatem eorum quæ damus, neq; immensitatem eorum quæ accipimus, sed omnia arculis includentes, & aurum quidem a rubigine absumi permittimus, immo furum manibus proponimus, vestes quoq; varias a tineis arrodi sinimus, nolumus autem vt ea quæ absq; vsu iacent, bene dispẽsentur & vt iterum nobis custodiantur, vt per ea etiam ineffabilia bona mereamur assequi. Quæ nobis omnibus cõcedat gratia & misericordia sua dominus noster IESVS CHRISTVS, cui cum patre & sancto spiritu sit gloria nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

A

B

HOMILIA XLI.

DIcimus ex hesterna lectione charissimi, eximiam iusti hospitalitatẽ, age & ea quæ sequuntur tractãtes, hodie discamus benignitatem & cõpassionem patriarchæ. Possedit enim iustus ille virtutes omnes. Neq; enim tantum bene affectus erat in proximos, neq; hospitalis tantum & compatiens, sed & alias virtutes omnes vbertim declarauit. Nam siue patientiam discere opus, inuenies eum in summũ eius verticem progressum, siue humilitatem requiris, videbis & in hac nulli cedentẽ, sed omnes transcendentem, etiã si fides declaranda sit, & in ea præ omnibus alijs probatus est. Est enim anima eius imago quædam animata, varios virtutum colores in se ostentans. Quæ igitur nobis posthac relicta est excusatio, quum vnus homo cunctas in se virtutes possideat, nos ita immunes earum sumus, vt ne vnam quidem perficere iuuet? Quod enim nõ ex eo quod nõ possumus, sed quod non volumus, a bonis omnibus sumus alieni, manifeste indicat, quod multi vicinorum nostrorũ inueniuntur virtutibus conspicui. Et istuc ipsum, quod patriarcha / qui ante gratiæ tempus & ante legem fuit, e sua (vt aiunt) domo, & a scientia quæ naturæ insita est, in tantum peruenit virtutis fastigiũ sufficit vt omnes nostras excusationes refutet. At forte dicent aliqui, quod vir ille multam a deo gratiam consequutus sit, & omniũ dominus, eius singularem habuerit curam. Fateor ita esse & ego. Verum nisi primum & ipse quod suum erat fecisset, non tanta a domino obtinuisset. Ea propter non hoc solum vide, sed in vno quoq; diligenter attende, quomodo primum in omnibus, virtutis suæ indicium exhibuerit, atq; sic diuinum meruerit præsidium. Atq; hæc sæpe vobis declarauimus, quando a patria sua migrabat, quod neq; a progenitoribus semen fidei acceperit, & a seipso valde religiosam atq; piam mẽtem obtulerit. & homo ille quum nuper a Chaldæa translatus esset, iterum subito iubetur, vt alio pergat, & alienam terram suæ præferat, non fluctauit animo, non distulit, sed statim imperata fecit, id q; nescius vbi

C

nã errandi futurus esset finis, festinabat & anhelabat, vt in ijs quæ plane incerta erãt mandatũ dei oĩbus preferendum duceret. Vidisti quomodo ab initio, quæ a semetipso erant attulerit, & propterea diuina quotidie vbertim susceperit. Eodem modo dilecti, etiam nos, si voluerimus superna frui gratia, imitemur patriarcham, & nec cũctemur ad obeundã virtutem, sed quotidie ita eam exerceamus, vt oculum illũ qui sopiri nescit, conciliemus nobis ad mercedem retribuendam. Etenim qui scit arcana mentis nostræ, quũ viderit sanam mentem nostrã, & nos conari & eniti ad virtutis agones, statim & nutu suo nos adiuuat, simul & labores nostros alleuians, & infirmitatem nostræ naturæ confirmans: vbereq; retributiones suppeditans. Sane in Olympicis certaminibus neutiquã quis tale quid inueniet, sed subsistit adornator & magister, fitq; spectator tantum vt cæteri, neq; in vlla re potest adiuuare, sed expectat vt fiat victoria. Dominus autem noster non sic, sed simul nobiscum certat, & manum porrigit, & simul adiuuat, & quasi vnde quaq; aduersariũm nostrum nobis tradit, & omnia facit & causatur, vt in certamine duremus, & vincamus, quo nobis immarcessibilem imponat coronã. Coronam enim inquit, gratiarum accipies in capite tuo. Iam in medijs illis Olympicis certaminibus corona post victoriam nihil aliud est, quam folia lauri, quam applausus & clamor vulgaris, quæ tamen omnia vespera ingruente marcescũt & pereunt, at corona quæ pro virtute & eius sudoribus datur: nihil habet sensibile, neq; in hoc seculo nobiscum dissoluitur, sed perpetua est, immortalis, extendens se in omnia secula. Et labor quidem parui temporis merces autẽ laborum, finem non habet, neq; cedit tempori, neq; marcescit. Et vt discatis, ecce quot anni præterierunt, quot generationes, a quo Abraham hic fuit. Et sicut heri ac hodie, ita fulgent eius pro virtute coronæ. & vsq; ad consummationem seculi, omnibus qui recte sapiunt, argumentũ est sermõis & doctrinæ. Proinde quia talis est virtus iusti, ad æmulandum expergiscamur, & vel tandem nostram agnoscẽtes generositatem, patriarcham imitemur, & de salute nostra cogitemus, multa adhibita diligentia, ita vt non solum corpus sanum sit, sed & vt diuersi animę morbi curentur. Nam si voluerimus sobrij esse & vigiles, facilius morbos animæ quam corporis emendabimus. Nam si quæ nos affectio perturbet, si volumus pia, religiosaq; mente cogitare, & iudicium diei illius terribilis, & nõ ad præsentia spectare, sed ad cruciatus, quos propter illas feremus, statim ab anima nostra resiliet ac reuolabit. Eapropter ne simus negligentes, sed scientes qđ agon est & certamina, & vt in prælio hostibus nos obijciamus oportet, quotidie recẽtetur ac vigorem iuuenilem recipiat animus noster, vt superno freti præsidio, malæ huiꝰ bestiæ, insidiatoris dico salutis nostræ, caput statim conterere valeamus. Ipse enim dominus nobis promisit, dicens, Ecce do vobis potestatem ambulandi super serpentes & scorpios, & super omnem virtutẽ aduersarij. Sobrij igitur simus obsecro, ac prudentes, vt quum vestigia huius patriarchæ sequimur, omnigenã virtutem amplexati, easdem coronas mereri possimus, & in eius occurrere sinus, & effugere gehennæ pœnã, & assequi bona illa ineffabilia. Verũ vt amplior fiat vestra æmulatio, & magis ad imitandum hunc iustum nos prouocemur, age iterum ex historia iusti illius cum vestra charitate colloquamur, sequentia aggressi. Igitur post largam illam hospitalitatẽ, quã fecerat, non qualitate ferculorũ, neq; quantitate, sed promptitudine & liberalitate mẽtis existimatam, statim hospitalitatis mercedẽ obtinuit, & didicit, quis nã presens ille eẽt, & quanta eius virtus. Abituri illinc erant ad subuertenda Sodoma. Comitatur eos patriarcha & deducit, vt inquit. Vide domini misericordiã, quanta obsequela vsus est. Simul & iusto honorẽ impendit, & virtutẽ in anima eius latentem detegere voluit.

Cum surrexíssent autem (inquit) víri, respexerũt in faciem Sodomorũ & Gomorræ. de angelis dixit. nam hic quidem in tabernaculo Abrahæ, & angeli / & eorũ dominus per idem tẽpus visi sunt, postea vero illi quidem vt ministri missi sunt ad subuersionem illarum ciuitatũ, ipse autẽ dominus mansit / & quasi amicus amico iusto cõmunicabat quæ nam facturus esset. Vnde quum illi profecti sunt, dixit (inquit) dominus, Num cælabo ab Abraham puero meo, quę ego faciam? Mirum in modum deus obsequitur iusto / & plurimo eum honore dignatur. Nam quasi homo homini loquens / monstrat nobis quãto honore dignos ducit virtute præditos. Et vt ne putes / honorem tantum iusto concessum / solius diuinæ esse bonitatis, vide quomodo diuina scriptura docet nos / quod ipse sibi ipsi honoris sui fuerit autor / obediẽ do mandatis diuinis magna sedulitate. Quia postquam dixit, Non cęlabo ab Abraham puero meo, quę ego facio. non statim dicit futurum, consectaneum enim erat quod adderet / & diceret se incensurum Sodoma. Verum dignum est / vt neq; illud prætereamus / neq; enim syllabam / neq; apicem in diuina scriptura præterire oportet. Quantæ enim dignitatis esse putas / quod dicit Abraham puerum suum? quantę affectionis? quanti amoris? Hoc eñ potissimum monstrat eximiam dignitatem & honorem iniustũ. Deinde id quod dicebam, quum dixit, Non cęlabo, non statim affert & dicit quod futurum. Sed quid? Vt discamus, quod non absq; causa, neq; temere deus tantum erga illum declarãs studium, inquit. Abraham autem futurus est in gentem magnã & populosam. Et in ipso benedicentur omnes gentes terræ. Noui enim, quod constituet filijs suis, & domui suæ post se, & custodient vias domini dei, vt faciant iustitiam & iudicium, vt adducat dominus super Abrahã omnia quę cunq; loquutus est ad eum. Papæ, quãta misericordis domini magnitudo? Quoniã postea inducturus erat excidium Sodomorũ, nunc prius patriarcham animat & cõfidentem facit, simul pollicens ei benedictionem maximam, & quod in magnam multitudinẽ futurus sit, docens eum, quod mercedem hanc piæ suæ mẽtis accipiat. Cogita enim quanta est patriarchæ virtus, quando deus dicit, Scio eñ, quod constituet filijs suis post se, & custodient vias domini. Magna hæc est virtutis augmentatio. Non eñ tãtum mercedem accipit, quia ipse bene egit, sed & quia pręcipit natis suis, largas retributiones accipit. Is eñ qui principium præbet ac initia, etiam eorum quæ postea fiunt, autor est. Et vide domini bonitatem, non solum pro præterita virtute, sed & pro futura remunerat. Scio eñ (inquit) quod constituet filijs suis. Quoniam, dicere vult, prænouit iusti mentẽ, idcirco remunerationibus præuenio. Scit eñ abdita cordis nostri, & quando videt volentes quę oportet, ac sanam prę se ferentes mentem, manũ porrigit, & ante labores remunerat, alacriores hac ratione efficiens, id quod in iustis omnibus fieri inuenies. Nam quum sciat imbecillitatem humanę naturę, vt non in arduis & difficilibus nihil se posse putet, inter laborandũ suum auxilium & remunerationes præbet, ita vt & labor alleuietur, & feruor crescat Noui eñ, inquit, quod constituet filijs suis, & custodient vias domini dei. Non solum de ipso prædicit, quod constituet, sed & de filijs eius, quod custodient vias domini dei, Isaac & Iacob insinuans. Vias domini, hoc est mãdata & præcepta. Vt faciant, inquit, iudicium & iustitiam, nihil præferendo iustitiæ, & viuendo citra omnem iniustitiam. Hæc eñ maxima virtus est, ac propterea eueniunt omnia quæ loquutus est ei dominus. Opinor autem, quod & aliud quiddam significet, quum dicit, Abraham autem futurus est in gentem magnam & populosam, pro eo, Tu quidem qui virtutem amplexaris, & meis obtemperas præceptis, obedientiamq; præ te fers, in gentem magnam & populosam eris. Impij autem illi Sodomorum regio

nem inhabitantes, disperibunt omnes. Nam sicut virtus salutis causa est eā operantibus, ita & malitia interitus. Porro postquam benedictionibus & laudibus fiduciā
D ac animos dedit iusto, incipit quod dicturus erat argumentū. Clamor sodomorum & Gomorræ apud me multiplicatus est. & peccata eorum magna valde. Quū igitur descendero, videbo vtrum iuxta clamorē suum, qui ad me venit, perficiunt, an non, vt sciam. Terribilia verba, clamor (inquit) Sodomorum & Gomorræ. Quāuis & aliæ ciuitates simul perierint, sed quia hæ fuerunt clariores, eas solum commemorauit. Multiplicatę sunt apud me, & peccata eorum magna valde. Vide quomō mala coaceruētur. Non solū magna est multitudo clamoris & iniustitiæ. Nam qđ clamor Sodomorum & Gomorræ multiplicatus est, opinor significare, quod cū indicibili iniquitate illa, etiam omni virtute priuati sint, multasq; iniustitias quas cō miserunt demonstrauit, & insurrexerūt potentiores contra inualidiores, ditioresq; contra pauperes. Proinde nō solum (inquit) magnus erat planctus clamoris, sed & peccata ipsorum non vulgaria fuere, sed & magna, atq; valde magna. Insolitum eñ iniquitatis modum excogitauerunt. & alienas & illicitas coeundi leges inuenerunt. Atq; tanta erat malicię procliuitas, vt omnes omni malo replerentur, & nullam postea correctionem admitterent. totiq; aboleri digni essent, neq; enim incurabiles
E illi morbi medicos ferebant. Postea docet omne hominū genus, quod licet magna valde & confessa sint peccata, non antea tamen pronunciandam sententiam, quam manifestę demonstrationes fiant (inquit) Cū descenderim autē, videbo vtrū iuxta clamorem suū, qui ad me venit, perficiant, vel nō, vt sciam. Quid sibi vult, quod sermonem suum ita attemperat, quum descenderim (inquit) videbo? Nunquid de loco in locum transit vniuersorū dominus? absit. Non hoc dicit, sed, vt dixi, perverbum crassius docere nos vult, quod opus sit magna diligentia, & non auditu solo peccatores condemnandi sint, neq; sententiæ ferendæ, nisi cōprobatio præcedat. Audiamus hæc omnes, non eñ solum ij, qui pro tribunali sedent obseruare hanc legē debent, sed & vnusquisq; nunquā ob nudam accusationem proximū condemnet. Id circo enim & post hęc beatus Moyses spiritusancto afflatus admonet, dicens, Auditum vanū ne accipias. Et beatus Paulus scribens clamabat, Tu autem cur iudicas fratrem tuum? Et CHRISTVS quoq; præcipiens discipulis suis, Nolite (inquit) iudicare, vt ne iudicemini. Cur enim (inquit) ante tēpus iuadis iudicis ius? Cur prę
F uenis diem illū terribilē? Vis iudex esse, cognosce temetipsum, & tua delicta. Nullus est qui vetet, sic eñ & peccata tua emendabis, & nihil ex facto incōmodaberis Quod si relictis rebus tuis sedes ad iudicādū alios, maiores te tibi ipsi colligere peccatorum sarcinas non sentis. Idcirco obsecro. fugiamus omnino, ne condemnemus alios. Nā etsi iudiciariæ potestatis non sis particeps. attamē iudicasti mente & peccato feciſti te obnoxium, præsertim quod nulla demonstratione audita, sed sola suspitione, & tenui accusatione condemnas. Quapropter beatus Dauid clamabat dicens, Detrahentē clam proximo suo, hunc persequebar. Vidisti virtutis eminentiā Non solū non recipit quæ dicūtur, sed & abigit volentē fratri suo maledicere. Igitur si & nos peccata nostra imminuere volumus, hoc maxime omniū seruemus, ne condēnemus fratres nostros, neq; detrahere cupientes accedamus, immo iuxta pphetā abigamus, & omnino auersemur. Hoc eñ opinor & prophetā Moysen insinuare, quū dicit, Auditum vanū ne acceperis. Et hac de causa etiā nūc dominus tā crasso verbo vsus est in vtilitatem animarum nostrarū, Dicit enim, Cum descenderim autē, videbo, Cur eñ? Num nesciebat? Ignorabat peccatorū magnitudinem? Nesciebat lapsos correctionē non suscepturos, Verū quasi satisfactionem quandā

De iudicio temerario.

affert ijs, qui postha c impudenter accusare volunt, & monstrando eorum peruicaciam & virtutis penuriam, tanta vsus est longanimitate. Fortassis autem non propter hoc solum, sed & vt iusto detur occasio declarandi mentem suam condolentẽ, & bene in alios affectam. Angeli eñ (vt dixi) abierãt in Sodoma, patriarcha vero stabat coram domino. Et vt appropinquauit (inquit) Abraham, dixit, Nunquid perdes simul iustum cum impio, & erit iustus sicut impius? O quãta iusti fiducia, immo o quanta animi cõpassio. Quomodo compassionis ebrietate grauatus, nescit quid dicat. Et monstrans diuina scriptura, quod magno timore & tremore preces faciat. Vt appropinquauit (inquit) Abraham, dixit, Nunquid perdes simul iustum cum impio? Quid facis o beate patriarcha? Quid opus habet tua exhortatione dominus, vt ne hoc faciat? Verum ne hoc cogitemus, non eñ quasi domino hoc factu ro dicit, sed quia manifeste propter fratris filium dicere non audebat, cõmunes pro omnibus facit preces, volens cum alijs & hunc seruare, & cum hoc etiam alios eripere, incipitq; patrocinari, ac dicit, Si fuerint quinquaginta iusti in ciuitate, perdes eos? Non parces toti loco propter quinquaginta iustos si fuerint in ea? Nequaquã facies verbum hoc, vt occidas iustum cum impio, & sit iustus sicut impius. Nequaquam. Qui iudicas omnem terrã, nõ facies iudicium? Vide quomodo & in hac oratione suam religiosam & piam mentẽ declarat, & iudicem omnis terræ confitetur, precaturq; ne pereat iustus cũ iniusto. Postea mitis & misericors dominꝰ annuit petitioni, & dicit, Facio id quod dixisti, & accipiam tuã petitionẽ. Si inueniẽtur quinquaginta iusti in ciuitate, propter illos parcã omni ciuitati, & toti loco. Dabo hoc (inquit) quinquaginta iustis, si inuẽti fuerint, & alios saluabo, & petitionẽ tuam implebo. Verum videamus iustũ illum, quomodo arrepta fiducia, & agnita misericordia dei, iterum aliã petitionẽ affert, & inquit, Nunc cœpi loqui ad dominũ meum, ego autem sum terra & cinis. Ne putes (inquit) domine ignorare meipsum, & transgredi me mensuram / & tanta vti fiducia. Scio enim / quod terra sum & cinis, sed sicut hoc scio, & manifeste scio, ita neq; illud ignoro, quod copiosa est tuæ misericordiæ magnitudo, & quod diues es in bonitate, & quod vis omnes homines saluos facere. Nam quos ex nihilo produxisti, quomodo factos perderes, nisi tãta esset peccatorum nostrorũ grauitas? Idcirco iterum oro et precor, si pauciores quinquaginta inuenti fuerint, et quadragintaquinq;, fuerint in ciuitate iusti, num saluabis ciuitatem? Et dixit, Si inuenti fuerint quadragintaquinq; non perdam. Quis pro dignitate dominum omniũ laudarit ob tantam longanimitatẽ et obsequelã, vel iustum beatum prædicaret, cui tanta est fiducia? Et adiecit (inquit) vltra loqui, et dixit, Si inuẽti fuerint ibi quadraginta? Et dixit / non perdã propter quadraginta. Exin quasi reueritus indicibilem dei longanimitatẽ iustus, et timens ne fortevideatur transcendere modum precando, dicit, Nunquid domine si loquar, Si inuenti fuerint ibi triginta? Et quia paratum inuenit ad misericordiam, non quinque iustos assumpsit, sed decem, et sic affert patrocinium. Si inuenti fuerint illic triginta? Et dixit, Non perdã si inuenti fuerint illic triginta. Animaduerte quanta iusti cõstantia, quasi ipse foret obnoxius sententiæ, ita eripere studet a pœna Sodomitis inferenda. Et dixit, quoniam possum loqui ad dominum, Si autem inuenti fuerint ibi viginti? Et dixit, Nõ perdam propter viginti. Omnem sermonem trãscendit, et omnem cogitationem domini bonitas. Quis eñ nostrum, qui in medio infinitorũ malorum versamur, vel letferendo sententiã contra proximos tanta vti misericordia et obsequela? Verumtamen iustus ille videns diuitias misericordiæ dei, non subsistit, sed iterũ dicit, Nunquid domine, si loquar adhuc semel? Nã quia ineffabilis erat lõganimitas, propter

hoc reueritus, ne & indignationem aduersus se moueret eius qui rogabatur, dicit, Nunquid domine? Num temerarium quiddam facio dicit? Num impudentiā præ
D me fero? num opus condēnatione dignū facio, si loquar adhuc semel? pro magna & inenarrabili misericordia tua adhuc vnam orationem accipito a me. Si autem inuenti fuerint illic decē? Et dixit, Non perdam propter decem. Et quia prius dixit, Adhuc semel loquar. Abijt (inquit) dominus postquam cessauerat loqui Abrahæ & Abraham reuertitur in locum suum. Vidistis dominū ad nostrā infirmitatem se humiliantē, Vidistis & iusti erga alios affectionem? Didicistis, quanta virtus sit eorum qui virtutem exercent? Si enim inuenti fuerint (inquit) decem iusti, ꝓpter illos omnibus remissionem concedo peccatorum. Non bene dicebā, quod hæc omnia facta sunt, vt nulla relinquatur impudēter loquentibus contradicendi occasio? Sūt enim multi insanientium, qui infreni lingua, & reprehēdere & dicere volunt, Quare incensa sunt Sodoma? si tulisset eos dominus longanimiter, forte pœnituissent. Propter hoc ostendit tibi maliciæ nimietatem, & quod in tanta multitudine tanta raritas fuit virtutis, quod alio quodā diluuio īdigeret, quale & prius in mundo fuit. Sed promissio dei est, vt non vltra tale inferat supplicium, propterea alium pœnæ modum excogitat, simul & illos in pœnam ducens, & posteris omnibus perpetuā præ
E bens doctrinam. Quoniā enim naturæ leges irritarant, & alienos & illicitos excogitarunt coitus, idcirco insolitum supplicij modum induxit propter illorum iniquitatem, & ventre terræ inutili facto, & relicto posteris monumento perpetuo, vt ne eadem attētantes, in easdem incidant pœnas, & liceat volenti ad loca illa pergere, videre ipsam terram, vt ita dicam, clamātem & ostendentem supplicij vestigia, & firmata quasi heri vel hodie facta, tam manifesta ostenditur indignatio. Ideo obsecro, vt per illa, per quæ alij pœnam dederunt, nos castigemur. Sed forte dixerit aliquis, Quid ergo, quoniam illi sic puniti sunt, non sunt & nunc multi, qui eadē cōmittūt, quæ illi, attamen non puniuntur? Etiam, sed hoc potissimum maiorē pœnā eis conciliat, his qui talia perpetrant. Quando enim non castigamur ex his quæ illis acciderunt, & non est nobis lucro longanimitas dei, cogita quomodo illum inextinguibilem ignem nobismetipsis succendimus, & acerbum vermen paramus. Aliter quoq;
F Quia propter gratiam dei sunt & nunc multi virtute prędíti, qui placare possunt dominum, sicut tunc patriarcha. Tametsi nos, quum nos ipsos attēdimus, & nostram videmus desidiā, putamus miram virtutis raritatem, attamen ꝓpter illorum virtutē longanimitatem deus in alios seruat. Et vt scias, quod taliū fiducia nobis lōganimitatem dei conciliat, audi ex hac ipsa historia, dicit em̄ patriarchæ, Quod si decē iustos inuenero, nō perdam ciuitatem. Et quid dico decē iustos? nullus inuentus illic ab iniquitate alienus, nisi solus Lot iustus, & eius duæ filiæ. Vxor enim ꝓpter illos forte pœnā ciuitatis effugit. postea tamen pœnā dedit ꝓpter suam maliciā. Nunc autē propter ineffabilem dei misericordiā, quia pietas incrementum sumpsit, multi etiam in medijs ciuitatibus ignorati, possunt placare deū, & alij in montibus & speluncis. Aliorūq; virtus, multorum tegere valet maliciā. Multa enim domini bonitas est. & sæpe solet etiā ꝓpter paucos multis dare salutē, Et quid dico ꝓpter paucos iustos? Sæpe quando non inuētus est in præsenti vita iustus, ꝓpter defunctorū virtutem, viuentiū miseretur & curā habet, vnde clamat dicens, Protegā ciuitatē hāc propter me, & ꝓpter Dauid puerum meum. quasi diceret, Licet ipsi indigni sint, & nullā salutis habeant occasionem, verū quia solitus sum misericorditer agere, & ad miserandum prōptus sum, propter meipsum faciam, & ꝓpter puerū meū Dauid, qui ante hos annos e vita migrauit, hic autor erit salutis his qui sua sese perdiderunt,

De intercessione sāctorū.

desidia. Vidisti misericordiam domini, quomodo eos qui virtute pollent, toti multitudini opponit, & rependit. Quapropter & Paulus dicebat, Obambulauerũt in ouillis, capriniſq; pellibus, destituti, pressi, afflicti, quibus indignus erat mundus. Ille dicit, Omnis mundus, & totus orbis non est conferendus his qui in afflictionibus & A
pressuris, & nuditate agunt & obambulant, & in speluncis versantur propter deum. Igitur dilecte, quãdo videris virum vili externo habitu vestitum, virtute vero extrinsecus amictum, ne vilipenderis quod apparet, sed animæ diuitias disce, & internam gloriam, & videbis vndequaq; fulgentem virtutem. Talis erat beatus Elias, qui melotem tantum habuit, & purpura vestitus Achab, illius melote indigebat. Vidisti Achabi inopiam, Eliæ autem diuitias: vide & quanta potestate distent. Melote huius cœlum aperuit, pluuiarum descensum sistit. Et lingua prophetę frenum fuit cœlo, & annis tribus & sex mensibus pluuia non fuit, purpura autem amictus & diademate, circumibat quærens prophetam, & nihil lucri ex sua potestate habebat.
Cæterum vide domini misericordiam, quia vidit prophetam: multo zelo & feruore moueri, & magnam hanc pœnam inferri contra totum mundum ne & ipse De elia & vidua.
simul in supplicium incideret cum illis, dicit ei, Excitatus vade in Sarepta Sidoniorum. Illic enim præcipiam mulieri viduæ, vt te pascat. Et vt exurrexit, abijt.
Vide spiritus gratiam dilecte. Et enim & herivobis totus sermo de hospitalitate fuit B
& hodie hospitalis ista vidua sermonem illum complebit, Et venit (inquit) ad viduam, & inuenit eam colligentem ligna, & dicit ei, Da mihi parum aquæ, & bibam, Illa audiuit. Et dixit ad eam iterum, Fac mihi subcinericios panes & comedam. Illa vero postea detexit immodicã suam egestatẽ, immo inenarrabiles diuitias. Magna enim paupertas indicat diuitiarum illius magnitudinem. & dicit, Non est ancillæ tuæ nisi pugillus farinæ, & parum olei in amphora, & comedemus ego & pueri, & moriemur, Miserabilia verba, quæ & lapideam animam inflectere possent. Nulla posthac nobis spes salutis. Mors in foribus est. Hoc solum nobis relictum est ad vitam, quod vix sufficiet mihi & pueris, id quod erat mihi possibile feci, aquam communicaui. Verum vt discamus & mulieris hospitalitatem, & iusti magnam fiduciã vide quid sit. Vbi propheta didicit diligenter hæc omnia, vt detegeret nobis virtutẽ mulieris. Nam deus qui dixerat, Præcepi mulieri, vt te pascat, ipse erat qui tunc per prophetam operabatur. Dicit ei. Fac mihi primum & comedo, & tunc filijs tuis.
Audite mulieres, quæ diuitijs affluitis, & in multa inutilia vestras facultates insumitis, & post illa omnia duos vel tres obolos indigentibus, vel viro cuipiam virtute C
prædito, propter deum famelico impendere vultis. Ista autem nihil horum possidens, sed tantum pugillum farinæ, & paulopost iuxta suam opinionem, puerorum mortem spectatura, vt audiuit a propheta, Fac mihi primum, & tunc tibi & pueris tuis, non ægre tulit, non neglexit, sed fecit imperata, erudiens omnes nos, prę ferendos nostra refocillatione seruos dei, & non simpliciter talia lucra prætereunda, sed attendendum, quod multa hinc nobis erit merces. Vide igitur hanc viduam, pro pugillo farinæ, & pauxillo oleo, quomodo perpetuum oleum possederit. Nam postquam pauit prophetam, neque pugillus farinæ defecit, neq; amphora dei, quum interim fame terra omnis corrumpetur. Est autem & hoc admirabile & rarum, quod neque laboribus postea opus habebat, sed parata perpetuo erant farina & oleum, & oleum, & neque agricultura indigebat, neque boum cooperatione, neque vlla alia cura, sed super naturam eueniebant omnia. Et quum rex, qui coronam capite gestabat, anxius esset, & fame laboraret, pauper vidua omnibus destituta, quia prophe-

tam ſuſceperat, in perpetuam venit abundantiam. Propterea & CHRISTVS dicebat, Qui ſuſceperit prophetam in nomine prophetæ, mercedem prophetæ recipiet. Vidiſti heri, quid propheta meruerit dapſili ſua hoſpitalitate, et feruida alacritate, vide & nunc hanc Sidoniam repente diuitias poſſidētem. Lingua enim prophetæ quæ cœli habenas moderabatur, farinæ pugillum, & olei amphoram iugiter ſcaturire fecit. Hanc omnes imitantes & viri & mulieres. Ego quidem vellem nos prophetam imitari, & eius poſſidere virtutes. Sed quia hoc oneroſum nobis videtur eē quamuis & ille homo erat, carnemq; ſicut & nos circumferebat, & eandem quam nos habebat naturam, verum quia quæ ſua erant largiter attulit, atq; virtutem amplexatus eſt, ſupernam quoq; gratiam aſſequutus eſt. Cæterum ſi vel mulierem hāc imitamur, & ſic paulatim eo veniemus vt etiam prophetam imitemur. Aemulemur itaq; eius hoſpitalitatem, & nullus poſthac inopiam prætexet. Nam quantumuis inops ſit aliquis, non erit hac egeſtoſior, cui ad vnum tantum diem erat alimentum, & neque ſic fuit ſegnis ad petitionem prophetæ, ſed magna promptitudine celeriter ei reſpondit. Talia enim ſunt, quæ a deo fiunt. Mos ei eſt dare magna pro paruis.

E Quid enim dic oro, tantum attulit, quantum accepit? Verum dominus noſter, non quanta dentur conſueuit attendere, ſed voluntatis largitatem, & ob hoc parua etiā magna facit, & magna ſæpe attenuat, quando non hilari promptitudine quæ fiunt inſumuntur. Et eapropter vidua illa euangelica, multis multa in gazophylaciū mittentibus, proiectis duobus minutis omnes vicit, non quod immiſerit plura aliis, ſed quod liberaliorem voluntatem oſtenderit. Alij enim (inquit) ex eo quod ſibi abundabat eleemoſynam faciebant, iſta autem omnia quæcunq; poſſidebat, immiſit. Omnem enim victum (inquit) iniecit. Tametſi ſaltem mulieres imitaremur viri, & non inferiores eis videremur, ſed ſtudeamus non ſolum ad noſtrum vſum oēm ſubſtantiam noſtram impendere, ſed & egenorum magnam habere curam, idq; cum alacritate & hilaritate. Etenim & agricola, terræ concredens ſemina, non hoc triſti facit vulnus, ſed gaudens & lætabuntus, & quaſi iam ſpe manipulos videns, in terram ſeminat. Et tu dilecte, ne ſolum reſpexeris ad eum qui recipit, ſed cogita, quod ipſe quidem eſt viſibilis, qui a te accipit, alius autem quæ in illum fiunt, ſibi facta dicit, neq; ille vulgaris quiſpiam eſt, ſed omnium dominus, cœli terræq; conditor.

F Et ſumptus ille acceſſio fit, & non ſolum non minuit tuam ſubſtantiam, ſed auget magis, ſi cum fide & promptitudine hilari hoc feceris. aio hanc caput donorum. Nam cum huius acceſſione & peccata condonantur, quid huic par fuerit? Si igitur volumus vere locupletari, & cum diuitijs etiam peccatorum inuenire remiſſionē, effundamus res noſtras in egenorum manus, præmittamus eas in cœlum, vbi neque fur, neque latro, neque parietum effoſſor, neque famuli malicia, neque aliud quicquam nocere poterit diuitijs noſtris. Regio enim illa omnibus iſtiuſmodi damnis ſuperior eſt. Tantum ne vanam gloriam ſectemur, ſed vt iuxta leges a IESV CHRISTO traditas, non ab hominibus laudes percipiamus, ſed a cō muni omnium domino, vt ne & ſumptus faciamus, lucro deſtituamur. Namlicet non diripi poſſint diuitiæ per manus pauperum alio tranſlatæ, Vana tamen gloria abſumuntur. Et vt tinea & vermes veſtes corrumpunt, hoc eſt et inanis gloria in diuitijs quæ miſericordia colliguntur. Idcirco obſecro, ne ſolum faciamus eleemoſynas, ſed & caute faciamus, vt magna percipiamus pro paruis, & pro fragilibus incorruptibilia, & pro temporalibus æterna, & cum his omnibus etiam peccatorum remiſſionem aſſequi poſſimus, bonaque illa ineffabilia,

quibus nos oēs potiri orem⁹, gratia et misericordia domini nostri IESV CHRISTI, cui cum patre & spiritusancto, & viuificatore sit gloria nunc et semper, & in secula seculorum Amen.

CAPVT DECIMVMNONVM.

A

VEnerunt autem duo angeli Sodoma vespere. Lot aūt sedebat apud portam Sodomorum. Vt autem vidit Lot: surrexit in occursum illis: ꝛ adorabat facie super terram: et dixit: Ecce domini diuertite in domum pueri vestri: et manete: et lauate pedes vestros: et facto diluculo proficiscemini viam vestram. Dixerunt autem: Minime sed in platea quiescemus. Et compulit eos: ꝛ declinauerunt ad eum: ꝛ ingressi sunt in domum eius: et fecit illis cōuiuium: et infermentato coxit eis: et comederunt antequā cubitum irent. Viri autem ciuitatis Sodomite circundederunt domum a iuuene vsq; ad senem: omnis populus simul: et euocauerunt Lot: et dixerunt ei: Vbi sunt viri: qui sunt ingressi ad te nocte? educ eos ad nos: vt cognoscamus eos. Egressus est autem Lot ad vestibulum ad eos: ostium autem aperuit post se: dixit autem eis. Ne, quaquam viri fratres: nolite malū facere. Sunt autem mihi due filie: que non cognouerunt virum: educam eas ad vos: ꝛ vtimini eis: sicut placuerit vobis: tantum viris istis ne faciatis iniustitiam: cuius gratia ingressi sunt sub tecta tignorum meorum. Dixerunt autem illi: Absiste: illuc ingressus es: vt cohabites: nunquid ꝛ vt iudicium iudices? itaque nunc te affligemus magis quam illos. Faciebant autem vim Lot vehementer: et appropiarunt vt contererent ianuam. Viri autem extentis manibus attraxerunt Lot in domum ad se: et ianuam domus clauserunt: viros autē: qui erāt apud ianuam: percusserunt cecitate a paruo vsq; ad magnum. Et dissoluti sunt querentes ostium. Dixerunt autem viri ad Lot: Sunt tibi hic generi: aut filij aut filie: aut si quis tibi alius est in ciuitate: educ de loco isto: quia perdimus nos locum istum quia exaltatus est clamor eorum coram domino: et misit nos dominus vt exterere, mus eos. Egressus est autem Lot: et locutus est ad generos suos qui acceperunt filias suas. Et dixit: Surgite: ꝛ egredimini de loco isto: quia exteret dominus ciuitatem. Visus est autem ridiculus generis suis. Vbi autem mane factum est: studiose adhortati sunt angeli Lot: dicētes: Surge: accipe vxorem tuam: et filias tuas quas habes? ꝛ exi: vt ne simul cum iniquitatibus ciuitatis pereas. Et turbati sūt: ꝛ tenuerunt angeli manum eius: ꝛ manum vxoris eius: et manus filiarum eius: eo quod parceret ei dominus. Et factum est quando eduxerunt eos foras: dixerunt: Saluans saluando animam tuam: ne respicias post tergum: ne stes in omni loco per circuitum In monte saluum te fac: ne forte simul abripiaris. Dixit autem Lot ad eos: Oro domine: quia inuenit puer tuus gratiam coram te: et magnificasti iustitiam tuam: quod facias mecum: vt viuat anima mea: ego autem non potero saluari in monte: ne apprehendant me mala: et moriar: ecce ciuitas ista prope: vt fugiam ego illuc que parua ē: ibi seruabor: Annō parua est? ꝛ viuet anima mea propter te. Et dixit ei: Ecce admiratus sum faciem tuam: et in verbo hoc. vt ne subuertam ciuitatem: de qua loquutus es: festina ergo: vt saluēris illic. Non enim potero facere rem: donec tu illuc ingrediaris. Propter hoc vocauit nomen ciuitatis illius Segor. Sol egressus est super terram: et Lot ingressus est in Segor. Et dominus pluit super Sodomam ꝛ Gomorram sulphur et ignem a domino de celo et subuertit ciuitates has: et quicquid circa eas habitabatur: et omnes qui habitabant in ciuitatibus: et omnia que oriuntur ex terra. Et respexit vxor eius retrorsum: et facta est columna salis. Diluculo autē venit Abraham mane in montem: vbi steterat coram domino: et aspexit in faciem Sodomorum et Gomorre: ꝛ in omnē faciē terre circa regionē Jordanis: et vidit. Et ecce ascēdit flāma de terra: quasi fum⁹ camini. Et factū est cū extereret de⁹ oēs ciuita,

B

C

tes circa regionem Jordanis: recordatus est deus Abrahe: et emisit Lot e media subuersione: dū subuerteret dominus ciuitates illas: in quibus habitabat Lot. Exiuit autem Lot e Segor: & sedit in monte ipse & due filie eius cum eo: timuit enim habitare in Segor: & habitauit in spelunca ipse & due filie eius cum eo. Dixit autē maior natu ad iuniorem. Pater noster senex est: & nullus est super terram: qui ingrediatur ad nos: vt congruit vniuerse terre: veni & potabimus patrem nostrum vino: et dormiemus cum eo: & excitabimus e patre nostro semen. Potauerunt autē patrem suum vino nocte illa. & ingressa maior natu: dormiuit cum patre suo nocte illa et nesciuit quando illa accubuerit & surrexerit. Factum est autem die sequenti: & dixit maior natu ad iuniorem: Ecce dormiui heri cum patre nostro: potabimus eum vino nocte ista: & cum ingressa fueris: dormi cum eo: & excitemus e patre nostro semen. Potauerunt autem nocte illa patrem suum vino: & ingressa iunior: dormiuit cum patre suo: & ignorauit ille quando ipsa vel accubuerit vel surrexerit. Et cōceperunt due filie Lot de patre suo: & peperit maior natu filiū: et vocauit nomē eius Moab: dicens: Ex patre meo. Hic pater est Moabitarum: vsq; in presentem diem. Peperit autē & iunior filiū: et vocauit nomen eius Amman: Filius generis mei: dicens. Hic pater est Ammonitarum: vsq; in presentem diem.

D

E

HOMILIA. XLII.



Vemadmodum floridum quoddam pratū varios & omnigenos flores ostentat, ita & diuina scriptura iustorum virtutes nobis demōstrat non vt, sicut in illorum florum fragrantia, paruo tempore fruamur, sed vt perpetuam inde vtilitatem recipiamus. Illic manu tantum accipimus flores, & protinus marcescentes suam gratiam amittūt, hic autem non sic, sed quando auribus iustorum virtutes accipimus, & eas in sinus mentis reponimus, per omne tempus si volumus eorum suauolentia fruipoterimus. Itaq; quia tanta sanctorum in diuina scriptura fragrantia est, hodie Lot bonum odorem inquiramus, vt sciamus liquido quod iustum hunc in tantum virtutis apicem euexit patriarchæ consuetudo, quæ effecit, vt vestigia illius sequeretur, & peculiarem sibi hospitalitatem exerceret. Verū vt manifestior sit sermo noster, operæprecium fuerit scripturæ verba audire. Venerunt autem (inquit) duo angeli Sodoma vesperi. Quare sic incipit, & dixit, Venerunt autem duo angeli Sodoma vesperi? Quoniam postquam diuersati sunt apud patriarcham, & inde surgentes abierunt, misericorsq; dominus & curator pro sua bonitate in hūana figura visus, māsit apud patriarcham, loquens cum eo, sicut heri audiuistis, volens oīs nos docere & excellentē suam longanimitatem, & patriarchæ charitatē, angeli aūt contēdebant tunc versus Sodoma. Seruans igitur scriptura suum ordinem, dicit iterū, Venerunt aūt duo angeli Sodoma vesperi, facientes quod imperatum erat. Et vide diligentiā & obseruationem diuinæ scripturæ, quomō & tempus nobis declararit, quando venerint eo, dicit enim, vesperi. Et quare tempus significauit? & quare ad vrsperam eo venerunt? vt ostenderetur nobis magna Lot hospitalitas. Sicut enim patriarcha sedens tēpore meridiei, obseruabat aduentantes, & venationem suam exercebat, & occurrebat, & magno gaudio viatores suscipiebat, Ita simili modo & iustus ille, qñ sciebat peruersitatem eorum qui in Sodomis habitabant. Neq; vesperi discedebat, sed manebat (ne forte thesaurū amitteret quēdā ex hospitalitate) vt fructum decerpere posset, Vere admirari licet vehementer iusti huius virtutem, quod cōuersans in medio tā impiorū, nō solū nō fuit inde negligētior factus, sed & maiorē virtutē prę se tulit, & quum oēs (vt ita dicam) in preceps ruerent, ipse solus in tanta multitudine

F

rectam ambulauítviam. Vbiigitur ſunt, qui dicunt, quod non ſit poſſibile in media ciuitate verſantẽ ſeruare virtutem, ſed opus eſſe receſſu, & montana quadã conuerſatione, & non poſſe domui ſuę præfectum, & habentẽ mulierem, & filios curantem ac famulos, virtute prædítum eſſe? Videant iuſtum illum cum muliere, & puerís, & famulís, & in ciuitate degentem. & inter tam malos ac impíos cõuerſantem, & quaſi ſcintillam quandam in medio lucentem, & non ſolum non extínguí, ſed & quotí die lucem clariorẽ emittere. Et hæc dico, non prohíbens receſſum abvrbibus, neq; interdico montium & ſolitudínum conuerſationem, ſed monſtro, quod volenti ſobríe agere & vigílare, nihil índe obſtaculi eſſe. Sicut igitur negligentí ac ſupíno níhil prodeſt ſolitudo, neq; eñ locus nos virtute facit prædítos, ſed mẽs & mores, íta & prudens atq; vígil non offenditur, etiam in media ciuitate viuens. Quocírca vellem, ſicut beatum illum, virtute prędítãtes in medíjs ciuitatíbus eſſe, vt quaſi fermentum facti alíjs, multos ad ſui imitationem trahãt. Verum quia hoc difficile videtur eſſe, quamuis & ipſum fiat. Tranſit eñ figura mũdi huius, & breuis eſt vita præſens. Et níſi nũc, quum adhuc íntra caueam ſumus, labores virtutum aggrediamur, & laqueos malíciæ effugiamus, poſtea inuanũ noſmetipſos reprehendemus. Nulla eñ pœnitudínis ſeræ vtilitas. Nam quandiu in præſentí vita fuerímus, poſſibile eſt, vt pœnitentes índe fructum accípiant, & ablutis píroribus, miſericordiam domini aſſequantur. Quod ſi prętęríjt tempus præſens, repenteq; abrípimur, pœnitẽtia quídem ducemur tunc, nullam autem vtílitatem índe capiemus. Et vt diſcas, audí prophetam dícentem. In ínferno autem quis confitebitur tibi? & iterum. Frater non redímit, redímet homo. Nullus, íquit, erit íllic poſtea, qui eripiat eum, qui ſua deſidía periít, neq; ſi frater fuerit, neq; ſi pater. Et quid dico pater & mater? neq; iuſti, quib? tanta fiducia eſt, poterunt nobis tunc aliquid prodeſſe, ſi nunc deſides fuerímus. Dícit eñ, Si ſteterit Noe & Iob & Daniel, filios ſuos & filias non eripiẽt. Et vide minarum grauitatem, & quales iuſtos in medium adduxerit. Quoniam & illí ſuis temporibus etiam alíjs ſalutis cauſa fuerunt. Noe eñ, quum terribilis illa díluuij tempeſtas terram occupaſſet, & mulierem & filios ſaluauit. Et Iob ſimíliter alíjs ſalutis autor fuit. Et Daniel multos erípuit a morte, quando barbarus ille inquírebat, quę ſupra humanam ſunt naturam, & interímere volebat Chaldęos, & Magos, & Gazarenos. Vt ne putemus in ſequenti ſeculo fore talia, & quod qui virtute prædíti, & fíduciam habent in deũ, eos qui hic negligẽter vixerunt, liberare illíc a ſupplício poſſint ſui ſtudioſos. Propterea adduxit nobis iuſtos illos, terrorem nobis inferens, & docens, in propríjs bonis operibus cum ſuperna gratia ſpem ſalutis noſtræ habendam, & non in progenitorũ virtutibus ſuperbiendum, vel confidendũ, ſi nos in peccatis eſſe non deſinimus. Sed hoc vnum curandum, vt ſi parentes habuerímus virtute claros, ímitemur eorum virtutem. Et ſi ediuerſo accídat, & ex ímprobis ſímus parentibus, non putandum nobis aliquid accídere nocumentí, ſed vt exerceamur ad virtutum labores, nullum eñ hinc nobis damnũ erit. Nam vnuſquíſq; per ea vel coronatur, vel condemnatur, quæ ipſe peccauit, quemadmodum & beatus Paulus ínquit. Vt reportet vnuſquíſq; in corpore ſuo, quæ operatus eſt, ſiue bonum, ſiue malum. Et iterum, Qui reddet vnícuíq; iuxta opera ſua. Quæ omnia quum ſcímus, excuſſa omni negligẽtia, virtutis maximam habeamus ratiõnẽ. Et quum adhuc íntra caueam ſumus, & certandí tempus eſt, priuſquam diſſoluatur ſpectaculum, procuremus noſtram ſalutem, vt in breui illo tempore virtutes exercendo, in ſeculo perpetuo illarum mercedes recipiamus, ſicut & iuſtus ílle. In medio eñ tot malorũ habítans, & nullũ habens qui ſuã ímitetur virtutem, ſed vídens omnes írridentes & ſub-

A

Prędtantes virtutibus in medíjs ciuitatíbus eſſe expedit.

B

C

ſannantes, non ſolum non factus eſt ſegnior, verum & tanta virtute emicuit, vt & angelos ſuſcipere meruerit, & quum illi ſimul oēs perirent, ſolus ipſe cum filiabus ef
fugit pœnam quæ illis illata eſt. Cæterum ad ſeriem ſermonis redeamus. Venerūt
D autē duo angeli in Sodoma veſperi. Iuſti huius virtutem, tempus hoc potiſſimum in dicat, quia & ingruente veſpera permanſit. & non deſtitit. Nam quia ſciebat, lucrū quod inde naſcebatur. ideo propter hoc diuitias aſſequi cupiens, valde ſedulus erat, & neq; die impleto diſcedebat. Ita enim ſe habet anima feruida & vigilans, vt nullis impedimentis præpediatur, quo minus ſuam declaret virtutem, Quin & iſtæcipſa, quæ prohibent maxime, magis efferueſcere faciunt, & maiorē cupiditatis flammā accēdunt. Vt autē vidit (inquit) Lot, ſurrexit in occurſum illis. Audianthi, qui aduenas orantes & ſupplicantes, & ſedulo ſe corā eis humiliantes, multa inhumanitate auerſantur & repellunt. Vide enim quomodo iuſtus ille non expectauit, donec ad ſe venirent, ſed ſicut patriarcha ignorans, qui eſſent hoſpites, & ſuſpicans viatores quoſdam eſſe, quaſi præ gaudio ſaltabat, quia aſſecutus erat quæſitam prædā, & nō aberrarat ab eo quod cupiebat. Vt autē vidit (inquit) exurrexit in occurſum illis, &
E adorabat facie ſuper terram. Gratias egit deo, quod dignatus eum prætereuntium ſuſceptione. Animaduerte illius animæ virtutē, magnum dei beneficium arbitrabatur, incidiſſe in hos viros, vt ſuſceptis illis ſuum perficeret deſyderium. Iā ne dixeris quod angeli fuerint, ſed hoc potius tecum expende, quod iuſtus ille nondū hoc ſciebat, ſed quaſi homines ignotos & prætereuntes ſuſcipiens, ita affi ciebatur. Et dixit Ecce domini, diuertite in domum pueri veſtri, & quieſcite, & lauate pedes veſtros, & diluculo facto, proficiſcemini viam veſtram, Sufficiūt hæc verba ad detegendā virtutem, quę in pectore iuſti latebat. Et quid mirum, ſi quis obſtupeſcat, eximiā humilitatem, & promptitudinem quam in hoſpitalitate declarabat? Ecce (inquit) domini, diuertite in domum pueri veſtri. Et illos dominos vocat, & ſeipſum ſeruū vocat. Audiamus hæc verba, & diſcamus. Glorioſus, nobilis, tā abundans, tantus paterfamilias, viatores, hoſpites, ignotos, vt apparebant viles, & nihil ad ſe attinentes dominos nominat, & inquit. Diuertite in domum pueri veſtri, & quieſcite. Veſpera enim (inquit) ingruit. Morem mihi gerite, & laſſitudinem diei ſolemini. Nūquid magnum vobis promitto? lauate pedes veſtros itinere longo fatigatos, & facto diluculo pergetis in viam veſtram. Hanc gratiam donate mihi, & petitionem meam
F ne fruſtremini. Et dixerunt, Minime, ſed in platea quieſcemus. Etiam poſt tantam exhortationem quam fecerat, quum vidit eos renuere, non fuit negligēs, neq; ab inſtituto ſuo deſtitit, neq; fecit, vti nos interdum facimus. Et ſi quando aliquem admonere dignamur. & poſtea videmus parumper detrectantem, & renuentem, ſtatim deſiſtimus, id quod contingit, quia citra deſyderium & feruorem hoc agimus, & maxime, quod putamus ſufficere defenſionem, ſi dicere poſſimus, feciſſe nos ſaltē officium noſtrum. Amiſiſti in venatione prædā. Aberraſti a theſauro, & tanti ea facis? Tunc magni feciſſes, ſi non abiecisſes e manibus theſaurum, ſi non præteriſſes in venatione prædam, ſi non parua duntaxat libatione & verbotenus tantum hoſpitalitatem indicaſſes, at nō iuſtus ille ſic, Sed quid? Videbat obluctantes ſuis precibus, & in plateis manere volentes, Hoc autem faciebant angeli, virtutem iuſti manifeſtare volentes, & nos docere quanta iuſti fuerit hoſpitalitas, Poſtea autem non iam verbis cōtentus eſt exhortari. ſed & vim facit. Propterea & CHRISTVS dicebat, Violenti rapiunt regnum cœlorum. Vbi enim ſpirituale affulſerit lucrum, tempeſtiua fuerit violentia, et laudabilis coactio. Et compulit eos. Mihi autem videtur, & inuitos eos trahere. Deinde vbi viderunt iuſtū ita feruentem & nolētem deſiſtere, niſi

voti compos fiat. Declinauerunt (inquit) ad eum et intrauerunt in domũ eius. Et fecit eis conuiuiũ, et coxit infermentatos, et comederunt antequã irent cubitum. Vidisti et hic non in sumptuosa mensa hospitalitatem, sed potius in liberalitate mentis Nam statim vt eos induxit in domũ suam, nullum hospitalitatis officiũ prætermisit. Et ipse quidem in ministerio occupatus erat, et cibos apposuit, et omnẽ honorẽ impendit hospitibus, homines eos et viatores quosdam esse putãs. Viri autem ciuitatis Sodomitæ circundederunt domũ a iuuene vsq; ad senẽ, omnis populus simul, et euocauerunt Lot, et dixerunt ei, Vbi sunt viri, qui sunt ingressi ad te nocte? educ eos ad nos, vt coeamus cum eis. Dilecti ne perfunctorie transeamus quę dicta sunt, et non solum videamus insaniam nulla venia dignandam, sed et cogitemus quomodo iustus in medio tam truculentarum bestiarum habitans, ita excellenti virtute fulserit, quomodo ferre potuerit iniquitatem eorum? quomodo non fugit eorum ciuitatem? quomodo eis loqui potuit? Quomodo? Ego dicam. Vniuersi dominus prę uidens miram illorum malitiam, dispensauit vt iustus eo loci domicilium haberet, vt sicut optimus medicus morbos eorũ emendare queat. Verum vidẽs se curam suam nihil proficere, & illos non emendari, non propterea a cura destitit. Habet em̃ hunc morem medicus, quamuis videat morbos esse graviores, quã vt arte curari possint, non omittit tamen officiũ suum, sed omnẽ artem suam profert, an forte possit ęgrũ vel lõgo tempore reparare, quod si nihil amplius proficit, habet excusationẽ maiorem. eo quod nihil prætermittit quod ad se pertinet. Id sane & hic factum est. Iustus enim, qui versabatur in medio talium, etiam sic mansit iustus, vitamq; optimã egit. Illi autem propterea omni venia sunt destituti, quod non solum a malicia non cessarunt, sed & magis auxerunt peccata. Vide em̃. Circundederunt domum a iuuene, vsq; ad senem, omnis populus simul. Summa malitiæ conspiratio, vehemens male agendi studiũ, inenarrabilis peruersitatis magnitudo, conatus nulla venia dignus. A iuuene (inquit) vsq; ad senem. Non solum (inquit) iuuẽtus hæc mala inquirebat, sed & prouectæ ætatis. Et omnis populus simul. Neq; erubescebãt tã turpe, tamq; impudens flagitium, neq; infallibilẽ oculum in mentẽ sumebant, neq; iustum reuerebantur, neq; hospitibus parcebant, sed absq; rubore, & nudo (vt dicunt) capite, libidinis suæ verba dicentes, accesserunt. Et vocato iusto, dixerunt ei, Vbi sunt viri, qui ingressi sunt ad te nocte? educ eos vt abutamur eis. Propter hunc eorum illicitũ conatum, & impiam peruersitatem opinor iustum vsq; adveſperam sedisse, ita vt ne sineret viatores ignaros incidere in illorum laqueos. Et iustus quidem cum hospitalitate & tantam præ se tulit continentiã, vt omnes prætereuntes susciperet, nullusq; eum lateret, etiam eos tunc non angelos, sed homines esse putans. Impij autem illi præter hoc, quod nihil tale agebant quod iustus ille, tãtam etiam perpetrarunt malitiam, vt ad obtegẽda alia eorum scelera sufficere possit. Propter hoc autem in platea volebant manere, vt darent iusto occasionem declarãdi hospitalitatẽ erga se, & monstrarent ei reipsa, quã digne supplicijs in illos animaduertatur, qui tam stupendam impietatem agebant. Sed videamus amplius magnitudinẽ virtutis iusti, Vt exiuitigitur (inquit) ad eos ad vestibulum, ianuã quidem aperuit post se, dixitq; ad eos. Vide quomodo timuit iustus & tremuit pro hospitum salute. Neq; enim tantum ianuam aperuit post se, sed sciens eorum insaniam & audaciam, & suspicans eorum temeritatem, deinde inquit ad eos, Nequaquam viri fratres. O iusti longanimitatem o excellentẽ modestiã. Hæc vera virtus est, ita mansuete alloqui illos. Nullus enim ægrum volẽs curare, & insanientẽ castigare, cum furore & austeritate hoc facit. Et animaduerte, quod eos qui tã absurda patrare volebant, fratres vocat, et eorũ con-

scientias tangere, & a nephario flagitio volens abducere. Minime (inquit) fratres, nolite inique agere, nihil tale cogitetis, ne ponatis tam graue scelus in mētem vestrā ne naturam ipsam traducatis, ne illicitos excogitetis coitus, sed si volueritis insaniæ vestræ furorē demulceri, ego quid præbebo, quo flagitium vestrum leuius fiat, Sūt
D mihi duæ filiæ, quæ viros non cognouerunt. Adhuc (inquit) inexpertæ sunt nuptialis congressus, intactæ sunt, luculentæ sunt, & adhuc in flore ætatis, eas omnibus expositas do, & vtimini eis sicut vobis placet. Vt accipiatis eas (inquit) & expleatis vestram in eis libidinē, & impleantur vestræ malę concupiscentiæ. Tantum in viros illos ne feceritis iniustitiam, cuius gratia intrauerunt sub tecta tignorū meorū Quoniam (inquit) coegi eos, & induxi sub tectum meū, vt ne mihi asscribatur iniquitas quæ eis contigerit, & ego eis autor sim cōtumeliæ, idcirco pro eis duas meas filias do, vt illi a manibus vestris liberentur. Quanta eius virtus? omnē virtutē hospitalitatis superauit. Quid enim quis iusti huius benignitate sat dignum attulerit, qui neq; filiabus parcere voluit, vt seruaret hospitibus honorē, & liberaret eos a peruersitate Sodomitarū? Et ille quidē filias suas ꝓstituit, vt hospites, viatores (iterū eadē dico) omnino ignotos eripuit ab impiorū contumelia, nos autem videntes sæpe fratres nostros in ipsum impietatis profundum, & quasi dicerem, in fauces diaboli cadere, neq; sermone eos dignamur, neq; cōsulere, neq; verbis admonere & eripere a malicia, & ad virtutē manuducere. Qualem igitur habebimus defensionē, quum iu-
E stus neq; filiabus parcit, vt hospitum seruet curā, nos autem ita immisericorditer erga fratres nostros afficimur, & sæpe tam frigida & absurditatis plena verba proferimus? Quid enim, inquit, mihi cū eo cōmune? mihi non est curæ, nihil mihi negocij cū eo. Quid dicis homo? nihil tibi cōmune cum eo?? Frater tuus est eiusdem tecum naturæ, sub eodē estis domino, sępe etiam eiusdem participes mensę, spiritualis illi⁹ inquam, & terribilis, & dicis, Nihil cōmune habeo cum eo, & immisericorditer pręteris, & non porrigis iacenti manum? Et Iudęis quidem lex imperabat, ne inimicorum lapsa iumenta negligerent, tu autem fratrem tuum a diabolo sępe saucium & iacentem, non super terrā, sed super peccati barathrum videns, tua exhortatione non reuellis, non admonitionem tuam adhibes, non alios in auxilium vocas, vt a fauce bestię membrum tu um eruere valeas, & ad suam reducere nobilitatem, vt & ipse, si quando cecideris (quod absit) in laqueos mali dæmonis illius, poteris habere aliquos, qui te iuuent, & liberent a manibus diaboli. Sic & Paulus excitare volens Galatas, vt suis prouideant membris, inquit. Consyderans temetipsum. ne & tu tenteris. quasi diceret, Si absq; compassione & misericordia fratrem præteris. forte & te, si cecideris, alius similiter pręteribit. Si igitur vis non despici, si cubi labaris, nę ipse despexeris alium, sed magnam præ te fer benignitatem, & thesaurum crede maximum, si serues fratrem. Nihil enim huic vnquam par fieri poterit. quantum ad vir-
F tutis rationem. Nam si solum mente cogitaueris, quod ille quem despicis & pręteris, a domino tanto in honore habitus est, vt propter ipsum non refugerit & sanguinem effundere, sicut & Paulus dicit, Et perit infirmus frater in tua scientia, propter quem CHRISTVS mortuus est, quomodo non prę pudore sub terra te abscondis? Si igitur propter illum CHRISTVS sanguinem effudit, qui magnum facis, si tuam in eum declares beneuolentiam, & exhortatione verborum iacētem erigas, & animam mersam forte & summersam refers ex profūdo malicię, & facis vt videat veritatis lucem, ac non recurrat ad vitiorum caligines? Imitemur igitur obsecro, iustum illum, & si periclitandum etiam fuerit pro salute proximi, non hoc subterfugiamus. Nam tale periculum nobis salutis fuerit occasio, multamque conciliabit

De cura fratrum.

íduciam. Conſydera eñ obſecro, quomodo íuſtus ílle totí populo, quí íta in malí-
cíam conſpírauerat / ſe oppoſuerít / & magnam clementíã índícíbílem q; fortítu dí-
nem præ ſe tulerít, quamuís neq; ſíc corrígere potuerít índomítam íllorũ ínſaníam. A
Quíppe poſt verba ílla, & tam exímíã manſuetudínem, quũ verbís ſuís quaſí e manı
bus proſtítuíſſet fílías / quíd dícunt ad eum? Abſíſte hínc. O grauem ebrietatẽ, o ím
modícam deſípíentíã. In hunc modũ ſe habet efferata & mala beſtía, concupíſcen
tia, quando ratíonem vícerít, níhíl quod oportet vídere ſínít, ſed quaſí ín tenebrís &
pugna nocturna omnía facit. Recede íllínc dícunt / veníſtí vt eſſes aduena, num &
íudícandí autorítatẽ vſurpas? Itaq; nunc te afflígemus magís quam íllos. Víde quo
modo íuſtus manſuete cũ eís loquítur, íllí autẽ quanta ferocítate reſpondent? Ením
uero quaſí a díabolo exagítatí, & eo ducatũ præbente, íta contra íuſtũ ínſurgunt &
dícunt, Veníſtí vt aduena eſſes, num & íudícandí autorítatẽ vſurpas? Aduenam te
(ínquít) ſuſcepímus, num & íudícem noſtrí te facís? O excellens íngratítudo, opor
tebat erubeſcere, oportebat reuererí conſílíum íuſtí. Verum ſícut ínſaní etíã medi-
cum ímpedíre conantur, íta & íſtí. Te aíunt magís afflígemus quam íllos. Sí nonvís
(ínquít) ſílere & quíeſcere, díſces quod patrocínío tuo níhíl alíud effícíes, præter-
quam quod íllí quídem perículũ effugíent. tu autẽ ín ípſum íncides. Faciebant autẽ B
vím valde. Víde íuſtũ íllum, quantã fortítudínem declarat, & tantę multítudíní op
ponere ſe attentat. Et appropíarunt, ínquít, vt contererẽt íanuã. Quía exíturus ape-
ruít poſt ſe íanuã, non ferentes ímpíj ſceleſtí íllí, admonítíonem íuſtí, ípſum vi pre-
mebant / & íanuã conterere molíebantur. Sed quía operíbus ſatís demonſtrata fuít
íuſtí vírtus, & cura eorũ quí hoſpítes putabantur, & conſpíratío totíus populí ín ma
lum, tunc & íj quí aderant, manífeſtarunt ſe. Et quía víderant íuſtum omne officíũ
ſuum ímpleſſe, ſuam declarantes potentíã / ſuppetías ferebant íuſto, cuí vís fíebat ab
íllorum ínſanía. Itaq; (ínquít) vírí manibus extentís attraxerunt Lot ad ſe ín domũ
& íanuam domus clauſerunt. Víros autem, quí erant apud íanuã, percuſſerunt cæcí
tate a paruo vſq; ad magnũ, & díſſoluti ſunt quærentes íanuam. Etíam íuſtus ílle ſta
tím hoſpítalítatís accípit mercedes, & ímpíj íllí dígna plectuntur pœna. Dícit eñ
Attraxerunt Lot ín domum, & íanuam clauſerunt, víros autem percuſſerunt cæcí
tate, a paruo vſq; ad magnum, & díſſoluti ſunt quærentes íanuã. Quoníã mentís eo
rum oculus excæcatus eſt, propter hoc & víſu príuatí ſunt, vt díſcant quod níhíl eís
proſint corporales oculí, ſí oculí mentís fuerínt excæcatí. Et quía conſpírauerãt ín C
malícía, & a malo conatu neq; ſenes neq; íuuenes abſtínuerunt, ídeo omnes excęca
tí ſunt, & non ſolum excæcatí ſunt, ſed & víríbus corporís deſtítutí ſunt. Quando-
quídem potíorẽ hominís partem, animã, corruperant, & quí príus íanuã conterere
nítebantur, & multũm mínabantur íuſto, ſtatím ſteterũt luxatís membrís, & ante
oculos ſítam íanuam non vídentes. Tunc quaſí reſpírauít íuſtus, vídẽs quales hoſpí
tes eſſent, & quod magnæ ſínt vírtutís. Et ením dixerũt ad eum vírí, Eſt quís tíbí híc
gener, vel fílíj, vel fílię, vel alíus quís ín cíuítate. Víde quomodo íuſtí hoſpítalítatem
remunerant, & quomodo eí largírí volunt ſuorum omnium ſalutem. Sí quís eſt tibí
(ínquít) ín cíuítate, ſí quem ſaluare cupís, ſí quem ſcís ab hoc crímíne alienum, educ
ex hoc lo co, & de terra. Omnes quí tíbí íuncti ſunt educ, perdímus eñ nos locum
hunc. Deínde & cauſam afferunt, íuſtum omnía dílígenter docentes. Quía exalta
tus eſt (ínquít) clamor eorum corã domíno, et míſít nos domínus, vt extereremus
eos. Hoc fuít quod dictũ eſt patríarchæ Abrahę, Clamor Sodomorũ et Gomor
ræ multíplícatus eſt ante me. Exaltatus eſt (ínquít) clamor eorum coram domíno.
Grandís peruerſítatís eorum magnítudo, et ídcírco quía íncurabílís morbus, etvul

Dnus hoc nullã curã recipit, misit nos dominus vt exterreremus eos. Et hoc est quod dicebat Dauid, Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos flãmã ignis. Quia (inquit) aduenimus vt regio circumcirca deleatur, propter malicíam eñ inhabitantium etiam terra pœnam accipit. Egredere tu hinc. Hæc vt audiuit iustus, & didicit causam, propter quam affuerunt viri quidem, vt apparebant, angeli autem reuera & ministri dei omniũ. Egressus autem Lot, dixit generis suis, qui acceperant filias suas. Et supra dicebat impijs, Ecce duas filias habeo, quę nondũ cognouerunt viros. Quomodo igitur hic dicit, Ad generos suos, qui acceperant filias suas? Ne putes diuersa esse hæc illis, quæ superius a iusto sunt dicta. Mos enim ille veteribus erat, ante multum tempus sponsalia facere, sæpe item & cohabitare desponsatis, & simul cum parentibus conuersari, id quod & nunc sæpe fieri solet. Quia igitur iam desponsatio facta erat, ideo vocat eos generos. Et dixit, qui acceperant filias suas, proposito videlicet ac cõpromissiõe, & dicit, Surgite, & exite de hoc loco, quia exterit dominus ciuitatem. Visus est autem ridiculus corã generis suis. Vide quomodo e malo hoc fermento erant & illi. Et propterea volens deus statim liberare iustũ ab illorum affinitate, non permisit eis cõmiscerí filiabus iusti, sed cum impijs etiam
E illos perdidit, vt egressus iustus cum filiabus effugeret eorum cognationem. Itaq; quum audiuerunt a iusto terribiles illas minas, quasi subsannabant & putabant deliramenta esse quæ dicebantur, veruntamen iustus, quod suum erat faciebat. Et quia semel illis filias desponsarat, voluit eripere eos a plaga, at illi noluerunt, sed in moribus suis manserunt, & re ipsa didicerunt, quod magno suo damno consilium iustí re iecerunt. Vbi autem (inquit) mane factũ est, studiose adhortati sunt angeli Lot, dicentes, Surge, accipe vxorem tuam, & filias tuas quas habes, & exi, vt ne & cum iniquitatibus ciuitatis pereas, & turbati sunt. Ne differ, inquit, Iam eñ illis perniciesin fligenda est, teipsum igitur & vxorem, & filias serua. Illi eñ, qui noluerunt admonitioni tuæ parere, nõ lõge post participes erunt cõmunis interitus. Ne igitur differ, vt ne & ipse internecionis istorum impiorũ particeps fias. Et turbati sunt. Hæc vt audiuerunt Lot & vxor, & filię, turbati sunt inquit, hoc est attoniti fuerunt, & in nimium pauorem inciderunt, & propter minas anxij fuere. Et ideo angeli cũra magẽtes iusti, apprehenderunt (inquit) manũ eius. Iam non vt de viris loquitur de eis scriptura diuina, sed quia plagam inflicturi erãt, angelos eos nominat, & dicit, Apprehenderunt manum eius, & manũ vxoris eius, & manus filiarum eius, eo quod parceret ei dominus. Animabant eos manuũ contactu, & roborauerunt eorũ alacritatẽ, vt ne timor eorũ dissolueret robur, propterea adiecit, eo quod parceret ei dominus
F Quia eñ dominus iudicauit eum salute dignum, idcirco & angeli volentes eorũ alacritatem roborare, manum eorũ apprehendunt, & educentes eos foras, dixerunt. Salua animã tuam, ne respicias post tergum, ne stes in omni loco per circuitum, in monte saluum te fac, ne forte simul abripiaris. Quoniã liberamus te ab impijs illis, ne vltra circumspicias post tergum ne velis videre quæ illis eueniant, sed festina, & longe fias, vt effugere queas pœnam eis inflígendam. Exin iustus timens, ne forte nõ posset designatũ locũ assequi, et in mõtẽ peuenire iquit, Oro domine, quia inuenit puer tu? misericordiã coram te, et magnificasti iustitiam tuã, quod facias mecũ vt viuat anima mea, ego autẽ non possum saluari in monte, ne apprehendãt me mala, et moriar, ecce ciuitas ista prope, ad quam cõfugiam ego, parua est, ibi seruabor, et viuet anima mea propter te. Quia eñ (inquit) semel iudicastis salutem mihi dandam, ascendere autẽ in montis verticem, vires meas transcendit, ampliorem misericordiam mihi exhibete, et laborem meũ alleuiate. Ne quando igitur apprehendar

a pœna quæ inflígitur illis, & particeps fiam interitus íſtorum, ciuitatem hanc vícinam & paruam ſegregate mihi. Nam licet vilis ſit & parua, attamen illis ſeruatus, ſe curepoſtea agere potero, Et dixit ei, Ecce admiratus ſum tuam faciem, & in verbo hoc, vt ne ſubuertam ciuitatem de qua locutus es. Accepi tuas preces (inquit) & faciam hoc, & petitionem tuam tibi exhibebo: propterq; te etiam ciuitati parcam. Feſtina igitur, & occupa locum, & ſaluare. Neq; enim facia aliquid, donec illuc venias Non potero (inquit) facere rem, vſquequo tu illuc ingrediaris, quia curam ago tuę ſalutis. Expecto donec illuc abeas, & tunc eis inflígam pœnam. Sol igitur egreſſus eſt ſuper terram, & Lot intrauit in Segor. Circa ſolis ortum (inquit) venit in ciuitatem, & ſtotim quum ille eſſet intra ciuitatem. illi pœnam accipiebant. Pluit em̃, inquit, dominus ſuper Sodoma & Gomorra ſulphurem & ignem a domino de cœlo, & ſubuertit ciuitates illas, & quicquid circa eas habitabatur, & omnes qui habitabant, & omnes qui habitabant in ciuitatibus, & omne quod exoriebatur de terra. Dilecte, ne tenearis admiratione, proprietas enim eſt ſcripturæ, & indiffenter ſic ſę pe ponit verba, id quod & nunc videre licet. Pluit enim (inquit) dominus ſulphur & ignem a domino de cœlo, vt dicat, quod dominus pœnam inducat, & non ſolum ciuitates ſubuertit, & omnem circa regionem, & omnes inhabitantes. ſed & quę exorituntur de terra aboleuit. Quia enim homines, qui tantam ciuitatem inhabitabāt, multos impietatis fructus protulerunt, idcirco, inquit, & inutiles fructus terre facio vt & illis abolitis perpetuum ſit monumentum ſequentibus generationibus, omnes docens, quanta fuerit inhabitantium malicia. Vidiſti quanta res ſit virtus, & quāta res malicia. & quomodo iuſtus ſaluatus ſit, alij autem dignam ſua malicia pœnam receperint. Et ſicut iuſtus per ſuam virtutem & filias ſaluauerit, & ciuitatis illius ſubuerſionem prohibuerit, ita & illi propter immodicam ſuam malicíam, non ſolū ipſi perierint & corrupti ſint, ſed & effecerint terram inutilem in futurum. Et reſpexit (inquit) vxor eius poſt tergum, & facta eſt columna ſalis. Nam quoniam audiuit angelos præcipientes iuſto, vt ne ſe conuerterent retrorſum, ſed cū magna feſtinantia ſecederent, neglexitq; verba, & præcepta non cuſtodiuit, propterea ſuæ negligentiæ dedit pœnam. Cæterum nos audientes illa, noſtræ ſalutis curam diligentiorem habeamus, & vitia illa imitari caueamus. Imitemur iuſti illius hoſpitalitatē & alias virtutes, vt poſſimus & ſupernam iram depellere. Neq; poſſibile eſt, vt qui virtutem hanc magno ſtudio exerceat, non grandem inde reportet theſaurum. Etenim iuſti illi, ſic ſupernam gratiam conſequuti ſunt. Item patriarcha, & Lot, & qui homines ſuſcipere ſe putauerunt, meruerunt ſuſcipere angelos, & angelorum dominum. Nobis quoq; & nunc ſi voluerimus ſuſcipere licet. Ipſe enim eſt qui dixit, Qui ſuſcipit vos, me ſuſcipit. Sic hoſpites ſuſcipiamus. & non ad externam vilitatem reſpiciam⁹ Enimuero, ſi tali mente hoſpitalitatem etiam nos exercebimus, digni erimus & nos qui tales excipiamus qui videntur viri, angelorum autem virtutes operantur. Tantum ne curioſi exploratores et inquiſitores ſimus, vt ne theſaurum perdamus. Quā doquidem et beatus Paulus tales iuſtos inſinuat, et docet nos, quomodo tales vt ſuſciperent, eis euenerit. Hoſpitalitatis, inquit, ne obliuiſcamini, ꝓpter hanc enim ne ſcientes quidam hoſpitio exceperunt angelos. Hoc enim eos potiſſimū fecit admirabiles, quod curā eorum quos neſcierunt egere. Et nos quoq; fide ac pietate rē obeamus, vt ſic theſaurum aſſequi poſſimus, Quod nobis omnibus concedatur gratia et miſericordia domini noſtri IESV CHRISTI, cui cum patre et ſancto ſpiritu ſit gloria nunc et ſemper, et in ſecula ſeculorum Amen,

HOMILIA. XLIII.

D  Eri vos argumentum de muliere Samaritana satis docuit ineffabilẽ domini longanimitatem, & excellentem erga illam prouidentiam, atq; illius gratitudinem. Vidistis quomodo, vt aquam sensibilem hauriret, aduenit, & ex spirituali fonte diuina flumina hausit. ac domum rediit, implẽs quod dictum a domino, Aquam quam ego dabo, erit in eo fons aquæ salientis in vitam æternam. Impleta enim ipsa diuino illo & spirituali fonte, non detinuit intra se flumina, sed superscaturiens (vtita dicã) effudit & in habitatores ciuitatis concessi doni gratiam. Et præconis officium egit mulier Samaritana & alienigena. Vidistis quantum bonum sit animę gratitudo? Vidistis domini misericordiam, quomodo nullum cõtemnit, sed etiam in muliere, etiam in paupertate, & vbicunq; inuenit animam excitatam & vigilem ac feruidam statim gratiam suam illi largitur? Imitemur igitur obsecro & nos mulierem hanc, cũq; magna attentione accipiamus doctrinas a spiritu. Neq; enim nostra sunt quæ dicuntur, neq; ex propria lingua loquimur quæcunq; dixerimus, sed domini miseri cordia afflati propter vestram salutem & ædificationem ecclesię dei. Dilecte, neigi tur ad me dicentem respicias, neq; ad tenuitatem meam, sed quoniam hæc a domi-
E no affero, ad eum qui me misit habens attentam mentẽ, collecto animo quæ dicun tur accipe. Quandoquidem & in humanis negocijs, quando rex diademate corona tus literas mittit, tunc is qui eas affert, per se nullius momenti est, sed humilis quidã, sæpe neq; progenitores numerare sciens, obscurus & ex obscuris, sed non ad illum spectant qui literas suscepturi sunt. sed propter regis literas, magna reuerentia & silẽ tio recipiunt. Si igitur is qui hominis literas affert, & chartam tantum apportat, sic omnibus acceptus est, multomagis vos, si fueritis iusti, eloquia quæ a spiritu vobis p nos missa, magna attentione suscipite, vt magnam gratitudinis recipiatis mercedẽ. Nam si viderit dominus omnium animarum nostrarum promptitudinẽ, & nobis largiores sumptus suppeditabit propter vestram ædificationem, & vobis maiorem præbebit intellectum, ita vt quæ dicuntur intellígere valeatis. Liberalis enim est spi ritus gratia, & se in omnes effundens, nullam partitiõem sustinet, sed cum distribuí-
tur magis crescit, & quanto plures sunt eius participes, tanto & beneficiũ magis ex tenditur. Age igitur, si videtur, &
F hodie ad seriem eorum quę prius dicta sunt venia mus, & videamus vbi sermo manserit, & vnde eum repetere hodie cõgruat. Vbi igit nuper sermonem in littus appulimus, & a doctrina cessauimus? De Lot vobis nar rabamus, & de Sodomorum incendio, illic sermonem suspendimus, vbi iustus in Segor seruatus est. Sol enim egressus est super terram, & Lot intrauit in Segor, & tunc ira a deo immissa, Sodomitas apprehendit, & terram illam aboleuit. Quando & mulier iusti, obliuiscens dictorum ab angelis, vt spectauit retrorsum, facta est co lumna salis, perpetuum monumentũ posterioribus seculis suæ negligentiæ prębẽs. Necessarium nunc, vt dicamus vestræ charitati pauca ex his quæ sequuntur, vt ite-
rum videatis charitatem & compassionem patriarchæ, & dei erga illum beneuolen tiam. Nam vbi orto sole iustus Lot in Segor seruatus est, qui autem Sodomis erant pœnam luerunt, patriarcha simul & illorum interitum miserans, quem propter suũ peccatum sustinuerunt, & de iusto valde solicitus, mane veniens spectabat quæ ibi fierent. Diluculo autem venit (inquit) Abraham mane ad locum, vbi steterat corã domino, & respexit in faciem Sodomorum & Gomorræ, & in faciem circumiacẽ tis regiõis. Et vidit, & ecce ascẽdit flãma de terra, quasi fumus camini. In eo (inqt) loco, in quo colloquutus est cum domino, & pro Sodomitis rogauit, vidit terribilis

illius pœnæ vestigia, & de iusto discere aliquid volebat. Is enim sanctorum mos est vt plurimum afflictis afficiantur, & compatiãtur. Et vt doceat nos diuina scriptura quod statim ipsi huius scientiã concesserit spiritus gratia, & iustum cura quam pro Lot gerebat liberarit, inquit. Cum cõtereret omnes ciuitates circa regionem (Iordanis) recordatus est deus Abrahæ, & emisit Lot e media subuersione. Quid est, recordatus est deus Abrahæ? hoc est, petitionis quam fecit, dicens. Ne simul perdas iustum cum impio. Cur igitur, dixerit aliquis, propter orationem patriarchę iustus seruatus est, & non propter suã iustitiã? Ita certe ꝓpter orationẽ patriarchæ. Quando eñ quod ex nobis est simul afferimus, & accedit intercessio sanctorum, plurimũ nobis confert. Q đ solis si ipsi negligentes fuerimus, & spem in illis collocamus nostræ salutis, nihil amplius nobis prodest, non quod infirmi sunt iusti, sed quia propter nostram desidiam nos ipsos perdimus. Et vt discas, quod quando negligentes sumus, etiamsi iusti sint, qui pro nobis orãt, etiamsi prophetæ, nulla nobis inde fiat vtilitas. Illi eñ suam virtutem & per hoc demonstrant, nobis autem nulla erit vtilitas ptopter mores nostros. Audi deum omniũ, ad eum, qui de vtero matris sanctificatus est. Hieremiam prophetam: dicẽtem. Ne ores pro populo hoc, quia non exaudiam te. Vide domini misericordiam, prædicit prophetæ, vt ne, quum post orationem non exaudiatur, tribuat hoc suis demeritis, & ideo iam prædicit ei populi maliciam, & prohibet ne precetur, vt & ipse scire queat immodicã Iudæorum peruersitatem. Et illi sciant, quod nihil eis prodest propheta, nisi & ipsi quę sua sunt proferre velint. Id scientes dilecti, cõfugiamus ad sanctorum preces, & oremus vt pro nobis intercedant, sed non illorum precibus tantum confidamus, sed & ipsi nostra, vt oportet, dispensemus recte, & ad meliora semper cõuertamur. Hoc & ad alium prophetam dicit dominus omnium. Non vides quid ipsi faciunt? incendunt adipẽ & placentas faciunt exercitui cœli. quasi dicẽs ad eum, Pro illis me rogas, qui a peccato non desistunt, qui carent sensu infirmitatis suæ qua laborant, sed sic absq; dolore sunt affecti? Non vides plurimum eorũ contemptum? non vides eorum magnã insaniam, quomodo nondum satientur impietate, sed se volutent in suis iniquitatibus, quasi in luto? Nunquid si vellent conuerti: audirent inhortantes? Nonne ego sum per prophetas clamans, & dicens. Et dixi, postquam ipsa omnia hæc admisit scortando, ad me conuertere, & non est conuersa? Num aliud quæro, quã vt quiescat a peccato tantum, & sistat mala? Num pro pręterito rationem exigo, si videam resipiscentes? Nonne quotidie clamo, dicens, Nolo mortẽ peccatorum, sed vt magis conuertatur & viuat? Nonne propterea omnia facio, vt ab interitu eripiam eos, qui ab errore præoccupati sunt? Num, si videam conuertentes, differo? Nõne ego sum, qui dico, Adhuc te loquente dicam, ecce adsum? Num sic ipsi suæ salutis auidi sunt, vt ego, cui maxime peculiare est velle omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis peruenire? Annon vos ideo ex nihilo produxi, vt perdam? annon regnum futurum, & innumera ideo bona præparaui? Annon propter hoc & gehennam minatus sum, vt in regnum cœlorum per hãc intrare vos faciam? Ne igitur o propheta illos relinquẽs, mihi afferas orationem, sed hoc tuo studio facias, vt illorum morbus vincatur, & in sensum infirmitatis suæ & ad sanitatem ipsi reducantur, & mea omnino sequantur. Neq; enim moror vel differo, quando video animam gratam, vnum eñ tantum requiro, nempe vt confiteãtur peccata, & ab eis abstineant, & non vltra infero pœnam peccatis. Num graue & molestum est, quod a me proponitur? Nisi scirem deteriores fieri quando priora peccata non confitentur, neq; idipsum requirerem. Verum quia scio hominum genus magis ad peccatũ

A

De intercessiõe sctõrũ.

B

Quid i pœnitẽtia quę rat deꝰ.

C

vergere, propterea volo, vt confiteantur priora peccata, & confessione prohibeantur, ne in eadem recidant peccata. Hanc igitur dilecti domini misericordiam in animo versantes, ne simus desides, sed magnam nostri ipsorum geramus curam, & peccatorum maculas purgemus, atq; sic sanctorũ precibus nos commẽdemus. Nam si sobrij esse voluerimus, & expergefacta atq; strenua mente etiã per nos ipsos orantes, plurimum nobis proderimus. Quia eñ misericors est dominus noster, non sic annuit, quum oratur ab alijs pro nobis, vt quum a nobis ipsis. Vide bonitatem eximiam, nam si viderit nos qui offendimus, & ignominiosi facti sumus, nullam habẽtes fiduciam, parumq; strenuos, ad misericordiæ tamen suæ diuitias confugere volentes, statim precibus annuit, & manum porrigit iacentibus, & lapsos excitat, clamatq; dicens, Nunquid qui cadit, non resurget? Verum vt discatis etiam reipsa, quomodo multi per semetipsos, id quod cupiebant assequi valuerunt, vt & nos imitemur, & ad æmulationem prouocemur. Audiamus igitur, quomodo Chananæa illa mulier, quum esset alienigena, & anima valde cruciaretur, vbi vidit medicũ animarũ, & solem iustitiæ qui exortus est his qui sedent in tenebris, accessit ad eum feruida & alacri promptitudine. Neq; ideo segnior facta, quod vel mulier, vel alienigena esset, sed omnibus impedimentis repulsis, vt accessit, inquit. Domine miserere mei, quia filia mea male a dæmonibus torquetur. Verum qui scit abscondita cordiũ tacet & non respõdet, neq; sermone eam dignatur, neq; miseretur mulieri, quam videbat tanto cum eiulatu accedere, sed differt, volens occultum mulieris thesaurum omnibus manifestum facere. Sciebat eñ recõditam margaritam, quam laterenos volebat, & idcirco differebat, & nec responso dignabatur, vt posteris omnibus mulieris sedulitas magna foret doctrina. Et vide ineffabilem dei bonitatem. Ipse enim (inquit) non respondebat ei. Discipuli autem, qui misericordiores & maioris compassionis esse videbantur, non audẽt manifeste dicere. Da ei quod petit, miserere ei, esto ei clemens. Sed quid? Dimitte eam, quia clamat post nos, quasi dicentes, libera nos a molestia, libera nos a clamore quem excitat. Quid igitur dominus? Putatis me (inquit) absq; causa tacuisse, & responso eam non fuisse dignatam? Audite, Non sum missus, nisi ad oues quæ perierunt domus Israel. Nescitis (inquit) quod alienigena mulier est? nescitis quod & vos iam docui, ne iretis in viam gentiũ? Quare tam temere compassionem erga eã declaratis? Cõsydera multifariam dei sapientiam, quomodo & quum responderet, mulierem magis perstringebat quã silendo, & quasi lethalem plagam dabat, prouocare paulatim eam volens, vt discerent ignorantes discipuli quanta in ea lateret fides. Sed neq; sic tardior, negligentior ve facta est visis discipulis a cœpto suo desistentibus, neq; dixit intra semetipsam, Si non potuerunt illi dominũ pro me exorare, quare ego frustra sequerer, & continuo instarẽ Sed quasi ab igne calefacta & succensa, visceribus & ratione conturbatis, accedit adorans, & dicens, Domine, adiuua me. Ille autem neq; sic adiuuat mulierem, sed responsum dat superiori grauius. Non est (inquit) bonum, vt tollatur panis filiorũ & detur canibus. Consydera dilecte. & animaduerte hic animæ eius desyderium & fidem eximiam. Vt audiuit se canem dici, non grauatim tulit, nõ retrocessit, sed magna ingenuitate inquit. Etiam domine, nam & catuli edũt de micis mensæ dominorum suorum. Cõfiteor (inquit) catulum me esse, igitur sicut catulum dignare me micis mensæ. Vidisti mulieris fidem & prudentiam? Suscepit quod dictum est, & statim id, pro quo solicitabat tanto studio, obtinuit, obtinuitq; magnis cum laudibus. Quid eñ dicit CHRISTVS? O mulier magna est fides tua, fiat tibi sicut vis. O mulier, admirationis verbum, & dictum laude plenum. Magnam (inquit) declara-

D De chananæa. E F

sti fidem, propterea tanta tibi erunt, quanta vis. Vide liberalitatis gloriam, & admirare domini sapientiam, an non ab initio putabamus, quum sic repelleret eam, compassione carere eum? Et primum quidem non dignabatur responso, postea autem p primum et secundum responsum quasi abigebat, & quæ cum tanto aduenerat desyderio & feruore a comitatu segregabat. Verum a fine discas dei bonitatem, quodvolens eam clariorem fieri, tanta dilatione fuerit vsus. Equidem si statim annuisset, ne sciuissemus nos mulieris virtutem, quia autem parumper distulit, & domini cognouimus misericordiam, & illius fidem eximiam. Totam autem hãc historiam in medium afferre coacti sumus, vt discamus quod non tantum perficimus per alios orantes, vt per nos ipsos, siquidem cum alacri & vigili mente accedimus. Enimuero illa & discipulos habens pro se orantes, nihil profecit, donec per se assisteret, misericordiam domini sibi concilians. Atq; parabola illa amici intempesta nocte venientis & tres panes petẽtis, idem hoc significat, Nam licet non exaudiat, eo quod amicus sit, attamen vel propter importunitatem, quum surrexerit, ei dabit. Itaq; quum videmus ineffabilem misericordiã domini nostri, accedamus ad eum dicentes, & quasi ante oculos nostros propositis singulis peccatis nostris, etiam pro præteritis peccatorum veniam petamus, vt in futuris maiori diligentia viuentes, vberiorem eius gratiam assequamur. Verum redeamus, si placet, ad lectionis seriem. Ascendit autem (inquit) Lot in Segor, & sedit in monte, & duæ filiæ eius cum eo. Timuerunt enim habitare in segor, & habitauit in spelunca ipse, & duę filię eius cum eo. Iustus inualescente adhuc timore, quem conceperat a plaga Sodomis introducta, procul abit iustus, & in monte (inquit) habitat cum filiabus suis, & in solitudine & vastitate extrema postea fuit cum filiabus in monte habitans, Dixit autem (inquit) maior natu ad iuniorem, Pater noster senex est, & nullus est super terram qui ingrediatur ad nos vt congruit vniuersæ terrę, Veni & potabimus patrẽ nostrum vino, & dormiemus cum eo, & excitabimus semen ex patre nostro. Cum reuerentia & timore multo audiamus ea, quę in diuinis scripturis continentur, nõ enim temere & absq; causa scripta sunt, sed omnia vtiliter & nobis proficua, etiam si nos quędam ignoremus. Nõ enim omnia possumus euidenter scire, sed si & causas attentauerimus reddere pro nostro captu, habet tamen adhuc latentem quendam thesaurum, a multis absconditũ nec inuestigabilem. Consydera igitur, quomodo scriptura omnia manifeste narrarit, & nobis scopum ac finem ostenderit filiarum iusti, & nunc quidem pro illis nũc vero pro iusto dignam satisfactionem afferens, vt nullus ad factum respiciens, vel iustum condemnet, vel iusti filias, quasi congressus ille propter incontinentiam fuerit. Quomodo igitur pro filiabus respondet? Dixit (inquit) maior natu ad iuniorem Pater noster est senex, & nullus est super terram, qui ingrediatur ad nos iuxta morẽ vniuersæ terrę. Vide scopum diligenter, & omni eas liberabis crimine. Putauerant generalem totius orbis factum interitum, nullumq; amplius superstitem, deinde & patris viderunt senectutem. vt igitur, inquit, non aboleatur genus, & pereat nomen Hęc enim erat priscorũ maxima cura. quomodo genus suum filiorum successione dilatarent. proinde dicit, Ne & nostri generis tota fiat abolitio, præsertim iam senio patre confecto, & nullus inueniatur vir qui nobis iungatur, vt possimus extẽdere & relinquere seminis nostri propagationem. Veni (inquit) vt ne hoc fiat, potemus patrem nostrũ vino. Quoniã dicerevult, nunquam ferre vel auribus hoc pater, vino decipiamus eũ. Potauerunt autem patrẽ suum vino nocte ista, & ingressa est senior, & dormiuit cũ patre suo, & nescivit quando illa accubuerit vel surrexerit. Vidisti quomodo diuina scriptura & pro iusto rationẽ dederit semel atq; iterum? & prius quidẽ

A B C

quod filiæ vino ei impoſuerunt, declarauit, & quod non aliter potuerunt perſuadere patri, quã ſic faciendo. Nunc autẽ opinor & ſupernæ diſpenſationis eſſe factum
D ita fuiſſe eum aggrauatũ vino, vt omnino ignoraret, ne ſcilicet fieret criminũ reus. Ea eñ peccata nos condẽnant, quæ ſcientes & voluntarie facimus. Vide quomodo teſtimoniũ præbet iuſto, quod omnino factũ neſcierit. Verum iterum quæſtio ſurgit de ebrietate. Oportet eñ omnia inueſtigare, vt nulla rudibus & impudentib⁹ calũniandi relinquatur occaſio. Quid igitur & de hac dicemus? Non ex ebrietate vel incõtinentia hæc facta ſunt, ſed triſtitia. Nullus igitur audeat aut iuſtũ aut iuſti filias condẽnare. Quomodo eñ non eſſet extremæ dementiæ & deſipientiæ, vt eos quos diuina ſcriptura ab omni liberat crimine, immo pro quibus tantã apologiam cõponit, nos innumeris peccatis pleni condẽnemus, & non audiamus Paulũ dicentem, Deus qui iuſtificat, quis eſt qui condẽnat? Et vt diſcas, quod hoc non inuanũ & ſimpliciter factũ ſit, ſed triſtitiæ nimietas accedente vino nullum ei reliquerit ſenſum, audi quid dicat. Et factum eſt die ſequenti, dixitq; maior natũ ad iuniorẽ. Ecce dormiui heri cũ patre noſtro, potabimus eum vino & nocte iſta, & ingreſſa dormi cũ eo, & excitemus ex patre noſtro ſemen. Vides quomodo recta ſententia hoc
E faciebant? Nam, quia potui (inquit) ego quod quærebam implere, neceſſariũ & te idem facere, forte enim votorum noſtrorũ compotes erimus, & nõ in æternum genus noſtrũ peribit. Potauerunt autẽ & nocte iſta patrem ſuũ vino, & ingreſſa eſt iunior, & dormiuit cum patre ſuo. Et ignorauit ille quãdo ipſa vel accubuerit, vel ſurrexerit. Conſydera dilecte, quod totum factũ fuerit diuina diſpenſatione, ſicut & protoplaſto euenit. Nam ſicut illic dormiẽte eo ex latere eius portio ſumpta eſt, eo non ſentiẽte, ſed qui finxerat latus illud, inde vxorem Adæ produxit, ita ſimili modo & nunc. Nam licet lateris ablatio, exceſſu mentis a deo immiſſo, abſq; eius ſenſu fuit, multo magis & quod nũc eſt factum. Nam id quod dixit illic diuina ſcriptura, quod immiſit ecſtaſim in Adam, & dormiuit, hoc & hic ſignificauit, dicendo, quod neſciuit quando vel accubuerit, vel ſurrexerit. Et conceperunt (inquit) de patre ſuo Et peperit maior natu filiũ, & vocauit nomen eius Moab, dicens. Ex patre meo. Hic pater eſt Moabitarũ. Peperit autem & iunior filiũ, & vocauit nomẽ eius Amman, dicens, Filius generis mei. Hic pater eſt Ammanitarũ. Vides quod non fuerit incontinentiæ opus. Nomina eñ ſtatim natis indiderunt, quibus factũ ſignificabant. & in filiorũ nominibus, quaſi in columna quadã memoriam facti inſcribebant, & iam præſignantes, quod gentes ex eis futurę eſſent, & in multitudinẽ ſe pro
F pagaturum natorũ genus. Nam ille quidem (inquit) pater erit Moabitarũ, iſte autẽ Ammanitarum. Verum tunc quidẽ, quoniam origo & initia erant, propter generis ſucceſſionem memoriã ſuam volebant conſeruare, tantum eius rei ſtudium iuſti filiabus. Nunc autem quia per gratiam dei religio maiora ſumpſit incrementa, & iuxta beatum Paulum, præterit figura mundi huius, bona opera agendo, memoriam noſtri relinquamus, vt quum hinc migrauerimus, vitæ noſtræ diligens & accurata conuerſatio ſit monumentũ & doctrina omnibus qui in nos ſpectant. Nam quivir
De cõtinentię exẽplo tute præditi ſunt, & caſtam vitam ducẽtes, non ſolum quum in hac vita ſunt, ſed & poſt vitæ exitum, plurimum prodeſſe poterũt his, qui in ſe reſpexerint. Et vt diſcas vide obſecro, quantus annorum numerus tranſijt. Et vſq; in hodiernum diem, quo
De Ioſeph. ties voluerimus aliquos in æmulationem continentię prouocare, Ioſeph in mediũ afferimus ſpecioſum, formoſum, adoleſcentem, in ipſo virtutis flore tantam caſtitatis conſtantiam præ ſe ferentem, & ſic ad imitationem iuſti huius auditores prouocare ſtudemus. Quis enim non admiraretur beatum illum, qui in ſeruitute exiſtens

& in ipso flore ætatis, quando maxime fornax cõcupiscentiarum accenditur, quũ videret dominam suam se inuadentem, & insanientem in se, tantam ostẽdit fortitudinẽ, & ita ad castitatis agones se exercuit, vt ab intemperata illa muliere nudus quidem vestibus profugeret, castitatis autem indumentum seruaret. Licebatq; videre rem nouam & admirabilem. Agnum in lupi, immo leęnæ vngues incidisse, & saluari potuisse. Et sicut columba aquilæ damnum effugit, ita & iustus ab illius manibus euasit. Non sic tam admirabile mihi videtur esse, tres pueros illos in medio Babylonicæ fornacis ignem vicisse, illæsis eorũ corporibus, vt est mirabile & rarum, quod iustus iste, qui in fornacẽ hanc Babylonica multo grauiorem, in incontinentiam in quam Aegyptiæ incidit, & intactus permansit, puroq; castitatis indumento seruato exijt. Et nemireris dilecte, quia enim quod suũ erat attulit, habuit supernam gratiam comitem, quæ incendium illud restringueret, & in media fornace rorem spiritus daret. Vidistis quomodo virtutes, & quum hic adhuc sunt ac præsentes, & post migrationem ex hac vita magnęvtilitatis autores nobis sunt? Atq; ob eam causam & iustum illum in medium adduximus, hunc omnes imitemur, & concupiscentias nostras vincamus, scientes quod non est nobis pugna aduersus sanguinem & carnẽ sed aduersus principatus & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum huius seculi. Sic nosipsos armemus, cogitantes quod corpore circundati aduersus incorporeas virtutes certare cogimur. Muniamur armis spiritus, propter hoc enim misericors dominus, quia carne vestiti sumus, & est nobis aduersus inuisibiles virtutes certamen, inuisibilia nobis præparauit arma, vt auxilio armorum, naturæ aduersarios expugnemus. Bene igitur fidentes armis, quod a nobis est afferamus, & poterimus hac spirituali armatura muniti, ipsam diaboli faciẽ ferire. Neq; enim ferre poterit fulmen quod inde egreditur, sed etsi conetur stare ex aduerso, excæcabit. Hic enim continentia & honestas, aliarumq; virtutum concursus, illic & larga spiritus gratia aduolat, quapropter & Paulus dicebat, Pacẽ sectemini cum omnibus, & sanctificationẽ. Purificemus igitur obsecro, conscientias nostras, & extergamus mentem, vt omni mala cogitatione liberati, spiritus gratiam nobis conciliemus, superemusq; diaboli machinatiões, vnde mereamur ineffabilibus illis bonis frui, gratia & misericordia domini nostri IESV CHRISTI, cui cum patre & sancto spiritu sit gloria nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

CAPVT VIGESIMVM.

ET mouit illinc Abraham in terram versus Africum: et habitauit inter Cades: et inter Sur: et peregrinus fuit in Geraris. Dixit autem abraham de Sara vxore sua: Soror mea est: timuit enim dicere: quod vxor sua esset: ne forte occiderent eum viri ciuitatis propter illam. Misit autẽ abimelech rex Gerarorũ: et accepit Saram: et intrauit deus ad abimelech in somno noctu: & dixit ei. Ecce tu morieris propter vxorem quam abstulisti: ista cohabitatrix fuit viro. Abimelech autem non tetigerat eam: & dixit: Domine: gentem ignorantem et iustam perdes? Nonne ipse mihi dixit: Soror mea est: et ipsa mihi dixit: Frater meus est? In puro corde: et iustitia manuum feci hoc. Dixit autem ei deus in somno: Et ego scio: quod puro corde feceris hoc. Et ego cohibui te: vt ne peccares tu in me: propterea non permisi te tangere eam: nunc autẽ redde vxorem homini: quia prophetа est: orabit enim pro te: et viues: si autem non reddideris: scies quod tu morieris: et omnia tua. Et diluculo surrexit abimelech mane: vocatisq; pueris: loquutus est omnia verba hec in aures eorum. Timuerunt autem

omnes homines valde. Vocauitq; Abimelech Abrahamū: et dixit ei. Quare hoc
feciſti nobis? Numquid peccauimus in te: quia induxiſti ſuper me et regnum meum:
D peccatum magnum? Opus quod nullus faceret: feciſti nobis. Dixit autem abime-
lech abrahe: Quid videns in me feciſti hoc? Dixit autem abraham: Dixi: num forte
non eſt cultus dei in loco iſto: meq; occident propter vxorem meam. Et enim vere ſo-
ror mea ex patre: ſed non ex matre: facta eſt autem mihi et in vxorem. Factum eſt au-
tem quum educeret me deus ex domo patris mei: et dixi ei. Hanc iuſticiam facies in
me: in omni loco: in quem intrauerimus: dic frater meus eſt. Accepit autem abime-
lech mille didragmas: et oues: et vitulos: et ſeruos: et ancillas: et reddidit ei Sarā
vxorem eius. Et dixit abimelech abrahe: Ecce terra mea coram te: vbicunq; tibi
placuerit: habita. Sare vero dixit: Ecce dedi mille didragmas fratri tuo: hec tua
erunt: et omnium illarum que tecum ſunt: in honorem faciei tue: et omnia vere dic.
Orauit autē Abraham ad deum: et ſanauit deus abimelech ⁊ vxorem eius: ⁊ pepe-
rerunt: quia concludens concluſerat dominus omnem vuluam in domo abimelech.

CAPVT VIGESIMVM PRIMVM.

E

ET dominus viſitauit Saram: ſicut dixit: et fecit Sare ſicut loquut⁹
eſt. Et vt concepit: peperit Sara abrahe filium in ſenectute: in tem-
pore ſicut loquutus eſt ei dominus. Et vocauit Abraham nomen fi-
lij ſui: qui factus eſt ei: quem peperit ei Sara: Iſaac. Circuncidit au-
tem abraham eum die octauo: ſicut preceperat dominus Abraham
erat annorum centum: quando natus eſt ei Iſaac filius ſuus. Dixit
autem Sara: Riſum fecit mihi dominus: nam qui audierit: gaudebit ſimul mecum.
Et dixit: Quis annunciabit abrahe: quod lactat puerum Sara: quia peperi filium
in ſenectute mea? Et creuit puer: et ablactatus eſt. Fecitq; abraham conuiuium ma-
gnum die quo ablactatus eſt filius ſuus Iſaac. Vidit autē Sara filium agar aegy-
ptie: qui abrahe fuit: ludentem cum Iſaac puero ſuo: et dixit abrahe: Ecce ancillam
hanc: et puerum eius: nequaquā enim heres erit filius ancille cum filio meo Iſaac.
Durum autem apparuit verbum coram abraham ſuper filio ſuo. Dixit autem deus
abrahe: Ne durum ſit coram te verbum hoc de puero et ancilla. Omnia quecunq;
dixerit tibi Sara: audi vocem eius. Quia in Iſaac vocabitur tibi ſemen: et filium il-
lum ancille in gentem magnam facturus ſum: quia ſemen tuum eſt. Surrexit autem
abraham mane: et accepit panes: et vtrem aque: et dedit agar: et impoſuit ſuper hu-
merum eius: et puerum miſit cum ea. Vt accepit igitur ancilla panes ⁊ vtrem aque
F egreſſa eſt cum puero: abijt autem et pererrabat ſolitudinem iuxta fontem iuramen-
ti. Defecit autem aqua ex vtre: et abiecit puerum ſubter abietem vnam. Cum autē
abiiſſet: ſedit aduerſus eum a lōge: quaſi ad iactum arcus. Dixit enim: Ne quaquam
videam mortem pueri mei: et ſedit e regione pueri. Clamans autem puer: flebat.
Exaudiuit autem deus vocem de loco pueri vbi erat. Et vocauit āgelus dei agar
de celo: et dixit ei: Quid eſt agar? ne timeas: exaudiuit enim deus vocem pueri de
loco vbi eſt. Surge: accipe puerum: et apprehende manum eius: In gentem enim
magnam facturus ſum eum. Et aperuit deus oculos eius: et vidit fontem aque vi-
uentis: et iuit: et impleuit vtrem aqua: et potauit puerum. Et erat deus cum puero
et creuit: et habitauit in ſolitudine. Et factus eſt ſagittarius: et habitauit Phanae.
Et accepit ei mater eius vxorem de terra aegypti. Et factum eſt in tempore illo:
et dixit Abimelech et Ochozath prefectus Synecei eius: et Phiioch dux exer-
citus virtutis eius ad Abraham: dicens. Deus tecum in omnibus que cunq; facis.
Nunci igitur iura mihi: quod non ſis me offenſurus: neq; ſemen meum: neq; nomen
meum: ſed quod ſecundum iuſticiam: quam feci tecum: facturus ſis mecum: et cum

terra in qua tu peregrinus fuisti. Et dixit Abraham: Ego iuro. Et arguit abrahã Abimelecem propter puteos aquæ: quos abstulerant pueri abimelech. Et dixit ei abimelech: Ignoro quis rem hanc fecerit: neq; tu annũciasti mihi: neq; ego audiui preterquam hodie. Et accepit abraham oues & vitulos: & dedit abimelech: et iniere ambo fedus. Et statuit abraham septem agnos ouium seorsim. Et dixit abimelech A abrahamo. Quid sunt septem agni ouium harum: quas seorsim statuisti? Dixitq;: Quia septem agnas has accipies a me: vt sint in testimonium mihi: quod ego foderim puteum istum. Propterea appellauit nomen loci illius: puteum iuramenti: quia illic ambo iurauerunt: & fecerunt pactum iuxta puteum iuramenti. Surrexit autem abimelech et Ochozath prefectus Gynecei eius: et Philoch dux exercitus virtutis eius. Et reuersus est in terram Phylistiim. Et plantauit abraham agrum iuxta fontem iuramenti: et inuocauit illic nomẽ domini: Deus eternus. Peregrinus autem fuit abraham in terra Phylistiim diebus multis.

HOMILIA.XLIIII.

QVoniam frequentes vos in auditorio magna cum voluptate doctrinam nostram susci pere video, gaudeo, & indies maiori alacritate pauperem hanc nostram, & tenuem mensam proponere studeo. Vestra enim ciborum immodica appetentia, mensæ nostræ vtilitatem honestat, paruaq; facit vt magna appareant, id quod & insensibilibus eduljs videre licet. Nam sicut quum magna sumptuosaq; fercula apponuntur, conuiuarum satietas facit, vt aliquid splendori decedat appositorum, & magna nonnunquam nullius videantur momenti, eo quod conuiuæ absq; edendi auiditate aduenerunt. Contra, qui susceperunt famelicos & esurientes, licet tenuem proponãt mensam, splendida tamen apparebit, conuiuis, prompte apposita, auide comedentibus. Sic eodem modo & nos benefisi spirituali vestro appetitui, non grauamur pauperem & vilem hanc mensam vestræ charitati cõtinue apponere. Hoc & sapiens quidam dicebat, Melius est conuiuium herbarum cum charitate, quam bos de præsepio cum odio. Quo docet, charitatem aliter videre apposita, & eius oculis vilia apparere sumptuosa, & parua magna. Quid igitur beatius nobis esset, qui apud tot tamq; feruenti & solicita charitate differimus? Nihil enim tantopere dicenti necessarium est, vt auditoris beneuolentia. Quandoquidem quum videt auditores feruere desyderio, firmatur & ipse, & sæpe robur (vt ita dicam) accipit, sciens quod quanto sumptuosiorem mensam proponit, tanto & abundãtiæ suæ magis accedit. C Secus enim se habent spiritualia, quam sensibilia. Illic enim mense largitas sumptũ facit, & conuiuatoris imminuit substantiam, hic autem omnino aliter, quanto plures enim sunt participes, tanto plus substantiæ eius accrescit. Neq; enim nostra dicimus, sed ea quæ in vestram vtilitatem dei gratia per suam misericordiam suppeditat. Age igitur, quia tanta adestis alacritate & frequentia, iterum iam lecta indagabimus, faciemusq; vt & quod hic est lucrũ, percipiamus. Nam quia iuxta magnã exhortationẽ CHRISTI, dicẽtis. Scrutamini scripturas, thesaurus magnus in scripturis est reconditus, & in profunditate latẽs, idcirco scrutatione opus, vt quum dixerimus virtutẽ quæ in profundo latet, multam inde vtilitatẽ accipere queamus. Et eñ propterea iustorum omniũ virtutes, spiritussancti gratia & dispẽsatione scripturis sunt traditæ, vt nos continuam habentes doctrinam, & ad æmulationem & imitationem iustorum vitam nostrã instituamus. Audiamus igitur diuinam scripturam quid & hodie nobis de patriarcha narrare vult. Et mouit (inquit) illinc Abraham in terram versus Africum, & habitauit inter Cades & inter Sur, & peregrinus

fuit in Geraris. Et mouit (inquit) illinc. Vnde mouit? a loco vbi tabernaculum fixe
D rat, vbi & vniuersi conditorem cum angelis suscipere ei concessum fuerat. Illinc (in
quit) vt mouit & profectus est, peregrinus fuit in Geraris. Vide iustorum conuersa
tionem, quomodo eis fuit correpta, & minime superuacua supellex, quomodo faci
le transmigrabant, vitamq; suã instituebant, sicut peregrini & aduenæ, & nunc hic
nunc istic tabernacula erigebant, quasi in peregrinatione agentes, non sicut nos fa
cimus, habitantes in aliena terra quasi in patria, & domus extruimus splendidas, &
vestibula, & ambulacra, & villas possidemus, & balnea facimus, aliaq; plurima. Sed
vide quomodo iustus substantiam suam in vernaculis tantũ & pecoribus possidens
& nunquam in eodem loco stans, & aliquando quidem in Bethel figit tabernacula
interim autem in Geraris tabernaculũ figit, & omnia facile sustinet, & gratitudinẽ
erga suum dominũ per omnia manifeste declarat, & post tantas promissiones quæ
ei a deo factæ erant, videns se in tantis versari difficultatibus, & in diuersas ac multi
iugas tẽtationes incidere, quasi adamas immotus persistit, piamq; suã mentẽ osten-
E dens, nullis obstaculis fiebat negligentior. Vide eñ & nunc dilecte, qualis tentatio
eum in Geraris inuadit, & admirare fortitudinẽ & virtutem iusti, quomodo quod
omnibus intolerabile, & quod neq; auribus suscipere quis vellet, hoc ipse sustinuit,
non ægre ferens, neq; exigens a domino, vt vlciscereturea quę fiebant, sicut pleriq;
homines faciunt, hiq; innumeris peccatorũ sarcinis pressi. Nam quum in difficulta
tes quasdam inciderint, statim obmurmurant & curiosius inquirunt, & dicunt. Qua
re hoc, & hoc euenit? & quare hoc permissum est? At iustus ille non sic, vnde & am-
plior ei superna gratia cõcessa est. Hoc eñ vere grati serui fuerit, vt nunquã obmur
muret & curiosior sit in his quæ a domino fiunt. sed in silentio & gratitudine susci-
piat omnia. Et animaduerte, quomodo etiã per illas ipsas quæ sequuntur tentatio-
nes, iusti virtus magis emicuit, deo clarũ illum semper ostẽdente. Nam sicut quan-
do in Aegyptũ descendit, vt ignotus & peregrinus, & nulli agnitus, subito magno
cum honore inde redijt. Ita & nunc, cum peregrinus esset in Geraris, in ipsis quidẽ
initijs quod suum erat fecit, postea vero tanto dei subsidio munitus est, vt & rex &
omnes qui in ea regione habitabant: omni studio ministrare iusto studerent. Dixit
autem (inquit) Abraham de Sara vxore sua. Soror mea est, ne forte occiderent eũ
viri ciuitatis propter illam. Vide quomodo a violentissimis affectionibus anima iu-
sti impugnatur, & timor eum incessit. Et quamuis prior timor, ne mulierẽ amittat
F grauis fuerit, timor tamẽ mortis illum expulit. Vt eñ hunc effugeret, sustinuit suis
oculis, vt socia vitæ suæ in regis manus incideret, quam sit autem hoc toleratu diffi
De con temptu mortis cile, sciunt qui vxores habent. Vnde & sapiens quidam dicebat, Plenus zelo, furor
viri eius, non parcet in die iudicij, nullo precio mutabit inimicitias. Verum graue
hoc, & omnibus intolerabile, vide quomodo propter mortis metũ iustus ille tulit.
Hoc sane & in corporalibus affectionibus contingere solet, si quando morbi simul
infestent corpus nostrũ, vnius incrementum tegit aliud, & totos ille grauior dolor
sibi vindicat, ita vt minorem dolorem non sentiamus. Eodem modo iustus quoq; il
le nunc videns vrgere dolorem mortis, omnia acerba toleranda censebat. Cæte-
rum hæc audiens dilecte, ne condemnes iustum ob pusillanimitatem, quod mortẽ
timuerit, sed potius admirare conditorem vniuersi, qui tantæ erga nos est misericor
diæ, quod mortem iustis illis & sanctis tunc terribilem, illam nunc cõtemptibilem
fecit CHRISTVS. Et quam formidabant illi virtute clari, & tanta erga deũ fidu
cia freti, hanc nunc deridentes & iuuenes, & teneræ virgines. Nihil enim mors est vl
tra, quã somnus, & peregrinatio, & transmigratio a deterioribus ad meliora. Mors

enim domini immortalitatem nobis donauit, & vt descendit in infernum, eripuit, dissoluit eius neruos, & robur destruxit, & quod antea terribile erat & implacabile, hoc nunc contemptibile fecit, vt & multi exiliant & festinent, vt hinc migrẽt. Proinde & Paulus clamat, dicens, Dissoluí cupio, & cum CHRISTO esse multo melius. Verum hæc quidem nunc post CHRISTI aduentum, postquam confractæ sunt portæ inferni æreæ, postquam soli iustitiæ vbiq; terrarum affulsit. Tũc autem terribilem adhuc habebat faciem, concutiebatq; iustorum illorum virorum mentem, ideo & omnia alia ferebant leuiter, etiam quæ intolerabilia esse videbantur. Hinc est quod & iustus ille, timens eorum qui in Geraris habitabant insidias, domicilium ibi habuit, non vt vxorem, sed vt sororem secum habens. Et sicut quũ in Aegyptum eum descendere permisit deus, volens & rudes illos & insensatos discere iusti virtutem, ita & hic differt dominus, vt iusti patientia in omnibus eluceat, fiatq; dei in eum benignitas manifesta omnibus. Misit autem Abimelech rex Gerarorum, vt afferrent Saram. Cogita hic quæso tempestatem cogitationum quam tulit iustus, videns vxorem suam abduci, & se nihil posse iuuare eam. Silenter enim ferebat omnia, sciens quod se non esset despecturus dominus, sed acceleratum adhibiturus subsidium. Admirabilis quoq; & Saræ charitas est, quæ periculo mortis iustum eripere voluit. Poterat enim ipsa detegendo factum, contumeliam effugere A B sed pertulit omnia fortiter, vt viro salutem pararet. Et impletum est illud dictum, Erunt duo in carnem vnam. Ita mutuæ salutis curam vicissim agebant, & tantam declarabant concordiam, quasi vnum esset corpus, & vna anima. Audiant hæc viri audiant & mulieres, & istæ quidem vt eandem erga suos viros charitatẽ declarent, & nihil aliud illorum præferant saluti, viri autem erga vxores habeant beneuolentiam, & quasi vnam animam & vnum corpus possiderent, omnia faciant. Hoc eñ verum est coniugium, quando tanta inter eos est concordia, quando vinculo charitatis ita sunt concathenati. Sicut enim corpus nunquam a semetipso dissidet, neq; anima aduersus semetipsam, ita virum & mulierem non conuenit dissidere. Tunc enim bona infinita eis coaceruare poterint. Vbi enim cõcordia, ibi bonorum confluxus, ibi pax, ibi charitas, ibi spiritualis lætitia, nullum bellum, nulla rixa vnusquã inimicitiæ & contentio, sed hæc omnia e medio tolluntur per concordiam, bonorum omnium radicem, quæ omnia illa simul abolet. Misit autem Abimelech rex Gerarorum, & accepit Saram. Et intrauit deus ad Abimelech in somno noctu, & dixit, Ecce tu morieris propter vxorem quam abstulisti, ista autem cohabitatrix C fuit viro. Vide dei misericordiam, quomodo, quia uidit iustum propter metum mortis, Saræ ablationem fortiter ferre, & regem eam vt sororem iusti abducentem, suã postea declarat prouidentiam, iustum quoq; illustriorem reddit, & Saram ab iniuria, regem vero a peccato liberat. Et intrauit, inquit, deus ad Abimelech in somno noctu. Circiter ipsum (inquit) somni tempus eripere eum volens ab iniquitate, dedit menti eius scientientiam, & occulta ei manifestauit, multumq; ei metum auxit interminando mortem. Dicit enim, Morieris propter mulierem quam abstulisti, ista autem cohabitatrix fuit viro. Abimelech autem nõ tetigerat eam. Hæc autem omnia facta sunt, vt dei promissio facta patriarchæ impleretur. Enimuero quia paulo ante promiserat Isaac esse nascendum, & prope aderat tempus, vt ne officeret promissioni dei, tantum timorem in Abimelech immisit, vt perculsus animo Sarã attingere non auderet. Propter hoc enim adiecit diuina scriptura, Abimelech non tetigerat eã, sed & de facinore se defendit, ac dicit, Domine, gentẽ iustã & ignorantem perdes? Nunquid sciens (inquit) mulierẽ eius esse, hoc feci? nunquid iniuria pere

De concordia cõiugali.

rinum afficere volens? nunquid vt vxorem eius auferens Vt sororē eam acceptu-
D rus eram, ratus hoc nomine & hunc & illam honorari. Gentē igitur iustam & igno
rantem perdes? Deinde manifestans, quod dicebat, inquit, Et ipse mihi dixit, So-
ror mea est, & ipsa mihi dixit, Frater meus est. Vide quomodo habuerunt concor-
diam & conspirationem. Et ipse (inquit) hoc mihi dixit, & ipsa astipulata est dictis
eius. In corde puro, & in iustitia manuū feci hoc. Non vt iniquum facturus (inquit)
sed vt legitimum & licitū, irreprehensibileq; hoc feci. Quid igitur misericors deus?
Dixit autem ei deus in somno. Vide quantam obsequelam exhibet omniū domi-
nus, suam bonitatē per omnia declarans. Et ego scio quod corde puro hoc feceris.
Scio (inquit) quod ipsi hunc actum instruxerunt, & quod deceptus eorū dictis hoc
fecisti, ob hoc, vt ne propter deceptionem hanc pecces, cohibui ne tu peccares in
me. Magna verbi est attēperatio, maxima domini est misericordia. In me (inquit)
redituum est peccatum. Nam sicut in hominibus, quando quis aliquē in multo ho
nore apud dominū suum iniuria quadam afficit, sibi iniuriā factam putat dominus
E & dicit, Mihi iniuriam fecisti per ea, quibus a te seruus iniuria affectus, ea em̄ quę in
illum cōmittuntur, in me transeunt. Eodem modo & bonus dominus. Cohibui te
inquit, vt ne peccares in me. Mei, inquit, famuli sunt, & adeo mihi cōmēdati, quod
vt mea habeā quæcunq; illis fiunt, siue bona sint, siue non bona, propterea non di-
misi te vt tangeres eam. Quoniam magnam eorū curam gero, scies quod per igno-
rantiam, hanc eis contumeliā facturus eras, Cohibui te, vt ne peccares in me. Ne
simplicites, vt quempiā vulgarium attende hunc virū, sed disce quod est ex his, quo
rum ego maximam curam gero, & qui peculiariter mei sunt. Redde igitur vxorem
viro, quia propheta est, & orabit pro te, & viues. Vide quomodo virtutē iusti dete-
git, prophetam ipsum vocat, quasi præparans regem, vt precatorē eum faciat pro
se. Orabit em̄ pro te, & viues. Ille etem̄ (inquit) veritus ne occideretur a te, hanc co-
mœdiam instruxit, & quasi cooperatus est in cōtumeliam Saræ, scias autem, quod
illius preces vitam ei præbebunt. Deinde vt ne concupiscentia flagrans, & pulchri
tudine Saræ victus, minus faciat mādatū, immittit ei timorem, & maiorem pœnā
minatur se inducturum. Quod si non dederis (inquit) scias quod morieris tu, & om
nia tua. Non solum tu inobedientiæ pœnam lues, sed & omnia tua propter te mors
perdet. Ob hoc autem per tempus noctis hæc omnia deus ei loquitur, vt in quiete
accepta admonitione, magno timore imperata faciat. Statim em̄, inquit, orto dilu-
F culo Abimelech vocauit pueros suos, & loquutus est omnia verba hæc in aures eo
rum. Vide quomodo rex fit præco virtutis iusti, & eum omnibus manifestum facit.
Narrauit omnia, sibi a deo manifestata, vt omnes sciant & dei erga illum benigni-
tatem, & quantum sit deo curæ illius propter eius mores & virtutem. Timuerūt au
tem omnes homines valde. Vidisti quomodo nō frustra & absq; causa toties trans
migrat iustus? Nam si in tabernaculo suo primo mansisset, vnde potuissent Gerari
tæ scire, quantam iustus apud deum haberet fiduciam? Timuerunt autē omnes ho
mines valde. Magnus in eos timor immissus, de rerū summa faciebat anxios. Post-
ea sequitur. Vocauit Abimelech Abrahamum. Consydera in quanta gloria iustus
postea apud regem agit, qui paulo antea ab omnibus habebatur cōtemptibilis, qua
si erro & peregrinus. Igitur quū omnes conuenissent, vocatur statim patriarcha, qui
nihil horū sciebat, & discebat postea a rege ipso, quæ propter eū a deo illi facta erāt
Dixit em̄ ei, Quare hoc fecisti nobis? quid peccauimus in te, quod induxisti super
me, & super regnum meum peccatū magnum? Rem quam nullus faceret, fecisti no
bis. Quare in tātum, inquit, voluisti me incidere peccatum? Quid cogitasti, quod

hoc feciſti? Vide quomodo per verba ſua indicat minas, quæ a deo ei ſunt factæ. Quoniam enim dixerat ei, Quod ſi non reddideris, morieris tu & omnia tua, hoc A
ipſum interpretatur Abimelech, & dicit. Quid peccaui in te, quod induxiſti ſuper me, & ſuper regnũ meum, peccatũ magnum? Non ſatis erat, ſi ego punirer, omne regnum meũ ſimul perdendum eſt ex deceptione, quam feciſti. Quid vidiſti in nobis, vt hoc faceres. Conſydera hic dilecte iuſti prudentiam, quomodo ſatiſfactionis loco, in agnitionem dei illos introducit. Deinde enim (inquit) dixi. Num forte non eſt timor dei in loco iſto / meq; occident propter vxorem, quaſi diceret. Valde mecum anxius fui, ne forte, eo quod adhuc erroribus teneminí, nulla vobis iuſtitię cura ſit, propter hoc ſimulaui, vobis parcens, vt ne, ſi intelligeretis eam vxorẽ meã fuiſſe, capiti eius amore, occidere me tentaretis. Vide quomodo per pauca illa verba docet, quod oportet eũ qui deum in mente habet, nihil iniquũ agere, ſed timere iudicem illũ, qui falli nequit, & ob pœnã quæ alibi infligetur, omnis iuſtitiæ facere rationẽ. Poſtea volẽs pro ſe defenſionẽ afferre. Ne putetis (inquit) me etiã ſic mentitum eſſe. Etenim ſoror mea eſt ex patre, ſed nõ ex matre. Data autẽ mihi eſt in vxorem, quia eundẽ patrem vocat, quem & ego, ideo & ſororẽ ipſam vocaui. Ne igitur condẽnetis me. Nã etſi metus mortis in hanc me neceſſitatẽ coegit, & quod timui, B
ne forte propter eã me occideretis, ipſam autẽ in vitã conſeruaretis, attamen neq; ſic eſt mendaciũ, quod a me dictũ. Vide quã diligenter agit iuſtus, vt mõſtret quod neq; in hoc ſit mentitus. Et vt omnia (inquit) diligẽter a me ſciatis, audite & conſiliũ quod inter nos iniuimus. Quando enim eduxit me dñs de domo patris mei. Conſydera obſecro, hic magnã iuſti ſapientiã, quomodo in ſerie narrationis docet eos quod a principio fuerint peculiariter addicti deo, & quod deus eũ a domo ſua euocarit, & in eum locũ duxerit, vt ſciat rex, quod ex eorum numero ſit Abraham, quẽ magnam in deo habẽt fiduciã. Quando enim, inquit, euocauit me deus ex domo patris mei, dixi ei. Hanc iuſtitiã facies in me, in omni loco in quẽ venerimus, dic, Frater meus eſt. Quia enim ſuperius dixerat. Dixi enim fortaſſis, non eſt timor dei in loco iſto, & videbatur eos nimiũ carpere, volens mitigare aſperitatẽ verbi, hic dicit. Ne putetis me hoc ſolũ veſtri gratia feciſſe. Statim enim, quando eduxit me domin⁹ de domo patris mei, dicebã ad eam. Hanc iuſtitiã facies mihi in omni loco, in quẽ venturi ſumus. De omnibus, inquit, qui terram hanc inhabitant, mandatum ei dedi / & quod etiam ſic extra mendacium ſit hypocriſis. Mortis enim timor ad hoc nos C
compulit. Hęc vt dixit iuſtus, & iram eorũ demulſit, ſuamq; detexit virtutem, & ſufficientem religionis veræ cultum eis tradidit. Reueritus rex magnam iuſti manſuetudinẽ / magna liberalitate remunerat patriarchã. Dicit enim, Accepit Abimelech mille didrahmas / & oues / & vitulos / & ſeruos / & ancillas / & dedit ei Saram vxorẽ eius. Vidiſti dilecte omnipotentem & variam dei ſapientiam. Qui in mortis periculo conſtitutus erat / & omnia faciebat vt mortem poſſet effugere / non ſolum mortem effugit / ſed & magnã obtinuit fiduciã / & repente glorioſus factus eſt. In hunc enim modum agere ſolet deus, non ſolũ a triſtibus liberat eos, qui fortiter ſe gerunt in periculis quæ incidunt / ſed & tantam in aduerſis præbet lætitiã / vt in eorum obliuionem omnino veniant, & in multa ſint bonorum affluentia. Et vide inſuper regis erga iuſtum illum officium. Non ſolum enim tantis muneribus eum appræmiat, ſed etiam poteſtatem ei dat, vt in terra ſua habitet. Ecce enim, inquit, terra mea coram te eſt, vbicunq; tibi placuerit habita. Nam quia didicit, quod propter illum & propter illius preces, vita ſibi data ſit, ideo ita in vagum, erronem, & antea nulli cognitum, quaſi in benefactorem & tutorem aliquem officioſus fuit. Saræ autem

D (inquit) dixit, Ecce dedi mille didrachmas fratri tuo. Vide quomodo accepta aiu sto doctrina, vt credidit eius dictis, etiam ipse fratrem eius eum vocat. Ea quæ dedi (inquit) fratri tuo / tua erũt in honorem vultus tui, & omnia vere dic. Quid est in ho norem vultus tui, & omnia vere dic? Pro his quæ per ignorantiam attentaui, te quæ es vxor iusti / in domum meam introducendo / pro hoc solum, quia contumeliæ ti bi autor fui, mille dedi didrahmas, resarcturus ea quæ a me in te sunt admissa. Verũ omnia alia vere dic. Omnes (inquit) a te discant, quod nihil factum est a me iniquũ, quia intacta exiuisti de domo mea. Doce (inquit) virum tuũ, quod innocens sum a peccato / discat a te, quod nihil a me factum sit. Quare hęc dicit? Vt quum iustus ab ea didicerit, multisq; fuerit ratiõibus edoctus, pro eo preces domino offerat. Nam postquam ille dixit, Omnia vere dic. hoc est doce virum tuũ ea quæ facta sunt, sta tim subdidit scriptura. Et orauit Abraham deũ. Et sanauit deus Abimelech, & vxo rem eius / & ancillas eius, & pepererunt. Quia concludens cõclusit extrinsecus om nem vuluam in domo Abimelech propter Saram vxorem Abraham. Vide quo modo dominus volẽs iustum per omnia reddere illustriorem, precibus patriarchę salutem regis, & omniũ quę in domo illius, donat. Orauit eñ (inquit) Abraham ad
E deum / & curauit de⁹ Abimelech, & vxorẽ eius, & ancillas eius, & pepererunt, quia concludens concluserat dominus omnem vuluam in domo Abimelech. Propter ea quamuis alienus esset a peccato rex, plagam hanc induxit dominus, vt precibus iusti annuens eam soluat, & iustum clariorem & illustriorem efficiat. Nam semper omnia ita facit & tractat, & singula dispensat, vt qui sibi seruiunt, quasi luminaria re luceant / & eorum virtutẽ vbiq; manifestam faciat. Et vide obsecro, postquam iustũ ita liberauit a molestijs, quomodo iterum corona bonorum iusto traditur, nempe quod nunc eueniũt, quæ olim a deo promissa sunt. Et dominus (inquit) visitauit Sa ram, sicut dixit, & fecit Saræ sicut loquutus est, & vt concepit, peperit Sara Abra hæ filium in senectute, in tempore sicut loquutus est ei dominus. Quid est, sicut lo quutus est? Quemadmodum (inquit) promisit, quando hospitio exceptus est cum angelis apud quercũ Mambre. Nam quod dixit. Quia in tempore hoc veniam, & erit Saræ filius. hoc nunc opere impletum est. Et quæ natura denegabat, ea videbãt euenisse, non iuxta humanum & solitũ morem, sed per diuinam gratiam. Et voca uit nomẽ filij sui, quem peperit ei Sara, Isaac. Non absq; causa assignauit, quem pe perit ei Sara. Non eñ dixit simpliciter, vocauit nomen filij sui, sed adiecit, quem pe perit ei Sara infœcunda illa, & vetula. Et circuncidit eum (inquit) die octauo, sicut præceperat dominus. Sic enim præceptũ acceperat, vt die octauo circuncideren
F tur, qui posthac nascerẽtur. Porro vt vlterius discamus ineffabilem misericordiam dei, quod quæ apud homines impossibilia sunt, apud eum sint possibilia. Idcirco no bis tẽpus assignauit iterum diuina scriptura, & post partum docet nos. Abrahã erat annorum centũ, quando natus est ei Isaac filius suus. Dixit autem Sara, Risum fe cit mihi dominus, nam qui audiet, gaudebit mecum. Quid est, Risum fecit mihi do minus? lætitiæ occasio mihi partus est. Et quid mirũ, si mihi gaudium? omnes etiã qui audiunt habebo congratulantes, non quia peperi, sed quia sic peperi. Tam ad mirabilis raruſq; partus omnes in admirationẽ adducet, & maiorem omnibus vo luptatem afferet, quũ sciuerint quod ego, quæ nihil a mortuis differebam, quantum ad generationem, subito mater facta sum, & e vulua exiccata puellum peperi, & la ctare possum, & fontes lactis emittere, quæ nullam spem pariendi habebam. Et di xit, Quis annunciabit, quod lactat puerũ Sarra? Nam propter hoc & lactis fontes concessi sunt, vt partum magis credibilem faciant, & ne quis suppositiũm esse pu-

tet puerũ. Fontes eñ lactis omnibus prædicabant, præter humanã expectationẽ hoc eueníſſe. Quis annunciabit, quod lactat puerũ Sarra? quod peperi filiũ in ſenectute mea, quod ego, quæ ſenui, parere potui, & in hac ætate filiũ alere poſſum? Et creuit (inquit) puer, & ablactatus eſt. Et fecit Abraham cõuiuium magnũ die quo ablactatus eſt filius ſuus. Vidiſti dei ineffabilem ſapientiã, quomodo patientiam iuſti modis omnibus probauit? quando ipſe & omnes qui eũ videbant, humanæ naturæ vires ſectantes, nihil pollíceri audebant, tunc ipſa promiſſio completa eſt. Igitur dilecti, & nos eandem quã iuſtus ille patientiã habeamus, & nunquã deſides ſimus, ſed ſpe bona recreemur, ſcientes quod neq; rerum difficultas, neq; aliud quid humanũ obſtaculum nobis eſſe poterit, ſi quando gratia dei ſuã declarare voluerit liberalitatem. Quoties eñ ille annuit, omnia ei cedunt & obtemperant, & difficilia facilia fiunt, & impoſſibilia poſſibilia, tantũ vt firmam in ipſo fidem conſeruemus, & ad magnitudinẽ potentiæ ſuæ ſpectantes, humanis omnibus ſuperiores fiamus. Nam qui futura bona, & ineffabilia illa promittit, his qui cum virtute vitã hic peregerint, non multo magis & ea, quibus hic opus eſt, præbebit, & maxime ſi nos illa deſyderantes, præſentia deſpiciamus? Tunc eñ eis maxime & vberti fruemur, quã do ea contemſerimus. Proinde hæc ſcientes, illa deſyderemus bona, quę manent & immobilia ſunt, & quæ finem neſciunt, vt & preſentem vitam citra triſtitiã tranſmittamus, & illa aſſequi valeamus, gratia & miſericordia domini noſtri IESV CHRISTI, cui cum patre & ſpiritu ſancto ſit gloria nunc & ſemper & in ſecula ſeculorum, Amen.

HOMILIA.XLV.

AGe & hodie dilecti, heri dictorũ ſeriem repetentes, *conuiuiũ hoc* ſpirituale inſtruamus, vt iterũ, ſicut heri, diſcamus & boni dei ineffabilem benignitatẽ (qua noſtra curat, nobis ſe attemperans) & magnam patriarchæ obedientiã atq; gratitudinem. Vidiſtis quomodo Iſaac Saram exhilarauit? Dixit enim (inquit) Riſum fecit mihi deus. Nam qui audierit, gaudebit mecũ. Omnes, dicit, auditores participes gaudij mei faciã. Magnum eñ donũ mihi a deo conceſſum eſt, & quod humanam tranſcendit infirmitatẽ. Quis eñ (inquit) non obſtupeſcat, videns me lacte meo enutricantẽ puerũ in extrema ſenectute, quæ hucuſq; non peperi? Et quaſi admirans & attonita de facto ſubdidit, *Quis annũciabit* Abrahæ, quod lactat puerum Sara, quod peperi filiũ in ſenectute mea? Quoniã, inquit, ſuper naturã eſt hoc factũ, propterea quis annunciabit, quis mente concipiet, quæ mens cõprehendere poterit? quæ ratio ſuffícit, vt inueniat facti huius euidentiã? Nõ ſic admirabile fuit, *quod* ex petra in deſerto ſcaturierint fontes aquarũ, quando illam Moſes virga percuſſit, ſicut de vulua iam emortua puerũ naſci, & lactis fontes ſcaturire. Nãvt omnibus partus manifeſtus eſſet, & omnes tã eos qui tunc aderant, quã poſtea audierant ad fidem miraculi introduxerit, & idcirco ipſa puerũ alit, & lacte vult enutricari, & inquit. Quis annunciabit Abrahę, quod lactat puerũ Sarra? Quia hoc nouũ & admirabile, & præter expectationẽ mihi conceſſum, quod peperi filium in ſenectute mea, quod præter ſterilitatẽ ſufficiebat ſenectæ tẽpus, ne mihi prolẽ pollicerer, Verumtamen impedimenta hæc omnia e medio tulit dominus, & pueri partum, & lactifluos fontes mihi conceſſit. Verum videamus & ſequentia. Poſtquam impletum eſt lactandi tempus, vidit (inquit) Sara filiũ Agar Aegyptiæ, qui fuit Abrahæ, ludentem cũ Iſaac puero ſuo. Et dixit Abrahę, Eij ce ancillam hanc, & puerum eius Nequaquam eñ hæres erit filius ancillæ cum filio meo Iſaac. Durum autem appa

Druit verbum hoc coram Abraham super filio suo. Videobsecro hic dilecte Saram iterum non ferentem Ismaelis licentiam, neq; patienter sustinere volentem ancillę filium cum suo Isaac conuersantem. Sicut igitur prius superbum spiritũ Agar humiliare volens, vehementi indignatione fugam inire eam fecit, ita & nunc, volens ab initio reprimere Ismaelis temeritatem, & non ferens, vt videat puerum suum & ex ipso dei dono, cum ancillæ Aegyptiacæ filio simul versari, dicit Abrahæ, Eijce ancillam, Et filium eius. Non enim erit hæres filius ancillæ huius cum filio meo Quoniã & se in extrema ætate esse videbat, & patriracham quoq; decrepitũ (Erãt enim ambo, inquit, pleni dierum) suspicans ne si forte repente morerentur, illũ, eo quod ex patriarchæ concubitu natus esset, attentaturum vt se in hæreditatẽ intrudat, participemq; fiat & æqualis Isaac, Idcirco dicit, Eijce ancillam hinc, & filiũ eius. Discat (inquit) iam, quod nihil commune habebit filius ancillæ cũ filio meo Isaac Neque enim congruum, vt filius Aegyptiæ & ancillæ cum filio meo & dominę simul versetur. Cæterum Sara nõ immerito rem hanc egit, sed oppido decẽter, atq; ita decẽter vt & deus collaudarit eius dicta. Patriacha vero, bene affect⁹ erga Ismaelem, moleste accipiebat quæ a Sara dicebantur. Durum enim (inquit) apparuit
E verbum hoc coram Abraham de filio suo. Neq; enim de Agar tãtum curabat, sed erga puerum ita afficiebatur, vtpote nunc adolescentem, Sed consydera obsecro, hic misericordis dei miram ad nostram paruitatem humiliationem, Nam quia vidit & Saram pati aliquid humanũ, & ægreferre parem filiorum honorẽ, idq; merito, Abrahã autem non ferre æquo animo eiectionẽ Ismaelis & ancillę (nã licet nõ obluctaretur Sarę ob singularem mansuetudinẽ, attamen durum ei videbatur, hoc est, graue, molestũ, & oneroſum) tunc suã solitã seruans misericordiã, & cõcordię illorum copulã constringens, dicit ad Abrahã, Ne durũ sit corã te verbum hoc, de puero & ancilla. Omnia quæcunq; dixerit tibi Sarra, audi vocem eius. Ne accipias (inquit) grauiter, quod ab ea dictũ est, sed oĩa quæcunq; dixerit tibi Sara, audi vocẽ eius. Hęc oĩa inquit, quę nunc tibi dixit de Ismaele & de Agar, accipe, & audi vocẽ eius. Ne velis, inquit, cõtristari eã, quę tanto tempore tantũ amorẽ erga te declarauit: quę non solũ semel, sed & secundo, vt te a morte eriperet, seipsam p tua salute exposuit, & autor tuæ istius glorię fuit. Primũ quidẽ te fecit cũ tantis diuitijs ab Aegypto redire, postea vero iterũ in causa fuit, vt ita te veneraretur ac obseruaret Abimelech. Ne igitur diuersa ab his quæ loquuta est consulas, enimuero non aliter euenit. In Isaac enim eius filio tuũ semen vocabitur, & ipse erit tuus hæres.
Filium aũt illum ancille crescere faciã, & in gentem magnam faciã eum, quoniam
F semen tuũ est. Fac igitur, quæ illa tibi dixerit. Obedi voci eius. Cogita hic obsecro quanta subito concordia et pax in contuberniũ eorũ non cesserit, bonitate diuina vinculũ eorũ constringente. Surrexit eñ, inquit, mane, & accepit panes & vtrem aquę, & dedit Agar, & imposuit super humerum eius, & puerum misit cũ ea. Vide obsecro hic iterum religiosam iusti mentẽ, nã quando audiuit Saram dicentem, Eijce ancillam & filium eius, durum ei videbatur, eo quod bene afficiebatur erga Ismaelem, verũ vbi dominus præcepit, statim fecit quod imperatum est, & genuini amoris oblitus, quasi diceret, Vbi quid præcipit dominus, faceſſant oẽs affectiones quia naturę dominus est, qui præcipit. Vt accepit igitur, inqt, ancilla panes, & vtrẽ aquę, egressa est cũ puero. Verum obsecro, vide iterum, propter gratiã quã habebat iustus apud deum, quomodo hæc quoq; superna cura digna habetur. Vt ergo abijt, vagabatur per solitudinem, & quum aqua consumpta, nullam vsquam inueniret consolationẽ, abiecit puerum, inquit, subter vnam abietem. Disrũpebantur eius

víſcera, & dolebat multum ob immodicã erga puerum affectiõem. Sedit (inquit) aduerſus eum, quaſi ad iactum arcus. Dicebat enim, Nõ video mortem pueri mei. Et ſedit e regione pueri. Clamans autẽ puer, flebat. Cæterum miſerator & miſericors deus, patris & matris erga nos curam ſua tranſcendens pietate, inquit, Exaudi vocem pueri de loco vbi erat. Miſertus eſt & pueri, et calamitatum Agar. Permiſit tantum eam ſentire quid ſit ſolitudo, & ſtatim ſuum conceſſit præſidium. Et vocauit (inquit) angelus dei Agar de cœlo. & dixit ei, Quid eſt Agar? Ne timeas, exaudiuit enim deus vocem pueri de loco vbi eſt. Surge, accipe puerum, & apprehende manum eius, in gentem enim magnam faciam eum. O miſericordiam domini, nõ quia ancilla erat, obſeruauit eam, ſed quia patriarchę permiſerat, & illius ſemẽ erat tantam quoq; curam erga eam declarare dignatur. Dicit, Quid eſt Agar? Ne timeas, exaudiuit enim dominus vocem pueri. Surge & accipe illum, & apprehende manum eius. In gẽtem enim magnam faciam illum. Ne mœreas (inquit) eo quod e domo eiecta ſis. Tantam enim curam ego pueri agam, vt & in gentem magnam fiat. Et aperuit (inquit) oculos eius. non quia antea non viderit, ſed quia nihil proderant ei aperti oculi ante ſupernam viſitationem. Propterea quum vellet ſuam prouidentiam declarare, inquit, Aperuit oculos eius. id eſt indicauit ignoranti, & mentẽ eius excitauit, viamq; ei oſtendit, vt videret locum in quo fontes aquæ ſcaturiebãt. Et vidit (inquit) fontem aquæ viuentis, & iuit & impleuit vtrem, & potauit puerũ. Inuijs viam præbuit, & perplexę menti, nullamq; ſalutis ſpem habenti ſuam miſericordiam exhibuit, ſimul eam conſolans, & pueri curam agens. Sic quandocũq; voluerit deus, licet in ſolitudine ſimus, & in extremis afflictionibus, nullamq; ſpem ſalutis habeamus, nullo alio opus habebimus, diuina gratia nobis omnia ſuppeditante, Nam ſi eius gratiam nacti fuerimus, nullus nobis præualebit, ſed nos potentiores omnibus erimus. Et erat deus cum puero (inquit) & creuit, & habitauit in ſolitudine. Sic quando amicum & beneuolum habemus deum, etiamſi in deſerto fuerimus, multo ſecuriores viuemus, quam ij qui in ciuitatibus verſantur. Maxima enim ſecuritas, & inexpugnabilis murus eſt gratia dei. Et vt diſcas, quomodo qui in ſolitudinibus agit, ſecurior ſit, & potentior his qui in mediis ciuitatibus verſantur, ingenti hominum præſidio freti, videamus, quomodo Dauid de loco in locum trã ſiens, & quaſi erraticus vagans, manu ſuperna munitus fuerit. Saul autem quũ eſſet in mediis ciuitatibus, & tantum ſecum duceret exercitum, & ſatellites habens, & armigeros, & quotidie timebat & tremebat inimicorum inſidias. Et ille quidem ſoſus erat, nullumq; alium ſecum habebat, non indigebat humano præſidio. Hic vero coronatus & purpura indutus, illius auxilio indigebat, & regi opus erat paſtoris opera, & diademate redimito, priuati adiumentum neceſſarium erat. Sed ſi vultis, aliquanto ſuperiora de ſerie huius ſermõis petamus, vt omni hac hiſtoria in mediũ producta, diſcamus, nihil fortius eſſe munito ſuperna gratia, & nihil infirmius eo qui hac priuatus eſt, etiamſi innumeris circundetur exercitibus. Igitur Dauid ille quum adhuc adoleſcens ob immaturã ætatem in paterna domo verſaretur, quoniã tempus aliquando expoſcebat, vt clarior eius fieret virtus, admonitus a patre, vt fratres ſuos inuiſeret miſſus eſt ad eos. Porro quum ad illos veniſſet inuiſendi gratia, quia vidit inſtructam aciem contra alienigenã Goliath, & omnem populum iuxta Saulum formidine perculſum, regemq; ipſum in ſummo conſtitutũ periculo, tunc ſpectator volebat fieri, & abijt vt videret nouum & rarum ſpectaculum, quod vn⁹ homo aduerſus tot millia ſe opponeret. Verum fratres eius non ferentes fortitudinem ſpiritus, prouocati ſunt in inuidiam, & dicunt ad eum. Non alia de cauſa veni

A

B

De Dauid et Saul.

C

sti, quam vt bellum videres? Non venisti nostri causa, vt nos inuiseres? At tu vide
D huius prudentiam et mansuetudinem, nihil temerarium, neq; asperum eis loquitur
sed reprimens eorum flammam, & demulcens eorum inuidiam, inquit, Nunquid
nõ verbum est? nunquid (inquit) vidistis me arma arripere? nũquid vidistis me ador
dinari cæteris in acie? Tantum videre volui & interrogare, vnde huic tantum insa-
niæ? Quis enim est aliegena ille, qui exprobrat exercitum dei viuentis? Postea quũ
audiret illius blasphemias & arrogantiam, & videret trepidationem eorum, qui cũ
Saul erant, inquit, Quid erit viro, qui illius caput execuerit? Et magnum animi ro-
bur his verbis ostendebat, omnes in admirationem adducens. Hæc vt cognouit
Saul, mittit ad iuuenem, qui præter pastoriciam artem sciebat nihil, & vt vidit eius
ætatem, vilipẽdit eum. Deinde, quum didicisset ex eo, quo modo cum vrsis egisset
qui greges eius inuaserant. Coactus enim fuit admirabilis ille vir hæc narrare, no-
lens hinc vanam gloriam aucupari, sed in necessitate constitutus, & vt illi animos
adderet, & ne spectaret ad vilitatem eius quod apparebat, sed ad fidem quæ intrin-
secus latebat, supernumq; auxilium, quo adolescẽs inermis, viris armatis, & pastor
exercitibus. fortior erat. Deinde vbi rex vidit mentis eius finem, suis illum armis
E inducere volebat, indutus autem eis. ea ferre non potuit. Hoc autem factũ est, vt vir
tus dei nude monstraretur, & non armis quæ fiebant, asscriberentur. Nam postquã
indutus illis grauabatur, & minus expeditus erat, deposuit arma, & accepta pera pa
storali & glebis, contra carneam illam turrim egressus est. Et vide iterum alienige
nam ad vilitatem ætatis spectantem, & vide vilipẽdẽtem ex verbis iustum, & quasi
contra puerum humilem exurgentem. Nam postquam vidit eum cum pastorali pe
ra contra se contendentem, & glebulas solum afferentem, in hunc ferme modũ ad
eum dicebat, Putasti te adhuc apud oues esse, & canes quosdam persequi, & ita ad-
uersum me, quasi contra canem instrumentis illis instructus, in pugnam venisti? sta
tim experientia disces, non tibi cum homine vulgari bellum esse. Et vsus magno
verborum fastu, tumultu abatur, armaturamq; suam omnem monebat, ac arma ex-
ercebat. Et ipse quidem armorum virtuti fidens, pugnã accessit. Dauid autem fide
superno q; præsidio munitus. Et prius verbis superbi elationem & supercilium de-
cutiens, vt dixit ad eum, Tu venis ad me in armis & lancea, & tua virtute victurum
te putans, ego autem in nomine domini mei. Vt hæc inquam dixit, sumpta ex pera
pastorali vna gleba, quasi reuera canem aliquẽ gregem inuadentẽ abacturus, fun-
da iaculatus est, statimq; in fronte percussum alienigenam deiecit, & festinãter edu
F cto eius gladio, caput eius amputauit, & regi attulit, finemq; bello imposuit. Atq;
illius opera & rex salutem inuenit, & omnis illius exequitus respirauit. Vidisses tũc
inopinatas admirabilesq; res, armatum ab inermi deiectum, reiq; militaris peritũ
ab eo, qui præter pastoralem nihil sciebat, cadentem. Quare, & ob quam causam?
Quia hic quidem habuit supernam gratiam se adiuuantem, ille autem ea carens, in
huius manus venit. Iam vide hic, quam absurda operatus sit inuidiæ morbus. Post
quam enim rex vidit iustum hunc tanta gloria celebrari, & tripudiantes clamare,
uicit Saul in millibus. Dauid autem in decem millibus, non ferẽs mansuete quę de
hoc dicebantur, quamuis iuxta rationem iusti ei magis tribuerant, quam Dauid, vi
De in- ctus inuidia benefactori malum rependit. Et quem oportebat, vt saluatorem & be
uidia. nefactorem agnoscere, eum interficere quærebat. O excellentem insaniam. o stu
poris magnitudinem, eum qui vitam sibi seruarat, & omnem suũ exercitum ab alie
nigenæ Goliat furore liberauerat, vt hostem despexit, & immemor beneficij, ab
affectione vincebatur, sed mente sua obtenebratus ab inuidia, perinde ac ab ebrieta

te quadam, benefactorem vt hostem spectabat. Ita enim se habere solet huius affectionis malicia, primum corrumpit eum a quo generatur. Sicut enim vermis qui a ligno producitur, lignum primo consumit, ita & inuidia illam primo animam corrumpit a qua nata est, & ei cui inuidetur, plane diuersa quam vult, affert. Ne igitur vide ad principium eorum quibus inuidetur, sed ad finem respice, & attende, quia malicia inuidentium, eos quibus inuidet clariores effícit. Nam cui inuidetur, subsidiarum habet dei auxilium & gratia fruitur, qui autem inuidet, gratia spoliatur & facile víncitur ab omnibus, & antea a suis affectionibus quam externis hostibus infestatus quasi consumitur, & quasi ocultis mox illis deuoratur, & absumptus (vt ita dicam) submergitur. Quæ cum nobis comperta sint, obsecro, fugiamus affectionis huius damnum, & omnibus víribus ab animabus nostris eliminemus. Perniciosissima enim est omnium affectionum, nostramq; salutem corrumpit, vtpote diaboli inuentum, propterea & sapiens quidam dicebat, Inuidia autem diaboli, mors intrauit in mundū. Quid est inuidia diaboli, mors intrauit in mundum? Nam postquā mala hæc bestia primum hominem vidit immortalem, per suam malignitatem ad trāsgressionem mandati induxit, per quam fecit, vt morti fieret obnoxius. Inuidia igitur deceptionem operata est, deceptio transgressionem trangressio inobedientiā, in obedientia mortem. Propterea dicit, Inuidia autem diaboli, mors intrauit in mundum. Vidisti quantum affectionis huius damnum? immortalitate insignem, mortalem fecit. Verum inimicus quidem nostræ salutis, sua inuidia, immortalem protoplastum, in mortem condemnari fecit. Miserícos autē solitusq; pro nobis dominus, per mortem suam iterum immortalitatem nobis largitus, & maiora quam amisimus inuenimus, paradiso eiecit, & in cœlum induxit, morte condēnari fecit, & immortalitatem nobis donauit, paradisi delicijs priuauit, et regnum cœlorum nobis *præparauit*, *Vidisti solertem* domini tui sapientiam? & quomodo ea, quæ per inuidiam diaboli contra salutem nostram facta sunt, ea in caput illius conuertit? nō eñ solum nos maioribus dignatus es. sed & illum ipsum nobis subiecit, dicens. Dedi vobis potestatem calcandi super serpentes & scorpios. Proinde hæc omnia cogitantes, & inuidiam ex animabus nostris effugemus, & studeamus vt diuinam consequamur gratiam. Hęc enim nostra armatura solida & inexpugnabilis, hæc nostræ maximæ diuitiæ, per hanc & Ismael, quamuis adolescens & in solitudine, rerū omnium inopia, *statim creuit, & in gētem magnam factus est. Quia deus erat* (inquit) cum puero. Hinc totus sermo noster egressus est. Despiciamus igitur oro, præsentia, desyderemus futura, gratiam dei omnibus prę ferramus, & per vitam optimam multam nobis fiduciam antea reponamus, vt & prę sentem vitam citra merorem transigamus, & futura bona consequamur, gratia & misericordia domini nostri IESV CHRISTI cui cum patre simul & spiritusancto sit gloria nunc & semp & in seculaseculorum Amen.

CAPVT VIGESIMVM SECVNDVM.

ET factum est post verba hec: deus tentabat Abraham: et dixit ei: Abraham: Abraham. Et dixit: Ecce ego. Dixitq; Accipe filium tuum dilectum: quem dilexisti: Isaac: et vade in terram excelsam: et offer eum illic in holocaustum super vnum montium quem tibi dixero. Et quum surrexisset Abraham mane: strauit asinam suam: accepit autem secum duos pueros: et scissis lignis in holocaustum: quum surrexisset: profectus est. Et venit in locum: quem dixit ei deus: die

tertio. Et Abraham vt respexit oculis suis: vidit locum a longe: & dixit seruis suis:
Sedete hic cum asina: ego autem & puer transibimus vsq; illuc: & quum adorauerimus: reuertemur ad vos. Accepit autem Abraham ligna holocausti: & imposuit
D Isaac filio suo: tulit quoq; in manibus ignem et gladium: & perrexerũt duo illi simul. Dixit autem Isaac ad Abraham patrem suum: Pater. Ille autem dixit: Quid est fili? Ecce ignis & ligna: vbi est ouis ad holocaustum? Dixit autem Abrahã: Deus videbit sibi ipsi ouem in holocaustum fili. Cumq; iussent ambo: venerunt ad locum quem dixerat ei deus. Et edificauit Abraham ibi altare: & ligatum filiũ suũ Isaac posuit super altare super ligna. Et extendit Abraam manum suam: vt acciperet gladium: et occideret filium suum. Et vocauit eũ angelus domini de celo: & dixit: Abraham: Abraham. Ille autem dixit: Ecce ego. Et dixit: Ne injicias manus tuas in puerum: neq; facias ei quicquam: nunc enim cognouit: quia times deum tu: & non pepercisti filio tuo dilecto propter me. Vt respexit Abraham oculis suis: vidit: & ecce aries vnus qui detinebatur cornibus in arbusto Sabek: & iuit Abraham & accepit arietem: et obtulit in holocaustum pro Isaac. Et vocauit Abraham nomen loci illius: Dominus vidit. vt dicant hodie: In monte dominus visus est. Et vocauit angelus domini Abraham secundo de celo: dicens: Per memetipsum iuraui: dicit dominus. Eo quod fecisti verbum hoc: & non pepercisti filio tuo dilecto propter me:
E profecto benedicens benedicam te: et multiplicans multiplicabo semen tuum sicut stellas celi: et sicut harenam que est in littore maris: & hereditate possidebit semen tuum ciuitates hostium: & in semine tuo benedicentur omnes gentes terre: eo quod audisti vocem meam. Reuersus est autem Abraham ad seruos suos: et quum surrexissent: uerunt ad fontem iuramenti: & habitauit Abraham apud fontem iuramẽti. Factum est autem post verba hec: & annunciauerunt Abrahe: dicentes: Ecce peperit Melcha et ipsa filios Nachor fratri tuo: Orphimogenitum: et Baux fratrẽ eius: & Camuel patrem Syrorum: & Chazad: & Hazan: & Phaldes: & Joldaph: & Bathuel. Bathuel autem genuit Rebeccam. Octo hi filij quos peperit Melcha Nachoro fratri Abrahe. Et concubina eius nomine Remma: peperit etiam ipsa Tabek & Taam: & Tochos: et Mocha.

HOMILIA. XLVI.

INgens lucrũ, grandisq; thesaurus in his quæ hodie lecta sunt, tametsi pauca sint verba, latent. Eo enim modo se habent diuina eloquentia, vt multas diuitias non in multitudine verborum, sed breuitate sermonum contineant. Age igitur, aperiamus quæ dicta sunt, & discamus diligenter eorum quæ hodie lecta, vim & mentem. Nam sic iterum scie
F mus & patriarchæ copiosam virtutem, & dei excellẽtem misericordiam. Et factũ est (inquit) post verba hęc, deus tentabat, Abraham, Quid volunt subito verba hęc Et factũ est post verba hęc, tentabat deus Abraham? Consydera obsecro diuinam scripturam, quomodo iam vult detegere nobis iusti virtutem, & quia narraturus est quomodo Abrahã a deo tentatus sit, prius vult, vt discamus tempus. quo hęc patriarchę præcepta sunt, & quando iustus est offerre Isaacum, vt scias magnam patriarchę obedientiam, & quomodo nihil præferendũ sit his, quę deo placuerint. Quid igitur est, Factum est autẽ post verba hęc? Quoniã postquã natus est Isaac. quãdo vidit Sara Ismaelẽ simul versari cum Isaac, sicut heri vobis diximus ęgre ferens hoc dicebat Abrahę, Eijce ancillam & filiũ eius, Non eñ erit hęres filius ancillę cum filio meo, Cũq; hoc videretur durũ patriarchę, volens eũ deus consolari, ait, Audi Saram vxorem tuam, & fac quod ab ea dictum, neq; videatur tibi durum, quod dictũ est de puero hoc & ancilla, In Isaac enim vocabitur tibi semen, & illum quoquę

facíã creſcere ín gentem magnã, quía ſemen tuũ eſt. Et omnís promíſſio quã a deo habebat, eo tendebat, vt nati ex Iſaac ín magnũ populũ propagarentur. Itaq; alíquandiu bona ſpe alebatur iuſtus, & vicíſſim afflígebatur ac tentabatur, & afflictíonum præmía recípiebat, nunc autẽ præ oculís videbat ſucceſſurũ hæredẽ, magnã q; índe voluptatem percípiens, ímpauíde & ſecure agebat. Verum quí abſcondíta cordíũ nouít, volens nobis iuſtí huius detegere vírtutem, & magnũ amorem quem erga ſe gerebat, poſt tot promíſſiones & hanc quoq; quæ recens facta, & cuius memoría adhuc ín auríbus eíus ſonabat, quũ íam adoleſceret íſaac, & in ípſo ætatís flore eſſet, creſceretq; patrís erga íllũ dílectío, tũc poſtverba promíſſionis, & poſtquã díxit. In íllo vocabitur tíbí ſemẽ, & ille erit ſucceſſor tuus. Poſt verba hæc (ínquit) tentauít deus Abrahã. Quíd eſt, tentabat? non quod ípſe ígnoraret, tentatiõe íllũ probauít, vt & hí quí tunc erant, & quí ab eo tempore vſque ad præſens, ídẽ patríarchæ deſyderíũ & obediẽtíam ín p̃ceptís domínícís præ ſe ferre díſcant. Et díxit (ínquit) ad eũ, Abrahã, Abrahã. at ílle díxit, Ecce ego. Quíd vult verbí duplicatio? Magnæ beneuolentíæ erga patríarcham argumentũ eſt, & monſtrabat eí vocatione ípſa, quod magnum alíquíd ei oſtenſurus eſſet. Vt ígítur attentíorem redderet, vocatíonem geminabat, & díxit, Abraham, Abrahã. ílle autem díxit, Ecce ego. Et díxit, Accípe fílíum tuũ dílectũ, quem dílexíſtí, íſaac, & vade in terrã excelſam, & offer eum ín holocauſtum ſuper vnum montíum, quem tíbí díxero. Magnum præceptí pondus, & res humanã tranſcendẽs naturam. Accípe fílium tuum dílectum, quem dílexíſtí, íſaac. Víde quomodo per verba íſta maius ín cendium ſuccendit, & fornacem amorís, quo íuſtus ín íſaac affectus erat, víolentíus excitat. Accípe fíliũ tuũ dílectum, quẽ dílexíſtí, íſaac. vnũquodq; verbum per ſe ſuffíceret ad ſaucíandũ anímã íuſti. Non eñ ſímplíciter díxít, íſaac, ſed addídit, fílium tuũ, quẽ præter omnem expectatíonẽ genuíſtí, & ín ípſa ſenectute habere potuíſtí, dílectũ, deſyderabílem tuũ, quẽ tam ímmodíce díligis íſaacum, quem ſucceſſurum tíbí expectas, ex quo & ſemen tuum multíplícandũ promíſí, & ín tantum multíplícandũ, vt ſtellarũ multítudíní & harenæ quę eſt íuxta líttus maris adęquetur. Illũ ípſum accípe. & vade in terram excelſam, & offer eũ íbí ín holocauſtũ ſuper vnum montíum, quẽ tibí dícam. Admíror ego, quomodo hæc íuſtus auribus ferre potuerít. Illum eñ ípſum (ínquit) tam deſyderabílem tíbí, offer mihí ín holocauſtum ſuper vnũ montíum. Quíd ígítur íuſtus? non turbatus eſt anímo, non confuſus eſt mente, non conſílío deſtítutus eſt, ín tã graui præcepto nõ cogítabat, nõ ratíocínabatur ſecũ, Cur hoc Quí mihí præter omnẽ expectatíonẽ beneficíũ exhíbuít, quí per míſerícordíã ſuã emortuã Saræ vuluam generatíoní ídoneam fecít, nunc poſtquã ablactatus eſt & creuít, & ín flore ætatís eſt, occídere, & ín holocauſtũ offerrí præcípít. quí pauloantea díxít, In ípſo vocabítur tíbí ſemen. nunc díuerſa præcipít. Et quomõ ímplebuntur quæ ab eo præcepta? Quo pacto enim fíerí poteſt, vt radíce exacta ramí pullulent, vel ſucciſa arbore fructus proueníãt, vel fonte arefacto fluuíj reddãtur? Iuxta hominís ratiõnẽ talía fíerí non eſt poſſíbile, deo autẽ volente fíerí poſſunt omnía. Cęterum horũ níhíl cogítauít ſecum íuſtus ílle, ſed ſícut gratus famulus, omní ratíone humana vnam tantũ rem curabat, vt ímperata opere ímpleret, & quaſi factus ab humana natura alíenus, & poſtponandam ducens díuínís præceptís omnẽ affectíonẽ & dílectíonẽ, ad ímplenda bona feſtínauít. Et quũ ſurrexíſſet (ínquit) Abraham mane, ſtrauít aſínam ſuam, accepít autem ſecum duos ſeruos. & ſcíſſís lignís ín holocauſtũ, quum ſurrexíſſet profectus eſt. Et venít ín locum, quem díxít ei deus, die tertio. Víde míſerícordem dominum, quomodo & ínteruallo loci, íuſtí pro-

bauit virtutem. Cogita autem, quid probabile fuerit, triduo illo substinuisse iustum
D Reputabat enim secum, sibi præceptum esse, quod suis manibus tam dilectũ filiũ occidere debeat, & nec rem illi cõmunicare & detegere audeat. Et obstupesce piũ religiosum que & prudentem animum. Quia enim sciebat magnitudinem præcepti. prorsus hoc significauit neque pueris, neq; isaac ipso, sed solus secum agonem illam decertabat, et quasi adamas manebat inuictus, robur cogitationum tantum declarans, et non multa causatus obtemperabat magno cum desyderio nutui diuino, Sed postquam ad locum illum peruenit, vt respexit (inquit) Abraham oculis suis, vidit locum a longe, & dixit seruis suis. Sedete hic cum asina. Vide et hic iusti magnam prudentiam, et pueris vult esse occultum, per omnia declarans, quod cum feruenti alacritate, & intento desyderio implere vellet quod deo probabatur. Nam quia sciebat, quod nouum & inauditum esset. neque ab vllo vnquam tale quiddam factum erat antea, facit vt lateat pueros. Et relictis
E eis cum asino, inquit, Hic expectate. Ego enim & puer ambulabimus vsq; illuc, & quum adorauerimus, reuertemur ad vos. ignorans futurum quod dicebat, sed prophetauit quidẽ, ignorans tamen fortassis. Dicebat autem hęc pueris. forte vt imponeret eis, & faceret vt ibi manentes non sequerẽtur. Accepit autem Abrahã ligna holocausti. & imposuit Isaac filio suo. Tulit quoq; in manibus ignem & gladiũ, & perrexerunt duo illi simul, O animę fortitudinẽ, o spiritus soliditatem, Et imposuit (inquit) Isaac ligna holocausti, ipse autem gladium & ignem accepit. & iuerunt ambo simul. Qualibus oculis spectabat puerum ligna afferentẽ, super quæ non multo post illum impositurus erat? Quomodo manus ferre potuit ignem & gladium? Et manus ferebat ignem qui sensibilis erat, intus autem accendebat ipsius mentẽ, & rationem absumebat, & persuadebat vt vinceret amor in deum, faciebatq; cogitare, quod is qui iam dederat, supra humanã naturam factum esse patrem, iterum posset & nunc, quę humanam transgrediuntur rationẽ operari, Cæterum vide obsecro præterea, ante sensibilem ignem, incendium, quod paulatim exardescebat, & iusti mentem concremabat. Dixit autẽ (inquit) isaac ad Abrahã patrem suum, Pater. Sufficiebat hoc verbum ad lancinãdum iusti huius viscera, Ille autem dixit, Quid est fili? Patrem vocas, paulo post futurum orbũ, & ego filium appello qui non multo post altare ascensurus est, meis occidendus manibus. Deinde puer inquit, Ecce
F ignẽ affers, & ego ligna, vbi est hostia immolãda? vbi est ouis ad incensum? Consydera obsecro hic, quomodo probatur iustus? quomodo tulit auribus? quomõ potuit respondere puero? quomodo non est confusus mente? quomodo futura occultauit a puero? sed inquit generoso spiritu, & forti anima, Deus videbit sibimetipsi de oue ad holocaustũ fili. Vide etiam hic, ignarus insinuat iterum quod futurum. Videbatur enim per responsum decepturus isaac, sed illum quidẽ verbis interim solatur, ipse autẽ maiorẽ gratiorẽq; dolorẽ pertulit, verba in anima versans, & cogitans pueri elegantiã externã, internamq; pulchritudinem, obedientiã, gratiam, ætatis florem. Cũq; irent ambo, venerunt ad locũ, de quo dixit ei dominus. Venerunt (inquit) ad montem excelsum, quem scilicet ei dominus indicarat, Et ædificabit ibi Abraham altare. Iterum obstupesco iusti fortitudinem, quomodo potuerit extruere altare, quomodo valuerit, quomodo non defecerit prę angustia, sed & altare ędificauerit, & iposuerit ligna. Et ligatum filium suũ isaac imposuit super altare. Et extendit Abraham manum suã: vt acciperet gladium, et occideret filium suum. Ne simpliciter prętercurramus dilecti quæ dicta sunt, sed consyderemus quomodo nõ auolarit a corpore anima, quomodo potuerit suis manibus colligare, & lignis im-

ponere tã dilectum, tã amabilem vnigenitum. Et extendit (inquit) Abraham manum suã, vt arriperet gladium, ad occidendum filium suum. O religiosam animam o fortẽ mentẽ, o ingens desyderium, o rationẽ vincentẽ humanã naturã. Accepit (inquit) gladium, vt occideret filium suum. Vtrum admirer & obstupescã iustius, fortẽ ne spiritum patriarchę, an pueri obedientiã quod neq; reluctatus est, neq; factum ægre tulit, sed cessit & obtẽperauit his quæ a patre facta sunt? Et sicut agnus, cum silentio super altare accubuit, expectans patris dexteram. Verum vbi illa pia mens sua omnia consummauit, & nihil intermisit, monstrans bonus dominus, quod non occidere puerum, sed potius iusti detegere virtutẽ volens hæc imperauerit, coronato iusto ob voluntatẽ suã, & accepta cõsummata hostia ex mẽte patriarchæ, nunc & suam declarat misericordiam. Et vocauit, inquit, angelus domini de cœlo, dixitq;, Abraham, Abraham. Nam quia videbat iustum iam accinctum & paratum ad immolationẽ, & volentem implere mandatum domini, idcirco vocat eum de cœlo, & dixit, Abraham, Abraham. Bene & hic geminatione vsus est, vt superetur impetus iusti, & quali per vocem detineatur iusti dextera, iam vrgens ad pueri cædem. Et dixit, Ecce ego. Et dixit, Ne iniicias manus tuas in puerum, neque facias illi quicquam. Nunc enim cognoui, quia times deum tu, & non pepercisti filio tuo dilecto propter me. Ne iniicias, inquit, manum tuam in puerum. Non hoc præcepi, vt opus fiat, neque occidi volens puerum tuum, sed obedientiam tuã omnibus manifestam facere. Igitur ne feceris ei quicquam. Contentus sum voluntate tua, & ex hac te corono & prędico. Nunc enim cognoui, quia times deum tu. Vides quomodo humiliter se nostræ infirmitati hoc verbo attemperat? Quid igitur? ante hoc ignorabat iusti virtutem, & nunc cognouit omnium dominus? Non hoc, inquit, quia ipse nunc cognoui. Sed quid? Nunc inquit, omnibus declarasti, quomodo syncero timore deum colas. Nam ego sciui famulum meum, Quę autem nunc a te facta sunt, in doctrinam sunt tam præsentibus, quam futuris. Inno tuisti enim nunc omnibus quod timeas deum, & mandata eius opere cures implere quia non pepercisti filio tuo dilecto propter me. Illi qui tam dilectus, quem teneriter, tamq; germane amas, non pepercisti propter me, propter mandatum meum, propterea quia ego tibi præcepi, p̃ tulisti mandatum meum filio tuo, p̨inde et filiũ tuum accipe. Propter hoc enim præcepi tibi, vt semen tuum extenderetur, redimitus ergo obedientiæ tuæ corona, abi. Ego enim voluntatem coronare soleo, & propter mentem præmia præsto. Opere impleri congruit, quæ a te dicta sunt & pueris tuis, & isaac. Illis enim promisisti, Quum adorauerimus, redeamus. Ecce hoc nũc erit, & puero tuo rogante. Vbi ouis est ad holocaustum? deus videbit sibimetipsi de oue ad holocaustum, dixisti. Ecce quum respexeris, inquit, vide procul a te ouem, quã scilicet pro puero sacrificabis. Vt respexit enim, inquit, vidit, & ecce aries vn⁹ detinebatur cornibus in arbusto Sabek, & iuit Abraham & accepit arietem, & obtulit eum in holocaustum pro isaac. Vide religiosam tuam mentem, ecce id quod prius dixisti puero, hoc tibi præparaui. Et accepit, inquit, & obtulit in holocaustũ pro isaac filio suo. Vidisti dei misericordiam? Et sacrificium consummatum est, & patriarcha religiosam eius mentem declarauit, & a voluntate coronam reportauit & isaac accepto, redijt cum innumeris coronis. Hæc autem omnia figura fuerunt crucis, propterea & CHRISTVS Iudeis dicebat. Abraham pater vester exultauit, vt videret diem meum, & vidit, & gauisus est. Quomodo vidit, qui temporibus p̃cessit? per figuram per vmbram. Sicut enim hic ouis oblata est pro isaac, sic rationalis agnus oblatus est p̨ mundo. Oportebat ęnim in vmbra describi, & p̃signari,

A B C

antea veritatem. Vide obsecro hic, quomodo omnia per vmbram præfigurata sũt
vnigenitus illic, & vnigenitus hic, dilectus illic & germanus, dilectus & hic ac ger-
D manus. Hic enim est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. A patre ille in holocaustum offertur, & hunc pater exposuit. & clamat Paulus dicens, Qui sane proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo non & cum eo omnia nobis data sunt? Hucusque vmbra, postea rerum veritas magna excellentia monstratur. Agnus enim hic rationalis pro toto mundo oblatus est, totum orbem terrarum purificauit, homines ab errore liberauit, & ad veritatem adduxit, terram cœlum fecit, non elementorum immutata natura, sed conuersatione cœlesti hominibus super terram degentibus allata. Propter hunc omnis dæmonum cultus solutus est, propter hunc non adorentur lapides & ligna ab hominibus, & ante insensata insigniti ratione non procidunt, sed omnis abijt terror & veritatis lux orbem illustrauit. Vidisti veritatis excellentiam? vidisti quid vmbra,
quid veritas? Et vocauit (inquit) Abraham nomen loci illius: Dominus vidit, vt
E dicant hodie, in monte dominus visus est. Vide iusti religiosam mentem, quomodo vndequaque ex eis que acciderant appellationes locis imponit. Visitationem enim a deo factam, volens quasi in columna ærea insculpere loco per appellationẽ vocauit nomen loci, Dominus vidit. Sufficiebat quidem iusto pro præmio, quod viuus rediret Isaac, & quod meritus erat illã eximiã laudem, nempe qđ dixit, Nũc cognouit, quod tim es deum tu. Veruntamen is, qui donis certare cupit, & beneficijs semper vincit mentem nostram, coaceruat etiam nunc iusti voluntatis remunerationes, & inquit iterum ad eum, Vocauit enim angelus domini Abraham secundo de cœlo, dicens, Per memetipsum iurauí (dicit dominus) eo quod feciſti verbum hoc, & non pepercisti filio tuo dilecto propter me, profecto benedicens benedicam te, & multiplicans multiplicabo semen tuum sicut stellas cœli, & sicut arenam, quæ est in littore maris. Et hæreditate possidebit semen tuum ciuitates hostium. Et in semine tuo benedicentur omnes gentes terræ, eo quod audisti vocẽ meã Quia (inquit) impleuisti præceptum meum, & tuam obedientiam per omnia declarasti, propterea audí. Per memetipsũ iurauí, dicit dominus. Vide quomodo in sermone se demittit dominus, per memetipsum (inquit) iurauí, vt confidas omnino euentura tibi, que a me dicta sunt. Quãdoquidem enim homines promissis iuramẽta adhibent, vt stabiliorem accipiant promissionem ij, quibus promittitur, eapro-
F pter & dominus humana vsus consuetudine, inquit, Per memetipsum iurauí, eo quod feciſti verbum hoc, & non pepercisti filio tuo dilecto propter me. Consydera obsecro, misericordiam domini. Non pepercisti filio tuo dilecto propter me. & sane viuum reducit. At nondum finem vides dilecte, sed voluntatem & mentem disce, qua faciebat mandata citra ratiocinationem curiosam. Quantum enim aduoluntatem, cruentauerat dextram patriarcha, & per cutem pueri immiserat gladium perfectumq; obtulerat sacrificiũ, idcirco & dominus, quasi sacrificio reipsa cõsummato, laudat iustũ, & dicit, Non pepercisti filio tuo dilecto propter me. Tu quidẽ non pepercisti propter meum mandatum, ego autem pepercí propter tuam obedientiam. Propter hanc tuam obedientiam remunerans te, Benedicens benedicãte, & multiplicans multiplicabo te. Vide cumulatã benedictionẽ. Hic quip voluntatem tuam occisus est, in tãtam multitudinẽ ppagabit semẽ tuũ, vt stellis & arenæ adæquetur, Et omnes gentes in semine tuo multiplicabunt, eo qđ audisti vocẽ meam. Hęc oĩa (inquit) tibi propter obedientiã erunt. Nõne plurima nobis bona cõciliat, qđ obedimus deo, & p̃ceptis eius obtẽperamus? Ideo sicut patriarcha ille ne

curiosius inquiramus, quare talia ab eo imperata sint, & vt grati serui impleamus mã
data, rationemq; eorum relinquamus domino. Si sic docuerimus nosmetipsos, po A
terimus & eandem obedientiam declarare, quam iustus ille, easdemq; consequi co=
ronas. Quomodo autẽ obedimus? si mandata eius opere adimpleuerimus. Nõ enim
auditores (inquit) legis iustificantur, sed factores. Quę enim vtilitas, si quotidie au
diamus, & opera negligamus? Ideo oro, vt ad agenda opera festinemus. Neq; enim
aliter saluari nos possibile est, vt & peccata nostra abluamus, & misericordiam dei
consequamur, gratia & & miserationibus domini nostri IESV CHRISTI, cũ
quo patri & spiritui sancto sit gloria nunc & semper, & in secula seculorum. Amẽ.

CAPVT VIGESIMVMTERTIVM.

Facta est autem vita Sarre: anni centum viginti septem: et mortua est
in ciuitate Arbuk: que est in valle: ipsa est Chebron in terra Chanaan.
Venit aũt Abrahã lugere Sarrã. et deplorare. et surrexit Abrahã a
mortuo suo. Et dixit Abraham filijs Chet: dicens: Peregrinus & ad
uena ego sum apud vos: date mihi igitur possessionem sepulchri vobi,
scum: & sepeliam mortuum meum a me. Responderunt autem filij Chet Abrahe: di B
centes: Non domine: audi autẽ nos: Rex a deo tu es in nobis: in electis sepulchris
nostris sepeli mortuum tuum. Nullus enim nostrum a monumento suo te prohibe
bit: quin sepelias mortuum illic. Surrexit autem Abraham: & adorauit populũ ter=
re: filios Chet: & loquutus est ei Abraham: dicens: Si gratum habet anima vestra
vt sepeliatur mortuus meus a facie mea: audite me: et loquimini pro me Ephron fi,
lio Saar: & det mihi speluncam duplicem quam habet: que est in parte agri sui: pe,
cunia iusta det mihi eam in vobis: in possessionem monumenti. Ephron autem sede,
bat in medio filiorum Chet. Respondit autem Ephron Chetteus Abrahe: & dixit
audientibus filijs Chet: et omnibus ijs qui ingrediebantur ciuitatem: dicens:
Apud me sis domine: & audi me: agrum & speluncam que est in eo: tibi do: coram om
nibus ciuibus meis tibi dedi: sepeli mortuum tuum. Et adorauit Abraham coram
populo terre: et filijs Chet: et dixit ad Ephron: In aures coram omni populo ter=
re: Quia apud me es: audi me: et pecuniam agri accipe a me: et sepeliam mortuum
meum illic. Respondit autem Ephron Abrahe: dicens: Non domine: audiui
enim: quod quadringentorum siclorum preciũ sit inter me et te. Quid hoc fuerit? Tu
autem mortuum tuum sepeli. Et audiuit abraham Ephron pecuniã quam dixit in
auribus filiorum Chet: quadringentos siclos argenti probati negociatoribus. Et C
est ager Ephron: qui erat in spelunca duplici: qui est iuxta faciem Mãbre. Qui ager
et spelunca: que erat in eo: & arbor que erat in agro: que est in omnibus finibus eius
circumcirca: abrahe in possessionem coram filijs Chet: et omnibus qui ingredieban
tur in ciuitatem. Post hec sepeliuit abraham Sarram vxorem suam in spelũca agri
duplici: que est e regione Mambre: ipsa est Chebron in terra Chanaan. Et vsurpa
uit abraham agrum et speluncam: que erat in illo: in possessionem sepulture apud fi,
lios Chet.

CAPVT VIGESIMVMQVARTVM.

Et Abraham erat senex qui profecerat diebus: et dominus benedi,
xit abraham per omnia. Et dixit abraham puero suo seniori domus
sue principi omnium substantiarum suarum: Pone manum tuam sub
ter femur meum: et adiuro te per dominum deum celi et deum terre:
vt non accipias vxorem filio meo Isaac de filiabus Chananeorum:

inter quos ego habito: sed in terram meam vnde ego natus sum: ibis: & in cognatio
nem meam: & accipies vxorem filio meo Isaac inde. Dixit autem ad eũ puer: Ne for
te non velit vxor ire mecum post me in terram hanc: inducam ne filium tuum in terrã
vnde venisti? Dixit autem ad eum Abraham: Attẽde tibi ipsi: ne inducas filium tuũ
D illuc. Dominus deus celi et de⁹ terre: qui sumpsit me de domo patris mei: et de ter
ra de qua natus sum: qui dixit mihi: et qui iurauit mihi: dicens: Tibi dabo terrã hãc
et semini tuo. ipse mittet angelum suum ante te: et accipies vxorem filio meo inde: si
autem non volet mulier ire tecum in terram hanc: mundus eris a iuramento hoc: tã
tum filium meum non inducas illuc. Et posuit puer manũ suã subter femur Abrahe
domini sui: et iurauit illi super verbo isto. Et accepit puer decem camelos de came
lis domini sui: & omnibus bonis domini sui secum: & surrexit: et profectus est in Me
sopotamiam in ciuitatem Nachor. Et stabulari fecit camelos extra ciuitatem iuxta
puteum aque vesperi: quando egrediuntur aquature. Et dixit: Dominus deus do
mini mei Abraham: prosperare coram me hodie: & fac misericordiam cum seruo tuo
Abraham. Ecce ego steti propter fontem aque: filie autem habitantium ciuitatem
egrediuntur: vt hauriant aquam: et erit virgo cui ego dico: Inclina hydriam tuam
vt bibam: et dicit mihi: Bibe et camelos tuos potabo: vsq; quo bibere cesset. illam
preparasti puero tuo Isaac: et in hoc cognoscam: quod fecisti misericordiam domino
meo abrahe. Et factum est antequam ipse loquens in mente sua perficeret: et ecce
Rebecca egressa que nata erat Batuelis filij Melche vxoris Nachor fratris au
E tem Abrahe: habens hydriam in humero suo. Virgo autem pulchra facie valde.
Virgo erat: vir nõ cognouerat eam. Vt descẽdit autem ad fontem: impleuit hydriã
suam: et ascendit. Accurrit autem puer in occursum eius: et dixit: Pota me parum
aqua er hydria tua. Illa autem dixit: Bibe domine mi. Et festinauit: et deposuit hy
driam super brachium suum: et potauit eum: quousq; cessaret bibere. Et dixit: Etiã
camelos tuos potabo et aquabo: quousq; bibant omnes. Festinauitq; et euacuauit
aquam in cannales: et cucurrit iterum ad fontem: vt auriret aquam: et aquauit
omnes camelos. Homo autem discebat eam: et silebat: vt scire et prosperum ne feci
set dominus iter suum: annon. Factum est autem cum cessassent omnes cameli bibe
re: accepit homo inaures aureas pondere drachme: et duas armillas super manꝰ
eius pondere decem aureum: et interrogauit eam ac dixit: Filia cuius es? annũcia
mihi: an sit apud patrem tuum locus diuertendi? At illa dixit ei: Filia Batuelis sum
Melcha: quem peperit Nachor. Et dixit ei: Et palearum & feni apud nos multum
est: et locus diuertendi. Quod cum probaret homo: adorauit dominum: et dixit:
Benedictus dominus deus domini mei Abrahe: qui non abstulit misericordi
am et iusticiam a domino meo: prospere me deduxit dominus in domum fratris do
mini mei. Et vt cucurrit puella: annunciauit matri sue iuxta verba hec. Rebec
ce autem frater erat: cui nomen Laban. Et cucurrit Laban ad hominem foras
ad fontem. Et factum est: quando vidit inaures et armillas super manus soro
ris sue: et quando audiuit verba Rebecce sororis sue: dicentis. Sic loquutus
F est mihi homo. Et venit ad hominem: quum staret ille apud camelos apud fon
tem: et dixit ei: Veni ingredere. Benedictus dominus. Quare stetisti foris? ego au
tem parauí domum et locum camelis. Ingressus est autem homo in domum.
Et destrauit camelos: et dedit paleas et fenum camelis: et aquam ad lauandos
pedes eius: et pedes virorum qui cum eo erant: et apposuit eis panem ad vescen
dum. Et dixit: Nequaquam comedam: donec loquar ego verba mea. Et dixe
runt: Loquere. Et dixit: Puer Abrahe ego sum. Dominus autem benedixit
dominum meum valde: et exaltatus est: et dedit ei oues et vitulos: aurum et ar
gentum: pueros et puellas: camelos et asinos. Et peperit Sarra vxor domini

mei filium vnum domino meo. quum ipse iam senuisset: ⁊ dedit illi omnia quecunq; habuit. Et adiurauit me dominus meus: dicens: Non accipies vxorem filio meo de filiabus Chananeorum: inter quos ego habito in terra eorum: sed in domũ patris mei ibis: ⁊ in cognationem meam: ⁊ sumes vxorem filio inde. Dixi autem domino meo. Ne forte non velit vxor venire mecum. Et dixit mihi. Dominus deus cui cõplacui coram eo: ipse emittet angelum suum: ⁊ prosperã faciet viam tuam: ⁊ accipies vxorem filio meo de cognatione mea: ⁊ de domo patris mei: tunc innocẽs eris a maledicto meo. Quando enim veneris ad cognationem meam: ⁊ non tibi dederint: et eris innocens a iuramento meo. Et quum venissem hodie ad fontem: dixi: Domine deus domini mei Abrahe: si tu prosperam facis viam meam: eam in qua nunc ambulo: ecce astiti apud fontem aque: ⁊ filie hominum ciuitatis egredientur ad ferendas aquas. Et erit virgo: cui ego dixero: pota me ex hydria tua parũ aqua: ⁊ dixerit mihi Et tu bibe: ⁊ camelos tuos aquabo: Ista est vxor: quam preparauit dominus suo famulo Isaac. ⁊ in hoc cognoscam: quod feceris misericordiam domino meo Abrahe Et factum est: antequam ego loquens in mente mea perficerem: statim Rebecca egressa est: habens hydriam super humeros: ⁊ ascendit ad fontem et aquauit: Dixi autem ei: Pota me. Et festinauit ac deposuit hydriam super brachium suum a seipsa ⁊ dixit: Bibe tu: et camelos tuos potabo. Et bibi. Et camelos potauit. Et rogaui eam: ⁊ dixi: Filia cuius es? Illa autem dixit: Filia Bathuelis sum filij Nachor: quẽ peperit ei Melcha. Et circũposui ei inaures ⁂ super brachia eius: ⁊ armillas super manus eius. Quod cum mihi probaretur: adoraui dominum: ⁊ benedixi dominum deum domini mei Abrahe: qui prosperum me fecit in via veritatis: vt acciperem filium fratris domini mei filio illius. Si igitur facitis vos misericordiam et iustitiam cum domino meo: quod si minus: annunciate mihi: vt conuertar ad dextram vel sinistram. Responderunt autem Laban et Batuel: ⁊ dixerunt: A domino exijt verbũ hoc: non possumus tibi contradicere vel bonũ vel malum. Ecce Rebecca coram te: accepta ea ocyus abi: ⁊ erit vxor filio domini tui sicut loquutus est dominus. Factũ est autem quum audiret puer Abrahe verba ista: adorauit super terram dominum: et prolatis vasis argenteis et aureis et vestimentis puer dedit Rebecce: et dona dedit fratri eius et matri eius. Et comederunt et biberunt tam ipse: quam viri qui cum eo erant: et dormierunt. Quumq; mane surrexisset: dixit: Emittite me: vt abeã ad dominum meum. Dixerunt autem fratres illius et mater: Maneat virgo nobiscum dies quasi decem: ⁊ post hec proficiscetur. Ille autem dixit eis: Ne delineatis me: et dominus prosperum fecit iter meum. Emittite me: vt abeam ad dominũ meũ At illi dixerunt: Vocemus puellum: et interrogemus os eius. Et vocauerũt Rebeccam. et dixerunt: Ibis cum homine isto? Illa autem dixit: Ibo. Et emiserũt Rebeccam sororem suam: et substantiam eius: et puerum Abrahe: et eos qui cũ eo erãt et benedicerunt Rebeccam: et dixerunt ei: Soror nostra es: fias in mille decem millium: et hereditate accipiat semen tuum ciuitates aduersariorum. Et cum surrexisset Rebecca et delicatule eius: ascenderunt super camelos: et profecte sunt cum homine. Et puer recepta Rebecca: abijt: Isaac autem deambulabat per solitudinem iuxta fontem visionis. Ipse autem habitabat in terra versus Affricum. Et exiuit Isaac: vt meditaretur in campo ad crepusculum: ⁊ eleuatis oculis vidit camelos venientes. Rebecca quoq; eleuatis oculis vt vidit Isaac: desilijt a camelo: ⁊ dixit puero: Quis est homo ille: qui ambulat in campo in occursum nostrum? Dixit autẽ puer Hic est dominus meus. Illa autem accepto theristro: cooperta est. Et annunciauit puer Isaaco omnia verba que fecit. Intrauit autẽ Isaac in domum matris sue et accepit Rebeccam. Et fuit eius vxor: ⁊ dilexit eam: ⁊ consolationẽ accepit Isaac super Sarra matre sua.

A

B

⁂ Super nares eius μυκτῆρας αὐτῆς.

C

HOMILIA.XLVII.

D

MIdistis heri patriarchę fortitudinē? vidistis animam adamante solidio rem, quam ille habuit ob magnam in deū charitatis? Sacerdos pueri factus est, & proposito quidem cruētauit dextram, sacrificiumque ob tulit, per ineffabilem autem misericordiam dei saluo & sano filio suo re cepto redijt. & propter voluntatem prædicatur, coronaq; fulgida redi mitur, & summū agonem certauit, & per omnia pietatem mentis suæ declarauit. Videamus autem & hodie iustum illum, quantam filij habuerit curam. Nam post- quam a sacrificio illo nouo & admirabili redijt, excipit eum Saræ luctus, quū autē petijsset a filijs Chet possessionem sepulchri, empto loco imposuit mortuum. Hoc primum principium possessionis fecit patriarcha propter Saræ mortem, mōstrās nobis scriptura diuina virtutem patriarchæ per omnia, & quod sicut peregrinus & aduena toto tempore egit, atq; hoc assignauit, vt discamus, quod tanto superno præ

E sidio fruens, & sic illustris factus, & in tantam multitudinem diffusus, proprium se- pulchrum non possedit, sicut nunc multi faciunt, agros & villas infinitamq; aliam substantiam possidere studentes. Habebat enim sufficientes diuitias mentis, & in illis non erat anxius. Audiant qui repente & in vno temporis momento omnia cor radunt, & vbiq; (vt ita dicam suæ auaritæ concupiscentiam extēdunt, imitenturq; patriarchā, qui nullibi habuit locū, quo Saræ collocaret reliquias, tunc primū, quā do ab ipsa necessitate cōpulsus est, emit agrū & speluncā a filijs Chet. Nam quod spectabilis erat apud Chananæos, audi filios Chet ad eum dicētes, Rex a deo es tu in nobis, in electis sepulchris nostris sepeli mortuū tuū, nullus enim nostrū prohi- bebit te a sepulchro suo. Cæterum vide iustum, quomodo operibus suis doceat op timæ vitæ mores. & non prius vult accipere monumentum, priusquam iustū dinu- meret precium. Nam licet vos (inquit) ita beneuoli erga me sitis, at ego non patiar nisi prius debitum precium dependerim, & sic accipiam sepulchrū. Et data (inquit) pecunia, accepit sepulchrum. Fuit aūt (inquit) vita Saræ centum vigintiseptem an norum, & mortua est, & sepeliuit Saram vxorem suam in spelunca agri duplici, quę est e regione Mambre. Et qui iam clarus & spectabilis, & tantam apud deū habēs fiduciam, & apud omnes qui ibi agebant in tāto honore erat, vt & a filijs Chet rex nominaretur, neq; gradū pedis possidebat. Propterea & beatus Paulus prædicans virtutem iusti, scribens dicebat, Per fidem peregrinus fuit Abrahā in terra promis-

F sionis veluti peregrinus, cum in tabernaculis habitasset cum isaac & iacob cohæ- redibus eiusdem promissionis. Deinde docēs nos, quomodo fide peregrinus fuit, subdidit. Expectabat enim habentem fundamenta ciuitatem, cuius opifex & cō- ditor est deus. Spe, inquit, futurorum despiciebat præsentia, & expectatione maio rum bonorū minus curabat ea quæ in p̄senti vita sūt, atq; hæc ante legē & ante gra tiam. Qualem igitur habebimus nos excusationem, dic oro, qui tot annunciatiōes & promissiones ineffabilium bonorum inhiamus præsentibus, & emimus agros, & vbiq; clari esse studemus, colligemusq; hęc omnia per auariciam & rapinam? Et id quod beatus propheta cum lamēto dicebat, Vę his qui coniungunt domū domui vt quid a proximo auferant. hoc nos operibus implemus. An non quotidie fieri vi- demus spoliari orphanos, prędę patere viduas, infirmos a fortioribus opprimi? Verum iustus ille nequaquam sic, sed et sepulchrū emere quum voluit, quoniam vi dit eos, a quibus petijt, dare volentes, non prius accepit, quam iustum dependisset precium. Hæc itaq; mēte versantes dilecti, nos qui sub gratia, eū qui ante legē imi- temur, et ne multa possidendi cupiditate accensi, maiorem et grauiorem augmēte-

mus ignē inextinguibilē, & flammā intolerabilē. Audiemus enim si in huiusmodi & auaricijs manserimus ea quæ dicta sunt diuiti illi. Stulte ista nocte animā tuam auferent, quæ autem præparasti cuius erunt? Quare (dic mihi) vt colligas, tantopere studes ea, quæ nō multo post hinc abripiendus. hic relinques, & ex eis non solū A
nihil vtilitatis percipere valens, sed & onus peccatorū in humeris propriis ferens, & inutili pœnitudine ductus, nam ea quæ a te collecta sunt, in hostium deuenient manus, tu autē pro his rationē & pœnam dabis? Quantæ igitur est dementiæ alijs laborare, & te propterea pœnā dare? Esto autem, hactenus ita neglígenter nos gessérimus, nunc saltē quod decet, consultemus, & non tantum operam demus, vt nobis opes affluant, sed vt & iustitiæ magnam rationē & curā geramus. Neq; enī res nostræ intra hanc vitam totę conclusę sunt, neq; semper in aliena hac regione erimus, sed nō multo post in propriam remeabimus patriā, omnia igitur faciamus ne alibi egeni simus futuri. Nā quæ vtilitas, in aliena regione multas diuitias relinquere, in propria autē & in patria necessarijs carere? Itaq; oro, festinemus dū adhuc tēpus est, vt illuc transferamus etiam quę in hac aliena habemus. Enimuero licet multum inter se distent, facilis tamen est transuectio. Et secure illuc transferimus, & in thesauro indepredabili reponimus quæcunq; per pauperum manus præmittimus. Eorum enī manus in cœlestia promptuaria, sibi data reponūt. Quoniam igitur tā B
ta & facilitas & securitas, quare moramur & non omni studio hoc facimus, vt ibi ea inueniamus vbi eis maxime opus erit? Propterea patriarcha ille quasi alienam inhabitat Chananæā, quia illam expectabat ciuitatem, cuius opifex & conditor est deus. Si igitur voluerimus iustū hūc imitari, & nos ī illa occurremus, & in sinus patriarchę veniemus. Operum enī communio, & fruitionis communionē pręstat. Verum si placet redeamus ad sermonis seriem, & videamus, post Sarę mortem quā tam iustus curā agit pueri, Isaac dico. Audiamus igitur diuinā scripturā nobis narrantē. Et Abrahā erat senex, qui profecerat diebus. Et dominus benedixit Abraham per omnia. Quare hęc nobis assignauit scriptura? quia patriarcha diligēter curaturus erat, vt spōsa Isaaco adduceretur, ideo nobis eius ætatē assignauit. Quādo enim (inquit) ad extremam senectutem peruenit, volens isaacum a Chananæorū cognatione liberum esse, ita ne indevxorem duceret, vocato, inquit, famulo prudētiore, cōmendat ei negocium hoc, & dicit, Pone manum tuam subter fœmur meū. Lingua Gręca habet subter fœmur, Hebraica vero, subter lumbum. Et quare sic dicit? mos ille veterum erat. Aliter autem dic, quod hinc principium natiuitatis isaac fuit. Et tu discas, quod hoc facere consueuerint, vide, quia ipse imperat, vt manum ille eo ponat. Statim autē vt apposuit. Et adiuro, inquit: te per dominum deū cœli, & deum terrę. Vide quomodo & famulum docet, vt sciat vniuersorum conditorem. Nam qui dixit, deū cœli & deum terrę, omnem creaturam cōprehendit. Et quod iuramentum? Vt non accipias vxorē filio meo isaac de filiabus Chanaan inter quos ego habito, sed in terram meam in qua natus sum valde, & ad cognationem meam, & inde accipies vxorem filio meo isaac. Vidisti mandatum patriarche, quod famulo dedit? At ne perfunctorie prętereas dicta, sed cogita mentem & propositum iusti, & quo spectarit, & attende quomodo veteres non quęrebant substantiam multam, non diuitias, non seruos, & iugera agri tot & tot, non externæ venustatis formam, sed animę pulchritudinem, & morum nobilitatem. Nā quia vidit maliciam eorum, qui in Chananęa habitabant, sliens quantum bonum sit sortiri coniugem ijsdem moribus viuentem, pręcipit seruo, & iuramentum adhibet, vt ex sua cognatione vxorem adducat isaac, & neque interualum locorum,

C

Qualis vxor q̄ renda.

neque aliæ difficultates segnem eum in his reddunt, sed sciens rei necessitatem,
D omni cura mittit seruum. Cæterum patriarcha habens respectum virtutum animę & abhorrens a vicinorum malicia, ita quidem se gerit, at nunc omnes tale quiddam ne cogitarent quiddam. Nam etsi malis innumeris plena sit, hoc tantum inquirunt, quantum abundet pecunijs, cætera omnia posteriore loco habent, nescientes quod quum mens peruersa est, licet indicibiles affluant diuitiæ, facilius in extremam venient inopiam, & nihil eis proderunt opes, quum non sit ibi mēs quæ bene illas dispensare queat. Verum patriarcha seruo satis magnum mandatū dedit, & iuramento eum astrinxit. Videamus autē nunc & serui probitatem, quomodo imitatus sit pietatē domini. Nam postquā vidit tanto serio iustum sibi pręcipere, dicit ei, Si non voluerit vxor venire mecū, vis filium tuum in terram vnde existi inducam? Vt ne (inquit) si difficultas aliqua incidat, transgrediar mandata tua, rogo, quid oportebit me obseruare. & num placet tibi, vt illuc abeat Isaac,
E & accepta sponsa redeat, si non voluerit, vt mandasti, venire mecum? Quid igitur iustus? denegat hoc, & dicit: Ne reducas filiū meum illuc. Non erit hoc tibi opus. Qui enim mihi hoc annunciauit, & promisit semen eius ita multiplicandum, etiam hoc prospere faciet succedere. Ne igitur abducas illuc filium meū, dominus deus est cœli & terræ. Vide quomodo superius iurans, puerum de omnium conditore docet, & nunc precaturus, iterum eadem verba dicit, per omnia docens, vt seruus profecturus in illo fiduciam habeat, & de bono rei exitu bene speret. Docet enim eum quantam olim ab initio beneuolentiā dei inuenerit, & quod ille ipse, qui a domo paterna euocauerit, & vsq; ad hoc tempus ita gubernarit, iamq; in tam prouecta senecta Isaac dederit, prospera etiam quæ adhuc restant, faciet, Dominus enim (inquit) cœli & terrę, qui assumpsit me de domo patris mei, & de terra in qua natus sum, ille ipse, qui loquutus est mihi, Tibi dabo terram, & semini tuo. Ille qui tantā erga me declarauit benignitatem & curam, ipse mittet angelum suum ante te, & inde accipiet filio meo vxorem. Bene animatus (inquit) abi, certus enim sum, quod qui tantis me beneficijs hactenus prosequutus est, prioribus etiam illud addet, & mittet angelum suū ante te. Ipse (inquit) præcedet te, & viam prępparabit in omnibus, vxoremq; tibi notam faciet, vt accepta ea huc redeas. Quod si contingat, qđ absit, & reluctetur vxor venire huc, alienus eris a maledictione iuramenti. Nam filium meum illuc non reduces. Nullum eñ mihi dubium est, quin dominus sequun
F da tibi faciat omnia. Declarabat itaq;, quomodo virtuti diuinę bene fideret, & prohibet seruum, ne filium illuc inducat. Postea, quum diligenter mandasset seruo, curaq; eum liberasset (verebatur enim, ne mandato non impleto periurij reus fieret) Posita (inquit) manu sua subter femur, iurauit ei super verbo hoc, quod filium suum illuc non abduceret. Vidisti, quomodo ab initio seruus iudicauit suam erga dominū beneuolentiā? Vide nunc quomodo ex patriarchę doctrina melior euaserit, & imitatus fuerit domini pietatem atq; religionē. Acceptis eñ (inquit) decem camelis, & de omnibus quę domini sui erant, surrexit & profectus est in Mesopotamiā, in ciuitatē Nachor, & stabulari eos fecit extra ciuitatē iuxta puteum aquæ vesperi, quando egrediuntur aquaturæ. Et dixit, Dominus deus domini mei Abrahā. Vide serui sapientiā, orbis dominū a patriarcha nominat. Domine eñ (inquit) de⁹ domini mei Abrahā, qui tāta in illū beneficia collocasti. Et qđ miraris, si seruus eū vocat deū Abrahā? ipse oīum deus monstrans, quomodo iustorū virtutem magnificiat, inquit, Ego sum deus Abraham, & deus Isaac, & de⁹ Iacob. & dicit, Dñe de⁹ domini mei Abrahā feliciter occurre mihi hodie, & fac misericordiā cū seruo tuo

Abraham, quasi diceret. Fac vt impleantur quæ ille vult, & iuxta eius sententiã pro spera fac omnia. Fac misericordiã cum domino meo Abraham. Quid est, fac misericordiam? voti cõpotem eum fac. Deinde inquit, Ecce ego steti propter fontem aquæ, filiæ autem habitantium ciuitatem, egrediuntur vt hauriant aquã, & erit virgo cui ego dico. Inclina hydriam tuam, vt bibam, & dixerit mihi, bibe, & camelos tuos potabo, vsquequo bibere cessent, illam præparasti puero tuo Isaac, & in hoc cognoscam quod fecisti misericordiã domino meo Abraham. Vide serui prudentiã Nam quia sciuit patriarchę hospitalitatẽ, & quia virginem inde ducendã congruebat ijsdem esse præditã moribus, quibus iustus nullam aliam cõiecturã inquirit, sed characterem virginalis animi ab hospitalitate colligere vult, & inquit, Si quando ego aquam ab ea petiuero, dicens. Inclina mihi hydriam, & non solum faciet quod petiui, sed & candorem ac liberalitatẽ mentis suæ declarabit, & dicet. Etiam camelos tuos aquabo, morum suorum mititatem satis ex aquæ præbitione ostendendo. Animaduerte obsecro, quantũ fuerit, quod virgo tenera aquam non solũ annuerit eius petitioni, & deposuerit ab humeris hydriam, & ad satietatem præbuerit petenti, viro peregrino & prorsum ignoto, & non solum illi dedit, sed & camelos omnes aquauit, & per ea quæ fiebant monstrauerit animæ suæ ingenuitatem. An nescitis quod multi etiã viri denegant sæpe petentibus talia? Et quid dico de aqua quæ præbetur? Interdum quum faces tenent, & ab accedentibus orantur, vt paulisper expectent, quo lumen accendãt, id facere renuunt, tametsi nihil inde minuatur ignis, & multi sint qui accẽdere possint? Hic autem & mulier & puella, & hydriam super humeros ferens, non solum non grauatim tulit, quod ab ea peteretur, sed & plusquam petitum erat, concessit, & potum dedit vt petebat, & ex seipsa etiam camelos potare festinat. Annuerat eiñ misericors deus patriarchę precibus, angeloq; sibi misso omnia illa disposuit fieri, sicut seruus petiuerat. Dein postquam vidit reipsa preces patriarchæ efficaces, & obtinuit imaginem quã optabat, illiusq; eximiam vidit hospitalitatem, vide quid fit, dicit eiñ. Festinauit & euacuauit aquam in cannales, & cucurrit ad fontem vt hauriret aquã, & aquauit omnes camelos eius. Vide locupletissimã promptitudinẽ. Et euacuauit hydriam, & cucurrit. Quo monstratur puellæ indicibilis alacritas, quia neq; vt aliena aufugit, neq; prætextu cõtinentiæ petitioni renuit sed cum multa mititate inquit, Bibe domine. Cogita obsecro, quanta etiã ea ætate fuerit cõtinentiæ diligentia, & modestiæ eminentia, hospitalitatisq; frequẽtia. Quibus non opibus hæc sunt precios iora? Quibus non thesauris hęc sunt præferenda? Hæc, summa dos, hęc innumera bona, hęc, thesaurus qui non cõsumitur. Videns igitur prudens seruus efficacem dei prouidentiam, discebat eam (inquit) & silebat, vt sciret prosperum ne fecisset dominus iter suum, an non. Quid est, discebat eam? Verba puellæ diligenter consyderabat, aspectũ, incessum, habitum, alia q; omnia, & expectabat, vt sciret an prosperum fecisset dominus iter suum, an nõ. Nam quæ iam facta erant, dictæ insignitã & plurimam virginis indicabant virtutem. Et ideo remunerans eius obedientiam, & aquę suppeditationem, apponit ei (inquit) inaures aureas, & duas armillas, & diligenter addiscebat, vt se haberet. Et rogabat, cuius filia esset, &, num esset apud patrem eius locus diuersorij. Consydera & hic puellæ responsum. Nam sicut quum aquam peteret, non solum eam dedit, sed & camelos illius potauit, ita & hic rogante seruo, num esset locus, & cuius esset filia, inquit, Filia sum Bathuelis Melcha, quem genuit Nachor. Dicit & patrem & auum, vt ille eis cognitis fiat alacrior. Vide prudentiam puellæ, de patre rogatur, & non solum hoc indicat, sed & patrem patris. Et quum rogasset seruus solum, an esset locus diuerten-

di, illa addit, Et fœnum & pabulum multũ apud nos. Hæc vt audiuit seruus, & admiratus est miram & largam puellæ hospitalitatẽ. Et vt dicit, quod non ad ignotos
D quosdam venisset, sed in domũ Nachor, qui frater erat patriarchæ, Quod cum probaret (inquit) homo, adorauit dominũ, exhilaratus in his quæ cognouerat, & quæ ei puella dixerat. Adorauit dominum, & gratias illi egit, eo quod in patriarcham & in se tantã declarasset prouidentiã, & quod omnia tã prospere & facile successissent Et dixit, Benedictus dominus deus domini mei Abraham, qui non abstulit misericordiam & iustitiã a domino meo. Postquam vidit puellæ beneuolentiã, & ab ea omnia manifeste didicit, tunc & ipse puellæ significat quis sit, & per gratiarũ actionem in deũ manifestum ei facit, quod non ex aliena domo venit, sed frater Nachor sit qui huc eũ miserat. Hæc vbi didicit puella, cũ magna voluptate cucurrit, inquit. Vide quomodo in singulis declaret nobis hospitalitatis alacritatem, cursu, verbis, mansuetudine. Cucurrit, inquit, & annunciauit in domo matris suę iuxta verba hęc omnia. Ea quæ audiuerat a seruo, parentibus significauit. Et cucurrit, inquit, Labã ad hominem foras, ad fontem. Vide quomodo & hic cursu desyderium eius monstret. Et vt vidit hominẽ stantem apud fontẽ cum camelis, dixit ei, Veni, ingredere
E benedictus dominus, cur foris stetisti? ego dispposui domũ & locum camelis. Vide & hunc benedicentẽ deum in aduentu peregrini, & antequam hospitalitatẽ impleuit opere, multis eum exhortatus est. Veni (inquit) ingredere. Prius enim præparaui & locum & domũ camelis. Deinde ingresso eo, inquit, Destrauit camelos, & dedit paleas & fœnum & aquã, vt lauarẽtur pedes eius. Vide quomodo hi, qui adhuc in errore tenebantur, magnam hospitalitatis curam agebant. Et dedit aquã, vt lauarẽtur pedes eius, & pedes virorũ qui cum eo erant. Et apposuit eis panem ad comedendum. Sed hic attende obsecro, magnam famuli prudentiã. Quare? dicit enim, Nõ comedam, donec loquar verba mea. Vos quidem (inquit) officium vestrũ in me declarastis, ego autem nequaquam antea quietis meæ rationẽ habebo, vsquequo causam vos docuero, propter quã in hãc viam sim missus, & quare a Chananæa huc venerim, & quomodo in domũ vestram huc ductus sim, vt quum omnia didiceritis, tunc & vos vestrã erga dominum meũ beneuolentiã declarare poteritis. Et incepit narrare, & dixit, Seruus Abrahę sum ego, dominus autẽ benedixit dominũ meum valde, & dedit ei oues & vitulos, aurum & argentũ, seruos & ancillas, camelos & asinos. Et genuit Sara vxor domini mei filiũ vnum domino meo, quũ ipse iam senuisset, & dedit illi omnia quæcunq; habuit. Vide quomodo cũ diligẽtia omnia eis nar-
F rat. Illius sum (inquit) Abrahæ seruus, quem scitis. Discite itaq; quantã ab omniũ domino misericordiã consequutus sit, ita vt valde sit ditatus. Deinde docet & diuitiarum abundantiã, inquiens, Oues & vitulos, argentũ & aurum, seruos & ancillas camelos & asinos acquisiuit. Audite diuites, qui tot & tot quotidie emitis prædia, & balnea, ac deambulacra, & splendidas domus ædificatis. Videtis, in quibus diuitiæ iusti fuerint constitutæ? Nusquã ager, nusquã domus & superuacanea sumptuositas, sed oues et vituli, cameli et asinæ, serui et ancillæ. Et vt discas, seruorum multitudo vnde ei contigerit, addidit alio loco. Vernaculi omnes erant. Hic igitur (inquit) dominus meus, qui in tanta substãtia fuit, et multã superne gratiã inuenit, quãdo iam senuit Sara, filiũ peperit ei, hunc habens vnigenitũ, eum hęredẽ omniũ suorum cõstituit, quæcũq; habuit Dein postquã narrauit domini gloriã, et Isaac partum, dicit insuper et mandata quæ acceperat, vt in Charras proficisceretur. Et adiurauit me (inquit) dominus meus, dicens, Nõ accipias vxorẽ filio meo Isaac de omnibus filiabus Chananęorũ inter quos ego habito, sed in domũ patris mei vade, et

ad cognatione meam, et inde accipe vxorẽ filio meo. Et ipse quidẽ hæc mihi mandauit, ego autẽ difficultatem negocij mecũ perpẽdens, rogabam dominũ meũ. Si non voluerit vxor venire mecũ. Et dixit mihi, Dominus cui complacui coram eo, A
ipse mittet angelum suũ tecum, & accipies vxorem filio meo ex cognatione mea, & domo patris mei, & tunc innocens eris a maledictione mea. Igitur dominus qui dem hæc mihi mandauit, & talibus precibus factis, viatico me instructũ huc misit. Ego autem fretus illius precibus, vbi ad fontem veni, hęc verba loquutus sum, & dixi. Domine deus domini Abraham, si tu prosperũ facis iter, quod nũc obeo, ecce ego sto apud fontem aquæ, filiæ autem hominũ huius ciuitatis egrediẽtur ad ferendas aquas. Et erit virgo cui ego dixero, Porrige mihi parũ aquę ex hydria tua, si dixerit mihi, Et tu bibe, & camelos tuos aquabo, ipsa erit vxor quã præparasti seruo tuo Isaac. Et in hoc sciam, quod feciſti misericordiã domino Abraham. Hęc ego quidem, inquit, apud memetipsum deum rogaui, nondum autẽ finem acceperant, quæ a me dicta sunt, & confestim adimpletũ est. Nam priusquã ego dicendi finem facerem, ecce Rebecca exijt aquã ferens in humero suo, dicebã autem ei, Da mihi potum. Et accelerans, deposuit hydriã suam, & dixit mihi, Bibe & tu, & camelos B
tuos aquabo. Et cum viderem iam euidentẽ fieri dei prouidentiã, interrogabam cuius esset filia. Et vt didici e quibus esset nata, dixit quod nõ ad alienos venissem, sed in domũ Nachor fratris domini mei. Vnde sumpta spe bona, appẽdi ei inaures & armillas, & quũ hoc placeret, adorauí dominũ, & benedixi deũ domini mei Abraham, quia prosperũ me fecit, vt assumerem filiã fratris domini mei. Verum hæc ita a domino dispensata sunt, & ad preces domini mei ita euenerunt. Cæterum vos si quam ipsi declarabitis, & facietis misericordiã & iustitiam cũ domino meo, annunciate mihi. Iam mihi, inquit, significate, vt scire possim, quid oporteat me facere. Quod si minus placet, & idipsum dicite, vt alio iter faciam, & me conuertam vel ad dextram, vel ad sinistrã. Postea quoniã deus erat, qui omnia propter preces patriarchæ secundabat, dicunt ei pater virginis & frater, A domino exijt verbum hoc, non possumus tibi contradicere vel bonum, vel malũ. Ex narratione tua satis intelligimus, totũ hoc diuina dispensatione fieri. Ne igitur putes nos velle aduersari his quæ deo probãtur. Ecce habes virginem, tolle eam & proficiscere, & erit vxor filio C
domino tuo, sicut loquutus est dominus. Vidisti quomodo solebant olim filijs suis vxores ducere? Quomodo magis animæ generositatem quam opum abundantiã inquirebant? nusquã instrumenta, nusquã pacta, & alia ridicula quæ nunc apud nos fiunt, & verba illa quę in literis continentur, Si absq; liberis (inquit) moritur, si hoc & hoc contingat. Verũ apud illos nihil tale, sed maximæ & securissimæ literæ erãt virginis mores, nusquã cymbala & choreæ. Et hoc scies, quando ad sponsum virginem videris introduci. Vt ergo audiuit seruus hæc a patre & fratre, adorauit deũ super terram. Vide quomodo in omnibus quę fiebant, vniuersorũ domino gratias offert. Ipse enim erat, qui antea præparabat omnia. Et iuxta verbũ patriarchæ præmittebat angelum ante illum, qui omnia felicíter ordinaret. Deniq; quia certior factus de negocio bene perfecto, prolata (inquit) vasa aurea & argẽtea, & vestes dedit Rebeccæ. Nunc cum fiducia ministrat ei, quasi iam verbis desponsatã Isaac. Honorat autem donis & fratrem, & matrem, & quum vidit negociũ et mandatũ impletũ, tunc tandem refici se passus est. Comederunt, inquit, & biberunt ipse & viri qui cũ eo erant, & dormiuerunt. Cumq; mane surrexissent, dixit, Emittite me, vt vadam ad dominum meũ. Quoniam omnia mihi tam feliciter succesſerunt, & nihil est quod restet, sed vobis bene placet, dimittite me, vt abeam ad dominum meum. Dixerũt

autem (inquit) fratres & mater, Maneat nobiscū virgo diebus quasi decem, & post
D hæc abibitis. Ille autem dixit ad eos, Ne me detineatis, etenim dominus prosperum
fecit iter meum, dimittite me, vt abeam ad dominū meum, Quare (inquit) differtis,
quum deus tantā facilitatē mihi in omnibus dederit? Dimittite me, vt abeam ad do
minum meū. Illi autē dixerunt, Vocabimus puellam, & interrogabimus eā. Et vo
cauerunt eam, dixeruntq; ei, Ibis cum homine? Illa autem dixit, ibo. Et dimiserūt
Rebeccam sororē suam, & substantias eius, & seruum Abraham / & eos qui cum eo
erant. Et benedixerunt (inquit) Rebeccam, & dixerunt ei, Soror nostra es, fias in
mille decem milliū, & hæreditate possideat semen tuum portas inimicorum tuorū.
Vide quomodo & illi ignorantes virgini quę futura sunt, dixerunt, deo mentē eorū
ad hoc dirigente & incitante. Vtraq; enim ei prædicta sunt, tum quod in mille myria
des fieret, tum quod semen eius hæreditatem possessurū esset portas inimicorū. Vi
disti per omnia euidentē dei prouidētiā relucere / quomodo per infideles futura, vt
prædicantur / dispensat omniū dominus? Cum surrexissent autem Rebecca & an
cillæ eius, ascenderunt super camelos. Vidisti qualem sponsam ducat patriarcha?
aquantem / & hydriam super humeros ferentē, & nunc iterum ascendentē super ca
E melos. Nusquā mulæ argento fulgentibus cerui cibus / neq; famulorū turba / neq;
magna mollities, quæ nunc fieri solet. Sed tāta erat priscarum mulierū robur, vt &
in camelos suos ascenderent, & sic iter facerent. Et profectæ sunt (inquit) cum ho
mine. Isaac autē egressus erat, vt meditaretur in agro ad crepusculum / & ibi eleuatis
oculis / vidit camelos veniētes. Rebecca autē vt vidit Isaac / desilijt a camelo, & dixit
seruo, Quis est homo ille, qui vadit in campo nobis obuiam? Vide puellæ generosi
tatem / postquam vidit Isaac / quærebat / quis esset. Et vbi didicit / quod ipse esset spō
sus, velauit se theristro / & veniens seruus / omnia clare annunciauit Isaac. Hic con
syderes oro, quomodo nusquam superflua illa & inutilia, nusquā diabolica pompa,
nusquā cymbala / & tibiæ / & choreæ et satanica illa conuiuia / et scōmata omni ob
scenitate plena / sed omnis honestas / omnis sapientia / omnis mititas. Intrauit autē
Isaac (inquit) in domū matris suæ, et accepit Rebeccā / et fuit ei vxor / et dilexit eā,
et consolationē accepit Isaac super Sara matre sua. Hanc imitētur mulieres, hunc
æmulentur viri. Sic spōsas ducere curent. Quare enim / dic oro statim ab initio sordi
bus impleri sinis puellæ aures / tam turpibus cantilenis / tam intēpestiua illa pompa?
nescis quomodo adolescentia per se in malum propēsa? Cur honesta nuptiarū my
steria inuulgas? oportebat omnia hæc depellere / et verecundiā principio docere puel
F lam / et sacerdotes vocare / et precibus et benedictionibus concordiā coniugij con
stringere / vt amor sponsi augeatur / et puellæ continentia crescat / et per omnia vir
tutis opera ingrediantur in domū illam / tollanturq; e medio omnes diaboli insidiæ,
et ipsi gratia dei vniti / iucunde vitam perficiāt, qua nobis omnibus frui detur, gratia
& misericordia domini nostri IESV CHRISTI, cui cum patre & spiritu sancto
sit gloria in secula seculorum, Amen.

CAPVT VIGESIMVM QVINTVM.

Dixit autē Abraham: & accepit vxorem: cui nomen Chettura: pe
perit autē ei Zembran: & Jezan: & Madan: & Madiam: & Jesboc: et
Soue. Jezan autem genuit Saba & Theman: et Dedan. Filij autē
Dedan fuerūt Raguel: et Nabdeel: et Assurim: & Latusim: & Loo
mim. Filij autem Madiam Ephar: & Aphir: & Enoch: & Abidæ: et
Eldaga. Omnes hi fuerunt filij Chetture. Dedit autem Abrahā
omnem substantiā suam Isaaco filio suo: Et filijs cōcubinarum suarū dedit abrahā

dona: & emisit eos ab Isaaco filio suo: adhuc viuens: versus orientē in terram orientis. Hi autem sunt anni dierum vite abrahe: quos vixit: centū septuaginta quinq; annis: & deficiens mortuus est abraham in senectute bona: senex & plenus dierum: & appositus est ad populum suum. Et sepelierūt eum Isaac & Ismael filij eius in spelunca duplici in agro Ephron filij Saar Chetthei: qui est e regione Mambre. In agro et spelunca: quam possederat Abraham a filijs Chet: illic sepelierunt Abraham et Saram vxorem eius. Factum est autem postquam mortuus est abraham: benedixit deus filium eius: & habitauit Isaac iuxta puteum visionis. Iste autem sunt generationes Ismael filij abrahe: quem peperit agar aegyptia ancilla Sare: Abrahamo: & hec sunt nomina filiorū Ismael: iuxta nomen generationū eius. Primogenitus Ismael: Nabeoth: & Cedar: & Nabdeel: & Abassam: & Masma: & Iduma: & Masse: et Choddam: & Theman: et Jetur: & Naphes: & Cedma. Hi sunt filij Ismael: et hec nomina eorum: in tabernaculis eorum: et in palatijs eorum: duodecim principes iuxta gentem suam. Et hi anni vite Ismael: centum triginta septem anni: et deficiens mortuus est: & appositus est ad genus suū. Habitauit autem ab Euilat vsq; ad Sur que est in faciem Aegypti vsq; eatur ad Assyrios: ante faciem omnium fratrum suorum habitauit. Et iste sunt generationes Isaac filij abrahe. Abrahā genuit Isaac. Erat autem Isaac annorum quadraginta: quando accepit Rebeccam filiam Bathuelis Syri sibi in vxorem. Orabat autem Isaac dominum pro Rebecca vxore sua: eo quod sterilis erat. Exaudiuit autem eum deus: et pregnans facta est Rebecca vxor eius. Colludebant autem pueri in ipsa. Dixit autem: Si sic mihi futurum erat: ad quid mihi hoc? Perrexit autem: vt consilium acciperet a domino. Et dixit dominus ei: Due gentes in vtero tuo sunt: & duo populi ex vtero tuo distincte erūt et populus populum precellet: & maior seruiet minori. Et impleti sunt dies: vt ipsa pareret. Et erant gemelli in vtero eius. Exiuit autem primogenitus rufus: totus quasi pellis hispidus. Agnominauit autem nomen eius Esau. Et post hoc exiuit frater eius: & manus eius apprehenderat calcaneum Esau. Et vocauit nomen eius Jacob. Isaac autem erat annorum sexaginta: quando peperit illos Rebecca. Creuerunt autem adolescentuli. Et erat esau homo sciens venationem: agrestis: Jacob autem homo simplex: habitans in domo. Dilexit autem Isaac esau: eo quod venatio illius cibus ei erat. Rebecca autem dilexit Jacob. Coxit autem Jacob coctionem lentis. esau autem venit ex agro deficiens: et dixit esau ad Jacob: Fac me gustare de coctione tua rufa hac: quia defecio: propterea vocatū est nomen eius Edō Dixit autem iacob ad Esau: Vende mihi hodie primogenita tua. Et dixit esau: Ecce ego vado mori: & ad quid mihi hec primogenitura? Et dixit iacob: iura mihi hodie. et iurauit ei. Vendit esau primogenituram: iacob autem dedit esau panem et coctionem lentis. Et comedit: et bibit: et surrexit ac abijt: et contempsit esau primogenituram suam.

HOMILIA.XLVIII.

Tetum vos ad consuetam mensam ducere volo & ex verbis Moysi cōuiuiū proponere, immo ex verbis sancti spiritus. Neq; em̄ a seipso hæc nobis exposuit, sed spiritu sancto afflat⁹. Videamus igitur, quid & hodie nos docere velit. Neq; em̄ simpliciter, neq; inuanum vitas sanctorum exponit, sed vt imitemur eorū virtutem, & imitatores simus bonorū operum quæ illi fecerunt. Nam postquā nobis diligenter narrauit ea, quæ ad sanctum patriarcham Abraham attinent, & docuit postremum illius certamen in immolatione filij, quod etsi non opere, voluntate tamen perfecit, finemq;

ímpoſuit narrationíbus íllís, nũc exponít nobís, quæ ad Iſaac occíſum & non occí
ſum pertínent, factum eĩ ænígmatí ſímile eſt. Audí eĩ Paulum dícentẽ, Fíde ob-
tulít Iſaac, cum tentaretur, & vnígenitum obtulít, ín quo promíſſiones acceperat.
D Deínde vt díſcam⁹, quomodo fíde hæc oĩa acta ſunt, & díuerſa promíſſioní, quæ
íubebatur facere, nõ perturbabatur, vnde íllũ & ín parabola & typo portauít. Quíd
eſt, & ín parabola portauít? Nam poſtquam eũ *in ſacrificiũ obtulít*, & mentẽ perfe
ctam declarauít, ipſe corona redímitus eſt, & accepto puero redíjt, & ſacrifícíũ per
ouem ímpletum eſt. Et oſtendít per omnia, vníuerſí conditor, ſuę míſericordíæ ex
cellentíã / & quod non occídí Iſaac / hoc ímperando / ſed íuſtí exercere obedíentíã
voluerít. Cæterũ ſícut vídimus patríarchæ vírtutem ín omnibus relucentẽ, age, &
quæ de Iſaac dícta ſunt hodíe ín mediũ afferentes, vídeamus quomodo & ípſe pía
& religíoſam mentẽ ín omnibus præ ſe tulerít. Dignum autẽ eſt, vt ípſa ſcripturæ
verba audíamus. Illæ autẽ ſunt (ínquít) generatiões Iſaac fílíj Abrahæ, Abraham
genuít Iſaac. Iſaac autem erat annorũ quadraginta, quando accepít Rebeccam fí-
líam Bathuelís Syrí ex Meſopotamía, ſororẽ Laban Syrí, ſibí ín vxorem. Conſy-
E dera obſecro dílectæ, díuínæ ſcripturæ dílígentíam, quomodo nihíl ſuperuacue po
nat. Quare nobís tempus Iſaac ponít / & dícit, Erat autem ísaac quadragínta anno-
rum / quando accepít Rebeccam? Non abſq; cauſa / neq; temere / ſed quía nobís Re
beccæ ſterílítatẽ narraturus erat, & quod ex precatione íuſtí, procreatío prolís con
ceſſa ſit. Vult autẽ docere nos, magnitudínẽ patientíæ ísaac / & clare índícare quan
De ora tione. to tempore líberís caruerít / vt & nos æmulantes íuſtum aſſíduí ſímus ín díuínís pre-
cíbus / ſí quando alíquíd a deo petíerímus. Si eĩ íuſtus íllе íta vírtute prædítus / & tã
tam apud deum gratiã habens, tantam præ ſe tulít conſtantíã & ſtudíum / cõtínuo
deũ orando / ita vt ſolueretur Rebeccæ ſterílítas, quíd dixerímus nos, qui tantís pec
catorum oneribus premímur / & neq; tamvarìam vírtutís íuſtí partem oſtendímus /
ſed & ſí alíquíd bene egerímus, ſtatím torpeſcímus, & reſílímus, níſi ſtatím exaudía-
mur? Propterea oro, vt ex hís quæ íuſto íllí euenerunt eruditi / nunquã ceſſemus ora
re deum / vt ignoſcat nobís peccata / feruenſq; & æſtuans deſyderium oſtendamus,
& non ægre feramus / neq; ſegníores fíamus / ſí nõ ſtatím audíamur. Fortaſſis ením
dominus cõtínuam noſtrã ſedulítatẽ blanda arte índucens / íta díffert / vt mercedẽ
patientíæ quoq; afferamus, & quía ípſe tempus ſcít / quando nobís vtile quod quæ
rímus. Neq; eĩ nos íta ſcímus, quíd nobís vtile / vt ípſe euídenter nouít / qui etíã ab-
ſcondíta mẽtis noſtræ cognoſcit. Proínde par eſt / vt nihíl curioſíus quæramus / vel
íncuſemus ín hís quæ a deo fíunt, ſed gratí ſímus, & admíremur íuſtorum vírtutes.
F Nam poſtquã díxít nobís díuína ſcriptura, quot annorũ fuerítísaac, dícit & de Re-
becca vxore eíus, quod ſterílís fuerít. Vide obſecro, íuſtí religíoſam mentem. Quo-
níam eĩ vídít naturam claudícantẽ, ad naturę conditorẽ confugít, & vínculanatu
ræ precíbus ſoluere feſtínauít. Deprecatus eĩ eſt (ínquít) ísaac ſuper Rebecca vxo
Deſteri litateſã ctarum mulie- rum. re ſua, quía ſterílís erat. Vnum hoc ín prímís operę precíũ vt quæramus, Quare, quũ
& ípſa & vir eíus vítæ fuerínt exímiæ, & ambo cõtínentíæ ſtudíoſí, ſterílís fuít? Nõ
poſſum carpere eorũ vítam, & dícere, quod ſterílítatem íllam peccata fuerínt opera
ta. Et vt díſcas rem mírã, quía non ſolũ ípſa ſterílís fuít, ſed & mater íuſtí Sara, neq;
mater eíus ſola, ſed & ſponſa Iacob vxor Rachel. Quíd ſíbí vult ílle ſterílíũ chorus?
omnes íuſtí, omnes vírtute prædítí, omnes a deo teſtímoníũ habentes. Nã de ípſís
dícebat, Ego ſum deus Abraham, deus Iſaac, deus Iacob. Beatus autẽ Paulus, Ideo
non confunditur deus, vt ínuocetur eorũ deus. Multę ípſorum laudes ín nouo, mul
tę ín veterí, vndíq; clarí & nobíles, & omnes ſteríles habuerunt vxores, multoq; tẽ-

pore caruerunt líberís. Quando ígitur víderis virũ & muliere m vírtutí dedítos, ca-
rereq; puerís, quando víderis pios & religionís ſtudioſos non habere líberos, ne tri
buas hoc peccatís. Multí eñ díuínæ diſpenſationís ſermones nobís ſunt arcaní. Et
pro omnibus gratías agere oportet, & ſolos íllos míſeros dícere, quí ín peccato ví- A
uunt, non eos quíbus fílíj deſunt. Quippe ſæpenumero multa deus díſpenſat, quo-
rum nos cauſam neſcímus. Eapropter vndequaq; ſapientíam eíus admirarí oportet
ac glorificari íneffabilem eius míſericordíã. Sed hæc quidẽ ad vtílítatem veſtram
dícta ſunt, ídeo vt multã gratítudínem exhíbeatís, neq; de díſpenſatione díuína cu-
ríoſe rogetís. Dícamus tamen & cauſam, propter quam mulíeres íllæ ſteríles fuerũt
vt quum víderís vírgínẽ noſtrum dominũ pariẽtẽ, ne ſís íncredulus. Exerce enim
hic tuos ſenſus, ínquit. ín vulua ſterilíum, vt quũ dídíceris lígatam & emortuam vul
uam díuína vírtute ad procreationẽ aperírí, índe copioſís argumentís acceptís. non
admíreris audíens quod vírgo pepererít, ímmo admírare & obſtupeſce, & ne ſís in-
credulus míraculo. Quãdo ígitur tíbí dícit íudæus, quomodo peperít vírgo? díc eí,
Quomodo peperít ſterílís & vetula? Duo ímpedímenta tunc erant, & ætas íntem-
peſtíua, & natura vítíata, ín vírgíne autem vnũ ímpedimentum fuit, quod nõ eſt par B
ticeps concubítus. Sterílítas ígítur íam viã parat vírgínítatí. Et vt ſcías, quod pro-
pter hoc ſteríles príus fuerunt, vt credatur vírgínítatís partus, audí verba Gabrielís De vír-
quæ ad vírgínem díxít. Poſtquam eñ venít, & díxít, Cõcípíes ín vtero, & paríes fí- ginita-
lium, & vocabís nomen eíus IESVM, obſtupefacta eſt & admírata, ac díxít, Quo te Ma-
modo erít mihí íſtud, quía vírum non cognoſco? Quíd ígítur angelus? Spírituſſan rię.
ctus ſuperueníet ſuper te, & vírtus altíſſímí obumbrabít tíbí. Ne quæras (ínquít) na
turæ modum & ordínem, quando ſuper naturam ſunt quæ fíunt. Ne ſpectes coníu-
gíj dolores, quando maíor quã ín nuptíjs natíuítatís modus erít. Et quomodo fíet
íſtud, ínquít, quoníã vírum non cognoſco Sane propter hoc erít, quoníã vírum nõ
cognoſcís. Nam ſí cognoſceres vírũ, nõ fuíſſes habíta dígna, vt huíc míníſterío ſer
uíres. Atq; a deo, qnod íncredula es, per hoc crede, non quía malũ nuptíæ, ſed quía
melíor vírgínítas. Hunc autẽ íngreſſum noſtrí omníũ domíní, dígníorẽ eſſe opor-
tet, quam noſtrũ. Regíus eñ fuít íntroítus. Oportebat autẽ & partí cum noſtra na
tíuítate cõmunícare, & partím alíenũ eſſe, & vtraq; hęc fuerunt. Et quomodo, audí
Nam de vtero prodíre, cõmune habet nobíſcum, abſq; nuptíalí autẽ congreſſu naſ
cí, ſupra noſtrã eſt natíuítatem Naturale eſt, quod humana natura eſt ín vtero, ſu- C
pra naturã humanam eſt, abſq; cõmíxtíõe eſſe prẽgnantẽ. Et propterea vtraq;, vt
per excellentíam, etíam cõmunionem, quam habet tecum, díſcas. Conſydera au-
tem, quanta ſapientia hęc facta ſint, neq; eminentía obfuit aſſímílatíoní & affínita-
tí ſuę nobíſcũ, neq; noſtra affínítas & ſímílítudo eius obſcurauít excellẽtíã, ſed ope
ríbus vtraq; oſtenſa ſunt, & alía perfecte habuít nobíſcum, alía nõ habuít, ſed ab eís
totus líber fuít. Verum vt dixí, propter hoc ſteríles fuerunt íſtę, vt credatur vírgíní-
tatís partus, vt ípſę nos manuducãt ad fidẽ promíſſionís. Audí eñ, quíd dícit ange
lus eí? Spírituſſanctus veníet ſuper te, & vírtus altíſſímí obũbrabít tíbí. Síc (ínquít)
poteris parere. Totum eñ operatione ſpíritus erít. Ne ígítur ſpectes ad terrã, e cœ
lís operatío venít. Spíritus gratię eſt, quod fít, ne quęras naturę modũ, ne íuxta nu
ptíarum leges íntelligas. Verum quoníã maíora ſunt verba hęc, quam vtílla cape-
ret, vult & alíam eí prębere demonſtratíonẽ. Tu autem obſecro, attende quomodo
ſterílís íſtam manuducat ad fídem partus. Quoníã prior demonſtratío maíor erat
cogítatíone vírgínís, audí quomodo & humílíorem ſermonem affert, per ſenſíbílía
ípſam manuducens. Et ecce, ínquít, Elíſabet cognata tua & ípſa concepit fílíum ín

senectute sua, & hic mensis sextus est ei quę vocatur sterilis. Vides quod sterilis propter virginem? Quoniã cuius gratia alioquin retulisset partum cognatæ, cuius item
D gratia & dicebat, Quę vocatur sterilis. Plane per omnia manuducebat eam ad credendum annũciationi, propterea & tempus dixit, & naturæ sterilitatem, propterea & tempus distulit conceptionis. Non emĩ statim a principio ei annunciatũ est, sed præterito tempore semestri, vt vteri sarcina conceptionem doceat. Et vide quanta Gabriel vtitur solertia. Non emĩ in memoriam ei reducit vel Saram, vel Rebeccam vel Rachelem. Quare & quam ob causam? Et hæ fuerunt steriles, & vetulæ, & magnum miraculũ fuit, sed quia erant antiquę narrationes, adducit eam ad hoc, quod nuper contigerat, vt mentem eius ad credendũ prouocaret. Sed necessarium est vt ad institutum sermonem redeamus, & significemus iusti virtutem, quomodo precibus sterilitatem Rebeccę soluit, & vincula naturę superauit. Deprecabatur autem, dicit, Pro Rebeca vxore sua, quoniã sterilis erat, & exaudiuit eum deus. Non, quia mox ita subditur & scriptũ est, putes e vestigio & protinus assequutũ esse quod optabat & quęrebat. Nam vigintí annis mansit orans & deprecans deum, & tunc tandẽ assequutus est quod desyderabat. Et vnde sciemus hoc? Si diligẽter ingredimur ad
E ea, quæ in diuina scriptura continentur. Non emĩ tempus a nobis absconditum est, sed signauit quidem, latenter tamen, ita vt prouocet desyderium nostrum, & ad dignam inquisitionem incitet. Nam sicut docuit nos annorũ numerum quot habuerit quando Rebeccam duxit, ita & hoc nobis manifestum fecit. Erat emĩ, inquit, annorum quadraginta, quando accepit Rebeccam filiam Bathuelis Syri. Didicisti diligenter tempus? deinde: postquã dixit, Deprecatus est Isaac pro vxore sua, quia sterilis fuit, vt discamus annorum numerum, assignauit nobis quot annorum fuerit Isaac, quando nati sunt ei filij de Rebecca. Erat autem Isaac, inquit, annorum sexaginta, quando peperit Rebecca. Si igitur quadraginta annorum erat, quando duxit sexaginta autem quando peperit vxor, manifestum quod annis vigintí perseuerauit orans deum, & vterum Rebeccæ inutilem generationi, idoneum fecit. Vidistis orationis vim, quod & naturam superet? Hunc omnes imitemur, & ita in precibus simus assidui, & anima sobrij, & humiliata mente. Audiamusq; Paulum admonentẽ & dicentẽ, Leuantes sanctas manus absq; ira & disceptationibus, & studeamus semper liberari a perturbatione, vt mens sit in tranquillo, maxime autem precum tempore, quando multa nobis opus est a deo misericordia. Nam si nos viderit operari
F iuxta leges quas ipse dedit, statim nobis donorum suorũ largitatem liberaliter concedet. Quod nobis assequi liceat, gratia & misericordia dñi nostri IESV CHRISTI, cum quo patri sit gloria simul & sanctospiritui, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

HOMILIA XLIX.

VItis etiam hodie apponamus charitati vestræ, ea quę in lectione hesterna relicta sunt? Ad finem emĩ perducere totũ argumentũ nequiuimus, sed ostendimus, quod per suas continentes preces Isaac valuerit Rebeccæ vulua m filiorum generationi reddere idoneam, naturamq; ipsam inutilem factam (vt ita dicam) reparare. Hæc omnia heri satis vos docuimus, monstrantes annorum numerũ, quibus, vt hoc impetraret beatus ille, orans & deprecans permansit, & in sermonem de sterilibus egressi, dicta vobis causa propter quam iustorum vxores steriles fuere, sermonẽ missum fecimus. Operęprecium autem, vt & hodie discatis Rebeccæ religiosam mentem, vt non solum

lucrum nobis a virtute iusti accedat, sed & ex historia quæ de Rebecca nunciatur, ad ęmulationē prouocare possimus auditores. Postquam eñ deus exaudiuit oratio nem iusti, & vterum gessit Rebecca, colludebāt (inquit) pueri in ea, & magno eam dolore affecerunt. Dixit eñ (inquit) si sic mihi futurum, cur mihi hoc? Neq; enim vnus erat nascendus, sed duo simul in vtero pueros gestabat, & ex angustia multum cruciatuum sentiebat. Sed vide obsecro, hic mulieris pietatem & religionem. Non enim fecit sicut mulieres multæ, quæ negligenter viuunt, facere cōsueuerunt. Non ad humanū confugit subsidium, non ad eos qui talia suis coniecturis, suęq; rationis obseruationibus iudicare volunt, neq; se exposuit deceptioni curiosorum, & eorum qui polliceri audent quæ supra humanā sunt naturam, sed abijt (inquit) vt consuleret dominū. Vide mulieris sagacitatem, quoniā vidit quod is qui vuluam eius reserarat, is naturæ esset dominus, & infœcundū ventrem repente ita fœcundū effecisset, & videbat vteri sarcinam magna quædā promittentem, perrexit (inquit) vt consuleret dominum. Quid est, perrexit vt consuleret dominū? Cucurrit ad veram scientiam, & festinauit ad sacerdotem dei ministrū, per quem latentiū scientiam volebat discere, & enarrans omnia quæ sibi cōtigerant, didicit diligenter omnia, misericor de deo per sacerdotis linguam detegente ei omnia manifeste, & alacriorē eam reddente. Et vide quāta & tunc erat sacerdotum dignitas. Nusquam eñ dicit, quod sacerdos ei responderit, sed postquam dixit, Abijt vt consuleret dominū, & dixit dominus ei, nempe per sacerdotem, Duæ gentes in vtero tuo. Et enim & alio loco angelum vocat sacerdotem diuina scriptura, monstrans quod illa loquatur quæ inspirat ac suggerit spiritus gratia. Dixit igitur dominus ei per sacerdotem, Duę gentes in vtero tuo sunt, & duo populi in ventre tuo diuidentur, & populus populo præstabit, & maior seruiet minori. Vide quia vaticinium prædicit ei omnia futura. Salientes eñ pueri in vtero, & incompositis gestibus se mouentes, iam omnia liquido prędicebant. Et nunc didicit mulier, quod non duos solum pareret pueros, sed quod illi in gentes propagandi sint. Et quando postea appropiauit tempus pariendi, exijt, inquit, primus rufus quasi pellis, hispidus. Agnominauit autem nomen eius Esau. Et postea exijt frater eius, & manus eius cōprehendit calcaneum Esau. Et vocauit nomen eius Iacob, quasi iam & ab initio quæ prædicta erant monstraret deus, Maior seruiet minori. Dicit enim, Tenebat manu calcaneū Esau, id quod erat signum de fatigantis eum qui fortis videbatur. Et consydera diuinā scripturam, quomodo propter ea quæ postea futura, iam prædicit, & ab initio monstrat nobis vtriusq; studiū, & quod ille quidē venationi deditus erat, hic vero rusticus erat homo. Simplex erat (inquit) domum inhabitās, propterea Rebecca diligebat Iacob, Isaac autem Esau. quoniā venatio eius (inquit) cibus erat illi. Vide quomodo pueros distribuit. Et mater quidem erga Iacob maiorem declarabat beneuolentiam, eo quod simplicem videbat, & domi versantem. Pater autē diligebat Esau, tum quod primogenitus (naturalem dilectionem sequens) esset, tum quod venatione eius vescebatur. Hæc quidem faciebat, vaticinium autem paulatim implebatur, dicens, Maior seruiet minori. Vide eñ statim. Coxit (inquit) Iacob coctionem, venit autē Esau ex campo, deficiens. Et dixit Esau ad Iacob, Da mihi gustare de edulio hoc rufo, quia deficio, propterea vocatum est nomen eius Edom. Da mihi hodie primogenita tua, ille autem dixit, Quid mihi his opus, quum mors iam me inuadat, nisi accepero cibum? Alius autem iuramentum exigebat, vt stabilis ei fieret illa concessio. Ecce nunc hic inuersus est ordo, & primogenitury dignitas transijt ad eum qui virtute animi præfulgebat. Et dedit (inquit) Esau primogenita, hoc est, vendidit cibi gratia dignitatē

A

Sacerdotū dignitas.

B

C

natura ſibi datam, ideo & ſubdidit, Et paruipendit Eſau primogenita, quaſi dicere
D ingratus erat ac indignus ea, quam ſibi natura dederat, dignitate. Hoc autem totũ factum eſt, vt illius demonſtraretur ingratitudo, & dei oraculũ adimpleretur. Hæc audientes, diſcamus nunquam negligere dona a deo nobis data, neq; perdere magna propter parua & vilia. Quare enim, dic mihi, propoſito regno cœlorum, boniſq; illis ineffabilibus, ita in diuitiarum cupiditatem inſanimus, & momentanea, & quæ ſæpe non vſq; ad veſperam permanent, perpetuis ſemperque duraturis præferimus? Et quid hac amentia deterius fieret, quando & illis priuamur ob nimium in ea amorem, & nunquam his frui pure poſſumus? Quæ enim vtilitas magnarum facultatum? An neſcitis, quod acceſſio multarum pecuniarũ nihil aliud nobis affert,
Declee moſyna. quam curarum incrementa, occupationes mentis & vigiliam? Non videtis, quod hi omnium potiſſimum ſerui ſunt, quibus plura affluunt, & quotidie vmbras ipſas timent? Inde enim naſcuntur inſidiæ, inuidentia, odium graue, & innumera alia mala. Et ſæpe vides eum qui habet decem milia talenta auri recondita / beatum vocare eum / qui in officina operatur / & ex labore manuum cibum acquirit. Qualis igitur voluptas, & quale lucrum / quando neq; his fruimur / & propter hanc concupiſcentiam etiam maioribus priuamur? Quid autem dico maioribꝰ / quum poſt mala quæ
E hic nos apprehendunt / & a bonis quæ alibi ſunt excidimus, & ad gehennam ipſam mittimur? Et nondum dico innumera peccata, quæ hic colliguntur / dolos / calumnias / rapinas / & fraudes / verum ſermo meus de eo eſt, qui ab omnibus illis liber, id quod perquam difficile & rarum. Qui autem opibus abũdat / & ipſe ſolus eis vtitur / & his qui opus habent non communicat, gehennæ ignem expectabit. Quod nos docet manifeſte parabola in Euangelio poſita / ſtatuens alios a dextris / alios vero a ſiniſtris / declarans illis pręparatum eſſe regnum cœlorum ob curam egenis impenſam, dicit enim, Veníte benedicti patris mei, in hęreditatem accipite præparatum vobis regnum ab origine mũdi. Quare, & qua de cauſa? Eſuriui enim, & dediſtis mihi vt comederem. His vero ignem æternum, dicit enim, Diſcedite a me in ignem æternum, qui pręparatus eſt diabolo, & miniſtris eius. Magnum verbi pondus, omnium dominus conditor & ſuppeditator dicit, Eſuriui, & non dediſtis mihi vt comederem. Cuius animam nõ mordebunt hęc verba, etiamſi lapidea ſit? Dominus tuus eſuriẽs obambulat, & tu es in delicijs, neq; hoc ſolum / ſed in delicij ſipſum deſpicis? tametſi nõ multum ſit, quod a te petit / nam panem ſolum / quo famem poſſit ſubleuare. Et ipſe quidem frigore rigeſcens, tu autẽ ſericis indutus / ne ſpectares qui
F dem, nullam compaſſionem prę te fers, ſed immiſericorditer præteris. Et quæ venia ſunt hęc digna? Ne igitur ſit hoc ſtudiũ noſtrum, vt multas quibuſuis artibus opes conquiramus, ſed illud conſyderemus, quomodo & hæc bene diſponamus, & egenis conſulamus, & ne ab illis excidamus, quę ſemper manent, & quę nullam admittunt viciſſitudinem ac mutationem. Quocirca diem mortis noſtræ incertum eſſe voluit dominus, vt nos prępararet continua ſobrietate & vigilantia, & ita magis ad virtutum ſtudiũ nos prouocaret, dicit enim, Vigilate, quia neſcitis neq; diem, neq; horam. Atqui nos plane diuerſum operamur, & dormimus ſomnum grauiorem, quam ſit naturalis ille. Nam qui naturali ſomno quieſcit, nec bonũ nec malum operatur, nos autem alium ſomnum dormimus, dormientes in virtutibus, vigilantes in vitijs, ſtrenui in malis, deſides in bonis, idq; facimus videntes quotidie multos hinc ad iudicem abduci, magnas autem aliorum eſſe viciſſitudines, & neq; tanta rerum mutatio ad virtutis amorem nos adducit, neq; diſponit vt deſpiciamus præſentia, & deſyderemus futura, præferamus ſomnijs & vmbre veritatem. Non enim diffe-

runt præsentia ab vmbris & somnijs. Proinde ne decipiamus nosmetipsos, ne sectemur vmbras, sed vel tarde aliquando salutis nostræ curam habeamus, & opes indigis euacuemus, vt pro illis remunerationem ab misericordi deo accipere mereamur A
æternam, qua nobis omnibus frui concedatur, gratia & misericordia domini nostri IESV CHRISTI, cum quo patri & spiritui sancto sit gloria, imperium, honor nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

CAPVT VIGESIMVM SEXTVM.

FActa est autem fames super terrã: preter famem priorem que fuerat tẽpore Abrahe. Et profectus est Isaac ad Abimelech regem Philistiim in Gerara. Visus est autẽ ei dominus: & dixit: Ne descendas in Egyptum: habita autem in terra quã tibi dixero: & peregrinus esto in terra hac: & ero tecum: & benedicam te. Tibi enim & semini tuo dabo terrã hanc: & statuam iuramentũ: quod iurau i Abrahe patri tuo: & multiplicabo semen tuũ sicut stellas celi: & dabo semini tuo omnem terrã hanc: & benedicentur in semine tuo omnes gẽtes terre: eo quod obediuit Abraham pater tuus mee voci: et custodiuit omnia precepta mea et iustificationes meas: et omnia legitima mea. Habitauit autẽ Isaac in Gerari: et interrogauerunt viri loci de Rebecca vxore eius: et dixit: Soror mea est. Timuit enim dicere: Vxor mea est: ne forte occiderent eum viri loci propter Rebeccam: quia erat pulchra aspectu. Fuit autem multo tempore illic. Quum autem prosperissẽt Abimelech rex per fenestram: vidit Isaac ludẽtem cum Rebecca vxore sua. B Vocauit autem Abimelech Isaac: et dixit ei: Profecto vxor tua est: cur dixisti: soror mea est? Dixit autem ei Isaac: Dixi enim: ne forte moriar propter ipsam. Dixit autem illi Abimelech. Cur hoc fecisti nobis? Fere cõcubuisset quispiã de genere meo cum vxore tua: et induxisses super nos ignorantiam. Precepit autẽ Abimelech omni populo suo: dicẽs: Omnis qui tetigerit hominem hunc et vxorem eius: reus mortis erit. Seminauit autem Isaac in terra illa: et inuenit in ãno illo centuplicans ordeum. Benedixit autem eum dominus: et exaltatus est homo: et proficiens maior factus: donec magnus factus est valde. Fuerũt autem ei pecudes ouũ: et pecora boum: et agricolationes multe. Inuiderũt autem ei Philistiim: et omnes puteos: quos foderant serui patris eius: obstruxerunt eos tẽpore patris eius Philistiim: et impleuerunt eos terra. Dixit autem Abimelech ad Isaac: Abi a nobis: quoniam potentior nobis factus es. Et discessit isaac inde: & mansit in valle Gerarorum: et habitauit illic. Et rursus isaac fodit puteos aque: quos foderunt serui Abrahe patris sui: et obturarũt eos Philistiim postquam mortuus est Abraham pater eius. Et cognominauit eis nomina ẽm nomina que nominauerat pater eius. C Et foderunt serui isaac in valle Gerarorũ: et inuenerunt illic puteum aque viuentis: et pugnauerunt pastores Gerarorum cum pastoribus isaac: dicentes suam esse aquam: et vocauerunt nomẽ loci illius Iniustitiam: iniustitia enim affecerũt eum. Profectus autem inde fodit puteum alterum: pro quo rixati sunt autem et de illo: et vocauit nomen loci illius Inimicitias. Profectus autem inde fodit puteũ alterum: et non pugnauerunt proeo: Et vocauit nomen eius Latifundium: dicens. Quia nunc dilatauit dominus nobis: et auxit nos super terram. Ascendit autem inde ad puteum iuramenti: et apparuit illi dominus in nocte illa: et dixit. Ego sum deus Abraham patris tui: ne timeas. Tecum enim sum: et benedicam te: et multiplicabo semen tuum propter Abraham patrem tuum. Et edificauit ibi altare: et inuocauit nomen domini: Et fixit illic tabernaculum suum. Foderunt autem ibi serui Isaac puteum in valle Gerarorum. Et Abimelech iuit ad eum de Gerari: et Hochozath prefectus Gynecei eius: et Phigor dux exercitus eius. Et dixit eis Isaac: Ut quid venistis ad me: vos autem odistis me: et expulistis me a vobis? Et dixerũt: Videntes vidimus

quia dominus erat tecum: et diximus: Sit iuramentum inter te et inter nos: & disponemus tecũ fedus: ne facias nobis cum malum: sicut nos non abominati sumus te: et quemadmodum vsi sumus te bene: et dimisimus te cum pace: & nunc benedictus tu a domino. Et fecit eis conuiuium: Et comederunt: et biberunt: & quum surrexissent mane iurauit vnusquisq; proximo: et dimisit eos Isaac: et discesserunt ab eo cum salute. Factum est autem in die illa: et venerunt serui Isaac: & nunciauerunt ei de puteo quem foderunt: et dixerunt ei: Non inuenimus aquam: & vocauit eum iuramentum. Propter hoc vocauit nomen ciuitatis illius: Puteus iuramenti: vsq; in hodiernum diem. Erat autem Esau annorum quadraginta: et accepit vxorem Judith filiam Beor Ethei et Basemoth filiam Elom Ethei. Et erant exasperãtes Isaac & Rebeccam.

HOMILIA L.

ITerum ex hesterna lectione doctrinam vobis afferam, & vt liquido sciatis vbi heri sermonem missum fecerimus, & vnde hodie resumendus sit, ea quæ supra dicta sunt, vestrę charitati in memoriam referre operæpreciũ fuerit. Fortassis enim vos, quia multis curis distrahimini, eorum obliti estis, & meum est, vt in memoriam vobis reducam ea, quo fiat manifestior sermo hodie dicendus. Scitis enim, & quod heri Rebeccæ pietatem enarrantes, inde ad Esau & Iacob deuenimus, & reliquimus, vbi primogenita Esau, vt cibum haberet, Iacob dedit, & propter cibi cupiditatem semetipsum suo honore priuauit. Hoc autem non temere factum, sed vt prophetia compleretur quæ dicit, Iacob dilexi, Esau autem odio habui. Nam quum deus futurorum sit præscius, prædixit & illius virtutem, & mentis illius malitiam. Quæ sunt illæ primogenituræ? Igitur quia tunc tempus non permittebat charitati vestræ clare, nunc necesse est vt doceam. Apud veteres fuit honor erat primogenituræ, & quod ita sit, hoc argumento collige. Quum deus Israelitarum gentem ex Aegypto liberare, & iuxta promissionem patriarchæ factam, a tyrannide Pharaonis asserere vellet, obluctante & detinere volente tunc Aegyptio, post varias plagas etiam hanc postremam eis intulit, quasi faciens vt Aegyptij suis manibus extruderẽt Israelitarum genus. Nam simul omnia Aegyptiorum primogenita occidi fecit. Vidisseq; in singulis domibus eiulatus & lachrymas. Neq; sic putabant finiri plagam, sed expectabant, ne mors in via vadens super omnes veniret. Itaq; quia in Aegypto, vna omnium primogenitorum mors fuit, Israelitæ autem diuina freti gratia, illæsi permanserunt. Monstrabatq; etiam per hoc omnium deus suam erga illos beneuolentiam, & imperabat postea, vt propter interfectionem primogenitorum Aegypti, primogeniti Iudæorum pueri sibi offerrentur. Hinc & tribus Leui in sanctum ministeriũ segregata est, & ex illo non solum primogenita hominũ oblata sunt deo, sed & brutorum, & in vniuersum omnium. Et præceptum erat, pro hominibus & brutis & immundis animalibus precium dependi. Quamuis autem legislatio hæc de primogenitis posterior fuerit, attamen iam supra & olim videbantur aliquod habere priuilegium, qui vuluam matris primum adaperiebant. Hanc igitur dignitatem, quam a natura habebat Esau, propter intemperantiam suam trãstulit in fratrem. Et ille quidem perdidit, quod a natura habebat, hic autem & quod nõ habebat a natura, accepit. Et quia hæc antea oraculo promissa erant, ideo & Rebecca appellatione ei indita, Iacob eum vocauit, quod scilicet supplãtationẽ interpretari potes. Sicut & Esau post patris benedictiones, eiulans dicebat, Recte vocatũ est nomen eius Iacob, supplantauit emm me iã secũdo, & primogenita mea accepit, & nunc tulit benedictionẽ

De primogenitis.

meam. Vide quantus erat priscorũ intellectus, vt & mulieres natis nomina non temere nec fortuito imponerent, sed appellarent filios iuxta futurorũ prædictionem Et raro inuenies aliquos eodem nomine appellantes filios, vel forte nusquam, sed siue mater, siue pater nomen filio impositurus erat rarũ quoddam & nouum imponebat. Ita & Lamech filium vocauit Noe, dicens, Hic nos requiescere faciet. Ita si singula nomina scruteris, omnino in omnibus inuenies aliquid insinuari, non sicut nũc faciunt simpliciter, & vt forte euenit, a parẽtibus agnominare solent, sed omnino illuc spectabant, vt perpetuam memoriã filijs inderent. Cæterũ videamus nunc post primogenitorum permutationẽ, quid iterum nobis narret beatus Moyses de patre illorum, & quomodo. Sicut de patriarcha dictum est, ita & de hoc legimus, quod fame ingruente multam dei curam senserit propter promissionẽ patriarchæ factam, & propter virtutem propriam. Facta est autem fames super terram, præter famem priorem quæ fuerat tempore Abraham. Vt ne putes de illa fame eũ dicere, propter ea subdidit, præter famem quæ erat tempore patriarchæ. Alia similis nunc iterum fames venit super terram tẽpore Isaac, qualis erat tempore patris illius. Et quia necessariorũ raitas omnes in summã angustiam concludebat, e suis migrare, & ad illa loca transire anhelabat, vbi rerum necessariarũ copiã inueniret. Vnde quum iustus ille famem videret, profectus est, inquit, ad Abimelech in Gerara, eo enim & Abraham post reditum suum ex Aegypto venit. Verisimile autem & hunc propterea illuc abijsse, quod inde in Aegyptũ contẽdere vellet, & quod hoc ita sit, audi scripturam dicentem, Visus est enim ei, inquit, deus, & dixit, Ne descendas in Aegyptum Nolo te (inquit) lõgam illam viam proficisci, sed hic manere volo. Neq; permitto vt angustiam experiaris, sed promissionem patri tuo factam implebo, & quę illi promissa sunt, in te euenient, & tu illius promissionũ quæ illi factæ sunt, finem accipies Ne descẽdas in Aegyptum, habita autẽ in terra quã tibi dixero, & peregrinus esto in terra hac. Deinde vt ne putet iustus, quod hoc imperet, quasi volẽs eum famis angustiam experiri, & non permittere ei transitum in Aegyptũ, inquit, Ne sis anxius neq; curam habe, sed hic mane, ego eẽ ero tecum. Igitur quum suppeditatorem bonorum omnium habeas, ne sis solicitus, ego eẽ dominus omniũ ero tecum. Et præterea benedicam te, hoc est glorioſum te faciam, & benedictionem meam præbebo. Quid hoc iusto beatius, qui talem promissionem a deo accepit, Quia ero tecum & benedicam te? Hoc te declarabit omnibus felicioreẽ, hoc te affluẽtem rebus omnibus faciet, hæc est summa gloria, hæc est vera securitas, hæc est summa & caput bonorum, quia ego tecum sum. Quomodo autem benedicam? Tibi & semini tuo dabo omnem terram hanc. Tu haberis, quod in hac regione versaris, quasi hospes & vagus, scias autem quod tibi & semini tuo dabitur omnis terra. Et vt bene confidas, disce quod iuramẽtum illud, quod iurans iurauí Abrahæ, tecum statuam. Vide quomodo sermonem suum deus iterum attemperat nostræ infirmitati. Non dixit simpliciter, pacta quæ feci cum patre tuo, neq;, pmissiones quas promisi, sed quid? Iuramentum quod iurans iurauí, ipsum complebo, & tecum statuam, & teneor, vt opere perficiam quod iurauí. Vides dei misericordiam? non ad propriam dignitatem videns loquitur, sed ad nostram condescẽdens infirmitatem. Nam quia homines, vt in plurimum, illa opere perficere student, non quæ simpliciter promiserunt alicui, sed quæ cum iuramento promiserunt. Simili modo & deus multas dat iusto certas coniecturas, quod oẽmino fient quæ a se dicta sunt, quasi dicat. Scias, ea quę a me iuramẽto firmata sunt, opere implẽda. Quid igitur? Deus iurauit (inquit) Et per quem iurare potuit? Vides, quod hoc erat suæ humiliationis, firmationẽ iuramen-

tí vocauit íuramentum meũ. Et ſtatuam (ínquit) íuramentũ meum, quod íurans íu-
D rauí Abrahæ patrí tuo. Deínde docet eum, quæ ſunt íllа quę promíſit, & de quíbus
eí íurauit. Et multíplícabo ſemen tuum, ſícut ſtellas cœlí. Hoc & patríarchę ín prín
cípío dícebat, Tantum erít ſemen tuũ, quod & ſtellís & harenę adæquetur. Et dabo
(ínquít) ſemíní tuo omnem terrã íſtam, & benedícentur ín ſemíne tuo omnes gen-
tes terræ. Propterea promíſſíones quę íllí factæ ſunt, ín te ímplebo, eo quod audíuit
Abraham pater tuus vocem meã, & cuſtodíuit mandata mandata mea, & íuſtífica-
tíones meas, & omnía legítíma. Víde deí ſapíentiã, quomodo erígít mẽtem íuſtí, &
alacríorem reddít, & vt patrís ímítator fíat, effícít. Nam ſí ílle (ínquít) quía meę obe
díuít vocí, tanta pollícítatíone dígnus habítus eſt, & propter íllíus vírtutem ín te, quí
ex eo natus es, ſum ímpleturus, ſí & ípſe íllíus ímítator fuerís, & eadem qua ílle vía in
ceſſerís. Cogíta quantã apud me beneuolentíã habíturus ſís, & quanta mea cura te
dígnaturus ſím. Nam ſí cuí ob alteríus vírtutem bene futurũ eſt, ſí & ípſe vírtute præ
dítus fuerít, multo maíore dígnus habebítur cura. Quíd autem eſt, Eo quod obedí-
E uít vocí meæ, & cuſtodíuít mandata mea, & præcepta mea & íuſtífícatíones? Díce-
bam eí, ínquít, Egredere de terra tua, & de cognatíone tua, & vení ín terrã quam de
monſtrauero tíbí, relínque quæ ín manibus, & ín certa ſequere. Et non fluctuabatur
ſecum, neq; negligens erat, ſed cum omní alacrítate mandatũ ímplebat, & obedíe-
bat vocí meæ. Iterum quæ ſuper naturam ſunt, eí promíſí, & quum íam ætas eum a
ſpe deíjceret, & vltra neq; ípſe neq; mater tua procreandæ prolí ídonei eſſent, quum
audíret a me, quod ſemen eíus ín tantũ propagandũ, vt omnẽ terram eſſet ímpletu-
rum, neq; tunc turbatus fuít ratíone, ſed credídít, Ideo & ín íuſtítíam eí reputatũ eſt,
quía quum vírtutí meæ credídít, & in promíſſíonibus meís ſpem habuít, humana in
fírmítate ſuperíor fuít. Et poſtquã tu natus es, quum mater tua ſuccẽſeret Iſmaelí ex
ancílla nato, & vellet eũ abígere a domo cũ Agar, ita vt nihíl cõmune íllí tecũ eſſet,
lícet & íllí patríarcha paterna & genuína dílectíone bene affíceretur, audíens tamen
a me, vt faceret quod víſum eſſet Saræ, oblítus naturalís dílectíonís, eíecit ancíllam
cum puero, & ſemp obedíuít vocí meæ, ac cuſtodíuít prẽcepta mea. Deníq; quum
íuſſíſſem eum, vt míhí ín ſacrífícíũ offerret fílíum ín ſenectute ſíbí cõceſſum, & tam
dílectum, nihíl cauſatus eſt, neq; curíoſíus de præcepto ínquíſíuít, neq; turbatus eſt
mente, neq; rem cõmunícauít matrí tuę, neq; pueris, neq; tíbíjpſí a ſe ſacrífícando,
ſed fortí mente, & contenta alacrítate feſtínauít, vt mandatum meum ímpleret, pro
F índe voluntatem eíus coronauí, opus autem vt perfíceretur non admíſí. Eapropter,
quía ín omnibus declarauít magnam obedíentíam, & mãdatorum cuſtodíam, pro
pterea te ex íllo natum, promíſſíonum quæ íllí factæ ſunt, facío hæredem, ímítare
ígítur íllíus obedíentíam, & hís quæ a me dícta ſunt, crede, vt multo plurĩbus remu-
nerarí dígnus habeare, & pro patrís tuí vírtute, & pro tua obedíentía, & ne deſcen-
das ín Aegyptũ, ſed híc mane. Vídíſtí míſerícordíam, quomodo per mentionẽ vír
tutís patrís, huíus mentẽ roborauít? Habítauít autem Iſaac ín Gerarís. Víde quo-
modo ferme ín eadẽ perícula íncídít ílle, ín quę & pater eíus. Nam quum domícílíũ
haberet ín Gerarís, rogauerunt, ínquít, vírí locí íllíus de vxore eíus. & díxít, Soror
mea eſt. Timuít eẽ, ne forte occíderent eum, vícti pulchrítudíne vxorís. Dícít eẽ,
Ne forte occídant eũ vírí locí propter Rebeccam, quía pulchra facíe erat. Fuít au-
tem íllíc longo tẽpore. Abímelech autem, quũ proſpíceret per feneſtrã, vídít Iſaac
ludentẽ cũ Rebecca vxore ſua, & vocauít eũ, & díxít eí, Profecto vxor tua eſt. Cur
díxíſtí, Soror mea eſt? Poſtquã ex cõíecturís deprehenſus eſt íuſtus, nõ vltra negat
ſed fatetur, & cauſam manifeſtã affert, quare ſororem vocandã cenſuerít. Díxí eẽ

(inquit) ne forte moriar propter ipsam. Mortis timor me hoc agere coegit. Forte autem edoctus erat, quod & pater talem actum istruxerat, & se saluarat, cuius viam & ipse sequutus est. Sed rex adhuc habens recentem memoriã eorum, quæ tempore patriarchę rapta Sara tulerat, increpabat eũ, reumq; arguens dicebat, Cur hoc feciſti? fere concubuiſſet quiſpiam de genere meo cũ vxore tua, & induxiſſes ſuper nos ignorãtiam. Hanc deceptionẽ (inquit) & olim ſuſtinuimus a patre, & nunc niſi in tempore proſpexiſſemus, eadem laturi eramus. Et induxiſſes ſuper nos ignorãtiam. Et tenim & tunc per ignorãtiã peccaturi eramus, & nunc quoq; propter ignorantiam, ferme in cauſa fuiſſes, vt in peccatũ incideremus. Præcepit autem Abimelech populo ſuo, dicens, Omnis qui tetigerit hominem hunc & vxorem eius, mortis reus erit. Vide dei prouidentiam, & ineffabilem curam. Nam qui dixerat ei, Ne deſcendas in Aegyptum, & habita in terra iſta, & ero tecum, ille erat qui hęc omnia diſpenſabat, & iuſtum in tanta conſtituebat ſecuritate. Conſydera enim regem procurantem, vt impauide ibi agat, liberq; ſit ab omni cura. Mortem enim, inquit, interminatus eſt omnibus quicunq; tetigerint aut eum, aut vxorem eius. Quia enim hic erat timor, qui concuſſerat eius mentem, propterea & illum auferri fecit miſericors dominus, vt poſtea omnino ſecure ageret. Et vide, quomodo variæ viæ ſint ſapientiæ dei, & quomodo omnia iuxta ſuam volũtatem faciat, & in inuijs viam inueniat, per illa ipſa quę maxime aduerſa videntur, ſalutem ſeruorũ ſuorũ conſeruans. Hinc enim eſt, quod rex ille tantam habet curam iuſti, quaſi prædicans eum omnibus ciuitatis ſuę inhabitatoribus, & declarans quã glorioſus ſit & ſummo honore dignus quem & maximi faciebat. Sic & Nabuchodonoſor poſtquã pueros in fornacẽ iniecerat, & re ipſa cõprobauerat captiuorum adoleſcentum virtutem, tunc prædicare eos cœpit, & vbiq; lingua ſua fecit illuſtres. Hæc enĩ potiſſimum magna dei virtus eſt, quando facit vt per inimicos celebrentur ſerui dei. Et qui cum furore accendi fecerat fornacem illam, quoniam vidit quod per ſupernum auxilium puerorũ virtus, ignis actionem vinceret, repente mutatus, clamauit dicẽs, Serui dei excelſi. Vide, nũ ſolum illos excelſos prædicat, ſed & dominũ vniuerſorũ. Egredimini. Quid factum eſt? nonne tu eos tormento tradidiſti? nonne tu in tantum, fornacem flagrare præcepiſti? Profecto (inquit) ſed nunc video res admirabiles & nouas. Elementum enim hoc ſuæ operationis oblitum, quaſi vinculis quibuſdam ligatum, tantam exhibuit obedientiam, vt neq; cõtigerentur illorum capilli. Vnde videre poſſumus quod factum ſupra humanam naturã eſt, & ineffabilis quędam ac diuina virtus quę hæc operatur, tantam puerorum habet curam. Vidiſti dei miſericordiam, quomodo nunquam derelinquat ſeruos ſuos? permittit in fornacem inijci, ſed eos volens clariores facere, et ſuam virtutem demonſtrare. Vnde & barbari demulſit mentem Neq; enim tam admirabile erat, ſi a principio prohibuiſſet eos in caminũ inijci, ſicuti nunc admirabilius & rarius factum eſt, quum in medio ignis exiſtentes, nihil in ſuaue ferre permittit. Nam quãdo vult, etiam eos qui in medijs ſunt periculis & pœnis, potẽtiores facit, & eos qui patiuntur, his qui illos affligunt. Hoc & in apoſtolis factum eſt. Nam qui eos vrgebant & adducebant in medium, & quaſi dentibus fremebant inter ſe, dicentes, Quid faciemus viris iſtis? in manibus illos habebãt, & dubitabant ſecũ, quid cum eis facerẽt. Tãta, tamq; valida res eſt virtus, tãq; imbecillis malicia, vt illa quidẽ, licet patiatur, vincat, hęc vero, & ſi qd faciat, nihil proficit, quã quod ſuã prodit infirmitatem. Id ſciẽtes dilecti, magnã virtutis habeamus rationẽ, & vitia fugiamus, ita enĩ & ſupernam gratiam nobis conciliabimus, & futura conſequemur bona. Quæ nobis omnibus eueniant, gratia & miſericordia domini noſtri

A

B

De tribꝰ puerís.

C

IESV CHRISTI, cuí sit gloria & ímperium cum patre & spíritu sancto, & nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

D

HOMILIA. LI.

RElíquias heri dictorũ operæ precium est hodíe reddere vestræ charitati, & repetita sermonis serie íterum vídere quantũ & íustus Isaac superis gratus & curę fuerit. Nam qui ei prohíbuerat descensum in Aegyptum, & díxerat, Habita in terra hac, & ero tecũ, ille in omníbus tam clarum eum fecit, vt non multo post ínuidíosus foret apud regẽ Gerarorum, vídentes eñ eius substantiã quotídie augeri, ægrætule runt viri ibi habítantes eius cohabitationẽ, & transmígrare índe coegerunt. Dignũ autem est, vt ípsa scrípturæ verba audíamus, & per omnía vídeamus dei beneuolentíam, quam erga famulos suos declarat. Seminauit autẽ (ínquit) Isaac in terra illa, & ínuenit centuplicans hordeum in anno íllo. Consydera obsecro, dei sapientiam, quomodo ostendat íusto quod ípse naturæ conditor sit, & in rebus difficilíbus facílía omnía facere queat, & qui ab ínitio terrã suo mandato fecerit ídoneam ad profe
E ferendos fructus, ídem nunc efficíat, vt centuplices reddat pro satís man ípulos, & interím íllum in tanta affluentia cõstítuit, vt nullius índigeat, atq; alíj per opera díscant, quanta superna gratía íustus fruatur. Omnípotens eñ & sapiens deus reípsa cõprobat quam benefacíat suis, & facit vt hi etíam, qui adhuc in gentilíũ errore versantur, suam vírtutem & potentiã addíscant. Hoc postea & in Aegypto fecit, íllis enim pœnas írrogabat, Israelítas vero íllęsos conseruabat. Díscebant enim non solum per índignationem dei, qua ípsi puniebantur, omnium opíficís vírtutem, sed & per misericordiã, quam in íllos exhíbebat, & íllí íterum non ex sola misericordía & prouídentia, quã experiebantur, díscebant in modicã dei bonitatẽ, sed etiã per eos, quibus vídebãt tot plagas írrogari. Nam & in sequundís & aduersís rebꝰ díuína mõstratur virtus. Et elementa ípsa suo mínisterio & obedíentia conseruis monstrabant quam beneuole dominus erga íllos afficiebatur. Et hoc vtíq; víderit alíquis in íusto contíngere. Id enim quod alíoquí natura terræ non susceptt, hoc propter mandatũ vníuersorum dei nunc profert tanta vbertate, vt repente valde abũdans effectus sit Isaac. Benedíxit enim (ínquit) eum deus, & exaltatus est homo, & proficiẽs maior factus est, donec magnus factus est valde. Nam quía tunc abundãtia íustorum erat ínfertilítate terrę, & in multitudine pecorum, propterea dícit, Benedíxit eum deus,
F & exaltatus est homo, & non símpliciter abundauit, sed & maior (ínquit) factus est, donec magnus factus est valde. Consydera quãtum sit, pro hís quę seminabat, centuplum accípere. Quod si hoc tibi magnum vídetur, consydera ímmensam dei clementiam, quam processu temporis erga nos declarauit. His eñ, qui bona in eum fiducía virtutem exercent, non solũ cẽtuplũ promíttit, sed & vitam ęternam, & frui regno cœlorum. Vidísti misericordiã dómini? vidísti beneficentię augmentum? vidísti quantum nobis largítus est vnigeníti filíj dei aduentus? & quomodo ineffabílem operum cõmutationem operatus est? Hęc igitur vnusquísq; apud se expendẽs & vídens díuersitatem, & quę íllís ante gratię tempus promitti solebat, & quę nunc post gratię tempus, glorificet etiam in hoc ímmensam eius misericordiã, & nemo temporum mutationí totum ascríbat. At íustum est, vt ad seriem sermonis redeamus, & vídeamus quomodo Gerarí vídentes affluere íusto opes, in æmulationem prouocati, abígere eum índe conati sunt. Aemulati sunt enim eum (ínquit) Phylísti ím. Deínde monstrare volens scríptura díuína, in quo æmulationẽ declararũt, subdídit, Et omnes fontes quos effoderãt serui tempore patrís sui, obturauerunt & ím

pleuerunt terra. Consydera quanta illorum malícia quod & aquas iusto inuidẽt, & neq; rex qui in tanta potestate erat, inuidiam continere potuit, sed dicit, Abi a nobis, quia potentior nobis factus es tu. Magna maleuolentia. Cuius gratia abigis iustum? num aliqua in re tibi nocuit? num iniuriam intulit? Sed ita se habet inuidia, nihil cum ratione operatur. Oportebat eum spectare, quem omniũ deus tanta gratia prosequebatur, & dei exemplo magis fouere, ei seruiendo, vt honore in illum collocato, etiam ipsi diuinum sibi fauorem conciliarent. Illi autem non solum hoc nõ faciunt: sed et expellere tentant, ac dicunt, Abi a nobis: quia multo potentior factus es, quam nos sumus. Ita agere solet inuidentia, non potest benigniter videre aliorũ felicitatem, sed felicitatẽ proximi, suam putat infelicitatem, & tabescit bonis proximi, id quod & hic fuit. Rex enim, sub cuius potestate tota ciuitas erat, & habens omnes sub manu sua, peregrino, vago, huc & illuc migrãti, dicit, Abi a nobis, quia potentior factus es, quam nos sumus. Et vere potẽtior erat, supernum præsidium habens in omnibus, dexteraq; dei munitus. Quo igitur abigis iustum? ignoras quod quocunque eum ire coegeris, semper erit in his quæ domini sui sunt? Non docuit te rerum experientia, quod dei manus est, quæ illustrem facit & conseruat iustũ? Quare igitur abigendo iustũ, erga dominum ingratitudinem declaras? & neq; magna viri mansuetudo tuam domare potuit inuidiam, sed victus, inuidiam opere cõples, & iterum migrare eum cogis, qui in nullo te læsit? Nescis quod, licet in ipsissimã solitudinem eum fugaris, habebit tamen potentem dominum, qui se iuuare (sicut & illic factum) & multo clariorem facere nouit? Nihil enim fortius, quam frui supernо præsidio, sicut nihil infirmius, quam eo auxilio destitui. Vidisti dilecte *& regis* Gerarorum, & omnium qui ibi habitabant mentis malitiam? Vide & iusti magnã mansuetudinem, quomodo non superbiuit, neq;, videns diuinam sibi gratiam assistere, contra regem, fretus commilitantis virtute, insurrexit, sed quasi vir omni patrocinio carens, & nullum auxilium alicũde expectãs, faciebat quod ei præcipiebatur, & statim illinc discessit, & vlterius progressus, repressit affectionum flammã, simul et eximiam suam mansuetudinem declarans, et suam affectionem consolãs Et abijt inde, & habitauit in valle Gerarorum. Et id quod discipulis suis omnibus CHRISTVS aduenies præcepit dicens. Quando persequentur vos, fugite in alium locum. hoc ille iam operibus declarabat. Et sicut Dauid Saulis magnã inuidiam reprimebat, secedens & subducens se, & illius refrigerabat calorem, eodẽ sane modo & iustus ille apostolicũ illud implebat, Date locum iræ. Et relicta ciuitate, exijt in vallem. Cæterum vide, quantam iterum mansuetudinem præ se tulit. Neque eñ hic finis est molestiarum. nam quũ etiam illic esset, & fontes effodere vellet, rixari tentauerunt. Foderunt enim (inquit) puteos, quos antea pueri patris sui fecerant, & obturauerunt eos Phylistijm, postquam mortuus est Abraham pater ei? & imposuit eis nomina, quæ pater suus imposuerat, Et foderũt (inquit) pueri Isaac & inuenerũt puteum aquæ viuentis. hoc est desubtus scaturientis. & litigauerũt pastores Gerarorum, dicentes suas esse aquas, Et nihil hic contendit iustus, neq; obluctatur, sed etiam pastoribus cedit. Hæc enim vere mansuetudo est, non quando quis offensus mansuete fert, sed, quando quis ab his etiam qui inferiores putantur offenditur, cedit. Sic recte cognoscitur mansuetudo eius qui inuaditur. Nam alias contradiceret quis, quod mansuetudinem simulasset, quia non posset potentię offẽdentis resistere. Et vt discas, quod regi cesserit non propter potentiam eius, sed suo more, vide quomodo idẽ apud pastores facit. Et sicut ille dicebat, Recede a nobis, & statim accepto mandato abscessit, ita & nunc, pastoribus lædere cupientibus, et

A B C

puteum ſibi vindicantibus, recedit. Et vt perpetuo poſteri ſcirent hanc iniuſtitiam
D nomẽ imponit fonti ex eo q̃d acciderat. Enĩuero quia manifeſtã admiſerãt iniuſti
tiã, vocauit nomẽ fontis loci huius iniuſtitia. Et erat poſtea, quaſi in colũna ærea,
poſteris nomen loci, doctrina & manſuetudinis iuſti, & maleuolentiæ illorum. No
men loci faciebat, vt quiſquis rogaret, quare nam ſic diceretur, addiſceret & huius
virtutem, & multam illorum malitiam. Et animaduerte, quomodo etiam hic ſuam
auget virtutem, per omnia declarans ſuam manſuetudinem, & illi excellentia mali-
tiæ, etiam inuiti iuſtum illuſtriorem reddere attentant. Neq; enim cõtenti ſunt his
quæ fecerant, ſed iterum inſidiãtur, quum alium fodiſſent fontem. Profectus enim
(inquit) illinc, fodit fontem alium, litigabant autem de illo, & nominauerunt eum
inimicitias. Hic iterum animaduerte iuſti prudentiam. Non omnino puteum (vt
videtur) abſtulerunt, ſed contendebant, & viſa manifeſta iniuſtitia, diſceſſerunt.
Propterea inimicitias eum appellauit, quod inimicitiarum fuiſſet occaſio. Cæterũ
quotidie, vt ſic dicam, talia ferens ab his qui regionem incolebant, non grauatim tu
lit, non obiecto fuit animo, non cogitauit ſecum, neq; dixit, Ecce ne fontis quidẽ
vt ſim dominus, mihi datur. annon ſuperna gratia deſtitutus ſum? annon dominus
E abiecta cura, mei oblitus eſt? Nihil taliũ vel dixit, vel cogitauit, ſed omnia magna
cum manſuetudine tolerauit. Et idcirco dignus fuit habitus, qui ampliori diuino au
xilio adiuuaretur. Nam ea quæ euenerunt, vt ita dicam, exercitatio quedã fuere vir-
tutis iuſti. Dicit, Profectus illinc fodit fontem alium, & non contenderunt ſup illo
& agnominauit nomen eius latifundium, dicens, Propterea nunc dilatauit nobis
dominus, & creſcere nos fecit ſuper terram. Vide gratitudinem iuſti. Nam quum
priores fontes diripere tentarent, non ægre tulit, non obluctatus eſt, ſed in ſola fon
tium appellatione, malitiæ illorum indelebilem reliquit memoriam. Hic vero, qa
nulla fuerunt obſtacula, ſed abſq; omni pauore laboribus ſuis frui licuit, totũ tribuit
deo. Vocauit enim (inquit) fontem illum latifundium, & deinde interpretatus vo-
cabulum, dicit, Propter hoc latifundium voco, quia dilatauit dominus nobis, & au
xit nos ſuper terram. Vidiſti piam mentem, quomodo non facta mentione tã atro
cium difficultatum quæ obſtiterant, bonorũ tantum meminit, & pro illis gratiam
Gratia rũ actio deo offert, & dicit, Quia dilatauit dominus nobis, & auxit nos ſuper terram? Nihil
enim tã gratum deo, vt anima grata & gratias agens. Nam quum innumeris bene-
C ficijs quotidie oẽs nos proſequatur, ſiue ea ſciamus ſiue ignoremus, ſiue velimus ſi-
F ue nolimus, nihil tamen aliud a nobis exigit, quam habere gratias pro his quæ no-
bis facta ſunt, vt pro illa ipſa gratiarum actione ad ampliora danda prouocetur. Et
vt ſcias, quomodo iuſtus ille, ob magnam ſuam gratitudinẽ iterũ ſuperne meruerit
illuſtrari. Nam quoniam condignum ſuæ virtutis ſpecimen exibuerat, & apud Ge
raros, & quum rex eum expelleret, & quũ paſtores puteos auferrent, miſericors do
minus, veluti confirmaturus eius alacritatẽ, iam ob inſignem illam manſuetudinẽ,
eũ charum habens, poſtquam venit illinc ad fontẽ iuramenti, viſus eſt ei dominus
in nocte illa, & dixit. Ego ſum deus Abraham patris tui, ne timeas, tecum eẽ ſum
& benedixi te, & multiplicabo ſemen tuũ propter Abrahã patrẽ tuũ. Viſus eſt ei,
inquit, in nocte illa. Conſydera dei ſolicitudinẽ, vt illũ refocillet ac fidentiorem fa-
ciat, apparet ei, & dicit, Ego ſum deus Abrahã patris tui, qui patrẽ tuũ glorificaui,
& quũ peregrinus eſſet ac aduena, illuſtriorẽ omnibus incolis feci. Ego ſum ille, qui
hunc ita creſcere feci, & in oĩbus curam eius geſſi. Ego ſum, ne igitur timeas, ne te
perturbet et mirũ videatur, quod ab Abimelech ſis expulſus, quod a paſtoribus ſis
iniuria affect⁹. Multa talia & pater tuus pertulit, & inde glorioſior effectus eſt. Ne

igitur hoc te terreat, ego enim tecum sum. Idcirco fieri hæc permitto, simul volēs & declarare tuam virtutem, & manifestari mētis illorum prauitatem, vt & propter hæc te coronem. Tecum enim sum, ideo & inuictus eris, & infestantibus potentior & inuadentibus fortior. Et tantam tui curam habebo, vt inuidiosus illis sis futurus. A
Ego enim tecum sum, & benedicam te, & multiplicabo semen tuum propter Abraham patrem tuum. Consydera misericordiam dei. Nam quum dixisset, Ego sum deus Abrahe patris tui, ostendit quomodo sibi vēdicauerit, & proprium fecerit patriarcham. Et ita dignatus est deus se vocare deum Abrahe. Et dominus orbis ac conditor, vnius hominis deum se dicens, non concludit & abbreuiat cum patriarchæ appellatione suum dominiū, sed magnam in illum suam beneuolentiam monstrat. Ita (inquit) eum mihi feci proprium, vt apud me reputetur tantus, quanti alij omnes. Ideo & multiplicabo semē tuum propter Abraham patrem tuum. Multas (inquit) illi debeo retributiones, ob suam in me obedientiam, igitur propter illum multiplicabo semen tuum. Interim & iustum ad æmulationem patris sui prouocauit, monstrando similem illi virtute. Postquam autem tanta ei bona promisit, Aedificauit, inquit, ibi altare, & inuocauit nomen domini, & fixit illic tabernaculum suū B
Quid est, ædificauit illic altare? Gratiarum actiones, inquit, illic domino obtulit, quod tantam pro se gesserat solicitudinem. Et foderunt illic pueri Isaac fontem. & fit securus iustus, nam qui dixerat, Ego tecum sum, & benedicam te, & multiplicabo semen tuum. ipse simul eum & illustrauit, & omnibus fecit spectabilem. Itaq; vide Abimelech illum qui abigere eum conatus est, & dixit, Abi a nobis. nunc ad eū venientem, dicit enim, iuit Abimelech & præfectus Gynæcei, & dux exercitus, & dixit eis Isaac, Quare veniſtis ad me, vos autem odio me habuistis, & expulistis a vobis? Vide obsecro, quanta mansuetudo iusti. Videns eos, a quibus fugatus erat, & qui tanto eum odio fuerant prosequuti. nunc quum supplices ad se venirent, nō superbiuit contra eos, nō elato fuit animo, sed memor eorum quæ sibi a domino fuerunt dicta. neq; virtute domini fretus insurrexit contra regem, sed iterum consuetā mansuetudinem præ se ferens, cum magna lenitate verborum dixit eis, Quare veniſtis ad me, vos autem odio me habuistis, & a vobis expulistis? Quare, inquit, censuistis, vt vobis veniendum sit ad me abactum, & odio habitum? Et dixerunt, Vidētes vidimus, quia dominus tecum, & diximus, Fiat iuramentū inter nos & inter te, & disponemus fœdus tecum, vt ne feceris nobiscum malum, sicut nos non abominati sumus te, et quomodo te bene fecimus usi, & dimisimus te cum pace, & nunc benedictus tu a domino. Vide quantum mansuetunis robur, & quanta virtutis potentia. Nam qui pridem abegerant, nunc veniunt ad peregrinū, ad virum ciuitate carētem, ad erronem, & non solum satisfaciunt, & excusant se de his quæ commiserant sed & peccatorum veniam petunt, & prædicant iustum, & indicant vnde suus metus, & confitentur suam infirmitatem, & iusti magnam testātur virtutem. Quid eñ fortius eo, qui secum habet deum? Videntes, inquit, vidimus, quod dominus tecum est. Vnde vobis illa scientia? Profecto dicūt, Res ipsæ nos docuerūt. Vidimus qđ abactus abigentibus fortior factus es, & ex rerum serie contemplati sumus, quod superno auxilio niteris, Hoc autem diuinæ dispensationis opus est, quod mens eorum obstupuerit iustū, & quod hoc cognouerint. Quoniam igitur, inquit. Dominus tecum. Fiat iuramentū inter nos. Vide quomodo impellente conscientia semet ipsos reprehendere festinant, quū nullus alius cogat, vel facta obijciat. Nam nisi iniuriā feciſſetis, quare a iusto petitis, vt cōponatur fœdus vobiscum? Sed ita se habet iniustitia, quotidie conscientia mordet, & silente eo qui offensus est, pœnam & ra-

tionem exigi putant, qui iniustitiã sunt operati, & quotidie anguntur, & quasi sibimetipsis præscribunt peccatorum suorum exquiri rationem, id quod & illis euenit.
D Sit, inquit, iuramentũ inter nos & inter te. Deinde dicunt & quale iuramentũ fieri volũt. Et ineamus fœdus tecũ, vt ne feceris nobis malũ, sicut nos nõ sumus te abominati. Vide quõ pugnãtia inter se præ mẽtis angore & turbatiõe loquũtur, ne fiat nobis male. Quare sic timuistis iustum, videntes quod tantã præ se ferat mansuetudinem erga eos qui lacessebant? Sed incorruptus iudex mentẽ eorum excitauit, & animaduerterũt quod erga iustum tam ingrati fuerint, propterea præ timore & formidine non attendunt, quod diuersa & pugnãtia loquantur. Ne feceris, inquit, malum, sicut nos te non abominati sumus. Quare igitur abegistis? Verum iustus non petit rationem neq; expostulat, neq; arguit ea quæ ab illis dicta. Et quomodo: inquit, bene te vsi sumus, & dimisimus te cum pace, & nunc tu benedictus a domino. Vides quod supernam pœnam timuerunt? Sciuerunt enim, quod licet ipse propter humanitatem suam non vlciscer etur quæ fecerant, sed is qui tantam eius curã agebat, repetiturus esset rationem eorum, quæ in iustũ facta sunt, ea propter placant iustum, & componi cum eo studeant, simul & pro his quæ facta erant rationem reddẽ
E tes, & in futurum securitatem sibi conciliantes. Et fecit eis, inquit, conuiuium, & comederunt & biberunt, & quum surrexissent mane, iurauit vnusquisq; proximo suo & dimisit eos Isaac & discesserunt ab eo cum salute. Vide iusti benignitatẽ, quomõ cum eis absq; vindicandi cupiditate loquitur, & non solum obliuiscitur eorum quę in se facta, sed magna hospitalitate illos excipit. Fecit enim eis cõuiuium, & comederunt & biberunt. Conuiuio satis certa dat argumenta se non fore memorem eorum, quæ in se cõmiserant. Et dimisit eos (inquit) & abierunt cum salute. Significauit per hoc diuina scriptura, quod magno cum timore aduenerant, periculum expectantes, & de vniuerso (vt ita dicam) anxij, vt excusarent se, ad iustum contenderunt. Vidisti quomodo nihil fortius virtute? nihil potentius supernis auxilijs freto? Postea dicit, In illo die abierunt pueri Isaac, & foderunt fontem, ac dixerunt: Non inuenimus aquam. Et vocauit eum iuramentum. Et idcirco vocatur locus ille, puteus iuramenti, vsq; in hodiernum diem. Vide & hic ex his quæ facta sunt loco nomen impositum. Nam quia effosso fonte nihil inuenerunt in die illo, quo iuramenta
F inter se fecerunt, Puteum iuramenti vocauerunt nomen loci, vt factorũ duraret memoria. Vidisti quomodo iustus ille, qui neque a lege eruditus fuit, neq; ad aliquẽ virtute prædictum respicere potuit, sed patris vestigia sequutus, et ductus a conscientia humanæ naturæ insita, tam bonorum morum vitam egit? Quæ enim ab eo facta sunt, non solũ mansuetudinem indicabant iusti, sed & præcepta CHRISTI suis illum operibus implere ostendebant. Nam id quod CHRISTVS discipulis suis
de amã dis inimicis. præcipiens, & admonens dicebat, ne solos diligentes diligerent, sed & inimicis charitatem exhiberent, hoc ille nunc multo antea implet, et tanta hospitalitate tractat eos, qui ita oderant, omnemq; vindictæ cupiditatem animo suo excluſit. Qua igitur nos venia digni erimus, qui post tantam doctrinã, et saluatoris præcepta, neq; ad huius iusti mensuram peruenire valemus? Et quid dico, ad eius mensuram? neq; prope astare possumus. Tanta enim nunc malitiæ abundantia obduxit omnia, vt rarum nunc sit, et diligẽtes diligere. Vnde igitur nobis salutis spes, si publicanis deteriores fuerimus? sicut dicit CHRISTVS, Si diligitis diligẽtes vos, quid amplius facitis? nonne et publicani hoc faciunt? Et CHRISTVS quidem volens nos ad summum venire fastigium, illis superiores vult esse, nos autem inferiores sumus. Et quid dico, publicanis deteriores, et latronibus, et sepulchrorum direptoribus, et

homicidis? Etenim & hi omnes diligunt eos qui erga se bene affecti sunt, & sæpenumero etiam pro dilectis periclitantur. Quid igitur fuerit nobis miserabilius, qui tantam a domino misericordiam nacti sumus, & innumera mala faciẽtibus deteriores inuenimur? Obsecro igitur, vt cogttemus et suplici magnitudinẽ, & confusionis que alibi futur a est grauitatem, & vel saltem nunc nostram agnoscamus generositatem, & obtemperemus doctrinæ CHRISTI: & non solum diligentes diligamus germane, omni odio & rãcore ab aĩmabus nostris eliminato, sed & eos qui hostiliter nos persequũtur, diligere studeamus, neq; enim aliter saluari nos possibile erit. Et hac incedentes via, etiam magis illos diligere studeamus, vtpote eos qui nobis innumerorum bonorum sunt autores. Sic enim & peccatorum nostrorum remissionẽ inuenire, & humiliata mente & contrita anima deo precari poterimus. Quia quum anima ab omni odio libera, mente tranquilla est, dominũq; sedulo inuocat, multam sibi superne gratiam cõciliat. Quæ nobis omnibus concedatur gratia & misericordia domini nostri IESV CHRISTI, cui gloria & imperiũ cum patre & sancto spiritu nunc & semper, & in secula seculorum. Amen.

CAPVT VIGESIMVM SEPTIMVM.

FActum est autẽ postquã senuit isaac: hebetati sunt oculi eius ad videndum: et vocauit Esau filum suum natu maiorem: et dixit ei. Fili mi: ecce senui et nescio diem mortis mee: nunc igitur sume arma tua: et pharetram et arcum: & egredere in campum et venare mihi venationem: et fac mihi edulia sicut amo ego: & affer mihi vt comedam: et benedicat te anima mea antequam moriar ego. Rebeca autem audiuit loquẽtem isaac ad Esau filium suum. Abiit autem Esau in agrum ad venandũ venationem patri suo Et Rebecca dixit ad iacob filium suum iumorem. Vide ego audiui loquẽtẽ patrem tum ad esau fratrem tuum dicentem. Venare mihi venationem: et fac mihi edulia: et comedens benedicã te coram domino: nũc ergo fili mi audi me: sicut ego tibi precipio: & abi ad oues et accipe mihi inde duos hedos teneros et bonos: et faciã edulia patri tuo sicut amat: et inferes patri tuo: et comedat vt benedicat te pater tuus antequã moriatur. Dixit autem iacob ad Rebeccã matrem suam. Est frater meus vir hispidus ego autem vir leuis: nec forte ergo contrectet me pater meus: et ero coram eo sicut despiciens: & inducam super me maledictionem: & non benedictionem. Dixit autem ei mater. Super me maledictio tua fili: soluu exaudi vocem meam: et vadens affer mihi. Abiit autẽ et accepit: attulitq; matri: et fecit mater eius edulia: sicut amabat pater eius. Et quum accepisset Rebecca vestem Esau filii sui natu maioris: pulchram que erat apud se in domo: induitq; eam iacob filium suum iumorem: et pelles hedorum circũposuit circũ brachia eius: et circa nuda colli eius: et dedit edulia et panes quos fecit in manus iacob filii sui. Et intulit patri suo: et dixit: pater: ille autem dixit Ecce ego: quis es tu fili Et dixit iacob patri suo. Ego Esau primogenitus tuus: feci sicut loquutus es mihi: surge ac sede: comeditoq; de venatione mea: vt benedicat me anima tua. Dixit autẽ isaac filio suo. Quid hoc: quod tam statim inuenisti fili? At ille dixit. Quod tradidit dominus deus tuus coram me. Dixit autem isaac ad iacob Appropinqua mihi: et contrectabo te fili: si tu es filius meus Esau vel non. Appropinquauit autem iacob ad isaac patrem suum et contrectauit eum: & dixit. Vox quidem vox iacob: manus autem manus Esau: et non cognouit eum. Erant enim manus eius: sicut manus esau fratris eius pilose. Et benedixit eũ: et dixit. Tu es filius meus esau? At ille dixit: ego et dixit. Affer mihi et comedam de venatione tua fili: vt benedicat te anima mea: et attulit ei: et comedit et attulit ei vinum: et bibit Dixitq; ei pater isaac. Appropiqua mihi: et osculare me fili. Et appropinquãs osculatus est

eum & odoratus est odorem vestimentorũ eius/& benedixit eum. Et dixit: Ecce odor
D filij mei sicut odor agri pleni quem benedixit dominus: & dabit tibi deus de rore celi
& de pinguedine terre multitudinẽ frumenti & vini: & seruiant tibi gentes: & adorent
te principes. Et esto dominus fratris tui: & adorabunt te filij patris tui. Qui male-
dixerit te maledictus: qui autem benedicit te benedictus. Et factum est postquã ces-
sauit Isaac benedicens filium suum: & factum est postquam egressus est Jacob a fa-
cie Isaac patris sui: & esau frater eius venit de venatione: & fecit etiam ipse edulia: et
obtulit patri suo: dixitq; Surgat pater meus: & comedat de venatione filij sui vt be-
nedicat me anima tua. Et dixit illi Isaac pater eius: quis es tu? ille autem dixit: ego
sum filius tuus primogenitus Esau. Expauit autem isaac stupore magno valde et
dixit. Quis igitur venat⁹ est mihi venationẽ & intulit mihi: & comedi de omnibus an-
tequam tu venires/& benedixi eum et benedictus erit. Factum est autem: quando
audiuit esau verba isaac patris sui et clamauit voce magna: & amara valde: & ait bene
dic & mihi pater. Ait autem illi. Venit frater tuus cum dolo et accepit benedictionẽ
tuam: et dixit iuste vocatum est nomen eius iacob: supplantauit enim iam me secũdo
et primogenita mea tulit: et nunc accepit benedictionẽ meam: & dixit: esau patri suo
E Non est relicta mihi benedictio pater? Respondens autem isaac dixit esau Si domi-
num ipsum feci tuũ: et omnes fratres eius seruos: frumento et vino stabiliui eum: ti-
bi autem quid faciam fili? Dixit autem esau ad patrem suum. Num benedictio vna ti
bi est pater? benedic et mihi pater. Compuncto autem isaac: clamauit voce Esau et
fleuit. Respõdens autem isaac pater eius dixit ei. Ecce de pinguedine terre erit ha-
bitatio tua & de rore celi desuper: & in gladio tuo viues & fratri tuo seruies: erit autẽ
quando deponas & detrahas iugum eius de collo tuo. Et odio graui persequeba-
tur Esau iacob propter benedictionẽ: qua benedixit eum pater eius. Dixit aũt esau
in mẽte sua. Appropinquẽt dies luctus patris mei: vt occidam iacob fratrẽ meum
Nunciata sunt autem Rebecce verba esau filij sui senioris: & mittens vocauit Jacob
filium suum iuniorem: & dixit ei Ecce esau frater tu⁹ minatur tibi quod te occisurus
sit nũc ergo fili audi vocem meam: & surge ac fuge in Mesopotamiam ad Laban fra
trem meum in Charram: & habita cum eo dies aliquot: donec auertatur furor & ira
fratris tui a te & obliuiscatur que feceris ei: mittamq; & accersam te inde: ne forta-ssis
duob⁹ vobis die vno. Dixit aũt Rebecca ad Isaac: infensa sũ vite mee ppter filias
peruersi filiorum Chet si accepero iacob vxorem de filiabs terre huius: vt quid mihi
vita prodest?

CAPVT VIGESIMVM OCTAVVM.

F Vocauit autem isaac Jacob & benedixit eum: et precepit ei dicens
Non accipies vxorem de filiab⁹ Chananeorum surge & fuge in me
sopotamiam: in domum Bathuelis patris matris tue: & accipe tibi
ipsi vxorem de filiabus Laban fratris matris tue at deus meus be
nedicat te fili: multiplicetq; et eris in congregationes gẽtium: & da-
turus est tibi benedictionem Abrae patris mei: & in semini tuo post
vt hereditate accipias terram peregrinationis tue quam dedit deus Abrae: et mi-
sit Isaac Jacob et abiit in Mesopotamiam Sirie: vt acciperet sibi vxorem inde cum
benediceret ei: et precepit ei dicens. Non accipies vxorem de filiabus Chananeo
rum. Et audiuit Jacob patrem et matrem suam: eu profectus est in Mesopotamiã
Et vidit Esau: quod male essent filie Chanaã coram isaac patre suo. Et abijt Esau
ad Ismaelẽ et accepit maeloth filiã ismael filij abrahe: sororẽ nabeoth ad vxores
suas vxorẽ. et egressus est Jacob a puteo iuramẽti profectusq; est in Charras et
occurrit loco et dormiuit ibi. Occidebat enĩ sol: et tulit de lapidibus loci: et posuit
ad caput suũ et dormiuit in illo loco et somniauit. Et ecce scala firmata in terra cu-
ius caput pertingebat in celum. Et angeli dei ascendebant et descendebant super

eam:at dominus nixus erat super eam:⁊ dixit: Ego deus patris tui Abraham:et deus Isaac:ne timeas. Terram super quam tu dormis: ipsam tibi dabo: et semini tuo. Et erit semen tuum sicut harena terre:et dilatabitur ad mare:⁊ austrum:et ad aquilonē:⁊ ad orientem. Et benedicentur in te omnes tribus terre:et in semine tuo Et ecce ego tecum custodiens te in terra omni in quā ieueris: et reducam te in terrā A
hanc:quia neutiquam te derelinquam:donec ego faciam omnia quecunq; loquutus sum tibi. Et euigilauit Jacob de somno suo: et dixit: Dominus est in loco isto: ego autem nesciebam:⁊ timuit:ac dixit: Quam terribilis est locus iste:non est hoc nisi domus dei ⁊ hec porta celi. Et surrexit Jacob mane:et tulit lapidem:quam suppositum erat illic ad caput suum:et statuit eum in columnam:et vocauit nomen loci illius: Domus dei. et Lammaus erat nomen ciuitati prius. Et vouit Jacob votū:dicens: Si fuerit dominus deus mecum:⁊ custodierit me in via hac:qua ego ambulabo: et dederit mihi panem ad comedendum:⁊ vestimentum ad induendum:⁊ reuersus fuero cum salute in domum patris mei:et erit mihi dominus in deum:et lapis iste quem statui columnam:erit mihi domus dei:et omnium que mihi dederis:decimas decimabo ea tibi.

HOMILIA.LII.

AGe & hodie, si placet, aggrediamur ea quæ heri dicta sunt, & singula, B
quantum nobis conceditur, aperiemus, vt domum cum vtilitate aliqua redire possimus. Videamus igitur, quę primum lecta sint. Erat autem Esau (inquit) annorum quadragita, & accepit Iudith, filiā Beoth Chettæi in vxorem, & Basemath filiam Elon Euæi, & exasperabant Isaac & Rebeccam. Vide quanta ex paucis verbis addisci possunt. Quare enim nobis numerum annorum signauit? non absq; causa, sed vt discamus decrepitam ætatem Isaac, quia iam prouectus erat ætate. Nam si memores fuerimus eorū, quæ antea dicta sunt, & quod quādo accepit Rebeccā, & ipse quadraginta annorum fuerit, quando autem nati sunt ei pueri, fuerit annorum sexaginta, scimus quod nūc cē tenarius sit, & in profundissima senectute. Quoniam posthac narraturus est, quomodo præsenio hebetatos oculos habeat, ideo numorum annorum Esau signat, vt inde tempus Isaac scire possimus, propterea dicit, Erat autem Esau annorū quadraginta. Vt sciamus pueri temeritatem, quod vxores ducebat a gentibus, a quibus non oportebat. declarat nobis, quia vna erat ex genere Chettæorum, alia autē ex genere Euæorum, quamuis saltem didicisse eum oportebat ex his, quæ patriarcha tanta diligentia fecerat, præcipiens filio suo, vt de cognatione sua filio isaac adduceretur vxor. Et quod mater eorum Rebecca nihil tale voluerit, quæ ex Charris venerat. Verū vt statim in initio suos mores indicet, prior illas duxit. Et vt sciamus quam malæ moratæ mulieres fuerint, dicit scriptnra, Et erāt exasperantes isaac & Rebeccam. Et quid est hac malicia peius, quando illæ. quæ omnem honorem impendere debebant, non solum hoc non faciunt, sed & ad contentionem paratæ sūt Hæc autē omnia non absq; causa historia nobis tradit, sed vt postea quum videris Rebeccam iacob maiori beneuolentia prosequi, discas, quod non iniuria rem eam fecerit. Iam autem ne seriem contextus præueniamus, scripta ipsa sequamur. Factū est autem postquam senuit isaac, & hebetati sunt oculi eius advidendum. Iam enim (inquit) præsenio videre non poterat. Et vocauit Esau filium suum natu maiorem, & dixit ei, Fili mi, ecce senui, & nescio diem mortis meæ, nunc igitur sume vas tuū, & pharetram & arcum, & egredere in campum, & venare mihi venationem, & fac mihi edulia, sicut ego amo, & affer mihi vt comedam, quo benedicat te anima mea priusquam ego moriar. Hic obsecro dilecte, animaduerte indicibilem dei sapientiā & quomodo pater quidem geminam præ se ferens dilectionē, hæc imperauit Esau,

D Deus autem ſapiens & omnipotens dominus per Rebeccam ſuã prædictionẽ implerí facit, docens nos, quantum valeant virtus & morum ſuauitas. Ille enim & ob ætatem, & ob primo genituram, & ob patris erga ſe affectionem primatũ habere putans, ſimul deſtitutus omnibus inuentus eſt, quia quæ in ſe erant, afferre noluit, hic autem, quia & a ſe erat virtute præditus, & virtutem ſupernam habuit ſubſidiariam etiam inuito patre, illius benedictionem arripit. Nihil enim fortius eo, qui dextra illa adiuuatur. Videigitur diligenter omnia, vt diſcas diſpenſationis excellentiam. Et quomodo hic quidem illa gratia fretus magnum in omnibus auxilium & cooperatiõem adipiſcitur, vt patris in eo impleatur benedictio, ille autem omnia amittit, perdens ſemetipſum propter morũ iniquitatem. Rebecca autem (inquit) audiuit loquentem iſaac cum filio ſuo. Iuit autem Eſau in campũ, vt venaretur prædam patri ſuo. Dixit autem Rebecca ad filium ſuum iuniorem. Quare adiecit iuniorem quia ſuperius dixerat, Vocauit Eſau filium ſuum natu maiorẽ. vt diſcamus cui nunc loquatur Rebecca (inquit) iuniorem, hoc eſt iacob. Audiui, inquit, patrem tuũ loE quentem, Affer mihi venationem, & fac mihi edulia, vt quum comedero benedicã te coram domino, prius quam moriar ego. Hæc quidẽ audiui patrem tuum cũ fratre tuo Eſau loquentem, nunc igitur fili audi me, ſicut ego tibi præcipio, & vade ad oues, & ſumito mihi inde duos hœdos teneros & bonos, & faciam ex eis edulia patri tuo, vt amat, & inferes patri tuo, & comedet, vt benedicat te pater tuus priuſquã moriatur ipſe. Vides magnum matris amorẽ, immo diſpenſationem dei? Ipſe enim eſt, qui ei hoc conſilium dedit, & omnia bene agere fecit. Vidiſti matris optimum conſilium? Vide & iacob prouidentiam, & quomodo reſpondens, ſuorum morũ indicat manſuetudinem. Dixit autem matri ſuæ, Eſt frater meus vir hiſpidus, ego autem vir leuis, ne forte contrectet me pater meus, & ero ante eum quaſi contẽnens & inducam mihi ipſi maledictionem, nõ benedictionem. Magna pueri gratitudo, & in patrem reuerentia. Timeo, inquit, ne in diuerſũ eueniant ſtudia mea, ne videar aduerſari patris ſententię. & pro benedictione maledictionem mihi adducã. Quid igitur Rebecca, admirabilis illa, & amans filij? Quia non ex ſua tm̃ ſentẽtia faciebat, ſed & diuino miniſtrabat oracuło, ideo omni ſtudio conat̃ eximere puero meF tũ & addere animos. vt conſilium perficiat. & non ꝓmittit ei, quod poſſit deludere patrem & latere. Sed quid? In me recidat maledictio hæc fili mi, tantum obedivoci meæ, & vadens affer mihi. & ſi fuerit aliquid tale, inquit, nihil tibi nocebit. Neigitur timeas, ſed bene fidens obedi voci meæ, et fac quæ tibi conſuluntur. Hæc vere materna dilectio eſt, vt pro puero parata ſit omnia ferre. His dictis puerum a timore liberauit. Cũ igitur abijſſet, ſumpſit et attulit matri ſuæ, et fecit edulia, ſicut amabat pater ſuus. Et vt ſumpſit Rebecca (inquit) ſtolam filij ſui ſenioris pulchrã, quã habebat domi, induit iacob filium ſuum iuniorem, et pellibus hœdorũ brachia ei⁹, et nuda colli eius circundedit, et dedit edulia et panes quos fecerat in manus filij ſui et obtulit patri ſuo. Vide obſecro, hic Rebeccæ cum magna dilectione coniunctã raram ſapientiam. Nam quia ſuperius dixit, quod ille quidem hiſpidus eſſet, hic vero leuis. Stola, inquit, Eſau induit eum, et pellibus circũdedit eũ, et quum vndique eum ad deceptionem inſtruxiſſet, datis edulijs et panibus in manus, effecit vt patri afferret. Conſydera hic, quomodo omnia ſuperna gratia euenerint. Nam quando quod a nobis eſt offerimus, largiter diuinam operationem conſequimur. Nam vt ne deſides et ſupini ſimus, vult etiam nos aliquid conferre, quo ſic ſua declaret, & nõ totũ ſit ſuperni auxilij, ſed oporteat etiam nos aliquid ſimul afferre. Neque a nobis iterum exigit totum, ſciens infirmitatis noſtræ excellentiam, et ſuam ſeruãs miam.

Cooperatio. li. arg. Ad bonũ agẽdum.

Et volens occasionem aliquã offerre, vt suã declaret liberalitatẽ, expectat, vt afferamus quæ a nobis sunt, id quod & nunc factũ est. Nam quia Iacob & Rebecca fecerunt ea, quæ a se fieri oportebat, & ille quidem obediuit consilio matris, hæc autẽ omnia quæ ad se attinebãt impleuit, tunc vltra bonus dominus perfici fecit magna facilitate, quod omniũ erat difficillimũ, ne fieret actus istius imposturæ manifestus Isaac. Postquam autem attulit edulia patri, dixit ad eum, Quis tu es fili? Et dixit Iacob ad patrem suũ, Esau primogenitus tuus, feci tibi sicut loquutus mihi es. Surge ergo, sede, & comede de venatione, vt benedicat me anima tua. Consydera hic obsecro, quanta cum anxietate verba hęc loquutus sit Iacob, qui principio dixerat matri, Timeo ne inducam super me maledictionẽ, & non benedictionẽ, nunc in quanto timore cõstituatur verisimile est, qui tantũ actum simulat. Verum quia deus erat qui cooperabatur his quæ fiebant, omnia opere sunt impleta. Quid igitur? cooperatus ne deus est mendacio? Dilecte ne indages tantũ quod fit, sed attende etiã scopũ & quod non factũ sit tẽporalis cõmodi, vel auaritiæ causa, sed quod patris benedictionem sibi cõparere studeret. Alioqui si ita simpliciter quæ fiunt, exquisiturus es, vide ne & patriarcham puericidam & Phinees homicidã dicas, verum neq; Abraham puericida, sed & valde ei affectus, si quis alius, neq; Phinees homicida, sed zelotes, vterq; enim quod deo probabatur, faciebat, atq; ille per obedietiam, multam a deo remunerationẽ promeruit, hic vero propter zelum prædicatur. Dicit enim, Stetit Phinees, & placatus est. Si igitur homicidiũ et puericidiũ placuerunt, quia iuxta dei sententiã fiebant, ne attendamus ad facta, sed ad scopũ eorum quæ fiebãt, & ad voluntatem eorũ qui fecerunt, multo magis & hic expendendum fuerit. Ne igitur hoc cõsydera, quod mentita fuerint quę dicebantur a Iacob, sed illud cogita, quod volens deus prædictionem impleri, omnia vt sic fiant, dispensauit. Et vt scias, quod deus omnia facilia reddebat, etiã quæ difficilia, vide quomodo iustus nõ potuit subolere fraudem, sed persuadetur dictis Iacob, & quum edulia ista comedisset, benedictionibus eum remunerauit. Et non prius a venatione affuit Esau, quousq; omnia sunt impleta, vt per omnia sciamus, voluntate dei gesta hęc esse. Dixit autẽ, inquit, Isaac, Quid hoc, quod tam statim inueniſti fili? Ille autem dixit. Quod tradidit dominus deus tuus coram me. Adhuc in angustijs stabat Iacob, augebaturq; plurimũ timor eius. Verum hæc omnia propterea facta sunt, vt discamus rebus ipsis, quod non simpliciter dominus suam declaret solicitudinem & prouidentiam, nisi viderit & nostrum accedere feruorem. Ne enim prętereas obiter hunc agonem, sed consyderes, quod causæ totius atq; salutis erat periculum, & timebat & tremebat, ne propter benedictionem fieret omnis maledictiõis reus. Deinde inquit, Appropinqua mihi, & contrectabo te fili, an sis filius meus Esau, vel non. Etenim ob vocem placidiorem dubitabat iustus, sed quia dispensatio implenda erat, nõ permisit deus vt dolus sentiretur. Appropiauit autem, & contrectauit eum, & dixit, Vox quidem vox Iacob, manus autem manus Esau, & non agnouit eum. Vide quomodo ostendit, quod vniuersum a dei gratia erat, quia efficiebat, vt ipse nihil horum attenderet, & Iacob paterna frueretur benedictione. Et non agnouit eum inquit. Erant enim manus eius, sicut manus Esau. Vide iterum, quomodo ostendit diuina scriptura: quod dubitauerit iustus. Dixit enim, inquit, Num tu filius meus Esau? vt ex hoc quoq; sciamus, quod pater victus naturali affectione, omnia fecerit. Deus autẽ futura præcognoscens, & ex morũ virtutibus inter nos & seruos suos res disponit. Et dixit Iacob Ego. Postquam dixit, Num tu es Esau filius meus? & dixit, ego, dixit igitur, Affer itaq; mihi, & comedã de venatiõe fili, vt benedicat te anima mea. Vix tandẽ a cura

A B C

soluitur iacob, & attulit patri edulia, attulitq; vinum & bibit. Et dixit ei. Appropia
D mihi & osculare me fili, et vt appropiauit, osculatus est eum, & odorauit odorem ve
stimentorũ eius, & benedixit eum ac dixit. Vide diuinæ scripturæ obseruationem
Postquam interrogauit, Num tu es Esau? & dixit, ego, & iterum contrectauit eum
& subdubitabat & exvoce pene simulationem attendisset, iterũ interrogauit, non-
ne tu es filius meus Esau? et dixit, ego Et postea attulit ei, & comedit, Tunc, inquit,
osculatus est eũ, & benedixit eum. Nam vt ne quis opinetur, quod in personã esau
benedictionẽ fecerit, sed in illum a quo osculatur est, propterea cõmemorat diuina
scriptura, quod osculatus est et benedixit illum a quo osculatus est. Odoratus est eñ
odorem vestimẽtorũ eius & benedixit eum et dixit. Ecce odor filij mei, sicut odor
agri pleni quem benedixit dominus, et dabit tibi deus de rore cœli, & de pinguedi-
ne terræ, & multitudinem frumenti et vini. Det inquit dominus deus tibi, qui edu-
lia attulisti, qui a me osculum accepisti & seruiant tibi gentes. Vide quomodo neces
sariorum copiam adauxit, deinde principatum gentiũ prædicẽs & futuram eius re
ligionem et incrementa, quæ inde nascuntur. Et odorent te principes. Non solum
E ei apprecatur gentes subdi, sed & principes, Et sis dominus fratris tui, vide quomo-
do seruit iustus etiam ingnorans, dei volũtati. Omnia enim hæc propter hoc dispẽ
sabantur, vt hic propter virtutem dignus, recipiat benedictionem, Et odorent te fi-
lij patris tui. Filios consueuit scriptura vocare, omnem generationem, sicut & hic
filios patris tui, quasi diceret aliquis, eos qui ex semine Isaac futuri. Non enim alios
filios habuit Isaac, quam hos duos solos. Qui maledicit te sit maledictus, qui bene
dicit te sit benedictus. Ecce & coronas benedictionis, ecce summam omniũ bono
rum esse benedictum, vidisti dei misericordiam? Qui timuerat ne maledictionẽ ac-
ciperet pro benedictione, non solum cum tanta largitate benedictiones a patre re-
portat, sed & illi maledicuntur qui attẽtant eum maledicere. Hinc discamus, quan-
do quis iuxta voluntatem domini sua dispensarevult, tanto superno subsidio adiuua
tur, vt hoc plane reipsa experiatur. Quis enim non admiretur & obstupescat dei in
effabilem dispensationem, quod non prius Esau de venatione aduenit, quousq; sol-
ueretur actus illius argumẽtum? Et ille accepta benedictione a patre, discessit. Hoc
enim nos docere vult beatus Moyses. Et factũ est postquam cessauit Isaac benedi-
cere Iacob filium suum, et factum est, quando exiuit Iacob a facie Isaac patris sui, &
F Esau frater suus venit de venatione. Vide quomodo post illius exitum ille statim ad
uenit. Non hoc absq; causa vel temere factum, sed vt ignorans afferret & ipse edulia
& a patre addisceret rem totã vt acta erat. Nam si prius nouisset, & in fratrẽ incidis-
set, forsitan & ipsum interemisset, victus ira. Nã qui hoc postea deliberauit, multo
magis in negocio medio attẽtasset. Sed manus dei erat, quæ puerũ saluabat, & hũc
quidem dignum benedictione effecit, illum autem & benedictione priuauit & pri-
mogenitura. Vt autem aduenit (inquit) fecit & ipse edulia, & attulit patri suo, & di-
xit. Surgat pater meus, & comedat de venatione filij sui, vt benedicat me anima tua
Vide obsecro iterum iustum perturbari, & mente cruciari, dicit enim, Vt audiuit, di
xit. Quis es tu? Ille autem dixit. Ego sum filius tuus primogenitus Esau. Vide quo-
modo superbit in causa. Non est contentus, quod dicat, ego sum Esau, sed addidit,
primogenitus. Obstupuit autem Isaac stupore vehemẽti, & dixit. Quis igitur vena
tus est venationem meã, & attulit mihi, & comedi de omnibus antequã tu venires,
& benedixi eum, & benedictus erit? Vide quomodo in perplexitate constitutus iu-
stus, & narrans factũ, grauiter illius animũ vulnerauit. Et benedixi eum, & benedi-
ctus erit. Hoc autem faciebat iustus, sapientia dei illius linguã dirigente, vt quũ ille

omnia diligenter didicerit, scire possit, nihil ei proforevel primogenituras, velvenationem, Auditis sermonibus patris. Esau clamauitvoce valde magna & acerba. Indignationem significauit per verbum & iram qua succensus quum hæc didicisset. A
Et dixit benedic obsecro & me pater, dixit autē ei, frater tuusvenit cum dolo & accepit benedictionem tuam, Prior (inquit) frater tuus benedictionem omnē vbertim & copiosea tripuit. Etvt scias quod superna gratia fuerit cooperata ī hoc, vt iustus deciperetur, vide quomodo ipse hoc fateatur dicens, Venit frater tuus cum dolo, quasi excuset se apud puerum, & doceat, ignorans illi benedictiones impendi, & paratus eram tibi eas largiri, sed illevenit cum dolo, & accepit benedictionē tuam Hæ tibi præparatę erant, sed ille præripuit, non hoc mea culpa factū est, Et dixit inquit, Esau rectevocatum est nomen eius Iacob, supplantauit enim iam me secundo & primogenita mea tulit, & nunc accepit benedictionē, Non inuanum, inquit, nomen hoc sortitus est, supplantationem enim interpretamur nomen eius, id quod hic ī me declarauit, & primogenitis & benedictiōe priuans, Quid igitur ad patrem Esau non reseruasti & mihi benedictionem pater, Respondit autem isaac, & dixit esau Disce, inquit. quod omnes benedictiones in eum effudi, quū eum fecerim dominum tuum, Vide quomodo statim ab hoc exordītur, Nihil enim aliud ei quam seruitutem significat & subiectionem ac dicit, Quum eum fecerim dominum tuū, & omnes fratres, eius seruos frumento & vino stabiliui eum, Tibi autem quid faciā fili, nihil aliud vltra relictū est quia dominum feci tuum, & omnes famulos fratres & rerum necessariarumvbertatem ei auxi, Quid aliudvltra relictum est? Dixit autē B
Esau ad patrē suum, Nū benedictiovna tibi est pater? benedic obsecro & me, Quoniam audiuit patrem dicentem, et benedixi eum, & benedictus erit, tunc inquit, benedic obsecro & me pater, nūvelvna tibi benedictio est, Nō potes & mihi vel vnā benedictionem impartiri, qui ita a te diligor, qui primogenit⁹, qui a te in venationem missus sum? Adobruit patremverbis, Compuncto autem isaac, inquit, clamauitvoce magna Esau, & fleuit, Vidit patrem consilio destitutum, & non posse neq; velle reuocare quæ facta sunt: & clamori etiam adiecit ploratum ad maiorem compassionē, Misertus itaq; eius isaac, inquit, dixit ei. Ecce de pinguedine terræ erit habitatio tua, & de rore cœli desuper, & in gladio tuoviues, & fratri tuo seruies, erit autem quādo depones & exolues iugum a collo tuo. Quoniam, inquit, & ipse meam benedictionem desyderas disce quod non est possibile vt agam quæ diuinæ volutati aduersa sunt, sed & tibi quidem apprecor vt rore cœli fruaris, Scias autem quod militarem vitam acturus es, & in gladio tuoviues, & fratri tuo seruies. Cęterum nul C
lus audiens hæc miretur videns post hæc fratrem vagum factū ob illius metum, & in terram alienam contendentem, Neq; initijs attendens, existimetvaticinium excidere, Nam quando dominus aliquid pollicetur, etsi diuersa his quæ pollicetur videamus ī principio euenire, non turbemur. Neq; enim possibile est, vt ad finē vsq; aberrēt. Hoc autem fit, vt dum iusti per omnia fulgidiores reddūtur abundantiam virtutis dei manifestam nobis omnibus fieri efficiant, et invno quoq; sanctorū hoc iuenies si volueris historias singulas diligenter animaduertere quod sane nūc quoq; factum est. Ne hoc attendas, quod nunc statim profugus fit, sed cogita gloriā quæ posthac sequetur, quia tēporis processu hic ipse sic terribilis illi factus: vt ille magnā erga eum declararet reuerentiam, in tantamq; venit gloriam post ærumnas quas in terra aliena tulit. vt qui ex ipso nati in immensam multitudinem propagētur & suo nomine tota gens cognominetur ac sit discreta, Nunc autē docēs nos diuina scriptura fratris idignationem, & quod homicidiū spectarit inquit. Et odio graui prose

quebatur Esau Iacob propter benedictionē, qua bene dixerat eum pater eius. Et vt sciamus, quod non fuerit simplex, & subitanea ira, per verbū nobis significauit malitiæ excellētiam. Graui enim odio persequebatur dicit, hoc est insidebat & perdu
D rabat odium. ita vt et mentē in profundo latentē manifestaret per verba, inquit, Dixit enim in corde suo, appropinquent dies luctus patris mei, vt occidam Iacob fratrē meum. Nonne & irascens insanientibus illis, non minus insanus est? Considera enim, quomodo dęmon ille subingressus, mēte destituit correptos, & quasi insanientes facit, & persuadet vt faciant plane alia quam apparet. Neq; enim vident illi, neq; aliud quiddā vtile faciunt, sed quasi corruptis sensorijs. & dijudicandi vi amissa, faciunt omnia. Ita sane & qui irascūtur non agnoscunt præsentes, non memores sunt amicitiæ, non amicitiam, non consuetudinem, non dignitatem, neq; quicq̄ aliud in mentem accipiunt, sed iræ vi pressi, in preceps miserabiliter feruntur. Quid igitur illis fuerit miserius, quando victi & capti ab affectione etiam homicidiū meditātur? Propterea beatus Paulus radicem huius mali volens extirpare, admonet, & scribēs sic dicit. Omnis ira & indignatio, & clamor auferatur a vobis, cum omni malicia.
E Non solum (inquit) nolo vos succēsere & indignari, & irasci, sed neq; cum clamore proximis loqui, clamorem hic dicens, qui ab ira nascitur, Quādo enim affectio hæc intrinsecus nascitur, & cor tumet, non iam sinit vt lingua vltra placide loquatur, sed affectionem cordis demonstrās, efficit vt clamose cum proximo loquatur, Volens enim beatus ille, sibi obtemperantes in perpetua versari tranquillitate, dixit Omnis ira, hoc est a qualicunq; causa moueatur, & omnis indignatio & omnis ira tollatur a vobis. Deinde radicem huius mali volēs arefacere & inutilem reddere, dicit, cum omni malicia. Nam qui sic afficitur, semper in portu sedet, a fluctibus liber & neq; tempestatem timet, neq; naufragium. sed quasi in trāquillitate nauigans, vel in littore sedēs, ita presentem vitam trahit, non solum ab omni turbatione liber, sed & immortalium & ineffabiliū bonorum fructus sibi per omnia concilians, qui nobis omnibus concedantur, gratia et misericordia dñi nostri IESV CHRISTI, cui cum patre & sancto spiritu sit simul gloria honor et imperium, nunc & semper, & in secula seculorum. Amen.

F HOMILIA LIII.

VIdistis heri dilecti, et publicani magnam gratitudinem, & domini ineffabilem mīam, et iudęorū stupiditatem immēsam? Vidistis quomodo omnes nos erudierit beatus Mattheus, dum statim obediens, & tātam morū mutationē præ se ferens, quod in volūtate nostra, comite superna gratia, sitæ sint & virtutes et vitia, & quod opera adhibita, possimus fieri virtutib⁹ cōspicui, et desides facti in peccati prępitiū deferri? Hoc enim est, quo a brutis differimus, quia ratione insigniti sumus a misericordi deo. et in natura nostra insita est scientia boni et mali. Nullus igitur prętexat, quod ignorās virtutē neglígat, vel quod non habeat aliquē viæ ducem et demonstratorē. Sufficientē enī magistrū habemus conscientiā. Et fieri non potest, vt quis illo adiumēto priuetur, Nam simul cum formatione hominis implātata est scientia faciendorū et non faciendorū, vt nostra gratitudine declarata in pręsenti vita, quasi ī palestra quadā exercitati, secūdum virtutum labores præmia reportem⁹, & breui tēpore laborantes, perpetuas coronas mereamur, et in momentaneo illo seculo virtutem amplexati, ęternis bonis in infinita secula fruamur. Id sane scientes fratres, nostram ne perdamus

generositatē, ne simus tātis operibus ingrati, ne sectemur voluptates, quæ tam breui tempore durant, perpetuum dolorem nobis accersantes, sed ante nos semper videntes oculum, qui nunquam sopitur qui & abscondita cordis nouit, res nostras ita instituamus & moderemus, & muniti armis spiritus, nostrā declaremus gratitudinem. Vt & gratiam, & auxilium superne nobis accipiamus advicē dum cōmunem salutis nostræ hostem, & ad irritandas eius machinationes, & ad promerendam illorum bonorum fruitionem quæ promisit diligentibus se. Ne ergo spectet quis ad laborem virtutum, sed celestia lucra cogitantes, prōpte labores obeamus. Nam si hi qui in terrenis versantur negocijs, & in colligēdas opes insaniunt, omnia prompte suscipiūt facienda, & videntes ante oculos pericula maris, piratarum insidias & naufragia, nō frangūtur, nec segniores fiunt, quāuis quod plus est, de fine nihil certi habeant, qualem nos habituri sumus defensionem, si non omni studio & alacritate accingamur ad virtutū studia & agones, propter æterna illa bona? Quare ita ingrati sumus benefactori nostro, & neq; quæ iam donata sunt versamus animo neq; promissa cogitamus, sed omnium (vt ita dicam) oblīti frustra & inuanū, quasi pecudes, vitam totam transimus, animæ quidem nullam facientes curam, ventrē autem solum impinguantes, atq; etiam propter hoc corpori multū nocētes? Etenim corpori ob voracitatem & īmoderantiam multa paramus, animā vero fame perire sinimus tametsi potentior anima sit quam corpus, & ablata illa hoc mortuum relinquatur. Oportet igitur & huic & illi congrua & conueniētia præbere alimenta. Intemperati & hinc & illinc vtriq; nocemus, hoc plusquā oportet saginātes, hanc autem fame perire cogentes. Et quod omnium dominus loco maximæ indignationis aliquando interminatus est iudeorum populo dicens. Dabo vobis non famem panis neq; sitim aquæ, sed famem audiendi sermonē domini docens nos, quod illa quidē fames corpus emaciat, hæc autē animā attenuat, ī hoc nūc nos spōte incidim⁹ idq; postquam deus tantam nostri curam declarauit, & dispensauit vt post sacrarum scripturarum lectionem, habeamus & a doctoribus admonitiones. Ideo oro vestram charitatem, vt excussa desidia expergiscamini, & studium omne in animæ salutem transferatis Sic enim & a deo beneuolētiam verē habebitis, & nos alacriores ad docendum vos erimus, videntes vos consilio nostro parere. Quoniam & agricola quando videt terram fœcundam, & feracē parat etiam ipse vt maiori studio illam colat. Eodem modo & nos si viderimus vestrū in diuinis profectū, & quod ea quæ a nobis dicuntur alacriter suscipitis, maiorem docendi laborem exibebimus vtpote scientes quod non in petris seminemus, sed in pingui & crassa terra. Ea enī de causa quotidie vobis concionamur, vt aliquid lucri facietis. & virtutes vestræ crescant, & lætemur videntes vestrum profectū. Numquid tantū & inuanū dicere volumus vt a vobis laudum fructus recipiamus, et vt plaudentes manibus recedatis? Nō hoc spectamus, absit sed vestra vtilitas, mea maxima laus est, & summus plausus, si quis a vitijs ad virtutem cōuersatur, si quis antea deses nostra abhortatione studiosus fiat Hoc & mihi maximū affert solatium & laudem et vobis lucrum et diuitias spirituales, iam nō ambigo, quin multum studij declaraturi sitis. Scio enim quod a deo docti estis, potentes etiam alios admonere propter hoc hic sistens meū cōsilium pergam ad solitam doctrinā verborū beati Moysis immo dictorū a sancto spiritu vbi pauca quædā proposuero, hodiernum vobis cōuiuium apponam. Audistis nuper, quomodo Iacob omnia faciens iuxta consilium Rebeccæ, patris benedictionē arripuerit, laudatū q; furtum cōmiserit? ideo & cooperatorē deum habuit, & conatus eius bene successit, sed quia inde Esau valde inuidit, se ad cædē præparauit ita enim

se habet mala hæc affectio non ante desistit, donec a se captum in præceps deiiciat & ad homicidij curratscelus, Radix enim homicidij inuidia, & fructus iuidiæ homicidiũ, ita & a principio fuit inter Abel & Cain, ille enim nihil habens vel paruũ,
D vel magnũ de quo accusaret fratrem vbividit illũ domino probari propter oblationem munerũ, se vero ob negligentiã suam reiici, ad cædem statim prouocatus est, & nata inuidiæ radice in mente eius, statim & pernicioſum illum fructum attulit, & homicidium cõmisit. Ita sane etiam Esau quum accepisset frater benedictionẽ a patre ab ira & inuidia ad homicidium prouectus, meditabatur mortem fratris, verum admirabilis illa mater hoc sentiens iterum maternũ amorem erga filium declarauit & consilium affert quo possit e fratris manibus eripi. Vocato enim, inquit, filio suo iuniori dixit ei, ecce Esau frater tuus minatur tibi mortem, nunc igitur audi vocem meam. Experientia te doceat quod vtilia consulo, et sicut dudum audita voce mea, magnas illas a patre benedictiones assequutus es, ita & nunc audi vocem meam, vt effugere possis fratris manus. Sic enim & temetipsum a periculis liberum reddes &
E me a luctu. Verisimile enim, quod ille si hoc ausus fuerit, pœnã daturus sit, & ita vndequaq; mihi grauis dolor & cruciatus erit. Audi igiturvocẽ meã, et surge statimq; vade ad Laban fratrem meum in Charris. & habita cum eo ad aliquot dies, vsquequo aduertatur ira & indignatio fratris tui erga te & obliuiscatur quę ei feciſti, & mittam & reducã te inde, ne forte vno die vobis ambobus orber. Abi, inquit, ad fratrẽ meum Laban, et habita illic cum eo. Verisimile enim quod separatio, & temporis processus poterit mitigare iram, & finire inuidiam, et obliuionem afferre eorũ quę in furto benedictionis gesta sunt. Et obliuiscatur, inquit, quæ feceris ei. Verisimile est, inquit, eum irasci ideo congruit vt iram eius declines si forte per tempus obliuiscatur & postea cum libertate possis hic domicilium habere, & ne puer grauatim ferat, quod cogatur in alienam terram abire vide quomodo soletur pueri animã. Primum quidem dixit. Abi ad Laban fratrem meum Num ad extraneum & alienum
F ire te iubeo? ad fratrẽ meũ ibis, et habita cum eo ad dies aliquot breue, inquit, tempus paucos dies, quousque quiescat ira. Nunc enim feruet indignatio eius/ & aliquando ab affectione superatus, neq; patris habebit reuerẽtiam, neq; quantum fraternæ necessitudini debeat, in mentem accipiet, sed vnum hoc aget, vt furorem suũ expleat. Et mittens reducã te. Statim autem, inquit, ĩde reducã, nam de vtroq; anxia sum & vtriq; timeo, ne forte vtroq; priuer. Vide sapientiam matris, quæ a seipsa mouetur, immo dei prædictioni etiam nũc seruit, illa consulit puero, quæ CHRISTVS discipulis suis consulebat, ne temere periculis se immiscẽat, sed secessu insaniam male affectorum demulceant. Hoc etiam illa puero consulit, primum mentem animans & firmans, cum autem secessum ille non detrectaret nec ægre ferret, tunc et causam honestam profectioni eius excogitat, ita vt non manifeste videatur propter fratris inuidiam cedere neq; pater sciat verã peregrinationis causam, Esau scilicet indignationem contra illum, & ingressa, inquit, ad Isaac rebecca dixit, grauis mihivita est propter filias Chet, Si acceperit Iacobvxorẽ de filiabus terrę istius ad quid mihi vita? Consydera quomodo honestum inuenit prætextum. Quando enim nobis superna gratia cooperatrix est, & difficilia facilia fiunt, & grauia leuia, Quia igitur & hæc habuit deum sententiæ suæ annuentem omnia quæ ad futuram dispensationem & salutem pueri conducere poterant, suggessit eius menti. Grauis mihi, inquit, est vita mea propter filias Chet, Si acceperit Iacob vxorem de filiab' terræ huius, ad quid mihi vita? Hic mihi significare videtur pessimos vxorum Esau mores et qb̃ ei fuerint multæ amaritudinis causa. Etenĩ de Esau supius narrauit no

bis diuina ſcriptura, quod accepit a Chetteis & Euæis vxores, & exaſperabāt Iſaac & Rebeccam. Hæc igitur in memoriam ei ſuggerere volens, quaſi eadem dicit ei, Scis quomodo vitam meam amaricarunt vxores Eſau, & quomodo propter illarū A
malicíam in omnes filias Chet male afficior, & propter illas omnem illam gentem exoſam habeo? Si igitur contingat & Iacob ex illis vxorem ducere, quæ mihi poſt ea ſalutis ſpes? ad quid mihi tum vita? Nam ſi illas ferre non poſſumus, ſi etiā Iacob ex filiabus terrę huius vxores acceperit, actū eſt de vita noſtra. Quibus auditis Iſaac accepit in mentem illarum malicias, & accerſito Iacob, benedixit eum, & præcepit ei, dicens, Non ſumes vxores de filiabus Chananæorum, ſed ſurge & vade in terrā Meſopotamiæ, in domum patris matris tuæ, & accipe tibi inde vxorem de filiabus fratris matris tuæ. Neq; his contentus verbis, voluit & alacriorem eum reddere in peregrinatione, & eum iterum benedictionibus confirmat, ac dicit. Deus meus benedicet te/ & augebit te/ & multiplicabit te, & eris in cōgregationes gentium, & dabit tibi benedictionem Abrahæ patris tui, tibi & ſemini tuo poſt te, vt in hæreditatem accipias terram peregrinationis tuæ, quam dedit deus Abrahæ. Vide quomodo iuſtus prædicit ei omnia, & bona ei viatica dat & ſolatia, prædicit enī ei reditum & hæreditatem terræ, & quod non ſolum in multitudinem creſcet, ſed & cōgregationes gentium ex ſemine eius egredientur. Quę vt audijt puer, impleuit iuſſa patris & profectus eſt in Meſopotamiam ad Laban matris fratrem. Et iterum, vt hoc didicit Eſau, & quod benedictus fuerit a patre Iacob, contēderitq; in Meſopotamiā, & quod mandatum eſſet ei, ne acciperet vxorem ex filiabus Chananæorum, quaſi B
corrigere volens erratum ſuum, & placare patrem, Addidit, inquit, & accepit vxorem ad duas vxores ſuas, filiam Iſmael filij Abrahæ. Vidiſti dilecte, quanta prudentia, & quibus affectionibus filiū ſuum Iacob e periculis mater eripuerit, decenter pallians peregrinationis cauſam, & neq; Eſau malicíam prodēs, neq; patri cauſam manifeſtam faciens, ſed & filio conueniens dans conſiliū, vt propter metum admoneri poſſit, ne ſe opponat ſuis dictis, & patri congruam ſententiā ſuggerens? Vnde & iuſtus accedēs eius dictis, viatico benedictionis inſtructum Iacob dimiſit. Cæterum ſi placet, & non defatigamini, videamus quomodo peregrinationē obiuerit Iacob, Non paruam enī & hinc cōmoditatem accipere poſſumus, ſi attēderimus. Iuſtorū enim conuerſatio & vita totius philoſophiæ cōtinet doctrinam. Vide igitur ſaltem vel hunc iuuenem, qui domi educatus, qui antea nunquam in peregrinatione fuerat, neq; magnum iter fecerat, neq; graue aliquod expertus erat, quomodo iter arripiat. Et diſce quam excellentibus præſtiterit moribus eius vita. Et egreſſus Iacob a fonte iuramēti profect⁹ eſt in Charras, & occurrit loco & dormiuit illic, Occidebat enī ſol & accepit de lapidibus loci, & poſuit ad caput ſuū et dormiuit in loco. Vidiſti in effabilem vitæ philoſophiā? Vidiſti quomodo veteres iter faciebāt? Vir domi educatus, tantæq; aſſuetus curæ. Simplex enim erat (inquit) & domi habitans. Peregrinaturus neq; iumentis egebat, neq; miniſtris neq; viaticis, ſed apoſtolicum morem imitatus, iter facit, & cum occumberet ſol, ibi dormiuit, vbi eum nox comprehendit, Accepit, inquit, lapides, & poſuit ad caput ſuū, vide pueri robur, lapide propulſinari vſus eſt, & ſuper pauimentū dormiuit, igitur quoniam bene moratam animā habebat & maſculū ſpiritum, & ab omni vanitate liberum, admirabilem viſionē illam meruit. Hoc enim more agit dominus noſter, quando videt animā præſentia non magnifacientē, plurimā ſibi illius curæ eſſe declarat. Vide igitur iuſtū illū ſup ſolo cubātē, & viſiones videntē, immo viſione domini dignū haberi dicit enī. Obdormiuit, & ecce ſcala erat firmata ſuper terram, cuius caput ptingebat in cœlū &

angeli dei aſcenderunt & deſcenderunt ſuper eam, Dominus autem innixus eſt ſu-
D per eam & dixit, ego deus Abraham, & deus iſaac patris tui ne timeas. Conſyde-
ra obſecro hic eximiam curam miſericordis dei. Quia videbat iuxta conſilium ma
tris propter timorem fratris ſuſcepturum peregrinationē, & quaſi errorem quendā
viam facere, & ſolum ac ab alijs abſtractum, nullāq; habentem conſolationē vllo
ex loco. ſed totum in ſupernū auxiliū proiectum, ſtatim in ipſo initio volens cōfir
mare alacritatem eius, apparet, ac dicit, ego ſum deus Abrahā, & deus iſaac patris
tui. Ego & patriarchā & patrem tuum in tantam gloriam creſcere feci. Ne igitur ti
meas, ſed crede quod ego qui impleui illis ſuas promiſſiones & te mea cura & pro-
uidentia dignabor. Ne timeas ſed confide & omni timore depulſo, crede his quæ a
me dicūtur. Et enim terra in qua tu dormis, tibi dabo & ſemini tuo, & erit ſemētuū
ſicut arena maris. Ne putes (inquit) quia in terram alienā nunc vadis, priuādum te
terra in qua natus es, vbi educatus, vbi adoleuiſti. Et eī tibi dabo eam & ſemini tuo
quod ſicut arenā maris augeri faciam, & dilatabitur ad mare, & africam, & ſepten-
trionē, & orientem, hoc eſt vbiq; propagabitur. Et benedicētur in te omnes tribus
E terræ, & in ſemine tuo. Vide quomodo iam omnia ei quæ poſt longū tempus euen
tura erant prædicit. Hic enim mos eſt omniū domino & opifici. Atq; hoc de om-
nibus iuſtis dici inueniēs, vt polliceatur quidem, nō autem continuo promiſſiones
impleat, ſed exerceat iuſtorū obedientiam & patientiam atq; ſic impleat promiſſa.
Deinde vbi policitus ei futura, & indigebat iuſtus nō vulgari conſolatione, videbe
nignum dominū, & futura pollicetur, & per illa ipſa quæ nūc in eum declarat fiden
tē facit. Dicit ei, ne putes, qđ hęc ſola tibi polliceor, ſed & nūc tecū ſum cuſtodiēs
te in oīvia quovadis. Ne putes (inqt) qđ ſol⁹ iter facias, me habebis itineris comitē
me habebis cuſtodē in omni via, oīa tibi difficilia, facilia reddentē. Exin magis au-
gens conſolationem, iam prædicit ei reditū ad ſua. Et reuerti faciā te (inquit) in ter
ram hanc. Ne formides (inquit) quaſi in aliena terra conuerſaturus quoniam redu-
cam te in terram hanc, & minime te derelinquam donec fecero omnia quæ loquu-
tus ſum tibi. Non deſpiciam te, neq; te cōſilij inopem ſinam, ſed quæcūq; tibi pro-
miſi, faciam. Quomodo quis pro dignitate admirabitur & obſtupeſcet diuinā mi-
ſericordiam, & inſignitum ſuæ obſequelæ ſtudiū? Vide enim quātum pondus pro-
miſſionum dat iuſto, & quomodo ſpiritum eius erexit? Cogita itē & iuſti huius gra
titudinem, & quod poſt illas promiſſiones apud Labanvigīnti annis laboribus affli
F ctus, non grauatim tulit, non ſegnior fuit tāto tempore, ſed omnia fortiter ſuſtinuit
expectans promiſſionum tempus, & ſciens quod non ſit poſſibile intercidere quæ
a deo dicta ſunt, & maxime ſi & nos afferre noſtra ſtudeamus fidem & obediētiam
& ita bene fidamus his quæ a domino promiſſa ſunt atq; ſi iā impleta eſſent. Hæc
enī vera fides eſt, non attendere ea quæ vidētur, etiā ſi omnino ſint aduerſa promiſ
ſioni, ſed ſolā promittētis potentiā. Iamverovideamus iuſti huius gratitudinē. Eui
gilauit (īquit) iacob de ſomno ſuo, & dicit Dominus eſt in loco iſto, ego autē neſci
ui. Et timuit & dixit. Quā terribilis eſt locus iſte. Non eſt hoc aliud quā domus dei,
& hæc eſt porta cœli. Stupeſcēs iuſtus propter magnā miſericordiā dei timuit (in-
quit) & dixit, nō eſt hoc niſi domus dei & iſta ē porta cœli. Hic locus mihi poſthac
p domo dei reputabitur. Tāta ille gloria dignus eſt habitus & ipſe, vt ita dicā, quaſi
cœli porta viſus eſt, iuſtū fuerit vt debitā hic gratiarū actionē domino reddā et of-
ferā. Et ſurrexit iacob, & accepit lapidē quē poſuerat ad caput ſuū, & ſtatuit eū i co
lūnā et infudit oleū ſuper ſummū eius, et vocauit iacob nomē loci illius, domus dei
Aliud enim erat nomē loco antea. Poſtquam autem per viſionem tam magna con

sequutus fuit, vocabulo memoriam loco inscribere vult, posterisq; eum facere celebrem, & lapide pro columna erecto, superfusoq; oleo. Verisimile enim est, quod illud solum secum tulerit, vtpote iter faciēs. Votum affert misericordi deo, omni plenum philosophia. Et si vultis etiam ipsa audiamus verba. Vouit enim votum, dicēs, Si fuerit dominus deus mecum, & custodierit me in via hac qua ego ambulo. Quoniam dixerat, Ego tecum sum, & custodiam te in via hac qua ambulas, propter hoc & ipse dicit, Illa mihi fuerint, quæ scilicet daturum promisit. Deinde & petitionem suam affert, dicens, Si dederit mihi dominus panem ad manducandum, & vestem ad tegendum. Non diuitias, non abundantiam quandam petiuit, sed panem & vestem, & hanc ad contegendum corpus, illum vero in necessarium alimentum. Consydera quomodo nobis apostolicum characterem petitione sua significauit, tanto sapientiæ studio plenus erat iusti animus. Nam id quod CHRISTVS dicebat Ne possideatis aurum vel argentum, vel duas tunicas. Hoc iste nondum a quoquā doctus, sed a seipso, & ab insita natura, magistra nostra didicit, & optauit a domino suo præberi panem ad comedendum, & vestem ad tegendum. Si hæc mihi fuerint (inquit) in terra aliena, & reduxerit me dominus saluum in domum patris mei, sicut promisit, erit dominus mihi in deum, & lapis iste quem erexi in columnam, erit mihi domus dei, & omnium quæ mihi dederis, decimas tibi offeram. Vide iusti gratitudinem, petebat quidem, at nihil precio sum sed panem & vestem, promittebat autem & sua domino. Scies autem quam certet muneribus! & quod nostras cogitationes retribuendo transcendat, inquit, Et columnam hanc in domum dei habebo, & omnium quæ mihi suppeditabuntur decimas dabo. Vidisti mētem piam ac religiosam! nihil adhuc acceperat, & promisit se deo eleemosynas oblaturum. Dilecti ne simpliciter prætereamus, quæ dicta sunt / sed æmulemur omnes hunc iustum, & qui in gratia eum qui ante legem, & nihil temporale petamus a domino. Neq; enim expectat, donec a nobis admoneatur / sed & non petentibus nobis largitur ea quæ ad vsum pertinent. Oriri enim facit solem super malos & bonos, & pluit super iustos & iniustos. Et credamus ei admonenti / & dicenti, Quærite regnum dei / & hęc omnia apponentur vobis. Vide quod nobis ipse etiam illa præparauit vt concedat, & hæc in lucri & auctarij parte daturum se promittit! Ne igitur ea quę sunt accessoria, quasi primaria pete ne inuertamus ordinē / sed quęramus illud sicut præcepit, vt & hæc & illa habere liceat. Ea enim de causa in orationis nostræ verbis limites & regulas nobis dominus prescripsit quatenus petenda sint temporalia. Verba illa iubet nos dicere, quę omni philosophia sunt referta, Panem nostrum quotidianum da nobis hodie diei alimentum inquit. Id quod iustus ille / tametsi nihil horum audierat precatus est, dicens, Si dederit mihi dominus panem ad comedendum, & vestem ad tegendum. Ne igitur temporale aliquid ab eo petamus. Indignum enim valde est, a tam liberali & tanta virtute prestanti huiusmodi petere, quę in præsenti vita dissoluuntur / & magnam vicissitudinem / & versionem experiuntur. Id genus enim sunt humana omnia / siue diuitias dixeris / siue potētiam / siue humanam gloriam, sed petamus semp manentia / sufficientia / vicissitudinis nescia. Et scientes dñi nostri bonitatem / nihili pendamus præsentia, sed omne nostrum studium in supercœlestium desyderium transferamus. Nam si solem suum oriri facit super malos & bonos / & pluit super iustos & iniustos / multo magis abstinentes a malicia / & iniustitiā fugientes non despiciet / sed multa dignos ducet prouidentia, & sua solicitudine omni tempore dignabitur. Id scientes dilecti / ne discredamus diuinis pollicitationibus, neq; diuersa quā ille promisit, faciamus. Enimuero quantū ad ea quæ nunc a nobis fiunt,

A

B

C

Quomodo petēda tēporalia.

Fidendum diuinis promissionibus.

nihil ab infidelibus differimus. Quando enim ipse quidem futura nobis promittit,
D nos autem nolumus confidere illius promissionibus, & præsentibus sumus affixi, quod aliud incredulitatis indicium adhuc requiritur, rebus ipsis tam clara voce attestantibus, & CHRISTO iubente, nos nihil petere fragilium horum temporaliũ Sed nos magis aduersamur ei, & quæ non iussit, illa quærimus, & quæ iussit quæri, illa non quærimus. Et hæc facientes, & tam pigre nostra instituentes, & exacerbantes mitem & humanum dominum, quasi obliti quæ nos fecerimus, causam quærimus suæ erga nos indignationis, & quare nos sæpe despiciat, in varia incidentes tentamenta, & non cogitantes peccatorum nostrorum magnitudinem, nosmetipsos decipimus voluntaro. Idcirco obsecro, vt his omnibus repulsis, nihil aliud salutinostræ præferamus. Quid enim vtile fuerit homini, si totum mundum lucretur, & animæ suæ detrimẽtum patiatur? Et superuacuas diuitias iam euacuemus in pauperes, & magnum sapientiæ studij specimẽ in omnibus exhibeamus, vanam gloriam despicientes, humanum fastum conculcantes, & omne charitatis studium virtutibus impendentes, vt & præsentibus, & futuris bonis perfrui mereamur: gratia & miseri
E cordia domini nostri IESV CHRISTI, cui cum patre & sancto spiritu sit gloria, imperium, honor nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

CAPVT VIGESIMVM NONVM.

ET abiit Jacob ac profectus est in terram Oriẽtis: ad Laban filium Bathuelis Syri fratrem aũt Rebecce matris Jacob: ⁊ Esau. Et vidit: ⁊ ecce puteus in campo. Erant autem illic tres greges ouium requiescentes in illo. Ex puteo enim illo potabãt greges. Lapis autem erat magn⁹ ad os putei: ⁊ congregabantur illuc omnes greges et pastores: ⁊ deuoluebant lapidem ab ore putei: ⁊ potabant oues: ⁊ obuoluebãt lapidem in os putei in locum suum. Dixit autem illis Iacob: Fratres vnde estis vos? Illi autem dixerunt: Ex Charris sumus. Dixit autem eis: Munquid noscitis Laban filium Nachor? Illi vero dixerũt: Noscimus. Dixit autem eis: Incolumis ne est? at hi dixerunt: Incolumis est. Et ecce Rachel filia eius venit cum ouibus. Et dixit eis Iacob: Adhuc multum diei superest: et nondum tempus cogẽdi pecora: potate autem oues: ⁊ abite: ac pascite. Illi vero dixerũt: Non possumus: donec conueniant pastores omnes: ⁊ deuoluant lapidẽ ab ore putei: ⁊ potemus oues. Adhuc loquente illo eis: et Rachel filia Laban venit cum ouibus patris sui. Ipsa enim pascebat oues patris sui. Factum est autem: vt vidit Jacob Rachelem filiam
F Laban fratris matris sue: ⁊ oues Laban fratris matris sue: et quum accessisset Jacob: deuoluit lapidem ab ore putei: ⁊ potauit oues Laban fratris matris sue: ⁊ osculatus est Jacob Rachelẽ: ⁊ clamauit voce sua: ac fleuit: annũciauitq; Racheli: quod sit frater patris eius: et filius Rebecce. Et quum cucurrisset renunciauit patri suo iuxta verba ista. Factum est autem: quum audisset Laban Nomẽ Jacob filij sororis sue: cucurrit in occursum eius: et amplexat⁹ est eum: ac osculatus introduxit illum in domum suam. Et narrauit Labani omnes sermones illos. Et dixit ei Laban: Ex ossibus meis: et ex carne mea es tu. Et erat cum eo mensem dierum. Dixit autem Laban ad Jacob: Quoniam enim frater meus es: non seruies mihi gratis: dic mihi: que merces tua? Laban autẽ habebat duas filias: nomen maiori Lia: et nomen iuniori Rachel. Oculi aũt Lie infirmi: Rachel aũt pulchra specie: et formosa aspectu valde. Diligebat aũt Jacob Rachelem: et dixit: Seruiam tibi septẽ annos pro Rachele filia tua iuniore. Dixit autem ei Laban: Melio⁹ est vt ego eã tibi dem: quã quod ego eandẽ viro alij: habita mecũ. Et seruiuit Iacob pro Rachele septẽ annos. Et erant coram eo: quasi dies pauci: eo quod ipse eã diligebat. Dixit aũt Iacob ad Laban: Da mihi vxorẽ meã: impleti enim sunt dies mei: vt ingrediar ad eã. Congregauit autẽ Laban omnes viros loci: et fecit nuptias: et factũ est vespere: et Laban acce-

ptam Lian filiam suam introduxit ad Jacob: & accessit ad eam Iacob. Dedit autē Laban Zelpham Lie filie sue ancillam. Factum est autem mane: & ecce erat Lia. Dixit autem Iacob ad Laban. Cur hoc fecisti mihi? Nonne propter Rachelē seruiui tibi? et quare decepisti me? Respondit aūt Laban: Non est sic in loco isto: vt detur iunior priusquam elocetur maior natu. Comple igitur septenariū huius: & dabo tibi etiam illam pro labore quem apud me operaris annos septem alios. Fecit autē Jacob sic: & impleuit septenariū eius. Et dedit illi Laban Rachelem filiā suam ei in vxorē. Dedit autem Laban filie sue Ballā ancillam suā ei ancillā. Et ingressus est ad Rachelem: dilexit autem Rachelem magis quā Lian: & seruiuit ei annos septem alios. Vt vidit autem dominus deus: quod odio haberetur Lia: aperuit vuluā eius: Rachel autem erat sterilis. Et concepit lia: & peperit filiū Jacobo: vocauit autē nomen eius Rubem. Dixit autem: Ecce dominus vidit meā humilitatem: & dedit mihi filiū: nūc igitur diliget me vir meus. Et concepit iterū Lia: & peperit filiū secundo Jacobo: ac dixit: Audiuit dominus: quod odio habeor: & apposuit mihi & hunc: & vocauit nomen eius Simeon. Et concepit iterum: & peperit filiū: dixitq; : Nunc temporis apud me erit vir meus: peperi enim ei tres filios: propter hoc vocauit nomen eius Leui. Et concepit adhuc filium: & peperit ac dixit. Nunc adhuc istud confitebor domino: propterhoc vocauit nomen eius Judam: & cessauit parere. A

CAPVT TRIGESIMVM B

Cum autem vidisset Rachel: quod non peperisset Jacobo: et emulata est Lian sororem suam: & dixit ad Jacob: Da mihi filios: quod si minus: moriar ego. Succensuit aūt Jacob Rachel: dixitq; ei. Nūquid pro deo ego sum: qui fructu ventris te priuauit? Dixit autem rachel ad Jacob: Ecce ancilla mea Balla: ingredere ad eam: & pariet super genua mea: & pueros suscipiā etiam ego ex illa. Et dedit ei Ballā ancillā suā vxorem ei: et intrauit ad eam Iacob: & concepit Balla ancilla Rachel: & peperit Jacobo filiū. Et dixit Rachel: Judicauit mihi deus: & exaudiuit vocem meā: dedit q; mihi filium: propter hoc vocauit nomen eius Dan. Et cōcepit iterum Balla ancilla Rachel: & peperit filium secundum Jacobo: & dixit Rachel. Coassumpsit me dominus: & cōuersata sum cum sorore mea: & inualui: & vocauit nomē eius Nephthalim. Vt autē vidit Lia: quod cessasset parere: & accepit Zelphan ancillam suā: & dedit eā Iacobo vxorem. Et cōcepit Zelpha ancilla Lie: & peperit Iacobo filium. Et dixit lia: Fortunata fui: & appellauit nomen eius Gad. Et cōcepit adhuc Zelpha ancilla lie: & peperit Jacobo filium secundū. Et dixit lia: Beata ego: quia beatā me dicunt mulieres: & vocauit nomē eius Aser. Et iuit Ruben in diebus messis triticee: & inuenit mala mandragore in agro: et attulit ea ad Liam matrem suā. Dixit autem Rachel Lie sorori sue: Da mihi de mandragoris filij tui. Dixit aūt lia: Non satis est tibi: quod accepisti virum meum: num et mandragoras filij mei accipies? Dixit aūt Rachel: Non sic: dormiat tecū nocte hac pro mādragoris filij tui. Aduenīte aūt inquit Jacob: egressa est lia in occursum ei? et dixit: Ad me ingredieris hodie: mercede enī conduxite mihi pro mādragoris filij mei. Et dormiuit cū ea nocte illa. Et exaudiuit deus liā: et cōcepit ac peperit Jacobo filium quintū. Et dixit lia: Dedit mihi deus mercedē meā: eo quod dedi ancillam meā viro meo. Et vocauit nomē eius Jsachar: q̄ est merces. Et cōcepit iterū lia: et peperit filiū sextū Iacobo: dixitq; lia: Donauit mihi deus donū bonum. Nunc tēporis me eliget vir me?: peperi enī illi filios sex: et vocauit nomē ei? Zabulō. Et post hoc peperit et filiā: vocauitq; nomē eius Dina. Recordat? est aūt deus Rachelis: et exaudiuit eam deus: et aperuit eius vuluā: concepitq; ac peperit filiū Iacobo. Dixitau, tem Rachel: Abstulit a me deus me? obprobriū: et vocauit nomē ei? Joseph: dicēs Apposuit mihi deus filium alium. Factum est autē: postquā peperit Rachel Ioseph: dixit Iacob ad Laban: Dimitte me: vt reuertar in locum meum et in terram meam. Da mihi vxores meas et pueros: pro quibus seruiui tibi: vt abeam. Tu enim nosti C

seruitutem: quam seruiui tibi. Dixit autem ei Laban: Si inueni gratiam coram te: con-
iectarem vtique: quod me benedixerit deus in tuo ingressu: defini mihi mercedem tuã:
D quam tibi debeo: & illam dabo. Dixit autem Jacob: Tu nosti: qualiter seruierim tibi:
et quanta fuerint tibi pecora mecum. Parua enim erant quecunq; tibi erant coram
me: & auctasunt in multitudinem magnam. Et benedixit te dominus ad pedem meũ
Nunc igitur faciam & ego aliquando mihi domum. Et dixit ei Laban: Quid tibi da
bo? Dixit autem ei Jacob: Nõ dabis mihi quicquam: si feceris verbum istud. Iterũ
pascam oues tuas: & custodiam. Pertransibo hodie omnes oues tuas: & segrega illinc
omnem ouem fuscam in agnis: & omnis subalbicãs & sparsa in agnis & in capris erit
mihi merces. Et exaudiet me iustitia mea in die crastino: quia est merces mea coram
te. Omnis que non fuerit sparsa: & varie albicans in capris: & rufa in agnis: furto ab
lata sit a me. Dixit autem ei Laban: Sit iuxta verbum tuum. Et diuisit in die illa hir
cos maculosos & varie albicantes: & omnes capras maculosas et subalbicantes: et
omne quod erat in eis candidum: & omne quod erat rufum in agnis: & dedit per ma-
num filiorum suorum gregem seorsum: & fecit distare viam trium dierum inter eos et
E inter Jacob. Jacob autem pauit pecudes Laban reliquas. Accepit autem Jacob
ad se virgam storacinam viridem & amygdalinam: & platanã: & decorticauit eas iacob
in decorticationes albas: albedo quod viride. Apparebat autem in virgis album
quia decorticauit varium. Et apposuit virgas quas decorticauit in cannales aqua-
torias: vt cũ venirent pecudes ad bibendum: virgis obuenientibus eis inter biben-
dum: conciperent pecudes sm virgas. Et pepererunt pecudes varie albas macu-
losas: & cinericio colore sparsas. Agnos autem distinxit iacob: & statuit coram ouibus
arietem subalbicantem: & omne varium in ouibus: & separauit oues suas apud se: et
non miscuit eas cum ouibus Laban. Factũ est autem in tempore quo concipiũt oues
grauide: posuit Jacob virgas coram ouibus: vt positis illis in cannalibus concipe-
rent iuxta virgas. Quando autem pepererunt oues: non posuit. Facta sunt: non si-
gnata ipsius Laban: signata vero Jacob. & ditatus est homo valde valde: et fuerũt
ei pecora multa: et boues: pueri et ancille: cameli et asini: et muli.

CAPVT TRIGESIMVM PRIMVM.



Audiuit autem Jacob verba filiorum Laban: dicentium. Tulit ia-
cob omnia que sunt patris nostri: et ex his que sunt patris nostri fe-
cit omnem gloriam hanc. Et vidit Jacob faciem Laban: & ecce nõ
F erat erga se vultus eius: sicut heri & nudiꝰ tertius. Dixit autem do-
minus ad Jacob. Reuertere in terram patris tui: et ad cognationẽ
tuam: & ero tecum. Misit autem iacob: & vocauit Lian & Rachelem
in campum: vbi erant greges: & dixit eis. Video ego faciem patris vestri: quod non
sit erga me: sicut heri & nudius tertius. Deus autem patris mei fuit mecum. Ipse au
tem scitis: quod pro omni virili mea seruiui patri nostro: pater autem vester decepit
Et pariẽt pro pepererũt, tropo Hebraico ꝓpter coniunctionẽ precedẽtem. me: & mutauit mercedem meam decem agnis: & non dedit illi deus patris mei vt me
affligeret. Quũ sic diceret: Varia erunt tua merces: et parient omnes oues: varia.
Sin diceret: Candida erunt merces tua: et parient omnes oues: candida. Et tulit
deus omnia pecora patris vestri: et dedit mihi ea. Et factũ est: quando concipiebant
oues: et vidi oculis meis ipsas in somno: et ecce hirci et arietes ascendentes super
oues et capras subalbicantes et varias: et cinericio colore sparsi. Et dixit mihi ange
lus dei in somno: Jacob: Jacob. Ego autem dicebã. Quid est? Et dixit: aspice ocu-
lis tuis: et vide hircos: et arietes ascendentes super oues et capras subalbidos et
varios: et cinericio colore sparsos. Vidi enim quecunq; Laban tibi facit. Ego sum
deus tuus: qui tibi apparui in loco: vbi inunxisti mihi columnam: et vouisti mihi ibi
votum. Nunc igitur surge: et egredere de terra ista: et abi in terram natiuitatis tue:
et ero tecum. Et responderunt Rachel et Lia: ac dixerunt ei. Non est nobis pars
vel hereditas in domo patris nostri. Nonne vt aliene reputate sumꝰ apud eũ? Ven-

didit enim nos: et deuorando comedit pecuniam nostram. Omnes diuitias et glo-
riam quam abstulit deus patris nostri: nos et proles nostre habebimus: nūc igitur
quecunq; dixit tibi deus tuus fac. Surrexit autem Jacob: et accepit vxores suas ⁊
pullos suos: et ascendere fecit super camelos: et abduxit omnia que ei erant: et om- A
nem supellectilem suam: quam acquisierat in Mesopotamia: et omnia sua: vt abiret
ad Jsaac patrem suum in terram Chanaan: Laban autem abierat ad tondendum
oues suas. Furata est autem Rachel idola patris sui. Occultauit autem Iacob La-
ban Syrum ne annūciaretur ei quod fugeret. Et abscessit ipse et omnes sui. Et trā
sito fluuio: contendit ad montem Galaad. Anūciatum est autem Laban Syro die
tertio: quod abscessit Iacob et absumptis omnibus filijs et fratribus suis secūm perse
quutus est eum via dierum septem: et consequutus est eum in mōte Galaad. Venit
autem deus ad Laban Syrum per noctem in somno et dixit ei. Serua teipsum ne
loquaris cōtra ipsum mala. Consequutus est autem Laban Jacobum. Jacob au
tem fixerat tabernaculum suum in monte Galaad: Laban autem constituit fratres
suos in monte Galaad dixit: autem Laban ad Jacob cur fecisti? Vt quid clanculo
abscessisti: et mea furti abstulisti et abduxisti filias meas quasi captiuas gladio? Et
si annūciasses mihi: emisissem te vtiq; cum leticia et musicis tympanis: et cithara. Et
non dignus abitus sum osculari puellos meos et filias meas? Nunc autem insipi- B
ter egisti: ⁊ nūc valeret manus mea affligere te. Deus autem patris tui heri loqui
tus est ad me dicens. Serua te ne loquaris cum Iacob mala. Nunc igitur iter arri-
puisti desyderādo enim desiderasti vt abeas in domum patris tui. Vt quid furatus
deos meos? Respondit autem Iacob et dixit ad Laban. Dixi enim ne forte auferas
filias tuas a me: et omnia mea. Et dixit Iacob. Apud quem inueneris deos tuos: nō
viuet coram fratribus nostris. Agnosce quid tuarū rerum apud me sit et accipe: et
non agnouit apud eum aliquid neque sciebat Jacob quod Rachel vxor eius ea fu-
rata esset. Jngressus autem Laban scrutatus est in domo Lie: et non inuenit. Et
exiuit e domo Lie: et scrutatus est domum Jacob: et domum duorum seruorum: et
non inuenit: ingressus autem domum Rachelis: Rachel autem accepit idola et
iniecit ea subter sarcinam cameli et sedit super eam et dixit patri suo. Ne grauter
feras domine quod non possum surgere coram te: quoniam secundum mulierū con-
suetudinem mihi est. Scrutatus est autem Laban coram ipso in tota domo: et nō in-
uenit idola. Jratus autem fuit Jacob: et contendit cum Laban. Respondit autem
Jacob et dixit Laban. Que nam iniustitia mea: ⁊ quod peccatum meum: quod per
secutus es me: quoniam scrutatus est omnia vasa domus mea? Quid inuenisti de
omnibus vasis domus tue? pone coram fratribus tuis ⁊ fratribus meis: et arguāt
inter ambos nos. Ni mihi viginti anni quibus sum tecum. Oues tue et capre tue nō
fuerunt steriles. Arietes ouium tuarum non comedi. A fera comestū non attuli ego C
per meipsum soluebam furta diurna: ⁊ furta nocturna. Factus sum die adust⁹ cau-
mate: ⁊ gelu nocte: ⁊ discedebat somnus ab oculis meis. Ni mihi viginti ānis pro qui
bus ego sum in domo tua. Seruiui tibi quatuordecim annis pro filiab⁹ tuis. Et sex
annos in ouibus tuis ⁊ decepisti mercedem meam decē annis. Ni deus patris mei
Abrahe: ⁊ timor Isaac fuisset mihi: nunc forte vacuum me dimisisses. Humilitatem
meam: ⁊ laborem manuum mearum vidit deus: ⁊ arguit te heri. Respondit autem
Jacob ⁊ dixit: Et filie: filie mee: ⁊ filij: filij mei: ⁊ pecora: pecora mea ⁊ omnia quecūq;
tu vides mea sunt: ⁊ filiorum meorum. Quid faciam his hodie vel filijs earum quos
genui? Nunc igitur age disponam fedus tecum: ⁊ erit testimonium inter me ⁊ te. Ja
cob autem tulit lapidem: ⁊ statuit illum in colūnam. Dixit autem Jacob fratribus
suis. Colligite lapides. Et collegerunt lapides: ⁊ fecerunt collem: ⁊ comederunt ⁊
biberūt ibi super colle. Et dixit ei Laban. Collis hic testabitur inter me ⁊ te hodie
⁊ vocauit eum Laban Collis testimonij: Jacob autem vocauit eum: Collis testis.
Laban vero dixit ad Jacob. Ecce collis ille: ⁊ columnam quam statui inter me ⁊ te
testatur Collis ille: ⁊ testatur columna ista: propterea vocatum est nomen Collis

testatur. Et visio quam dixit. Aspiciat deus inter me et te: quod discedemus alter
D ab altero: si humiliaueris filias meas: et acceperis vxores super filias meas. Vide
nullus nobiscū est: Videns deus testis sit inter me et te. Et dixit Laban ad Jacob
Ecce tumultus iste et testis est columna ista. Si enim ego nō transiero ad te: neq; tu
transeas ad me: colem illum et collumnam hanc in malum deus Abraham et deus
Nachor iudicabit inter nos. Et iurauit Jacob per timorem patris sui Jsaac: et sacri
ficauit iacob sacrificium in monte: et vocauit fratres suos: et comederūt et biberūt
dormuerūtq; in monte. Surrexit autem Laban mane: et osculatus est filios suos
et filias suas et benedixit eos. Et reuersus Laban: abijt in locum suum.

HOMILIA. LIIII.

SAtis heri ex præludijs peregrinationis iusti edocti sumus quanta sit
eius philosophię magnitudo, propter quam causam tantam pollicita
tionem a deo consequutus est Iterum autem propter preces et votum
quæ fecit vniuersorū domino, doctrinam nobis omnibus dedit, si vel-
lemus ad imitandam virtutem illius excitari. Etenim admirationem di
E gnum est, quomodo virtutem sciens promittentis & audiens magnitudinē sibi pro
missorum neq; sic magnum aliquid & sublime postulare attentauerit sed illa dunta-
xat petijt, quæ audistis heri, nempe ea q̄ ad quotidianum alimentum sibi suffice-
re possint videlicet panem in cibum, & vestimentum ad tegēdum, & promittit, si re
ditum ei in sua concedat deus sicut sibi promiserat daturum se omnium quæ ab eo
accipiet, decimas per omnia monstrans religionem suam, & ipsi asscribit vt datori
omnia, & docet nos vt ei habeamus gratiam. Iam enim iustus ineffabilęm immen-
samq; misericordiam sciens, & cogitans quanta in patrem suum & patriarcham ex
hibuerat, quod & sibi magnam abundantiam, cōcedat & horum quidem ipse nihil
petit a domino, neq; vult de his precari, sed ex eo quod decimas omnium daturū se
pollicetur, monstrauit omnibus quomodo cōfidebat eius qui promiserat, virtuti.
Propterea & ipse quando cum eo loquebatur, dicebat, Ego sum deus Abraham &
Isaac patris tui, ne timeas. Cogita, inquit, quod & patriarcha quasi peregrin⁹ et igno
tus in terram hāc aduenerit. & in tātam venerit gloriam, vt omnium ore celebretur
Cogita item & patrē tuum quod in extrema senectute patri suo natus est, ac ita opi
bus auctus, vt & inuidiosus fieret indigenis, Eadem igitur & ipse expecta, omnēq;
F timorē & anxietatem depone, peregrinationēq; obi, Hæc secum cogitans iustus,
non ad præsentē respiciebat statum nihil enim omnino secum afferebat, Quomo-
do enim qui solus & iter facere cogebatur, sed iam fidei oculis non multo post futu
ram præuidens habundantiam suam declarabat gratitudinē, & qui nihil adhuc ac-
ceperat vouet digniorem fide existimans promissionem domini, quam rerum pos-
sessionem, Neq; enim ita fidere debemus his, quæ in manibus habemus & videmus
vt promissionib⁹ dei etiā si non eueniant statim primo tēpore, Iustus igitur, sump-
ta ex his quæ deus dixerat fiducia maxima peregrinationem obijt. Quo pacto eni
non fisurus esset cui dictum erat. Ecce ego tecum sum custodiēs te in omni via qua
iturus es, & multiplicabo semen tuum & reducam te iterum in terram hanc, & non
te derelinquam vsquequo compleantur promissa omnia? verum hoc quod heri dixi
cogita & omnipotentem dei sapientiam, & iusti illius magnam sustinentiam & gra
titudinem. Surrexit enim post promissiones illas, & in Charras contendit. Et ite-
rum agit vt peregrinus & vagus, & in omnib⁹ diuina gratia fruitur, Misericorde
deo om nia ei prædisponēte, & suam promissionem adimplente, Quienim, Dixe-
rat, Tecum sum, Custodiens te in omni via qua iturus es, Ita duxit iustum ad fon-

tem aquæ, vbi aquabant pastores terrę incolę, a quibus cum interrogaret de Laban fratre matris suę / & didicisset omnia quę circa illum gerebantur / deinde vt & huius filiam & greges oculis spectaret / videretq; pastores non sufficere vt lapidem a fonte ipsi amouerent & aquarent oues / accurrit / & id quod illi facere non valebant, ipse su perno auxilio roboratus, præueniēs benefícijs Laban / amouit lapidem, & ada quauit oues quas pascebat Rachel. Deín vbi osculatus est puellam, & significauit quis esset / & vnde venisset / māsit ipse apud fontem. Verum deus, quía deus erat qui iusto dísponebat omnia, hic & puellam excitauit, vt celeríter curreret / ac nunciaret hæc patrí / qui frater erat huius matris, narraretq; beneficiū quod ab eo factū et ín ipsam, et ín greges / et quod neq; peregrinus sit / neq; ignotus / sed fratrís filíus. Consydera obsecro dilecte, diuínę scripturę euidentiam, quomodo nobis omnia manifeste recenseat, docendo nos moresveterum, et quātę in excípiendis hospitibus fuerint ala crítatis. Nam vt puellę indicaret alacritatem, non simpliciter dixit, quod abijt et an nunciauit quę facta sunt, sed quod cucurrit prę magno gaudio. Deinde et de Labā, qui pater illíus erat, dicit, quod audítis his a vírgine cucurrit et ipse in occursum Ia cob, et saluauit eum, et índuxit in domū suam. Postquam autem Laban omnia díli genter didicit ab eo, dixit, inquit, ei, Ex ossibus meis et ex carne mea es tu. Sororis (inquit) meę exístens filius, níhil aliud quam caro nostra es / et frater noster. Et erat cum eo, inquit, ad mensem dierum. Deín quasi in domo propria apud eum impaui de et ab omni cura liber agebat. Cæterum quoniā deus erat, qui omnia ad vtilitatē huius iustí dispēsabat / et in omnibus ei suam prębebat cooperationē / ipse alacritatē B Laban excitauit, et vídens viri mansuetudinem, dicit ei, Quoniā frater meus es tu, et non seruies míhi gratis, díc míhi, quę merces tua sit. Vide quomodo ipse quidem petebat níhil, Laban autē a se hoc proponit iusto. Et attende obsecro, quomodo ei cui díuina manus assistit, omnia felíciter succedant. Non seruies míhi, inquit, gratis índica mihi, quę merces tua sit. Quāuis beatus ille magnę charitatis loco habebat, vel simplíciter quotídiano alimento frui, multamq; pro eo gratiam referebat, verū quía míram humanitatem prę se ferebat, ideo Laban prior mercedem ei pollícetur, quam ipse proposuerat. Quíd ígitur iustus? Vide obsecro et hic excellentem eius sa gacitatem, et quomodo nullā congregandarum opum habuerit curam. Non em̄ sí cut mercennarius alíquis cū Laban conuenit, et operā suam exquisítiore mercede locat, et aliud quíd petit, sed memor patrís, et memor matris, et mirificā continen tiam prę se ferēs, dícit Laban: Seruíam tibi septē annis pro Rachel filía tua iuniore. Hanc enim mox vt apud fontē vídi, amaui. Et vide beneuolentiā viri, sibijpsi et tē pus prescribit, et tanto tēpore sufficiens argumentū suę cōtinentię præbet. Et quid admíraris dilecte, audiens quod septem annis seruíuit pro dílecta puella? Vt enim ostendat nobis scríptura, quomodo amor magnus et laborū & tēporis longitudinē succídit, et breue víderi fecit, dícit, Et seruíuit Iacob pro Rachel annis septē, et erāt coram eo quasi díes pauci, eo quod ipse eam díligeret. Septem, inquit, anni, pauci dies vídebantur ob ingentē erga puellam amorē. Quando em̄ quis sauciatur charí tatis desyderio, níhil difficile spectat, sed id quod fuerit plenū periculis et multa mí seria, leuiter fert, ad vnū hoc vídens, quomodo suo potiatur voto et desyderio. Au De ma diamus nos ignaui et supíni, magna ingratitudine in deū viuentes. Nam sí iustus íl gno in le propter puellæ amorē septennium seruire, ferreq; pastoralíū laborum ærumnas deum amore. decreuit, et non sentit vel labores, vel temporis longitudinē, sed omnia ei leuia et fa cília vídentur, expectationeq; et spe fructus alitur, ita vt dies paucos lōgum illud tē pus putet, qualem nos habebimus excusationē, qui non pari studio erga domínum

nostrum et benefactorē et curatorem. & qui nobis fit omnia, afficimur? Sed quando proponitur lucrum temporale, omnia alacriter sustinere volumus, etiam si laboriosum sit, & valde ærumnosum et sordidum, & pœnam in presenti et futuro seculo prebens, propter nostram autem salutem & vt supernam nobis salutem consiliemus, remissi et supini et dissoluti videmur? Et qualis nobis erit venia, qualis ve excusatio sic negligentiæ deditis, qui neq; quantum beatus ille pro puella amorem desiderauit tantam in deum charitatem habemus, idq; quum tanta possumus numerare beneficia in nos collata, et quæ quotidie collocantur? Sed etsi nos tam ingrati verū non ita beatus Paulus, qui tanta feruebat & ignitus erat charitate in deum, vt verba illa tāto viro digna loqueretur et clamaret dicēs. Quis nos separabit a charitate dei Vide dictionis emphasin, & latentem vim, vide amoris violenti furorem, vide charitatem incensam, Quis nos separabit? Quid, inquit est, quod potest nos a charitate dei separare? quid inter visibilia, quid inter inuisibilia? Deinde volens & particulatim omnia enumerare, & omnibus nobis manifestū facere irrefrenabile desideriū quod erga dominum possidebat, subdidit dicens, num afflictio? nū angustia? num fames? num persequutio? nū nuditas? num periculū? num gladius? o animā insania quæ continentiæ mater est, furētem. Quid, inquit, ex his quæ nobis inferri possunt nos auferre a charitate, quæ est in deum, poterit Afflictiones quotidianę? minime, Angustiæ? neq; ille ꝑsequutiones? neq; ille. Sed quid? fames? nū nuditas? nū pericula? verū quid dico famē & nuditatē, & pericula? num gladius? num mors ipsa si infligatur hoc poterit efficere? impossibile est. Nullus alius sic dignatus est diligere dominum vt beata illa anima, Quasi enim liberatus a corpore, & sublimis factus, vt sic dicam, & neq; super terram ambulare se putans, ita loquitur. Amor enim in deum & succensa charitas mentem eius a sensibilibus ad spiritualia transtulit & a præsentibus ad futura, & a visibilibus ad non visibilia. Eomodo se habēt fides & charitas in deum. Et vt discas magnam eius gratitudinem, vide eum qui sic dominū dilexit, & in eius charitate exarsit, fugari, persequutionē pati, flagellari, īnumera grauia ferre, & dicere in laboribus abundantius in plagis supramodum, in moribus frequenter a iudæis quinquies quadragintavna minus accepi, ter virgis cæsus sum, semel lapidatus sum, nocte & die in profundo maris fui in itineribus sepe, periculis fluminū periculis in falsis fratribus, in labore & erumna, & talia patiens gaudebat et exultabat, Sciebat enim & argumentis multis certus erat quod labores præsentes maxima sibi præmia conciliarent, et pericula ac coronas parerēt. Nam si Iacob propter amorem in Rachelem quasi pauculos dies septēnium putabat, multo magis beatus ille omnia nihil faciebat, succēsus simul amore in deū, et propter CHRISTVM dilectū omnia ferens. Studeamus igitur obsecro et nos diligere CHRISTVM, Nihil enim aliud, inquit, CHRISTVS requirit a te, quam vt ipsum diligas ex toto corde, & facias mandata eius. Qui enim diligit, sicut oportet deum, manifestum quod et mandata eius facere nititur. Quando enim quis erga aliquem fraterne afficitur, omnia facere studet, vt dilectum attrahere possit in amorē suum. Et nos quoq; si dominum fraterne dilexerimus, et mādata eius implere nihilq; eorū quæ exacerbare poterunt dilectum, facere studebimus. Hoc fuerit regnum cœlorū, infinitaq; bona, & fructꝰ bonorū assequi, si germane, & sicut oportet, eū dilexeris, & propter charitatē in eum et erga conseruos multam declaraueris dilectionem, In his enim duobus mandatis, inquit, lex & prophetę pendent, nempe vt diligas dominū deum tuum ex toto corde et proximum tuum sicut teipsum, hæc omnium virtutum summa, hoc fundamentū. Simul enim cum charitate in deū, ingreditur dilectio proxi-

mi. Nam qui deum diligit, nō despiciet fratrem, neq; opes diuinis præferet, sed magnam præ se feret benignitatem (memor eius, qui dixit. Qui fecerit aliquid vni horum minimorū mihi fecit, & cogitans quod propter ministeriū in conseruum, deus ipse sit qui sibi vendicet factum) magna cum alacritate hoc operabitur, magnumq; studiū habebit elemosynæ, non ad vtilitatem respiciēs pauperis qui apparet, sed ad magnitudinem eius, qui promisit se habiturū, perinde ac sibi factum esset, quecunq; illi facta fuerint. Ne igitur prætereamus simpliciter, oro, lucrum nostrarum animarū, & remedium nostrorū vulnerum. Hoc enim, hoc maximum pharmacū ita curabit & abolebit vlcera animarum nostrarum, vt neq; cicatrix, neq; verruca aliqua apparitura sit, id quod in corporis vulneribus non est possibile, Nam licet quis infinities cathaplastra accepta a medicis superponat. necesse est cicatricem in corpore manere, et merito, corpus enim est, quod curatur. Hic autem quia anima est, quādo quis suam gratitudinē declarat, multo melius incipit sese habere, quam antea habuerit, & sic omnia vlcera depellit, vt ventus vehemens puluerē deturbat. Atq; his omnibus plenæ sunt scripturæ. Ita Paulus apostolus factus est ex persequutore, & qui prius impugnabat ecclesiam, postea factus est eius pronubus. Vidisti quāta rerum vicissitudo? Vidisti quanta translatio? Sic & latro quum multa fecisset homicidia, in vno temporis puncto, propter pauca illa verba ita omnia abluit peccata, vt audiret a domino, Hodie mecum eris in paradiso. Sic & publicanus qui percusserat pectus, et sua peccata confessus erat, descendit iustificatus magis quam pharisæus. Verum omnes hi animæ suæ gratitudinē declararūt, & priora confessi peccata, remissionem obtinere. Videamus autem & mandati robur, et quantam abundantiæ vim possideat larga elemosyna, vt quum didiceris lucrum quod inde nascitur, alacriter eam facias. Forte enim tanta eius potestas, vt non solū peccata purgare, sed & mortem fugare valeat. Et quomodo? Ego dicam, Et quis, dicet aliquis, elemosynam faciens, superior morte factus est? sane omnes vidimus sub mortis potestatē venisse. Ne turberis dilecte, sed rebus ipsis disce, quomodo elemosynæ vis & mortis vicit tyrannidem, Tabitha erat mulier, cuius nomē si quis interpretatur dicitur Dorcas, hæc quotidie faciebat opus, colligendo ex misericordia diuitias. Et vestiebat (inquit) viduas, & alios sumptus eis præbebat. Factum est autem, vt infirmata ipsa moreretur, Sed vide quomodo hæ quæ ab illa curabantur, & quas vestiebat, benefactricem remunerarint. Stabant enim circa Apostolum, & monstrabant (inquit) ei vestes, quas faciebat, quum adhuc in humanis ageret Dorcas, & alumnam dicebant, & forte etiam lachrymas profundebant, adq; misericordiam apostolum prouocabant. Quid igitur beatus petrus? Genibus positis (inquit) adorauit, et conuersus ad corpus, dixit, Tabitha surge. Illa autem aperuit oculos suos, & vt vidit Petrum, resedit. Data autem ei manu, erexit eam. & accersitis sanctis & viduis, commendauit illis eam viuam. Vidisti virtutem apostoli, immo operantis per eum domini? Vidisti, quanta retributio beneficentiæ in viduas, etiam in præsenti vita? Quid enim tantum præbuit illa viduis, quantum illæ ei rependunt? Vestes præbuit & alimenta, sed illæ ad vitam hanc reduxerunt, & mortem fugere fecerunt, immo non illæ, sed misericors deus propter curam quam illis impendit. Vidisti pharmaci potentiam? Hoc omnes nobis ipsis paremus, neq; enim sumptuosum est, quāuis tante sit virtutis, sed & vili emitur, nec multo sumptu indiget, Magnitudo enim elemosynæ, non multitudine pecuniarum, vel opum sita est, sed ex alacritate dantium iudicatur. Propter hoc & qui potum aquæ frigidæ dedit, acceptus est, & quæ duo minuta in corbonam misit, grata est, vt discamus, quod vbique mentem requi-

A De elemosina

B Elemosina mortē vincit.

C De tabitha

rit dominus. Fieri potest, vt qui parum habet, magnam præ se ferat liberalitatem, vtpote si valeat & alacritate, et qui multa possidet, minor videatur his qui parum habent propter sordidi animi tenacitatem, Effundam⁹ igitur facultates nostras in indigos, mēte liberali, ex his quæ nobis dominus dedit, & quæ ab eo data sunt, ipsi iterum demus, vt sic iterū nostra cum lucro fiant. Tāta enim eius est liberalitas, quod licet accipiat de his quæ ipse dedit, non putet tamen propria se accipere, sed magna munificentia nobis ea redditurum se pollicetur, tantū nos & quæ nostra sunt facere velimus, et sic pauperibus erogemus, quasi deponentes ea in manus domini, sciētes quod quæcunq; acceperit manus eius, ea non solum reddit, sed multiplicatiora nobis iterum largitur, suę liberalitatis gloriam declarans. Et quid, inquā, quod ea reddat multiplicata, manus illa, non enim ea solum reddit, sed cum eis & regnum celorum donat, & celebrat, & coronat, et innumera bona largitur, modo ex datis paruū quiddam inferre voluerimus, Num graue aliquid & onerosum a nobis requirit? Ea quæ abundant & superua canea sunt nobis, necessaria facere vult, et quæ frustra ac in uanum reposita sunt, ea vult bene distribui, vt occasione accepta hinc nos coronet, Anhelat enim & vrget, ac omnia facit vt dignos faciat his quæ ille promisit, Ne igitur nosipsos priuemus tantis bonis. Nam si agricole penu suum euacuant, et semina terræ concredunt, idq; cum voluptate faciunt, spe maiora recipiendi se solantes, et quāuis sciant, quod aeris intemperies nōnunquā & terræ sterilitas, & alia multa accidentia, vt locustarum exercitus, et rubiginis insidiæ, spe excidere faciant, attamē bona spe sese alentes, ea quæ in promptuarijs collecta, terræ cōcredunt. Multo magis nos quæ absq; vsu recondita sunt, dispergere in pauperum vsus & educationem cōuenit. Hic nunquā spes eluditur, neq; timenda aliqua terræ sterilitas. Dicit enim Dispersit dedit pauperibus, iustitia eius manet in seculum seculi. Breui tempore distribuit, & perpetuo seculo iustitia eius permanet. Quid hoc beatius inquā fuerit? & idcirco oro, vt iustitiam quæ ex elemosyna est arripiamus, vt & de nobis dicatur, Dispersit, dedit pauperibus. Nam postquā dixit, Dispersit dedit pauperibus, vt ne putes dispersa perire. ideo statim subdidit, Iustitia eius manet in seculū. Illis (inquit) dispersis, iustitia eius manet in secula, & in omne seculum se extendit. Iam cum elemosyna etiā alias virtutes diligenter curemus, & affectiones carnis reprimamus, et eliminem⁹ ex anima omnē illicitā concupiscentiā, omnē malam cogitationē, iram stomachationē, inuidiam, & ornemus omnibus modis animæ generositatē, vt claritate pulchritudinis suæ conciliemus nobis vniuersorū dominū. Nam vbi viderit animæ venustatem, statim assistet. Dicit enim. Super quē alium respiciā, quam sup mansuetū & quietum, & tremētem sermones meos? Vidisti quomodo nos docuit omnes colores, quib⁹ animæ pulchritudo potest decorari? super mansuetū (inquit) & quietum, et humilem. Deinde quod hæc omnia efficit, addit, & trementē sermones meos. Quid est trementem sermones meos? obediētiam operibus implentem, quod & alibi dicit, Beatus qui timet omnia propter pietatem, Nam si nos, quum videmus famulum, qui nostra cum diligentia timoreq; multo curat, maiorem ergā illum declaramus bñuolentiam, multo magis bonus dominus, propter hoc dicebat, Super illum respiciā qui tremit sermones meos, Tremamus igitur oro, & cum magno timore sermones eius impleamus. Nam eius sunt sermones. Et quū didicerimus quæ illi placēt, & quæ probat, ea obeamus, & tales quales vult fieri studeam⁹. Quietē, mansuetudinē, humilitatē magnā exhibeamus, & omnia quæ ab eo mandata sunt, cum reuerētia adimpleamus. vt cum approbarit affectionē mētis nostræ, placatus nostra obediētia, respicere etiā super nos dignetur, Quod si nobis cōtinget, erimus

per omnia ſecuri. dicit enim, Reſpiciam, hoc eſt cura mea dignabor, manum porri gam, in omnibus auxiliator ero, vbertim in eum meam liberalitatē profundā. Hęc igitur omnia faciamus, vt reſpiciat ſuper nos dominus, quo & præſentē vitam abſq; triſticia trāſigamus, et futura bona cōſequi poſſimus, gratia & miſericordia domi ni noſtri IESV CHRISTI, cui cum patre & ſancto ſpiritu ſit gloria, imperium honor nunc & ſemper, et in ſecula ſeculorum. Amęn. A

HOMILIA. LV.

HEri quum a dilectione Iacob, quam erga Rachelē declarauit, ad pauli charitatē & magnitudinē amoris, quē erga CHRISTVM gerebat trāſiuimus, quaſi ab impetuoſo quodā torrente rapti, nō potuimus ad ſeriem & contextum ſermonis regredi, Ideo ſi placet, hodie ſequētia aggreſſi, ea quæ nup relicta impleamus, vt ex his quæ hodie dicūtur, percepta vtilitate aliqua, domū repetatis. Igitur poſtq̄ impletus eſt ſeptem annorū numerus, & fuerunt coram Iacob quaſi dies pauci tot anni, ob amoris vehementiā, dixit ad Laban, Da mihi vxorē meam, impleti enim ſunt dies mei, vt ingrediar ad eam. Cōgregauit autē (inquit) Laban oēs viros loci, et fecit nuptias, & factum eſt veſpere, et accepit Laban Lian filiā ſuam, introduxitq; eam ad Iacob. Vidiſti cum quanta olim honeſtate nuptias egerint? Audite qui ad ſatanicas pompas ſpectatis. Num tūc tibię? num tunc cymbala? num tunc choreæ diabolicæ? Quare enim (dic mihi) tm̄ ſtatim ab initio damnū inducis in domum tuam, & eos qui in ſcenis & or cheſtris operā locant vocas, vt cum intēpeſtiuo ſumptu virginis lædas cōtinentiā, & iuuenē impudētiorem facias? Satis enim arduū erat, abſq; illis ſufflationib⁹ illam ætatem poſſe ferre æquiter tempeſtatē affectionū, quum autē & hæc accedūt, tam quæ videntur q̄ quę audiūtur, maius accēditur incēdium, & fornax cōcupiſcētiarū magis inflāmatur, quomodo non peſſum it adoleſcētis aīa? Hinc enim oīa pereūt et corrūpuntur, quia ab initio caſtitas oppugnatur eorū qui inter ſe cōuenturi ſunt, & ſæpe primo die iuuenis oculis videns incōtinētibus, telo diabolico in anima vul neratur, et puella per ea quæ audit & videt captiua fit, & ab eo die poſtea creſcūt vul nera, maiuſq; fit malū. Etenī illinc ſtatim diſcūt, vt & mutuam cōcordiā dilacerēt, et amorē corrūpant. Qn̄ enim ille mentē ad aliam verterit, huc & illuc diuidens co gitationē, & a diabolo ſuo inſtigatur, multa amaritudine domū implet, Quod ſi & illa cōperitur ita affecta eſſe, ex ipſis fundamētis oīa (vt ita dicā) euertit. Poſtea mu tuum ſe fugiūt & latere volunt, et ille quidē ſuſpicioſe obſeruat vxorē, & ſimiliter illa virū. Et vbi oportebat concordiā eſſe copulā, & qui debebāt eſſe carovna, (Erūt enim, inquit, duo in carnē vnam) hi in tanta diuiſione quaſi diſſecti ſunt. Diabolus enim ſubingreſſus, tantū in eis damnū facit, vt quotidianæ pugnæ inter eos naſcan tur, & a malis nunq̄ habeāt quietē. Quid em̄ quis dixerit, quomodo poſtea a famu lis cōtemnātur, quomodo avicinis rideātur, quā fœda operātur? Nam ſicut quādo gubernatores inter ſe diſſident, etiā qui in naui ferūtur, periclitant ac timent, ne ſub mergatur nauis. Ita & hic, ſi diſcordes ſint vir et mulier, veriſimile eſt, oēs qui apud illos ſunt, participes eſſe malorū. Propterea oro vt hæc oīa p̄uidentes, cōſuetudinē non ſectemur, ſcio enim q̄ multi hanc prætexerant, neq; tolerant, quod hæc a no bis dicūtur. attamē neceſſe eſt, vt nos vtilia dicamus, & quæ illos a futuro ſupplicio liberent. Vbi enim tantū animę damnū, qua de cauſa michi conſuetudinē prætexe re audes? Ecce enim & ego tibi cōſuetudinē meliorē obijcio, quam vetereshabuę- B C

runt, quãdo nondum tanta pietatis erat agnitio, Et ne iustum hic Iacob tantũ cogi
tes, sed & Laban adhuc idolorũ cultui deditũ, et tantam prę se ferentẽ philosophiã
Neq; enim hæc honestas eius erat: qui ducturus puellã, sed patris eã tradẽtis. Ideo
& illum feci sermonẽ, non ad sponsos tm̃ intendens, quãtum ad parentes, et ad pa-
D trem sponsi, & ad tradentẽ virginẽ. Quomodo enim nõ absurdũ si nos qui tantã ac
cepimus gratiam & misericordiã, et tam terribiliũ ineffabiliumq; sacramẽtorũ par
ticipes sumus, hac in re inferiores sumus Laban, qui cultui idolorũ adhuc erat dedi-
tus? An non audis Paulum dicentem, quod sacramentũ sunt nuptiæ, et imago dile
ctionis CHRISTI, quã erga ecclesiã declarauit? Ne igitur cõfundam⁹ nosipsos,
et honestatẽ nuptiarum corrũpamus. Nam si quidẽ bonum & vtile fuerit consiliũ,
etiam si non sit cõsuetudo, fiat, Sin damnosum & pernicioſum est, quod nunc affer
mus, etiam si cõsuetudo sit reiiciatur. Nam si hoc admiserimus, & fur, et adulter, &
quãtumuis malus alius ad consuetudinẽ prouocabit, at nullum hinc illi lucrũ est vel
venia, sed maior potius accusatio, quod malam cõsuetudinem superare non valuit.
Si enim voluerimus prudentes esse, & habere curã nostræ salutis, possumus & ama
la cõsuetudine desistere, et in bonam cõsuetudinem nos reducere, & sic posteris no
stris nõ paruam dabimus occasionẽ eadem imitãdi, et accipiemus etiam nos mer-
E cedem eorũ quæ ab his aguntur. Nam qui initiũ bonæ viæ præbuerit, hic autor est
eorũ quæ & ab alijs fiunt, et duplicem recipiet mercedẽ, tam pro his quę ipse recte
facit, quã quibus alios in optimã illam ducit philosophiã. Ne p̃ texatis obsecro, fri-
gida & ridicula verba hæc dicentes, Legitima quędã esse hæc, et propterea impleri
oportere, Non hæc legitimũ faciunt cõiugium, sed si iuxta leges dei, cũ castitate et
honestate fiat cõuentus, & si cõcordia magna cohęreant hi qui conueniũt. Noue-
runt hoc etiã externę leges, et audies. qui his studuerũt, dicere, Cõiugiũ nihil aliud
cõstituere, quam consuetudinẽ. Ne igitur diuinas leges cum humanis transgredia-
mur, ne p̃ feramus diabolicas leges, & pernicioſam hanc consuetudinẽ, Illius enim
lex sunt hęc, qui gaudet de interitu nostro, Quid igitur hac cõsuetudine magis ridi
culum qñ vir & vxor inumeris cõuicijs & scommatis a seruis et triobolarib⁹ homi-
nibus incessuntur, & nemo est qui increpet. sed licet cuius volẽti, ad vesperã omnia
hęc loqui et cõuicia iacere in spõsum & sponsam? Et in alio die si quis conaretur ita
F salibus mordere, periclitaretur, ad tribunal abduceretur, & puniretur. Tunc autem
qñ plurimam oportebat esse reuerentiã, maioremq; honestatẽ et castitatẽ, obscœni
tate implẽtur omnia illa, vt ꝓbabile sit a diabolo hęc omnia inuenta esse. Verum ne
ægre feratis, oro, nõ enim absq; causa in hunc sermonẽ digressi sumus, sed curã ha-
bens vestræ salutis & honestatis, vellem optimã hanc mutationẽ fieri, vosq; optimę
huius cõsuetudinis esse duces. Nam si solũ principiũ et via fiat operis, paulatim vno
alterũ inuitante, laudabili hoc zelo oẽs laudatores habebitis, & non tantũ qui ciuita
tes habitant imitabũtur optimam hãc innouationẽ, sed & eos qui procul habitant,
cõciliabitis, & imitatores vestros cõstituetis, et insup longe ampliorẽ a deo reporta
bitis mercedẽ, quod propter dei timorẽ & eius mandatũ diabolicam hanc supaue-
ritis consuetudinẽ. Sed quod suscepturi sitis magna alacritate hoc nostrũ consiliũ,
et opere impleturi, valde persuadeor. Video enim vos magna cum voluptate audire
ea quæ dicũtur, idq; ex applausu & laudibus cõiecto, quod etiã operibus idem sitis
cõprobaturi, ideo contẽtus dictis, ad cõtextus seriẽ regrediar. Et facta est (inquit)
vespera. et accepit Laban Lian filiam suam, & introduxit eam ad Iacob. Ne obiter
etiã hoc prętereamus, nam etiã hic multa cõsiderari possunt, primũ simplicitas Ia-
cob, & Quomõ ab oĩ malicia alienus, deceptus sit. Secũdũ quod tãta facilitate oia

fiunt, et nusquã lampades, choreę & faces, præter vsus necessitatem, ita vt deceptio Laban locum habuerit. Possum⁹ autem & hic videre, quomodo Laban hic magna affectione dilexerit Iacob. Hoc enim cõuentus est, vt diutius apud se iustum retine A
ret. Sciebat equidem, quod alterius amore flagraret, & si voti compotes fieret, non eligeret post hac seruitutem propter Lian sustinere, vel eius cõiugium, Et ꝓpterea quia vidit Laban virtutẽ viri, et cogitauit quod non aliter eum vinceret & persuaderet, ita ei imposuit, et dedit ei Lian cum Zelpha ancilla, Deinde quum argueretur a iusto quare eũ decepisset, honestam attulit excusationẽ, Nam postq̃ dixit Iacob, Quare mihi hoc feciſti? nonne propter Rachel seruiui tibi? et quare decepisti me? Quid ergo Laban. Non est sic in hoc loco, vt elocetur iunior priusquã maior natu Perfice igitur hebdomadã istius, et dabo tibi etiam hanc pro labore & opere, quod operaberis apud me adhuc annis septẽ, Vides quod ea de causa omnia hæc cõmentus sit. Nam quia vidit amorẽ quem erga puellã habebat, inquit, Ne putes iniuria te affici, quoniã hęc apud nos lex est, vt primũ nuptui tradatur maior natu, propterea hoc quidem factũ est, accipies autẽ & hanc quam amas, si similes septem annos pro ea seruieris. Quibus auditis iustus prompto animo suscepit, Et post annos septẽ, dedit (inquit) Laban Rachel filiam suã ei vxorem, Vides iterũ quod nuptiæ fiunt cum magna honestate? Sed audiens, quod accepit maiorẽ natu, et postea minorẽ, ne turberis, neq; iuxta statum qui nunc est, opera quæ tunc facta iudices. Tunc enim quia principia erant, ꝑmissum fuit cum duabus, vel tribus, vel plurib⁹ vxoribus misceri, vt humanum genus ꝓpagaretur, et pietas incrementũ acciperet. Adueniens enim B
CHRISTVS, & virtutẽ in hoibus plantauit, et angelos (vt ita dicam) ex hominibus fecit, omnẽq; illam veterem consuetudinem aboleuit, Vides quomodo non oportet consuetudinẽ prętexere, sed quod iustum est inquirere, Ecce enim quoniã mala erat hæc consuetudo, explosa est, et non licet vlli eam prætexere, Nusquã igitur obsecro cõsuetudinẽ inquiramus, sed vbiq; quod vtile, & si quid bonũ, etiam si non sit cõsuetudo, fiat a nobis, & si pernicioſum est, etiã si consuetudo sit, fugiamus & auersemur, Dedit (inquit) Rachelẽ cum Balla ancilla, Vidisti quã bonis morib⁹ prædiți fuerint? Num seruorũ greges? num syngrapha & instrumenta et cõdictiones illę ridiculæ si hoc fuerit, & hoc euenerit, et priusq̃ cõueniant? nescientes an vsq; ad vesperam maneãt, quæ post multa tẽpora venturis in litteris suis cõsignant, Si liberis carẽs (iquit) defuncta fuerit, si filios habuerit: & quęcũq; talia, at hic nihil tale sed quum vnicuiq; vnam ancillã dedisset, filias elocauit pater, Dilexit autẽ (inquit) C
Rachel magis q̃ Lian, et seruiuit ei septẽ annis alijs. Quia enim ab initio magis dilexit propter venustatem formę puellam, & difficilius eam cõsecutus est, ideo eam magis dilexit q̃ Lian. Et enim illius venustas allexit eum ad magis amandum, Verũ hic iterum vide domini ineffabilem misericordiã, et quomodo ex eo tẽpore promissa paulatim cõplet. Nã qui dixit, Ero tecũ, custodiens te in omni via tua qua ambulaueris, & augebo et multiplicabo te, ipse etiã nunc omnia dispensat, Et vt scias, audi ipsam diuinã scripturam hoc manifeste dicentẽ, Vt vidit autẽ domin⁹ deus quod odio haberetur Lia, aperuit vuluam eius, Rachel autẽ erat sterilis, & concepit Lia, et peperit filium Iacobo, Vide omnipotentis dei sapientiam quoniã illa quidem pulchritudine sua cõciliarat sibi gratiã viri, qua altera priuata fuit, odio haberi visa est, hanc idoneã facit partui, illã vero inutilem, ambo hęc sua misericordia dispensans, vt & hæc per liberos qui ex ea nascebãtur, solatiũ haberet, in sui amorem virum allíciens, et illa non propter pulchritudinem & formositatem aduersus sororem insurgeret, Et aperuit (inquit) vuluam eius, Disce hic dilecte quod conditor omniũ ipse

etiam omnia moderatur ac dispensat, & naturam ipsam ad partum excitat, & quod
D nulla sit vtilitas cõcubitus, si absit diuina cooperatio, Propterea dixit, quod aperuit
vuluam eius, vt sciamus, quod voluit Lian procreandis liberis aptam fieri, quo eius
mœror leniretur. Ipse enim est, qui in vulua figurat & animat fœtus. sicut & Dauid
dicit, Suscepisti me de vtero matris meæ. Et vide quomodo monstrat nobis diuina
scriptura naturæ conditorem, vtraq; sua virtute efficientem, & alterius vuluam ido-
neam reddentem, Rachelem autem constringentem. Qui enim naturæ dominus
est, omnia facile operatur. Et concepit (inquit) Lia, & peperit filium Iacobo, voca-
uitq; nomen eius Rubin, dicens. Quia vidit dominus humilitatem meam, nunc di-
liget me magis vir meus. Vide quam grata mulier, dicit dominus, visa humilitate
mea præbuit michi partum, propter quem diligar. Et specta hic iterum, quomodo
deus mulieribus certare contendit ei, & beneficia accumulat, simul & iusti semen au
geri, & hanc magis Iacobo amabilem fieri vult, Et concepit (inquit) iterum, & pe-
perit filium secundo, Iacobo, & dixit. Audiuit dominus, quod odio habeor, & ap-
posuit michi & hunc, & vocauit nomen eius Symeon. Attende quomodo per singu
E los pueros gratias agit domino, & ob beneficia gratitudinẽ declarat. Audiuit enim
(inquit) dominus, quod odio habeor, & appositit michi etiam hunc, propterea vo-
cauit nomen eius Symeon. Vidisti quomodo non simpliciter, neq; temere nomi-
na natis indiderit? Vocauit eum Symeon, quoniam audiuit (inquit) dominus. No-
bis enim Hebraico idiomate per hoc nomen signatur, quod audita sit. Et conce-
pit iterum, & peperit filium, & dixit, Nunc temporis apud me erit vir meus, peperi
enim ei tres filios, propter hoc vocauit nomen eius Leui. Videtur mihi hic signifi-
cari, quod natis duobus filijs, nondum potuerit allicere virum, qui adhuc in Rache
lem propẽsior erat, ideo dicit, Nunc tẽporis apud me erit vir meus. Fortassis acces-
sio tertij virũ meum reddet beneuolũ, & melius mihi affectum. Ecce enim tres filio-
os ei peperi. Et concepit adhuc filium, ac peperit & dixit, Nunc adhuc istud cõfite
bor domino. propterea vocauit nomen eius Iudam. Quid est. Nunc adhuc confite
bor domino? Gratias agam & glorificabo eum, quia & quartũ mihi adiecit filium,
& tantam mihi abũdantiam concessit, & quæ ob corporis deformitatẽ de viri erga
me beneuolẽtia periclitatura eram, nunc procreatione filiorum a deo mihi data, &
F mœroris nimietate discussa, accepi solatiũ deformitatis, & in locũ sororis meæ trãs
lata sum. Vt peperit autẽ Iudam (inquit) cessauit parere. Cum autẽ vidisset Rachel,
quia non peperisset Iacobo, æmulata est Lian sororem suam, & dixit Iacobo, Da
mihi filios, quod si minus, moriar ego. Inconsiderata & muliebris est hæc petitio,
animæq; ab emulatione ipugnatæ. Da mihi (inquit) pueros. Non audisti quod nõ
viri cõcubitus ille hos præbuit, sed domin⁹ deus, qui vt vidit (inquit) quod odio fuit
habita, aperuit vuluã eius? Quare a viro petis ea, quæ supra naturam sunt, & relicto
naturæ domino virũ arguis, qui ad hoc nihil cõferre tibi poterit? Da mihi (inquit)
pueros, quod si minus, moriar ego. Graue malũ est zelotypia, & desinit in insipien
tiam, id quod & huic euenit. Videns enim chorũ filiorum sororis, & cogitãs suam
sterilitatẽ non ferebat dolorem, neq; cõtinere potuerat cogitationẽ que se turbabat
sed illa insipiẽtiæ verba loquebatur, Da mihi filios, quod si minus, moriar ego. For
tassis vidit viri erga illam amorẽ, & putabat ea de causa illam tot filios habuisse, & se
nõdum peperisse, vnde dicit, Da mihi filios. Deinde terrere volens virum, subdit,
Quod si min⁹ moriar ego. Quid igitur pius & religiosus Iacob? Succẽsuit, inquit,
ad verba hæc, & dixit ei, Nũquid pro deo ego sum, qui fructibus vẽtris te priuauit?
Quare derelicto naturę dño, reprehensionẽ mihi iducis? Ille est qui priuauit te fructu

ventris. Quare non ab illo petis, qui potest aperire naturæ officinam, & fœcundam facere vuluam? Disce quod ille, qui te priuauit fructu ventris tui, sorori tuæ tantam fœcunditatẽ præstiterit, ne igitur a me quæras, quæ præbere non possum, & cuius non sum dominus. Nam si hoc in me fuisset, omnino te sorori prætulissem, maiorẽ erga te beneuolentiam habens. Quamuis etiam in infinitum maiori te complectar beneuolentia, nihil tibi in hoc prodesse potero, ab illo quære qui & sterilitatem aufer re & soluere potest. Vide iusti intellectũ, quomodo & succensens, responsum ei dat sapientissimis verbis, docens diligenter omnia, causamq; manifestat, vt non relicto domino quærat ab alio, ea quæ ille solus præstare potest. Igitur vt didicit, quod sterilis facta esset a deo, & videns sororem liberis florere, vel mediocre solatium requirens dicit ad Iacob, Quoniam nunc me docuisti, quod non culpa tua liberis careo? ancillam meam accipe, filiosq; ex ea procrea, vt paruum aliquod solatium inuenire possim, mihi vendicans quæ ab illa nascuntur. Et dedit ei (inquit) Ballam ancillam suam vxorem, & intrauit ad eam, & concepit, & peperit filium Iacobo, & dixit Rachel, Iudicauit mihi deus, & exaudiuit vocem meã, deditq; mihi filiũ, propter hoc vocauit nomen eius Dan. Habuit aliquo modo pariente ancilla vel breuem consolationẽ, ideo & nomen puero imponit, & gratias agit domino pro nato. Et concepit (inquit) iterum Balla, & peperit filium, & dixit Rachel, Coassumpsit me deꝰ, & conuersata sum cum sorore mea, & inualui. & vocauit nomen eius Nephthalim. Et didicit postea manifeste per ancillam, quod Iacob non fuit in causa, quare liberis careret. Ideo natos quasi suos filios educauit, & nomina eis imposuit, maximã sibi ipsi consolationẽ excogitans. Vt autem vidit Lia, quod cessasset parere, & ipsa ancillã suam Zelpham dedit Iacob mulierẽ, & cõcepit, & peperit. Et dixit Lia, Fortunata fui, hoc est assequuta sum quod spectabã. & vocauit nomen eius Gad. Et quia voti cõpos facta est, nomen eius vocauit Gad. Et cõcepit adhuc, & peperit aliũ, dixitq; Lia, Beata ego, quia beatam me dicent mulieres, & vocauit nomen eius Aser. Vidi sti quomodo & hæc natos ex ancilla pro propriis habebat / & beatã se esse dicit, & beatitudine dignam ob procreationem filiorum. Sed vide hic quoq; & post hęc, vt discas quomodo zelotypiæ affectio huc & illuc transibat, & nũc hæc, nunc illa impugnabatur. Et iuit (inquit) Rubin in diebus messis triticeę, & inuenit mala mandragorarũ, & attulit ea matri suæ. Dixitq; Rachel Liæ, Da mihi de mandragoris filij tui. Dixit autẽ Lia, Non satis tibi, quod accepisti virum meũ? num & mandragoras filij mei accipies? Vide quomodo affectionem animæ verbis manifestam facit. Dixit autem Rachel, Non sic, dormiat tecũ nocte hac pro mandragoris filij tui. Da mihi de mandragoris, & accipe hodie tecum virũ. Vide quomodo monstratur totus beneuolentiæ Rachelis deditus. Nam tanto choro filiorũ Liæ nato, fuit adhuc amore magis propensus in Rachelẽ, si hoc non fuisset factũ, quomodo ferre potuisset Lia sororis coniugiũ, omnem viri potestatẽ habentis? Ita permittit pro mandragoris ei virum, & dicit, Dormiat hodie tecũ pro mãdragoris. Satisfac (inquit) meo desyderio, & accipe virum. Adueniente autem (inquit) iacob, egressa in occursum eius Lia, dixit, Ad me ingredieris hodie, mercede eũ conduxi te mihi pro mandragoris filij mei, & dormiuit cũ ea nocte illa. Et exaudiuit deus Lian, & cõcepit ac peperit Iacobo quintũ filiũ. Et dixit Lia, Dedit mihi deus mercedẽ meã, eo quod dedi ancillã meã viro meo, & vocauit nomẽ eius Isachar, quod est merces. Exaudiuit deus Lian, quia videbat eam dolentẽ, neq; valde inter illas probatã. Exaudiuit eam (inquit) deus, et peperit, ac dixit, Tuli mercedẽ, eo quod dedi ancillã meã, propter ea vocauit nomẽ eiꝰ Isachar. Et cõcepit adhuc Lia, et pepit filiũ sextũ. Et dixit Lia,

D Donauit mihi deus donum bonū. Nunc temporis me eliget vir meus, peperi enim ei filios sex, & vocauit nomen eius Zabulon. Posthac, inquit, amabilis ero & ego, quia peperi sex filios. Peperit autem & filiam, & vocauit nomen eius Dinam. Recordatus autem deus Rachelis / & exaudiuit eam / & aperuit eius vuluam / & concepit / & peperit filium. Dixit autem Rachel, Abstulit a me deus meus opprobrium meum, & vocauit nomē eius Ioseph, dicens, Apposuit mihi deus filium alium. Abstulit (inquit) opprobrium meum / soluit sterilitatem / liberauit me / & idoneam fecit ad procreandum filios vuluam / & liberam me fecit ab opprobrio meo / & vocauit nomen eius Ioseph, dicens, Apposuit mihi deus filium alium. Vidisti, quomodo paulatim promissiones dei in opus egressæ sunt? Ecce enim statim quātum chorum filiorum habuit iustus, & vidit manifestam dei in se prouidentiam. Quoniam enim magnam præ se tulit patientiam, quattuordecim annis seruitutem ferens, propterea & vniuersorum dominus, remunerans iusti pietatem, in tantum eum crescere fecit, vt & posthac inuidiosus aliis fieret, sicut ex sequentibus discemus, quæ vel-

E lem pertractare. Verum ne prolixius sermonem extēdamus, grauareq; videar charitatem vestram, si placet, quæ reliqua sunt in sequentia reseruaturi, finiemus hic sermonem. Illud interim charitatem vestram admonemus / vt eorum quæ dicta sunt memores, imitemur priscorum virtutem, filias elocando, pueros nuptui tradendo, nostra virtute dei gratiam conciliare nobis studendo. Nam quum ille nobis amicus fuerit, etiam si in aliena terra fuerimus, etiamsi ab omnibus destituti, etiamsi nullis cogniti, omnibus erimus clariores. Nihil enim beatius viro superna manu adiuto. Et beatus Iacob illo fretus præsidio, in tantam paulatim gloriam sublimatus est vt & his qui exceperant tam amice, inuidiosus sit factus. Hoc igitur & nos studeamus, vt supernum acquiramus auxilium, & non ad humanam confugiamus potentiam, neq; ambitionem sectemur / nihil enim periculosius, id quod rerum experientia satis discimus. Etem̄ videmus quotidie res se tanta velocitate ad mutationē inclinantes, & verti in diuersum omnia / & eum qui in summa prosperitate est / subito in extremam infelicitatem deijci / & condemnari vt reum. Quantæ igitur insipientiæ fuerit / quærere vt præficiare rebus tam incertis / præsertim cum non sufficimus res nostras secure disponere? Ideo ne confidamus in humanis pręsidijs, memores etiā

F prophetæ, dicentis. Maledictus homo / qui spem ponit in homine. Vides quod talis non solum insipiens / sed etiam maledictus / vtpote qui relicto domino omnium, ad conseruum currit / qui semetipsum iuuare nequit. Fugiamus igitur maledictionem hanc oro / & omnem spem in deum transferamus. Ista enim solida est & immobilis / & nescia vicissitudinis / cuius plena est illa quam in hominibus habemus. Vel enim mors tollit humanum præsidium, & eos qui ad hoc confugiunt, solitarios & nudos relinquit, vel etiam ante mortem mutatio rerum fit. Plena est hæc vita exemplis talibus. Ideo qui post tantam experientiam nulla venia sunt digni, qui adhuc humano nitūtur pręsidio, & sępe ab illis qui eis opitulari videntur, infinita mala ferunt Eousq; enim creuit malitia, vt mala rependant, etiam quorum est curam aliorum habere. Verum de deo secus est, nam licet quotidie ingrati simus / benefacit tamen & suo præsidio nos non destituit / nō ad nostram videns ingratitudinem / sed in omnibus pro sua agens misericordia / qua nobis omnibus frui concedatur, gratia & misericordia domini nostri IESV CHRISTI, cui cū patre & sancto spiritu sit gloria, imperium, honor nunc & semper / & in secula seculorum, Amen.

HOMILIA. LVI.

RElíquías herí dictorum, noſtrum eſt vt hodíe veſtræ charítatí redda mus, vt ex hís quæ nunc dícuntur, díſcentes & prouidentiã dei, quã Iacobo declarauit. & iuſtí píetatem ſpectantes, ímítemur eius virtu= tem. Neq; abſq; cauſa ſanctíſpírit⁹ gratia ſcriptas nobís relíquit haſ= ce híſtorías, ſed vt ad æmulationem & ímitationẽ tantorum vírorũ prouocet. Quãdo enim audímus huíus quídem obedientiã, íſtíus au tem continentíam, íllíus vero ín hoſpítibus colligendís promptítudínem, & quo= modo ſíngulí claruerínt ad ſímílía facienda excítamur. Age ígítur ad ea quę relicta ſunt in híſtoría íllíus íuſtí, hodíe accedẽtes, finem ímponamus ſermoní. Factum eſt autem, ínquít, poſtquã peperít Rachel Ioſeph, díxit Iacob ad Laban, Dímítte me, vt abeam ín locum meum, & ín terram meam, redde vxores & fílíos meos pro quí= bus ſeruíuí tíbí. Víde íuſtí magnam gratítudínem, quomodo vídens manífeſte de= um ſuí habere curam, non ſuperbíuit contra Laban, ſed cum magna manſuetudíne díxit, Dímítte me, vt abeam. Vere níhíl manſuetudíne validius níhíl potentíus. Manſuetudo. Víde ígítur quía prímum manſuetudíne vſus eſt, effecít vt & Laban magna eí be= neuolentía reſponderít. Díxit enim eí, ínquít, Laban. Sí ínuení gratíam coram te (conjectans enim conjectare certo poſſum, quod benedíxerít me deus ín íngreſ= ſu tuo) índíca mihí mercedem tuam, & dabo. Non ígnoro, ínquít, quod præſen= tía tua locupletíor mihí díuína vírtus contígerít, Igítur quía ſentío benefícía, quę mí hí propter aduẽtum tuũ data ſunt, quam vís mercedem índíca, & ego prompte præ ſtabo. Conſydera quantum valeat mítítas. Et ne perfunctorie dictum tranſeas, ſed attende quod íuſtus neq; cogítauerít, neq; memoríam fecerít, neq; requíſierít merce dem laborum, ſed hoc ſolum díxerít. Redde míhí vxores & líberos pro quíbus ſer= uíuí tíbí, vt abeam. Ille reuerítus íuſtí ma gnam æquitatem ínquít, Díc quamuís tíbí mercedem a me darí, & íllam prompte dabo. Nunquíd cum ípſo erant mulíeres & pueri? Quare díxit, Redde míhí vxores & pueros? Dígno honore eum proſequutus eſt ſuumq; morẽ per omnía obſeruat, & líbere díſcedere vult. Víde ígítur ex verbis ípſis, quomodo attraxít Laban vt ſe mercedem daturũ ſponte promíttat, & electío nem eí permíttat. Quíd ígítur íuſtus? Et víde excellentem eius mãſuetudínem, quõ neq; ſíc oneroſus & moleſtus eſt Laban, ſed ípſum teſtem facít ſuę gratítudínís & fí delítatís, & quanto tempore beneuolentíam ín ſeruíte eius declararít. Tu noſtí (ín= quít) qualíter tíbí ſeruíerím, & quanta fuerínt pecora tua mecum, parua eñ erant co ram me, & aucta ſunt ín magnam multítudinẽ, & benedíxít te dominus ad pedem meum, nunc ígítur faciam & ego alíquando míhí domum. Te facío teſtem laborũ meorum, vídíſtí eñ quanto ſtudío & fíde omnia adminíſtrarím, & quomodo in par uo numero acceperím pecora tua, quæ díligentía vígílantíaq; mea ín tantum nume rum creſcere feci. Deínde monſtrans ſuam religíonem, ínquít, Benedíxít eñ te de⁹ ad pedem meum, nunc ígítur faciam & ego alíquando míhí domum. Vídíſtí etíam ípſe, quod poſt meũ aduentum gratía díuína tuas auxerít facultates? Quoniã & ego mea omnía magna animí promptítudíne faciens, miníſterium perfeci, & gratía deí manífeſtata eſt, Iuſtum eſt vt & ego míhí ípſí faciã domum, íd eſt ín líbertate poſtea verſer, & curam domus meæ habeam. Hæc vt audíuít Laban, díxít eí, Quíd tíbí da bo, quídvís a me tíbí darí? Confíteor eñ & ego, & ínfícías non eo, ſcío enim quanta míhí fuerínt a deo data, & quod benedíxerít me deus ad íngreſſum tuũ. Díxít autẽ eí Iacob, Non dabís míhí quícquam, ſí feceris verbum íſtud. Iterum paſcam oues tuas, níhíl volo a te mercedís nomíne reportare, ſed hoc tantum, quod dico, ſuſcípe re, & iterum paſco oues tuas, quod autem volo, hoc eſt. Vide íuſtum, quía ſperauít

in gratia diuina, qualia proponat Laban, prętereāt (inquit) oues tuæ hodie, & segrega illinc omnem ouem fuscam in agnis, & omnis subalbicās & sparsa in agnis & in capris erit mihi merces, & exaudiat me iustitia mea in die crastino, quia est merces mea corā te, ouis quæ nō fuerit sparsa & varie albicās in capris, & rufū in agnis, furata sit a me. Consydera iusti prudentiā, quoniam sciebat quāta sibi superne gratia affulgeret, & videbatur sibi scđm naturæ ordinem vel difficile esse, vel omnino impossibile. Rarū em̄ est variū esse colorē pecudū, hæc petit ab eo, vnde petitioni eiꝰ Labā statī accessit, & inquit. Sit iuxta verbū tuū, et diuisit ī die illa hircos maculosos et subalbicātes, & oēs capras maculosas et subalbicātes et oē qđ erat ī eis cādidū, et om̄e quod erat rufum in ouibus, & dedit per manū filiorū suorū, & fecit distare viā trium dierū inter ea & inter Iacob. Separauit (inquit) greges iuxta propositionem Iacob, & dedit filijs suis, Iacob autem pauit pecudes Laban reliquas. Quales nam hæ? nullam scilicet habentes coloris varietatem. Hoc autem totū factum est, vt iustus re ipsa cōpertam haberet dei erga se prouidentiam, & Laban videret quantam dei gratiam haberet iacob. Accepit autem Iacob, inquit, ad se virgam styracinam viridem & amygdalinam, & platani, & decorticauit eas in decorticationem albam abradens quod viride, apparebat autem in virgis album, quia decorticarat varium, & apposuit virgas quas decorticauit in cannales aquatorias, vt cum venirent pecudes ad bibendum, virgis obuenientibus eis inter bibendum, conciperent pecudes scđm virgas, & pepererunt pecudes varie albas, maculosas, & cinericio colore sparsas. Hæc faciens iustus non a seipso mouebatur, sed inspirāte mēti eius superna gratia, neq; iuxta naturę ordinem erat quod fiebat, sed valde admirabile, & naturæ modum transcendens. Et agnos (inquit) distinxit, & statuit coram ouibus arietem subalbicantem, & omne varium in ouibus, & separauit oues suas, & non miscuit eas cū ouibus Laban. Postea quia omnia quæ nascebantur, fiebant talia qualia proposuit, separauit ea & fecit sibi greges singulares. Factum est autem in tempore quo concipiunt oues grauidæ, posuit Iacob virgam coram ouibus, vt in cannalibus positis cōciperent iuxta virgas. Quando autem pariebant oues, non ponebat. Facta autem sunt non signata Laban, signata vero Iacob, & ditatus est homo valde. Quid vult sibi duplicatio? abundantiam multam significat, & quod non tantum ditatus est, sed valde ditatus est. Factæ enim sunt ei (inquit) pecora multa, & boues, & pueri & ancillæ, cameli & asini. Sed vide hic iterum iusto inuidiā nasci. Audiuit enim (inquit) verba filiorum Laaban, dicentium, Accepit Iacob omnia quę sunt patris nostri, & ex his quæ sunt patris nostri fecit omnem hanc gloriam. Vide quomodo inuidia in ingratitudinem eos inducit, non eos autem solum, sed & ipsum Laban. Vidit enim (inquit) Iacob faciem Laban, & ecce non erat sicut heri & nudiustertius. Verba em̄ puerorum mentē eius turbauerant, & oblitus est quæ pridem dixerat ad iacob. Qui enim dixerat, Benedixit me deus ad ingressum tuū, & gratias egerat domino, quod propter aduentum iusti facultates suæ auctæ fuerant, nunc subuersa mente a pueris, & inuidia flagrante, forte quia videbat iustū valde abūdare, nō eadē protulit verba quæ antea. Vidit enim (inquit) iacob faciem Laban. & ecce nō erat erga se sicut heri & nudiustertius. Vidisti iusti magnā mansuetudinem, & illorum ingratitudinem? & quomodo quum inuidiam ferre non possent, patris mentem perturbauerūt? Vide obsecro nunc & dei ineffabilem misericordiam, & quanta obsequela vsus fuerit. Vidēs enim iustum ab illis odio haberi, dicit ad iacob, Reuertere in terram patrum tuorum. & ad generationem tuam, & ero tecum. satis diu versatus es in terra aliena. Nam quæ pridem tibi promisi, dicens, Reducam te in terram tuam, ea nunc opere

implere volo, reuertere igitur nihil timens, ego enim ero tecum, vt igitur iustus segnior non fiat in proficiscendo, sed magna fiducia iter arripiat ideo dicit. Ero ego tecum qui hucusq; res tuas gubernaui, & augeri feci semen tuum, ego & in posterũ ero tecum. Hæc vt audiuit iustus a deo non fuit negligens, sed ad iter se accinxit. Misit enim (inquit) & vocauit Lian & Rachel in campum vbi erant greges. Proponere vult mulieribus, profectionis negocium, & significare ei opus dei, & patris erga se odium. Dixit enim (inquit) eis. Video ego faciem patris vestri, quod nõ sit erga me sicut heri & nudiustertius. Deus autem patris mei fuit mecum. Ipsę autem scitis, quod seruiui patri vestro pro omni virili mea, pater autem vester decepit me, & mutauit mercedem meam decem agnis, et non dedit ei deus vt me affligeret. Et quum sic diceret, varia erunt merces tua, & pariebant omnes oues varia. Quum autem diceret. Candida erunt merces tua, & pariebant omnes oues candida & tulit deus omnia pecora patris vestri, & dedit mihi ea. Vide quomodo vtrumq; docet & patris ingratitudinem erga eum, et suum studium quod in seruitute declarauit. Vidistis enim (innquit) quod pro virili mea seruiui patri vestro? Et declarauit qantam sui curam deus habuerit monstrans quod superno auxilio omnia fuerit operatus, et facultates Labã in se trãstulit. Tulit enim deus omnia pecora patris vestri, & dedit mihi ea. Quando autem concipiebant oues, et vidi oculis meis in somno, et ecce hirci et arietes ascendebant super oues & capras subalbicantes et varij, & cinericio colore sparsi. Et dixit mihi angelus in somno, Iacob Ego autem dicebã, quid est? Et dixit. Aspice oculis tuis & vide hircos & arietes ascendentes super capras & oues subalbidos et varios, et cinericio colore sparsos. Vidi enim quęcumq; tibi Laban facit. Vides quod omne quod tunc fiebat, superna cõtingebat operatione, & iusti labores remunerabantur? Nam quoniam ille ingratus erga eum erat, benignꝰ dominus iustum vbertim remunerat. Vidi enim quęcũq; Labã tibi facit. Hic discimus quod quando iniuria nobis fit, nosq; mansueti et mites ac tolerantes fuerimus maiori et largiori auxilio diuino fruimur, ne igitur obluctemur his qui nos premũt & calumniari volunt, sed feramus generose scientes quod nos omniũ dominus nõ despiciet, tantum nos eius beneuolentiam agnoscamus. Mihi enim (inquit) vindictam ego retribuam. Propter hoc et Iacob dicebat. Nõ dedit ei deus vt affligeret me. Nam quia ipse priuare me laborum mercede voluit. Dominus tam vberem in me declarauit misericordiam & prouidentiam vt omnis eius substantia in me translata fuerit. Sciens enim, quod ego omni studio seruierim, ille autem non responderit mihi officio suo, tantam nostri habuit curam. Et quod non hæc absque causa & vane dicam, neq; temere accusem etiam deum habemus testem, eorum quæ pater vester egit erga me. Vidi enim, inquit, quæcunq; tibi Laban fecit, quod non solum mercedem aufert, sed & quod non vt antea erga te nunc affectus sit, sed alienauerit animum. Ego sum deus qui apparui tibi in loco vbi inunxisti mihi columnã. In memoriam ei referre vult quæ tunc pollicitus fuerit dicens, in multitudinem te crescere faciam, et custodiam te ac reducam te in terram tuam. Ego igitur, inquit, qui tũc apparui tibi & promissiones tibi feci, ego etiam nunc quando tempus venit, quo ea quæ tunc promisi opere complenda sunt et regredi te iubeo absq; omni mentis angore tecum enim ero. Ego sum deus, qui apparui tibi in loco in quo inunxisti mihi columnam, & vouisti mihi votum. Recordari eum facit voti et promissionis quam receperat. Quod autem erat votum? De his quæ mihi dederis, decimas tibi offerã Quoniam tunc nihil tecum afferebas, quasi profugus iter faciens, quum autem tibi appareremvouisti votum dicens. De omnibus quæ mihi dęderis, decimas dabo ti-

A

B

C

bi. Voto & promissione potentiam meam præsignans, et fidei oculis præuidēs fu-
D turam abundantiam, nunc quia euenerunt et impleta sunt quæ a me prædicta iustū fuerit vt & votū tuum impleas. Nunc enim, inquit, surge et egredere de terra ista, & vade in terram natiuitatis tuę, et ero tecum. Ego te vbiq; comitabor, ego tibi facilē ostendam viam, et nullum a quopiam damnū feres, dextera enim mea vbiq; te proteget. Hęc audientes Rachel, et suę dixerunt ei. Nō est nobis pars vel hereditas in domo patris nostri. Non nevt alienę reputatę sumus apud eum? vendidit enim nos et deuorādo comedit precium nostrum. Et deus abstulit omnes diuitias et gloriam a patre nostro, nostrę erunt et filiorum nostrorum, nunc igitur quęcunq; dixerit tibi deus fac. Vide et has sequentes dei arbitrium, et afferentes rationem cui contradici non potuit. Non est aliquid cōmune nobis dicit cum patre nostro semel enim nos alij dedit. Diuitias et gloriā quam abstulit deus a patre nostro, et dedit tibi nos habebimus. Ne cessa igitur, neq; differ. sed fac quę tibi a deo tuo sunt īperata, nunc igitur quęcūq; dixit tibi deus tuus fac, Hæc vt audiuit Iacob surrexit et accepit vxo-
res suas et filias, et ascendere fecit super camelos, et abduxit omnia quę habebat, &
E supellectilem suam quā acquisierat in Mesopotamia. et omnia sua, vt abiret ad Isaac patrem suum. Consydera obsecro fortitudinem animæ iusti, et quomodo repulso omni mentis angore ac metu, mandato dominico obtemperauit. Quoniam enim vidit male sanam mentem Laban, nonvltra sicut prius interrogare eum voluit, sed quod imperatum erat a domino implebat. Et acceptis mulieribus et pueris iter arripuit, Laban autem, inquit, abierat ad tondendum oues suas Furata autē est Rachel idola patris sui. Neq; hoc absq; causa nobis propositum est, sed vt sciamus quomodo adhuc paternam habentes consuetudinē, idolorum cultui addictę erant. Animaduerte enim quātum in hoc studium impēderint, quum nihil aliud a patre auferre voluerint, quam idola sua, idq; faciebant ignoranteviro neq; enim ille hoc permisisset fieri. Occultauit autem, inquit, Iacob a Labā Syro ne annūciaretur ei, quod fugeret, et abscessit ipse et omnes sui, et transito fluuio contendit ad montem Galaad. Vide obsecro etiam hic magnam dei prouidentiam quomodo iustus tam procul a fugit, & conceditur Labanvt eius secessum sciat. Tribus enim diebus, inquit, præteritis Laban inotuit. Et assumptis omnibus fratribus suis sequutus est eum via
F dierum septem, & consequutus est eum in monte Galaad, Obsecro hic quoq; attendas dei prouidentiam. Nam qui dixit. Reuertere in terram tuam, & ero tecum, ille etiam nunc suam declarat prouidentiam, Quia enim vidit Laban cum multa indignatione prosequi iustum, & pœnam furtiui secessus (vt ita dicam) sumpturum apparuit Laban nocte in somno. Venit enim (inquit) deus ad Laban Syrum in somno nocte & dixit ei. Vide dei obsequelam, quomodo ob suam in iustum prouidentiam cum Laban colloquitur, vt territa eius mente, impetum eius a Iacob coarceat Serua te ne loquaris cum Iacob mala. Magna domini benignitas, quia enī sciebat ad pugnam contendētem, & contra iustum insurgere volentē, verbo mentē ei quasi aufert & dixit, Serua te ne loquaris cum Iacob mala, perinde ac diceret. Caue ne velverbis offendere Iacob coneris, sed serua teipsum contine malum tuum impetū comprime furorē, refrena iratum tuum animū, & nevel verbo ipsum contristari velis. Et consydera dei prouidentiā. Non imperauit Laban, vt ad propria reuerteretur, sed solum prohibet ne quid durum vel molestum cum iusto loquatur. Quare & propter quid? vt discat per opera ipsa iustus, quantam sui curam gerat deus. Nam si reuersus fuisset Labā, vnde sciuisset Iacob & vxores? ideo permitit ei vt abeat, & lingua sua confiteatur quæ deus dixit ad eum quo & iustus maiorem alacritatē habeat

proficiſcendo, fiduciamq; accipiat, & vt filiæ eius diſcant, quanto ſtudio deus omniũ dominus iacobum curet, reijciantq; errorem paternũ, & imitentur iuſtum, notície dei ſufficientẽ doctrinam inde accipiẽtes. Neq; enim ſic fide digna erant quę iacob dicebat, vt quæ, a Laban dicebantur, qui adhuc idola colebat. Semper enim A
infidelium & aduerſantiũ religioni teſtimonia maiorẽ habent fidem. Et hoc eſt ex omnipotenti ſapientia dei, vt inimici veritatis fiant ipſi teſtes veritatis, & ſua lingua prędicens conſequutus autem Laban Iacobum, Iacob autem fixit tabernaculum ſuum in monte, Labanvero conſtituit fratres ſuos in monte Galaad. Dixit autem Laban ad Iacob. Cur feciſti? Vide quomodo pręceptum dei magnũ eius calorem repreſſit, & furorem refrenauit, et idcirco cum magna manſuetudine colloquiũ habet cum eo, qua ſeſe excuſat, & paternam dilectionẽ erga illum declarat. Quando enim ſuperna prouidentia nobis aſſiſtit, non ſolum malorũ hominum inſidias effugere poſſumus, ſed etſi in beſtias ipſas incidam⁹ nihil aduerſi nobis euenit, Omniũ enim dominus ſuæ virtutis abundantiã declarans, & beſtiarũ mutat naturam, & in oues manſuetas tranſformat, non quod beſtialẽ eius naturam imutet, ſed relicta natura eas oſtendere facit ouium morem & naturã. Idq; non ſolum in feris hoc quis
videre poterit, ſed & in elementis ipſis, quando enim vult tunc et elementa ipſa natu- B
ræ ſuæ obliuiſcũtur, & neq; ignis facit qđ ignis ſolet. Et hoc quoq; diſcere poterit aliquis tam in tribus pueris quã in Daniele, Nam hũc leones ſicut oues circũdabãt & ſuperna gratia retuſa eorum ferocitate, nihil illum incõmodabant. Nam quod ferocitatẽ non exercerent feræ, hi qui feris truculẽtiores erant re ipſa diſcedebãt, hoc autem ad maiorẽ illorum accuſationẽ factum eſt, quia ratione inſigniti crudelitate beſtias ratione carentes vincebant. Tandẽ didicerunt quum in lacum coniecti fuerunt quod non eſſet apparetia vana, quod leones iuſto pepercerant quaſi reueriti eũ & non audientes eius contingere corpus. Nam in illo imitabantur ouium manſuetudinẽ, & naturæ obliuiſcebantur in iſtos autem forociam ſuam declarabant. Similiter & in fornace ignis factum eſt, nã eos qui intus erant, inq; medio igni ęſtuabãt reuerebatur elementũ, & nonvrebat ignis, ſed quaſi ligata operatione ſua, ita nihil nocebat illorum corporibus, & neq; capillos eorum attingere auſus fuit, quaſi mandato alicuius elementũ propriam declararevirtutem prohiberetur, hos autem qui extra fornacẽ erant, abſumpſit, In vtroq; magna dei potentia declaratur, & quia illi intus manſerunt illęſi, & quia qui foris erant perierunt. Sic! quando ſuperna gratia munimur, non ſolum effugimus inimicorum inſidias, ſed etſi in beſtias ipſas incidi- C
mus, nihil patiemur graue. Dei enim manus potentior eſt omnibus, ipſa nos vndequaq; ſatis munit, & inuictos facit id quod & in iuſto hoc declaratũ eſt. Nam qui tanto impetu conprehendere Iacob & pœnam fugæ de eo ſumere volebat non ſolum nihil aſperum & durum aduerſus eum loquitur, ſed ſicut pater filium compellat, ita blandis verbis conuenit dicit enim, Cur feciſti? Quare clandeſtino abſceſſiſti? Vide quanta mutatio, vide quomodo is qui vt beſtia inſaniebat ouium imitatur manſuetudinẽ. Quare clãculo diſceſſiſti, & mea furtim abſtuliſti & abduxiſti filias meas quaſi captiuas gladio? Quare (inquit) hoc feciſti? quid tibi viſum fuit, quid prę te tuliſti? quare ſic occulto paraſti abitionẽ? Nam ſi annũciaſſes mihi, cum magno honore & letitia fuiſſem te proſequut⁹. Enĩuero ſi hoc ſciuiſſem cũ muſicis & tympanis & cithara proſequutus fuiſſem te nunc autem inſipiẽter egiſti. Vides quomodo nunc ſemetipſum arguit, & per linguam ſuam fatetur quia ipſe quidẽ iuſtũ male afficere paratus fuerit, dei autem prouidentia a molimine ſuo eum impediuerit. Valeret (inquit) manus mea te affligere, deus autem patris tui hodie mihi dixit. Serua

teipſum ne forte loquaris cum iacob mala. Cogita hic quanta conſolatione iuſti fa
D cta fuerint verba hæc, & conſydera quomodo hic effatur quæ aduerſus iſtum decre
uerat, & qualiter eum comprehẽderevoluerit et quod timor dei a malis conſilijs im
pediuerit. Deus patris tui inquit. Vide quomodo & ipſe Laban non parum vtilita-
tis hinc perceperit, maximã indevirtutis dei faciens demonſtrationẽ, ex his quæ ei
dicta fuerũt. Verum quia & tu (inquit) hoc decreuiſti & deus eſt, qui tantã tui curã
gerit, nunc igiturvade. Magno enĩ deſyderio petis abire in domũ patris tui. Qua-
re furatus es deos meos? Eſto (inquit) hoc decreueris, vt abeas in domũ patris tui,
quare deos meos furatus es? Excellentẽ iuſipientiã. Tales ſunt dij tui, vt qui eos fu
rari queat? Non erubeſcis dicens. Quare furatus es deos meos? Vide quanta fuit er
roris grauitas, hi qui ratione prędĩti colunt lapides & ligna. Et ſunt hi dij tui o La-
ban neq; quum furaturi eos quidã erant iuuare ſe potuerunt, vel quomodo qui lapi-
dei? Deus autem iuſti, & ignorante iuſto impetũ tuum coercuit & non cogitas erro
ris magnitudinẽ, & iuſtum furti arguis? Quare iuſtus illos furari voluiſſet, quos abo
minabatur, immo quos ſciebat eſſe inſenſatos lapides? Porro hęc quum audiſſet Ia
cob primũ magna manſuetudine de obiectis criminibus ſe purgat, & vt inquirãtur
E dij iubet. Dixi enim (inquit) ne forte auferas filias tuas a me, & omnia mea. Quia
(inquit) videbam te non bene erga me animatũ anxius fui, ne forte conareris filias
tuas, & facultates tuas, & priuare me meis. ſicut quõdã feciſti. Iſta igitur cauſa timo
ris fecit, vt clam te abirẽ. Cæterum apud quem inueneris deos tuos, non viuet corã
fratribus noſtris. Vides quod ignorabat iacob furtum a Rachel commiſſum? Vide
enim quanta auſteritate ſupplicium decernit ei, qui furtum admiſerat. Apud quem
(inquit) inueniũtur non viuet coram oculis noſtris. Non quia ſolum (inquit) abla-
tum eſt, ſed quia furtim, iudicium manifeſtũ talis affert ſui erroris. Scias ſi quid eſt
tuorum apud me, & accipe. Scrutare (inquit) ſi quid abſtuli, quod non oportebat.
nihil aliud in me arguere poteris, quam quod clam abierim & hoc nonvolũtario fe
cerim ſed ſuſpicatus iniuſtitiã & timẽs nevelis auferre filias tuas, & alias meas facul
tatesvbi reſcires. Et non agnouit apud eos aliquid. Neſciebat autẽ Iacob quod Ra
chelvxor ſua furata fuiſſet ea. Ingreſſus autem, inquit, Laban ſcrutatus eſt domum
Liæ & non inuenit, ingreſſus eſt autẽ & ĩ domũ Rachel, Rachel vero accepit idola
& poſuit ea ſubter ſtramẽta camelorũ & ſedit ſuper ea. Et dixit patri ſuo. Ne grauí
F ter feras domine mi, nõ poſſum ſurgere corã te, quia ſecũdũ cõſuetudinẽ mulierũ
mihi eſt. Scrutatus autem eſt Laban in tota domo eius, & non inuenit. Magna Ra
chelis ſolertia per quam deludere potuit Labanẽ. Audiãt qui adhuc erroribus ſunt
addicti, & idololatriam magnifaciũt, poſuit ea ſubter ſtramenta cameli & ſedit ſu-
per ea. Quid his magis ridiculum? quid his ſtultius? Ratione prædicti, & tantam a
miſericordia dei aſſequuti dignitatẽ, lapides inſenſatos putant colendos, & neq; in
mentẽ ſuam accipiũt abſurditatẽ, & a cõſutudine ſua quaſi oues abducuntur. Et id-
circo Paulus quoq; ſcribẽs dicebat. Scitis quãdo gentes eratis, ad idola muta quo-
modo euntes abducebamini? Et recte dixit muta, Qui vocem, inquit, habetis & au
res & ſermonis eſtis participes ad ea quæ nullũ ſenſum habent, ſicut bruta abduci-
mini. Et qualem, qui talis eſt veniã mereretur? Sed videamus quomodo iuſtus nũc
fiduciam acceperit ex his quæ Laban confeſſus eſt, & quoniã nullũ crimẽ contra
ſe iuenerat reprehẽſiõe dignũ quid dicit? Irat⁹ eſt aũt, inquit, iacob et cõtẽdit cum
labã & dixit. Vide quomodo etiam expoſtulando animæ ſuæ virtutẽ detegit, quę
iniuſtitia mea, vel quod peccatum meum, inquit, quod perſequutus es me? Quare,
inquit, tanto impetu inſectatus es me? qualẽ iniuſtitiã mihi potes opprobrare? qua-

lepeccatum? Neq; id satis, nisi ad tantam superinduxisses contumeliam, vt scrutareris omnia quæ in domo mea. Quid inueneristi de omnibus vasis quę in domo mea, pone hic coram fratribus tuis & fratribus meis, & iudicent inter nos duos. Tanto (inquit) scrutinio facto, potuisti ne aliquid inuenire, quod ad me non attineat, vel quod tuum sit? Si inueneristi, profer in medium, vt qui hic assunt apud me & te iudicium faciant. Quoniam vidit se irreprehensibilem in omnibus, magna sumpta fiducia enumerat beneficia, quę ille per omne tempus exhibuit & inquit, Hi sunt viginti anni, quibus tecum sum. Pro labore tot annorũ, his ne dignus eram? haccine inquam contumelia? Hi mei viginti anni? Ho die viginti annorum compleui in domo tuea numerũ, oues tuæ & capræ tuę steriles nõ fuerunt, arietes ouium tuarũ nõ comedi captum a fera tibi nõ attuli, ego satis feci de meo, furta diei & furta noctis. Die vrebat æstu & nocte gelu, & discedebat somnus ab oculis meis. Obliuisceris inquit, laborũ quos exantlaui pascẽs oues tuas & capras? Nũ potes arguere, quod vnquam ouesvel capræ tuæ fuerint steriles? Vide quantã demõstrat a deo beneuolentiam contigisse domui Labam propter suum aduentũ. Hoc enim est id quod et supra dicebat, Benedixit te deus ad pedem meum. Hoc enim nullus a pastore exigeret. Neq; enĩ pastoralis artis hoc opus est, Propterea ante omnia hoc ponit, prouidentiaq; superna factum hoc fuisse in pecudibus ostendit. Arietes ouium tuarum non comedi. Non potes (inquit) dicere quod aliquando comederim arietẽ de gregibus tuis, qui scilicet multorum pastorum mos est. Bestia captũ nõ attuli tibi neq; ipse, inquit, aliquando comedi neq; bestia aliquando rapere potuit. Num attuli aliquid a bestia captum? Annon quotidie vides eos, quibus greges crediti sunt, capta a bestijs afferre dominis? At tu nihil tale vel demõstrare vel obijcere factum potes in viginti annis. Et quid dico captum a fera? sed neq; si furto ablatum quid, vt sæpe contingit ad notitiam tuamvenire feci, sed ego pro his quæ furtim ablata fuerũt satisfeci, siue in die siue in nocte acciderint. Et quum æstus flagraret, ferebam fortiter similiter & frigus noctis vt ille si conseruarentur greges tui, & non hoc solum, sed et ipse somnus propter multam curam discedebat ab oculis meis. Vidisti pastoris vigilantiam? vidisti intentum studium. Qualem habebũt excusationem ij quibus rationales greges crediti sunt, & magnam præ se ferunt negligentiam, & quotidie iuxta prophetam pecudes alias mactant, alias a bestijs captas contemnunt, alias vero ab alijs raptas reducere non curant, tametsi minor sit labor & cura facilis? Anima enĩ est quæ docetur, Illi autẽ multus est & corporis & animæ labor. Vide enim, inquit factus sum die adustus æstu, & gelu nocte, & discedebat somn⁹ ab oculis meis, quis hæc nunc potest dicere, quod propter eos quos pascit tot ferat labores & pericula? Et hoc quidem nunc nullus dicere audet. Paulo autem soli licebat hoc fidẽter dicere, atq; his maiora, et vbi, inquit, Paulus hęc sustinuit, audi eum dicentẽ. Quis infirmatur & ego non infirmor? quis scandalizatur, & ego nõvror? O pastoris dilectionem indulgẽtissimam. Alienę ruinę meos dolores augent, aliena scandala fornacẽ doloris mei succendunt. Hunc omnes imitentur, quibus rationales oues concreditæ sunt, & ne deteriores fiant hoc, qui tantæ in brutis pecudibus custodiendis vigilãtiæ fuit, idq; tot annorum numero. Et illic quidem si incuria quædam accidant nullum damnũ, hic autem si ouis rationalis perierit, vel a bestia fuerit capta graue damnum maximũ detrimẽtũ ineffabilis pœna. Nam si dominus noster sanguinẽ suum propriũ effundere pro illa non declinauit, quavenia dignus fuerit, qui sic honoratã a domino despicere voluerit, & nõ omnia quę potest in curãda ouicula adimpleuerit. Cęterũ ad seriẽ sermõis redeam⁹, hi mihi, inquit, viginti ãni, quib⁹ sum ĩ domo

A

B

De pastorum vigilãtia.

C

Pauli solicitudo

tua. Seruiui tibi quatuordecim annis pro filiabus tuis, & sex annis pro ouib⁹ tuis, et
D mutasti mercedē decem agnis, & nisi deus patris mei Abrahæ, & deus Isaac fuisset
mihi adiutor, nūc forte me vacuum dimisisses. Humilitatē meam & laborem ma-
nuum mearū vidit deus, & arguit te heri. Vides quomodo ea quæ confessus est La-
ban, animarūt iustum, & fiduciæ argumentū præstiterunt? Vidisti (inquit) quomo
do vigínti annorum numero seruiui tibi, pro filiabus quattuordecim annis, reliquis
autē pro ouibus, attamē priuare me voluisti mercede, & non te super hoc arguí?
Verum ex illis ipsis quæ tu confessus es, scio, quod nisi deus Abrahā & Isaac fuisset mi
chi adiutor, nūc me vacuum dimisisses & nudum, omnia forte abstulisses a me, & in
iusticiam quam proposueras opere compleuisses. Sed deus qui scit humilitatē meā
& laborem manuum mearum. Quid est humilitatē & laborem manuum mearum?
Quoniam (inquit) scit deus, quomodo ego magno studio seruitutem meam perfe
cerim, & quātum laborem sustinuerim, pascens oues, die noctuq; in curis versatus,
Ad illa inquam respexit misericors dominus, & heri arguit te, coercuit iniusticiam
quam aduersum me struebas, & irrationales tuos conatus. Satis defendendo se, ta-
E xarat Laban, & reprehendens illius in se iniusticiam, sua in illum beneficia recēsuit.
Ideo ille erubescens de his quæ dixerat, nunc in timore assistit, & fœdera inire vult
cum iusto, Vide prouidentiam dei, qui tanto impetu ad persequēdum exierat, timo
re coactus est vt ab eo & fœdera quęreret. Respondens autē Laban (inquit) Iacob
Filiæ tuæ, filiæ meæ, & filij tui, filij mei, & pecora tua, pecora mea, & omnia quæ-
cunq; tu vides mea sunt, & filiarum mearum, quid facerem illis hodie vel pueris qui
ab eis sunt nati? Scio (inquit) quod filiæ meæ sunt, & omnia quæcūq; habes, ex sub
stantia mea accesserunt, Quid igitur facerem illis hodie, vel pueris qui ab eis nati?
Nūc igitur veni, & ineamus fœdus ego & tu, et erit in testimoniū inter me & te, Pa
cta (inquit) faciemus, & erunt in testimonium inter me & te, in reprehensionē & de
monstrationē. Dixit autem ei. Si quis transgredi attentauerit, quę nūc a nobis sunt
proposita. Ecce nullus nobiscum, deus autē testis inter me & te, Considera quomo
do paulatim & Laban ad cognitionem dei ducitur. Nam ante hoc arguebat iustum
de furto deorum suorū, & tantam propter eos scrutationem faciebat, nunc (inquit)
quia nullus est inter nos qui possit, si quid posthac testādum fuerit his qui nunc apud
nos sunt, deus testis sit inter me & te. Ille (inquit) adest, qui omnia videt, quem nihil
F latere potest, qui vniuscuiusq; mentem agnoscit. Tulit autem, inquit, Iacob lapidē
& statuit in columnā, & comederunt super collem. Et dixit ei Laban, Collis hic te
stabitur inter me & te. Quid est, collis hic? id est verba quę fiūt in colle, memoria pe-
petua erunt. Et vocauit nomen eius loci, Collis testimonij. Deinde, inquit, aspiciat
deus inter me & te. Attende quomodo pœnam iterū a deo precatur Laban, Aspi-
ciat, inquit, deus inter me & inter te, quia secedimus alter ab altero. Nunc, inquit, se
paramur, & tu quidem ibis in domū propriam, ego autem rediбo in domū meam, si
humiliaueris filias meas. si acceperis vxores ad filias meas. Vide, nullus nobiscū est
qui videat, deus testis. Consydera quomodo semel & iterum atq; sepius deum in te-
stem vocat. Quia prouidentia, quam expertus erat Iacob, docuit eum quanta esset
eius potentia, & quod impossibile sit aliquid occultum esse oculo qui dormitare ne-
quit, propterea inquit. Etiam si separemur, etiam si nullus alius assit, qui testificari
possit, hic testis erit vbiq; præsens per singula verba, quod totius terræ sit dominus.
Et dixit (inquit) Iacob. Ecce collis ille testatur. Deinde iterū Laban inquit. Si eni
ego non transiero ad te, neq; tu transeas ad me collem hunc, & columnam hanc in
malum, deus Abraham & deus Nachor iudicabit inter nos. Vide quomodo cum

patre & auum ſuum coniũxit qui frater fuit patriarchæ, ſuus autẽ auus, deus Abraham & deus Nachor iudicet internos. Et iurauit Iacob per timorem dei patris ſui Iſaac & ſacrificauit ſacrificium in monte, & vocauit fratres ſuos, & comederunt & biberunt & dormierunt in monte. Surrexit autem Laban mane, & oſculatus eſt filios ſuos & filias ſuas, & benedixit eos, & reuerſus Laban, abiit in locum ſuum. Vidiſti dilecte quãta dei ſapiẽtia, quomodo vno facto & ſuam erga iuſtũ declarat prouidentiã? & illum ab iniuſtitia abduxit, & in diuinæ noticiæ viam paulatim inducit Labanem interminando ei ne quid malum contra iacob loqueretur, & quaſi beſtia accurrens & cõprehendere volens & interficere, deſinit in defenſionem & in filiorum filiarũ q; deoſculationem, & ſic domũ redit. Forte prolixius ſermo ſe extendit ſed ignoſcite non hoc ſpõte admiſimus ſed coegit nos hiſtoriæ ratio. Ideo hic miſſum facientes ſermonem oramus veſtram charitatẽ, vt omnia faciamus & tractem⁹ quo ſupernã nobis conciliemus gratiam. Quod ſi deum habuerimus amicum, omnia nobis facilia erunt, & nihil nos in preſenti vita cõtriſtari poterit, quãuis iniucũdum eſſe videatur. Tanta enim ſupernæ virtutis eſt excellentia, vt etiam ea quæ triſtia ſunt, iucũda facere queat, ſic & Paulus in afflictionib⁹ exiſtens gaudebat & exultabat, expectatione repoſitorũ bonorũ animatus, propterea & propheta dicebat in afflictione dilataſti me docens nos, quod in ipſa afflictione ſecuros & beatos faciat. Talem igitur habentes dominũ, tam potentẽ, tam ſapientẽ, tamq; miſericordem, & quod noſtrũ eſt afferamus, virtutiſq; magnam habeamus rationẽ, vt nõ ſolum præſentia, ſed & futura bona conſequamur gratia & miſericordia domini noſtri IESV CHRISTI, cui cum patre gloria, & imperium ſimul cum ſancto ſpiritu nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum. Amen. A B

CAPVT TRIGESIMVM SECVNDVM.

ET Jacob in viam ſuam profectus eſt et quum reſpexiſſet vidit caſtra dei caſtra metata: & occurrerũt ei angeli dei. Dixit autẽ Jacob quando vidit eos. Caſtra dei ſunt iſta: & vocauit nomen loci illius. Caſtra miſit autem Jacob nũcios ante ſe ad Eſau fratrem ſuum in terram Seir: in regionem Edom et mandauit eis dicẽs. Sic dicetis domino meo Eſau: Sic dicit puer tuus Jacob: apud Labã peregrinus fui: & longo tẽpore ibi moratus ſum vſq; nũc: et facte ſunt mihi boues: et aſine et oues et pueri et ancille: et miſit vt annunciaretur domino meo: vt inueniat puer tuus gratiam coram te. Et reuerſi ſunt nuncij ad Jacob dicẽtes. Venimus ad fratrem tuũ Eſau: ot ecce ipſe venit in occurſum tuum: et quadringenti viri cum eo. Timebat autem iacob valde: et perplexus erat: et diuiſit populũ ſuum et boues et oues in duo caſtra: et dixit iacob Si venerit Eſau adversũ caſtrorũ: et percuſſerit illud: erit adhuc alterum vt ſaluetur. Dixit autẽ iacob. Deus patris mei Abrahe: et de⁹ patris mei Iſaac: domine deus qui dixiſti mihi. Vade ocyus in terrã natiuitatis tue: & bene tibi faciam: ſatis mihi ſit de omni iuſtitia: et de omni veritate quam feciſti puero tuo: in virga enim mea tranſiui iordanem iſtum: nunc autem factus ſum in duo caſtra. Eripe me de manu fratris mei Eſau: quia timeo ego eum: ne forte quum venerit: percutiat me: et matrem cum pueris. Tu dixiſti bene faciam tibi: et ponã ſemen tuum ſicut arenam maris: que non dinumerabitur pre multitudine. Et dormiuit illic nocte illa: et accepit dona que ſua manu ferebat: et miſit ea iſaac fratri ſuo: capras ducẽtas: hircos viginti: oues ducẽtas: arietes viginti: camelos lactãtes et pullos eorũ triginta boues quadraginta: thauros decem: aſinos viginti: et pullos decẽ: et dedit ea per C

manũ pueris suis greges seorsim. Dixit aũt pueris suis. Precedite me: et iteruallũ facite inter gregem & gregem: & mãdauit primo dicẽs. Si occurrerit tibi Esau frater meus: & rogauerit te dicens. Cuius es vel quo proficisceris: & cuius hec que precedunt te? dices Pueri tui Jacob. Dona misit domino meo Esau: et ecce ipse post
D nos. Et mandauit primo: & secundo: & tertio: & omnibus precedẽtibus post greges hos dicẽs. Juxta verbum hoc loquimini Esau: quum vos in ipsum incideritis. Et dicetis Ecce puer tuus Jacob aduenit post nos. Dixit enim Placabo faciẽ eius donis precedentibus: & post hoc videbo faciem eius: forsitan enim suscipiet faciem meam. Et precesserunt munera ante faciem suam: ipse autem dormiuit nocte illa in castris. Quum autem surrexisset nocte illa accepit duas vxores: & duas ancillas: & vndecim filios suos: & transiuit transitum Jaboth: & accepit eos & trãsiit torrentem & traiecit omnia sua. Relict⁹ est autem Jacob solus: & colluctabatur homo cum eo vsq; ad mane. Vidit autem quod non posset contra eum: & tetigit latitudinem foemoris eius & emarcuit latitudo foemoris Jacob: quum luctaretur ipse cum eo: et dixit ei. Dimitte me ascendit enim aurora. At ille dixit. Nequaquã dimittam: nisi me benedixeris: dixit autem ei Quod nomen tuum est? Ille autem dixit Jacob Et dixit non vocabitur vltra nomen tuum Jacob: sed Jsrael erit nomẽ tuum: quia inualuisti contra deum & cum hominibus potens. Interrogauit autem Jacob & dixit. Annũcia mihi nomen tuum: & dixit. Vt quid hoc rogas tu nomen meum: quod est admira
E bile? Et benedixit eum illic: & vocauit Jacob nomen loci illius. Species dei: Vidi enim deum facie ad faciem: & salua facta est anima mea. Ortus est autem ei sol: quando preteriit species dei ipse autem claudicabat foemore suo. Propter hoc non comedunt filij Jsrael neruum: qui emarcuit: qui est super latitudinẽ foemoris vsq; in hunc diem: eo quod tetigit neruum super latitudinem foemoris Jacob: et emarcuit.

CAPVT TRIGESIMVM TERTIVM.

Eum autem respexisset Jacob vidit & ecce Esau frater eius veniens: & quadringenti viri cum eo. Et diuisit iacob pueros Lie et rachelis: & duarum ancillarum. Et fecit duas ancillas & pueros earũ esse in primis locis: & Lian ac pueros eius post illas: et Rachelẽ: & Joseph postremos. Jpse autem precessit ante eos & adorauit super terrã septies
F vsquequo appropiaret ad fratrem suum. Et accurrit Esau in occursum eius: & amplexatus eum osculatus est: et ruit super collũ eius: & osculatus est eum: & flebãt ambo. Et quũ respexisset Esau vidit mulieres et puellos ac dixit Quid? Hec tua sunt Ille autem dixit Pueri sunt: quibus misericorditer donauit deus seruum tuũ. Et appropiauerunt ancille: et filij earũ: & adorauerunt. Et appropiauit Lia: et pueri⁹ et adorauerunt. Et postea appropiauit Rachel et Joseph: et adorauerunt. Et dixit: Quid? Hec tua sunt? Castra autem illa omnia quibus occurri? At ille dixit vt inueniat puer tuus gratiam coram te domine. Dixit autem Esau. Sunt mihi multa frater sint tibi tua. Jacob vero dixit. Si inueni gratiam coram te: accipe dona de meis manibus: propter hoc vidi faciem tuam: quasi quis vultũ dei videat: & rem mihi gratam facies. Accipe benedictiones meas: quas tibi obtuli: quoniam misericordia me dignat⁹ est deus: & sunt mihi omnia. Et coegit eum et accepit: ac dixit. Sublatis pedibus eamus in viam rectam. Dixit autem ei. Dominus deus scit: quod pueri mei teneriores sunt: & oues & boues claudicãt penes me: Si igitur vrgeã ea die vno mortẽtur oĩa pecora precedat dñs me⁹ coram me ante faciẽ pueri sui: ego aũt corroborabor in itinere per ocium itineris mei: et Secundum pedem puellorum meorum: do-

necveniam ego ad te in Seir. Dixit autem Esau: relinquam tecum de populo meo Ille autem dixit. Ad quid hoc? sufficit quod inueni gratiam coram te domine. Reuersus est autem Esau in die illa in viam suam in Seir. Et Jacob discedit in tabernacula: & fecit sibi domus: & pecoribus suis fecit tabernacula. Et propter hoc vocauit nomen loci. Tabernacula Et venit Jacob in Salim ciuitatem Sycimorũ: que A
est in terra Chanaan quãdo venit ex Mesopotamia Syrie: & castrametatus est iuxta faciem ciuitatis: & possedit patrem agri: quo loco tabernaculum suum erexit: ab Emor patre Sychem centum agnis: & erexit ibi altare: et inuocauit deum Jsrael.

HOMILIA LVII.

SCio quod heri defatigati fuerítis, nobis sermonẽ prolixius extendentibus, sed bono estote animo, labor vester nõ est inanis, in domio enĩ spes est, quod & breuis labor magnam mercedem vobis allaturus sit, Nam licet corpus fatigaretur anima tamẽ magis cõfirmabatur, ideo & ipse videns vestrum feruens desyderium & studium, volebã quidem abbreuiare sermonem, sed antequã finiretur historia volui, sciẽs me vobis hac ratione magis gratificaturum. Multitudo enim dictorũ satis declarabat inexplebile vestrum desyderium, & studium audiendi auidũ, propterea & ipse cum maiori alacritate vos docere incipio, videns vestram quotidie apparentiam crescere. Age & hodie quæ sequuntur hesternam lectionem proviríli nostra pertractemus consuetum vestræ charitati conuiuiũ proponẽtes. Et videamus post discessum Laban, quomodo iustus iter arripiat. Nihil enim superuacaneũ in diuina scriptura positum est, sed omnia quæ a iustis fiunt, maxima vtilitate plena sunt. Quoniam enim vniuersorum dominũ, continuo habuerunt comitem. & itineris difficultates reddentem faciles multum etiam nos vtilitatis ex paruo eorum itinere possumus percipere. Nam post quam Laban in domũ suam abijt, & Iacob viam suam perrexit & eleuatis oculis vidit castra dei castrametata esse, & occurrerunt ei angeli dei. Postquã enim cessauit, & finem habuit timor Laban, excepit eum timor fratris propter hoc misericors dominus animare iustum volens, & omnem eius metum discutere, fecit vt angelorum videret castra. Occurrerunt enim (inquit) ei angeli dei, & dixit Iacob castra dei sunt hæc, & vocauit nomẽ loci eius, Castra vt ex ea appellatione perpetua maneret memoria visionis, quæ illic contigerat. Deinde post visionem hanc, misit (inquit) ante se nũcios ad Esau fratrem suum, et mãdauit eis dicẽs. Sic dicetis domino meo esau C
Vide & post visionem, quãtus adhuc timor vrgebat iustum. Timebat enim fratris violentiam & angebatur animo ne forte memoria eorum quæ olim facta sunt impellerẽt illum ad insidias. Dicite (inquit) domino meo Esau. Sic dicit seruꝰ tuus Iacob. Peregrinus fui cum Laban & longo tempore ibi moratus sum vsq; nunc, & factæ sunt mihi boues & asinæ & oues, & serui & ancillæ, & misi vt annũciaretur domino meo Esau vt inueniat puer tuus gratiam coram te. Attende quomodo timuerit fratrem, & propterea placare eum volens prẽmittit, significans ei & reditũ suum et substãtiam quæ ei contigerat, et vbi tanto tempore moratus fuerit, vt placato eius furore clemẽtem facere possit, id quod & factum est, deo cor illius demulcente, & tractabilem extincta ira eius faciente. Nam si Laban, qui tanta concitatione persequebatur timere fecit per ea quæ ad ipsum dicebat Multo magis fratrem mansuetiorem fieri erga iustum fecit. Reuersi sunt autem (inquit) dicentes. Venimus ad fratrem tuum, & veniet in occursum tuum, & quadringenti viri cum eo. Vide quomodo & istud ipsum auget metum iusti. Neq; enim sciebat euidenter scopum

fratris, sed vt didicit multitudinem veniẽtium cum eo, formidauit suspicãs ne quasi in bellum contra se veniret, & ita vellet occurrere. Timuit enĩ (inquit) Iacob & perplexus erat, & formido mentem eius turbauerat, & nescíebat quid faceret, sed manifit perplexus, propterea timuit quasi de salute sua, & mortẽ ante oculos habens. Di
D uisit autem in duas turmas omnem populum, qui cum eo erant. Dixit enim, si venetit ad turmam vnam & percusserit eam, erit adhuc altera quæ saluabitur. Talia suggessit ei timor, & magna formido. Videns autem se quasi in reti comprehensum, ad victum dominum confugit, & promissiones quæ ei factæ erant repetit ab omnium deo, quasi dicens ad eum, Nunc venit tempus, in quo & propter primogenitorũ virtutem & propter promissionem quæ a te facta est mihi, dignus habeor qui tuo adiuuer præsídio, Dixit enim Iacob Deus patris mei Abraham, et deus patris mei isaac tu es qui dixisti mihi. Vade in terram natiuitatis tuæ. Qui euo castí me (inquit) de terra aliena, & præcepistivt redirem ad patrem meum, & in terram natiuitatis, satis mihi sit de omni iustitia & veritate quam fecisti puero tuo. Sufficis mihi (inquit) ad subsidium in præsenti tempore. Qui enim vsq; ad præsens tempus tantam erga me declarasti prouidentiam, potens es etiam nunc erípere me ab vrgentibus periculis. Non enim ignoro, quod in isto baculo meo transiui Iordanam. Nunc ergo propter tuam de me solícitudinẽ, qui baculum solum gestans abiui in terram alienã, &
E nunc cum duabus turmis aduení, tu igitur domine, qui tantam mihi substãtiam cõcessisti, qui in tantã augerí me fecisti, nunc eripe me de manu fratris mei Esau, quia timeo ego eum, ne forte percutíat me & matrem cum pueris. Tu dixisti Benefaciã tibí, & ponam semen tuum sicut *arenam maris, quæ numerari nequit præ* multitudine. Vide iusti religiosum animum & magnam gratitudinẽ, quomodo nõ in alio dominũ precatur, quamvt suas promissiones adimpleat. Et de prioribus demõstraturus gratiarum actionem, confitetur quod ex nudo & *omnibus destituto in tantã* peruenerit abũdantiam, & supplícat vt de periculo se liberet. Dixisti enim (inquit) Ponam semen tuum sicut arenã maris, quæ numerari nequit. *Quum igitur* orationem suam ad deum feciſſet, & supplicationem precum obtulisset, facit & suum officium. Et acceptis muneribus quæ afferebat, misit fratri cum segregasset quæ mitterentur, & mandata dedisset, itavt placaretur animus fratris & suus nũciaretur aduentus. Dícite enĩ inquit. Eccepuer tuus aduenit post nos. Et vt primũ reddatur amicus & nunc in faciem eius occurrat. Post hoc enim (inquit) videbo faciem eius For
F te enim accepta erit ei facies mea & antecedant dona secũdum faciem eius, Verum vide obsecro ineffabilem dei misericordiam, & quomodo semper congruo tempore suam declaret prouidentiam. Namvt de Laban dictum est, quoniam iustus nihil talium suspicabatur, neq; sciebat quod Labã cum tanta vi inuadere eum vellet, vtvlciscereturclancularium eius abscessum apparuit angelus nocte Laban & repressit eius impetum, mandatumq; dedit, nevel asperum verbum loqueretur Iaco dicit enĩ Ne loquaris cum iacob mala. Et hoc ita dispensabat, quod per illius linguam notũ fieret iusto, vt fidentiori esset animo comperta tanta dei in se prouidẽtia. Nũc quia frater temporis longitudine mitigatus erat, quieueratq; ira & indignatio contra Iacob, hic autem anxius erat timens & tremẽs fratris occursum, bonus dominus nõ iam Esau præcipit, nihil enim contra fratrem meditabatur, sed iustũ solatur. Nam postquam misisset offerentes munera et dormiuisset surrexit in media nocte vxores duas & filios transmisit in transitu Iaboth, & accepit eos & transijt fluuiũ, relictus est autem Iacob solus, & colluctatus est homo cum eo, Magna domini misericordia, quoniam occursus erat fratri vt sciret reipsa quod nihil asperũ laturus esset in fi-

gura hominis luctari cum iusto voluit, deinde videns se vinci apprehendit, inquit, latitudinem lumbi eius. Totum hoc factum est vt se illius humilitati attemperaret, & formidinem ex anima iusti eximeret, & persuaderet eum vt citra angorem fratri occurreret. Nam quũ renuisset latitudinem lumbi iaocb, emarcuit neruus qui super latitudinem lumbi Iacob, cum colluctaretur ille cum eo. Deinde vt sciret iacob virtutem eius quem secum luctari putabat dicit ad eum. Dimitte me, ascendit enim aurora. Sentiens igitur iustus magnitudinẽ virtutis eius, qui hæc sibi dixerat dixit. Minime te dimittam, nisi me benedixeris. Magna enim consequutus sum & quę supra meam dignitatem, non prius te relinquam donec benedictionẽ a te accipiã. Deinde dicit. Quod nomẽ tuum est? Vide iterum quantum sese humiliet & attemperet. Nam si non interrogasset nesciuisset iusti nomen? Sed vult eius fiduciam solidare, & docere quis sit qui ei loquatur. Et postquam dixit iacobo. Non vocabitur nomẽ tuum iacob, sed israel erit nomen tuum quoniam si contra deum fortis fuisti multo magis contra homines potens eris. Vidisti quomodo ostendit totam causam propter quam adeo se humiliauit? Et simul docuit iustũ per nominis impositionẽ quis esset, & quem viderit & comprehẽderit. Non vltra enim vocaberis iacob, sed israel erit nomen tuum. Israel autem si quis interpretetur sonat mens videns deum, Quoniam sicut videre homini possibile est, videre meruisti propterea & hanc appellationem tibi impono, vt omnibus posteris manifestum sit quam visionẽ assequutus fueris, Et subijcit. Quoniam pręualuisti contra deum & contra hominem potens eris nihil amplius time, neq; damnum aliquod expectes, quod ab aliquo feras. Nã qui tantam virtutem accepisti, vt cum deo luctari valueris, multo magis homines superabis, & inuictus omnibus eris, His auditis iustus obstupescens magnitudinem eorum quæ ad se dicta erant dicit ei. Annũcia mihi nomen tuum, Et dixit. Cur quæris nomẽ meum. Et benedixit eũ. Intra tuos limites mane, & ne trãsgrediaris mensuram tuam, vis meam benedictionem obtinere ecce eam tibi do dicit enim. Et benedixit eũ Et vocauit (inquit) iacob nomen loci huius, Speciẽ dei. Vidi enim deũ facie ad faciem & salua facta est anima, quæ propemodũ mortua præ timore, quoniam videre mihi datum est facie ad faciem deum, salua facta est anima mea. Ortus est autẽ ei sol, quando præterijt visio dei. Vidisti quomodo infirmitati humanę dominus sese attemperans omnia agit & tractat, vt suam misericordiam declaret. Et ne admireris dilecte quod tanta humiliationis illius magnitudo, sed cogita quod et patriarchæ cum apud quercum sederet, in hominis figura cum angelis hospes fuerit, præsignans nobis iam multo antea & ab initio, quod humanam naturam susceptus esset, vt sic omnẽ humanam naturam a diaboli tyrannide liberaret, & ad salutem reduceret. Verum tunc quidem quoniam initium et principia erant, in figura vnicuiq; illorum apparebat sicut ipse per alium prophetam dicit. Ego visiones multiplicaui, & in manibus prophetarum assimilatus sum. Quãdo autem dignatus est dominus humanã formam suscipere, & primitias nostras recipere, non putatiuam neq; apparentẽ tantam carnem sed veram induit. Et ea propter voluit per omnia nostra transire, & ex muliere nasci, & infans fieri, & panniculis inuolui, & lacte pasci, aliaq; omnia ferre, vt dispensationis veritas credibilior esset, & hæreticorum ora dissueret. Propterea & dormit in naui, & iter facit, & fatigatur, & omnia humana sustinet vt per res ipsas certisq; argumentis persuadeat. Propter hoc etiam tribunali assistit & crucifigitur, & mortem sustinet ignominiosissimam, & in sepulchro ponitur vt sua incarnatio p omnia fiat manifesta. Nã si nõ vere carnẽ nostrã assumpsit neq; crucifixus est, neq; mortu⁹, neq; sepult⁹ neq; resurrexit, Quod si nõ resurrexit ois de

incarnatiõe ſermo ſubuerſus eſt. Vides ĩ quãtã abſurditatẽ incidũt, qui diuinæſcri
pturę canonem imitari nolunt ſed ſuis cogitationibus permittunt omnia? Verũ ſi-
cut hic perſpicua eſt veritas, ita apud iuſtum illum apparentia quędam erat, per quã
D iuſtus multis argumẽtis certior fieret, quantã eius curã deus habiturus ſit, & quod
inuictus ſit futurus ab omnib⁹ qui ei inſidiẽtur. Deinde vt poſteritati nota fieret vi-
ſio ei facta, claudicauit (inquit) fœnore ſuo propter hoc nõ comedũt filij Iſrael ner
uum qui emarcuit, qui & ſuper latitudinem fœmoris, vſq; in hũc diem, quia attigit
neruũ ſuper latitudinẽ fœmoris Iacob, & emarcuit. Quoniam enim iuſtus imple-
tis vitę ſuæ annis, emigraturus erat ex hac vita, oportebat autem prouidẽtiam dei in
illum, & tantam dei dignationem, omni hominum generi manifeſtari ideo inquit.
Non comedunt filij Iſrael neruum latitudinis fœmoris, quod emarcuit, ſciens eo
rum magnam ingratitudinem, & quod obliuiſcãtur dei beneficia, perpetuo artibus
quibuſdam inducit eos vt habeant memoriam eorum quæ a ſe facta ſunt, taliaq; ex-
cogitat monumenta per illas obſeruationes. Id quod per ſcripturã totam inuenies
Hæc enim maxima cauſa eſt plurimarum obſeruationũ, & quod ipſe vult perpetuo
futuras generationes meditari beneficia dei, & non obliuionem vnquam obliteran
E tes ad ſuos errores recurrere, qui mos fuit, iudeorum gẽti peculiaris maxime. Nam
qui in beneficijs ſæpe ſummã prę ſe tulerunt ingratitudinem multo magis, niſi hoc
fuiſſet factum omnia quæ a deo in eos facta ſunt e mente ſua abiecíſſent. Cæterum
videamus nunc quomodo fratri ſuo iacobus occurrerit. Poſtquam enim ex his quę
facta ſunt, iuſtam accepit exhortationem, & ſufficiens ſolatium & promiſſionem,
quod fortis futurus eſſet, & potens etiam cõtra homines. Eleuatis oculis vidit & ec
ce Eſau frater eius, & quadringenti viri cum eo. Et diuiſit iacob pueros Liæ, & Ra-
chel et duarum ancillarum. Et poſuit duas ancillas & pueros eorum in principio, &
Liam & pueros eius poſtea, & Rachel ac ioſeph poſtremos & adorauit *ſuper terrã*
ſepties, donec appropiauit ad fratrem ſuum. Vide quomodo diuiſione facta, ipſe
prę omnibus occurrit, & adorauit ſuper terram (inquit) ſeptíes donec appropiauit
ad fratrem ſuum, prouocans & per geſtus, & per adorationem fratrem in ſui bene-
uolentiam, id quod & factum eſt. Namvt Eſau occurrit (inquit) amplexatus eſt eũ
& oſculatus eſt, ſtringens collum eius, & flebant vterq;. Vide diſpenſationem dei.
F Quia quando vult omnium dominus ſuam erga nos declarare prouidentiã, & eos
qui atroci in nos animo ſunt ouibus manſuetiores facit. Conſydera igitur, quãtam
mutationem declaret Eſau. Accurrit enim (inquit) ĩ occurſum eius, & amplexatus
eum oſculatus eſt, & fleuerunt ambo. Vix tandem iuſtus reſpirauit, & timorem ex-
cuſſit, animoſior factus. Eleuatis autẽ oculis, inquit vidit mulieres & pueros. Quid
hæc tua ſunt? Videns iuſti facultatum abũdantiam, in admirationem adductus eſt
ideo & rogare voluit. Quid igitur iuſtus? Pueri, inquit, ſunt quibus miſericorditer
donauit deus ſeruum tuum. Vide quantum manſuetudinis robur, & quomodo per
verborum modeſtam humilitatem illius indignationem fregit & mitigauit. Et ap-
propiauerunt (inquit) ancillæ & filij, & adorauerunt Lia & Rachel. Quid, hæc tua
ſunt? Quæ autem turmæ illæ quæ mihi ouiam venerunt? Ille autem dixit. Vt inue-
niat ſeruus tuus gratiam coram te. Conſydera obſecro, quomodo humilitate ex-
cellenti fratrem Deuicerit, & quem putabat affici erga ſe Hoſtiliter & atrociter.
Ita inuenit manſuetum, vt voluerit in miniſterium eius omne Officium ſuum de-
clarare. Dixit enĩ, inquit, ſunt mihi multa, frater ſint tibi tua. Verũ neq; hoc pmiſit
Iacob, ſed mõſtrãs quãti faciat eius amicitiã, inquit, Si ĩueni gratiã corã te accipe
dona de manib⁹ meis, nã ꝓpter hoc videbã faciẽ tuã quaſi aliquis videat vultũ dei.

Accipe (inquit) dona, quæ a me tibi afferūtur, Cum tanta enim iucunditate vidi faciem tuā, cum quāta quis viderit dei faciem. Hoc magni obsequij gratia dictum est a iusto, vt eum demulceret. & ad fraternam beneuolentiā duceret. Beneplacitū mihi facies, hoc est gratum mihi facies, Accipe igitur benedictiones quas attuli tibi, A
quia misertus est mei deus, & sunt mihi omnia. Ne detrectes (inquit) accipere. Hęc enim omnia a deo mihi donata sunt, & hic mihi horum omniū suppeditator factus est. Per quæ placidę & illum docuit, quāta erga se fuerit dei prouidētia, & effecit vt magnam sibi reuerentiā exhiberet. Et coegit eum & accepit, Vide nūc mutationē, Et dixit Esau, Profecti eamus in rectam, hoc est, nūc cōmuniter, & simul iter faciemus. Ille autē causatus honestum prætextū dixit, Dominus meus (iquit) scit, quod pueri mei teneriores, & oues et boues fœtæ sint, si igitur sequi ea cogam, vno die morietur, Non possum (inquit) acceleratius facere iter, sed cogor lente & pedetētim progredi tam propter pueros, quam propter pecudes, vt non labore plurimo pereant. Vade (inquit) tu, ego autem parcens laborī puerorum & pecudum, cōueniam te in Seir. Quibus auditis, frater. si vis (inquit) relinquas aliquos meorum apud te. Faciebat hoc in signum magni honoris & officij, Ille autē nihil tale accipit. Sufficit enī michi, inquit, quod vere inueni gratiam corā te. Hoc vnum mihi cure erat: vt amicum te inuenirem, Quoniā igitur hoc assequutus sum, non alterius cuiuspiam indigeo. Et profectus, inquit Iacob, fecit sibij ipsi & iumentis suis tabernacula, propterea vocauit locum illum Tabernacula. Hæc audientes imitemur iustum illum, & tā B
tam declaremus humilitatē animi, & si qui sunt qui male afficiūtur, non magis accēdamus iram, sed magna mansuetudine & humilitate tam verborū quam operum, reprimamus eorum inimicitias, & afflictas eorum curemus animas. Vide enim sapiētiam huius iusti, quomodo magna verborū cōstantia ita Esau deuulsit, vt & ad se colendum festinaret, faceretq; omnia que ad sui pertinebant honorem. Hoc vere summe virtutis est, non vt eos qui bene a nobis afficiuntur, magno studio diligamus, & eis omnibus modis seruiamus, sed vt etiam eos qui nobis infesti esse volunt, assiduitate officiorum nobis conciliemus amicos. Nichil enim mansuetudine violentius. Nam sicut rogum quum valde accenditur, aqua iniecta restringit: ita & animū camino magis exardescentem, verbum cum mānsuetudine prolatum extinguit, Et duplex inde nobis lucrum accrescit, tum quod nos mansuetudinem declaramus, tum quod fratris indignationē cessare facimus, & mentem eius a turbatione liberamus. Quid enim, dic mihi. Num reprehendis fratrem tuum, & accusas indignationē, & quod hostiliter se gerit erga te? Cur igitur non diuersa via studes incedere, sed ipse C
magis irasci vis? Non potest ignis igni extingui. Repugnat enī hoc naturę. Sic neq; furor furore alio demulceri poterit nunq̄. Verum quod igni est aqua, hoc est iræ mansuetudo & mititas. Propterea & CHRISTVS dicebat discipulis. Si diligentes vos diligitis, quam mercedem habetis? Deinde magis ad hoc inhortari & reprehendere negligētes volens, dicit, Nonne & publicani idem faciunt? Quē enim dices qui tam deses sit & non hoc faciat? Nonne & publicani magno studio faciunt? Quid autē publicano deterius? attamē inuenies eum hoc in oībus modis obseruare Et non est possibile vt non redamet qui amatur. Ego autē quia & excelsiores vos esse volo & aliquid amplius habere, nō hoc admoneo, sed vt & inimicos diligatis. Id quod beatus ille, ante legem, ante doctrinā aliorum spōte sua fecit, & propter excellentem mansuetudinē prius superauit Laban, nunc autē & fratrem. Nam licet supno pręsidio fretus fuerit, attamē quod & suum est declarauit. Ita sane & nos persuadeamus nobis, quod licet infinities enitamur, nihil tamē prorsus recte agere possum⁹,

nisi superna gratia adiuti. Sicut autem nisi illam habeamus, nihil vnquã possumus recte agere, ita nisi quod nostrum attulerimus, non poterimus supernum acquirere fauorem. Demus igitur operam vt & nostra afferamus, & supernum fauorem alliciam⁹ vt & ex nostro studio, & ex dei misericordia virtutes nostræ quotidie crescãt
D multaq; superna fruamur gratia. Quod nobis omnibus concedatur gratia & misericordia domini nostri IESV CHRISTI, cui cum patre & sanctospiritu sit gloria, imperium, honor nunc & semper, & in secula seculorum. Amen.

CAPVT TRIGESIMVM QVARTVM.

EGressa est autem dina filia Lie: quam peperit iacob: vt spectaret filias indigenarum. Et vt vidit eam Sychem filius Emmor Aeue⁹ princeps terre: ⁊ accepit eam: dormiuitq; cum ea: ⁊ humiliauit eam: et adherebat anime Dine filie Jacob: et dilexit virginem: et loquutus est ei iuxta mentem virginis. Dixit Sychem ad Emmor patrẽ suum dicens. Accipe mihi puellam illam in vxorem. Jacob autem audiuit: quod polluisset filius Emmor Dinam filiam suam. Filij autem eius erant
E cum pecoribus suis in agro. Silebat autem Jacob: donec venirent illi. Egressus est autem Emmor pater Sychem ad Jacob vt loqueretur ei. Filij autem iacob venerũt ex agro. Vt autem audiuerunt: compũcti sunt viri. Et triste erat eis valde: quod fecisset rem turpem in Jsrael Sychem qui dormierat cum filia iacob. Et nõ sic erit Et loquutus est Emmor eis dicens: Sychem filius meus elegit ex animo filiãve-
stram. Date igitur illi eam vxorẽ: et erit genervester. Filias vestras date nobis: et filias nostras accipite filijs vestris: et inter nos habitate. Et ecce terra lata est coã vobis habitate: et negociemini in ea ⁊ in ea possessiones habete. Dixit autem Sy-
F chem ad patrem eius: et ad fratres eius inquiens. Jnueniam gratiã coram vobis et quicquid direritis: dabimus: multiplicate dotem: et dabo secundum quod dixeritis mihi: et dabitis mihi puellam hanc in vxorem. Responderunt autem filij Jacob Sychemo et Emmor patri eius cum dolo: et loquuti sunt eis: quod polluerant Dinam sororem suam. Et dixerunt ei Symeon et Leui fratres Dine filij Lie. Nõ poterimus facere verbum hoc: vt demus sororem nostram homini: qui habet preputiũ est enim nobis opprobrium. Jn hoc tantum similes vobis erimus: et habitabimus inter vos: si fueritis sicut nos et vos: dum circuncidit is vos omne masculinum: et dabimus filias nostras vobis: et de filiabus vestris ducemus nobis vxores: et habitabimus apud vos: et erimus sicut genus vnum. Si autem non audieritis nos: vt circuncidamur: acceptis filiabus nostris abibimus. Et placuerunt sermones illi coram Emmor et coram Sychem filio Emmor. Et non multo tempore distulit adolescens: vt faceret verbum hoc: adherebat enim filie Jacob ipse autem erat nobilissimus omnium: qui erant in domo patris sui. Venit autem Emmor: et Sychem filius eius ad portam ciuitatis sue et loquuti sunt ad viros ciuitatis sue dicẽtes. Homines illi pacifici sunt nobiscum: habitent in terra nostra: et negocientur in ea. Terra autem ecce lata coram ipsis: filias eorũ accipiem⁹ nobis vxores: et filias nostras dabimus eis. in hoc solum similes erunt nobis viri: vt habitent nobiscum: vt sit populus vnus: in oe quod circũcidatur omne nostrũ masculinum: sicut ⁊ ipsi circuncisi sunt et pecora eorum: ⁊ quadrupedia ⁊ substantie: nõ nostra erunt: tantum in hoc similes eis fiamus: ⁊ habitabunt nobiscum. Et exaudiuit Emmor Sychem filium suum: et omnes qui ingrediebantur portam ciuitatis: ⁊ circuncisum est carne preputij omne ipsorum masculinum. Factum est autem die tertio: quum essent in labore: acceperunt duo filij Jacob Symeon ⁊ Leui fratres Dine: vterq; gladium suum: ⁊ ingressi sunt in ciuitatem secure: et occiderunt omne masculinum: ⁊ Emmor ⁊ Sychem filium eius occiderunt in ore gladij: ⁊ acceperunt Dinã ex domo Sychem: ⁊ exierũt

Filij autem Jacob ingressi sunt ad saucios: ⁊ diripuerunt ciuitatē in qua polluerant Dinam sororem suam: et oues eorum: et boues ⁊ asinos eorum: ⁊ quecunq; in ciuitate erant ⁊ quecūq; in agro acceperunt: ⁊ omnia corpora eorum: et omnem supellectilem eorum: ⁊ vxores eorum in seruitutem redegerunt: ⁊ rapuerunt quecūq; in ciuitate et quecūq; in domib⁹. Dixit autem Jacob ad Symeonem et Leui. Odibilē me fecistis: ita vt ego malus sim habitatoribus terre: in Chananeis: et Phereseis. Ego autē paucissimus sum numero: et congregati cōtra me: cōcident me ⁊ exterar ego et domus mea. Illi autem dixerunt. Sed nunquid vt scorto abutentur sorore nostra?

A

CAPVT XXXV.

Dixit autem deus ad Jacob. Surge ⁊ ascende in locum Bethel: ⁊ illic habita: ⁊ fac ibi altare deo: qui apparuit tibi quū fugeres a facie Esau fratris tui. Dixit autem Jacob domui sue ⁊ omnib⁹ suis. Tollite deos alienos e medio vestri et purificemini: et mutate stolas vestras: et cum surrexerimus: ascendemus in Bethel: et faciemus ibi altare deo: qui exaudiuit me ī die tribulatiōis: qui mecū fuit et saluauit me in via qua ambulaui. Et dederunt Jacob deos alieos: qui erant in manibus suis: ⁊ inaures in auribus suis et occultauit ea iacob sub therebinthūque in Sycimis: ⁊ perdidit ea vsq; in hodiernum diem. Et profectus est Israel ex Sycinis: ⁊ factus est timor dei in ciuitatibus in circuitu eorum: ⁊ non persequuti sunt post filios Israel. Venit autem iacob in lura: ista est in terra Chanaan: ista est Bethel: ipse ⁊ omnis populus qui erat cum eo. Et edificauit ibi altare: et vocauit nomen loci Bethel. Ibi enim apparuit ei deus: cum fugeret ipse a facie Esau fratris sui. Mortua est autem Debora nutrix Rebecce: ⁊ sepulta est ad radices Bethel: apud quercum: et vocauit Jacob nomen eius. Quercus luctus. Visus est autem deus adhuc Jacobo ī Lufa: quando illuc venit ex Mesopotamia Syrie: ⁊ benedixit eum deus: ⁊ dixit ei deus. Nomen tuum Jacob non vocabitur vltra Jacob: sed Israel erit nomen tuum. Dixit autem ei deus. Ego deus tuus: cresce et multiplicare. Et gentes ⁊ congregationes gentiū erunt ex te: et reges ex lumbo tuo egredientur: et terram quam dedi Abrahe et Isaac: tibi dedi eam ⁊ tua erit: ⁊ semini tuo post te dabo terram istam in generationes suas. Ascendit deus ab ipso a loco: quo loquut⁹ est cum eo ⁊ erit iacob colūnā ī loco quo loquut⁹ est cū eo de⁹: colū nā lapideā. et libauit ei libationē: et supfudit supeā oleū: et vocauit Jacob nomē loci in quo loquut⁹ est cū eo de⁹ Bethel. Et profect⁹ iacob ex Bethel fixit tabernaculū vltra turrē Gader. Factū est aūt quādo appropriauit Chabratha: qua venitur in eerrā Ephrata: peperit Rachel et laborauit in partu. Factū est autem cum difficulter pareret: dixit ei obstetrix confide. Etenim iste tibi est fili⁹. Factum est autem: cum exhalaret animā ipsam: moriebatur enim: vocauit nomē eius Filius doloris mei: pater autem vocauit eum Beniamin. Mortua autē est Rachel: ⁊ sepulta est in via Ephrata ista est Bethleem. Et erexit Jacob titulū super monumentum eius. Iste est titulus monumēti Rachelis vsq; in hodiernū diem. Factum est autem quādo habitauit Israel in terra illa: abiit Rubim ⁊ dormiuit cum Balla concubina patris sui iacob. Et audiuit Israel: ⁊ malū visum est coram se. Erant autem filij iacob duodecim. Filij Lie Rubim primogenitus iacob Symeon Leui: iudas: isachar Zabulon. Filiij autem Rachel: ioseph: ⁊ Beniamin Filij autem Belle ancille Rachelis: Dan: et Nephthalin. Filij autē Zelphe ancille Lie: Gad: ⁊ aser Hi filij iacob qui nati sunt ei in Mesopotamia Syrie: Venit autē iacob ad isaac patrem suum: adhuc viuente eo in Mambre ciuitate campi: ista est Chebron in terra Chanaan vbi peregrinus fuit Abraham et isaac. Facti sunt autem dies isaac quos vixit: anni centum octoginta: ⁊ deficiens isaac mortuus est et positus ad genus suū senior et plenus dierum. Et sepelierunt eum Esau ⁊ iacob filij eius.

B

C

HOMILIA LVIII.

D

VIdistis heri & nostri omniũ domini eximiam misericordiã & discipulorum philosophiam, & iudeorum ingratitudinẽ, Vidistis quãta cum patientia eorum impudẽtem audaciam obmutescere fecit, quum suos excusaret discipulos, monstrans ꝙ ipsi qui legem vindicare volebant, legis voluntatẽ ignorarint, & ꝙ irradiante veritate, adhuc vmbræ assidere voluerint? Vidistis quomodo supernę, & iam ab initio obseruatiões legales auferre studebat, docens eos ꝙ exorto sole iustitię non iam a candelis possit lumẽ accendi? Iubar enim solaris luminis quod accedit, hoc tegit, & videri non sinit. Didicistis quomodo possibile sit vt feriæ perpetuæ agantur, & a temporum obseruatione liberemur. Nam propter hoc venit dominus noster, vt nos liberaret a temporũ necessitate & excellentiores faceret, & iam in celo habentes municipatũ, & quũ adhuc homines sumus, angelorũ imitemur vitam, videamusq; res humanas oẽs. Age hodie si videtur, seriem verborum beati Moysi sequentẽ, ea quæ superiorib⁹ diebus

E dixímus, tractemus, & inde vobis apponamus conuiuium. Scitis omnino ꝙ quum rediisset ex mesopotamia Iacob & occurreret fratri, & iterum ab eo separaretur, & illo quidem in Seir montem contendente, Iacob autem tabernacula figente, & locum ab euentu Tabernacula vocante. sermonem missum fecimus, ideo opus est vt sequentia pro viribus nostris tractantes, doctrinam vobis relinquamus spiritualem Securus enim tãdem factus est iustus, & ab omni mẽtis angore liberatus. Venit (inquit) in ciuitatem Sycimorum, & possedit partem agri ab Emor patre Sychem, cẽtum annis, & erexit ibi altare & inuocauit deum israel, Neꝑ tereamus obiter ea quę in diuinis scripturis sunt contenta. Nam si auri glebas ex terra effodiẽtes nulli labori parcunt, & omnia grauia ferunt vt possint aurum e terra euellere, multo magis iustum fuerit vt scrutemur eloquia CHRISTI, & vtilitatem quę inde est percipiamus, & sic inde exeamus. Cogita obsecro eximij istius viri philosophiã, quomodo tanta gratia sup ne fruitur, & videns augeri suas facultates, pecora dico, & tantũ numerũ filiorum circũstantem, non in extruẽdis ędificijs amplis & præclaris fuit occupatus, neq; villas & agros emere curauit, qui sufficere poterant vt distribuerẽtur filijs. Hæc enim & similia agere solent qui alios opibus antecellunt, & sępe qui vnũ

F tantũ habet filium decem millia talenta auri colligere quærit, vt agros emat & domus claras extruat, & vtinã ex istis laboribus tantam affluẽtiam colligeret, sed graue & quod omnib⁹ grauius est facit, ab alijs rapit, alios circũuenit dolis, alijs negocium facit, & ita alienas substãtias suas facit. Et si quis dixerit. Ad quid tanta in colligendas opes insania? statim puerum prætexit, & dicit se talia operari ob suum in illum amorem. Et ille quidem tametsi puerum prætexerat, hæc vix delibat frustra & inuanum. Sunt autem qui neq; pueros habent, & insaniũt vt pecunias colligant, & mallent grauissima ferrę, q̃ vnum obolum indigentibus expẽdere. Sed iustus ille nihil talium consultauit, neq; cogitauit, sed quum opus haberet agro, centũ agnis datis, partem agri emit ab Emor patre Sychem. Et vide pietatem religionemq; viri, qua de causa agrum emere studuerit. Et erexit ibi (inquit) altare, & inuocauit deum israel. Vidisti quare & agri partem emat? vt gratias ageret cõmuni nostri omniũ domino. Oportebat imitari omnes qui sub gratia sunt, hunc qui ante legem, & non sic insanire in opes. Quare enim, dic mihi, & tibi ipsi hæc onera spinarũ congregas, & filijs tuis materiam & occasionem malitiæ te relinquere nõ sentis? Nescis ꝙ dominus maiorem curam pueri tui gerit, tu autem plurimam tui ipsius occasionem relin-

quere ſtudens, quæ ſubmergi animam eius faciant? An neſcis q̄ iuuentus per ſeip-
ſam ad ruinam pro cliuis eſt, & ad malíciam leui momento inclinatur, quādo autem
& opum affluētíam acceperit multo magís ad malum proruit? Sícut ignis quum fo-
mitem inuenit, validioríbus flammis exurgit, íta & quando in iuuenem materia pe- A
cuníarū incíderit, tantā accendit fornacem, vt animā iuuenís totam flagrare faciat.
Nam quando poterit talís continentíæ curam habere & intemperātíam fugere, &
labores p̄ virtute vel alíud ſpūale quiddā ſuſcípere? An nō audis CHRISTVM
dicentē, Curæ huíus ſeculí, & deceptío diuítíarū ſuffocat mentē, & ſterílis fit, quas
& ſpinas nomíauit? Nam quum díxíſſet in parabola ſemínis, q̄ alíud ex ſemínibus
in ſpinas incidit, deínde díſcípulís alíquibus interpr̄etans. Sunt ſpínæ (inquit) ſolící
tudo huíus ſeculí, & deceptio diuítíarum quæ ſuffocant mentem & ſterílis fit. Et be
ne ſpínis comparauit ſolícitudínē huíus ſeculí. Sícut enim ſpínæ non ſínunt ſemen
emícare, ſed denſitate ſua ſemínarum ſupprímunt, íta & curæ temporales ſpírituale
ſemē quod in anima ſemínatur, non ſínunt fructum afferre, ſed adurunt & ſuffocāt
ſícut ſpínæ profectū eius retardantes. Et deceptío diuítíarum inquit. Bene díxit de-
ceptionem diuítíarū, etenim vere deceptío eſt. Quæ enim vtílitas tot talentorum &
tantæ affluentíæ diuítíarū? Profecto (inquit) magnam præbet voluptatē & letítíam
poſſeſſio. Qualem letítíam? Et quid dico letíciam? Nonne maxíme intempeſtíuas B
triſtítías & mœrores naſcí facit? Et nō dum dico magnam & propter ípſas pœnam
ſed iam íllam in præſentí vita neq; voluptatem habere poteſt, ſed potí⁹ quotídíanas
turbatíones & amarítudínes. Et mare fluctibus non íta íntumeſcit, vt talem animā a
cogítatíonibus & affectionibus infeſtarí, & in omnes tam ſuos q̄ alíenos male affí-
cí vídemus. Et ſi quando partem íllorū auferat alíquís (multa enim accídunt & mul
tí inſídiātur, vt pote famulorū malígnitas & potentíum violentía) tunc vtíq; tunc in
uenies tales vitam agere abſq; vita. Qualibus ígitur lamētís tales non fuerint dígní,
qui omnía facere ſtudent quæ cōtra ſe ſunt, & in pernícíem animæ ſuæ talía collíge
re volunt? Verum ſí vídetur (talibus relictís) ad hiſtoríam iuſtí huíus redeam⁹, & ví-
deamus ſequētíum ſeriem. Erexit (inquit) altare in parte agri, & inuocauit deum Iſ-
rael. Et poſtea in Sycímís domicílíū habere voluit. Sed vide iterū quomodo iuſtus
& hic ſuam manſuetudínē declarat, Et quid dícit? Egreſſa eſt autem (inquit) Dina, C
vt víderet fílías indígenarū. Et vt vídit eam Sychem fílius Emmor, dormíuit cū ea,
& dilexit vírginem & loquutus eſt eí iuxta mentem vírginis. Vídiſtis quantum ſit iu
uentus malum, quando rectæ rationis freno caret? Vídit enim vírginē, & totus pro
pter aſpectum captíuus factus eſt & cōcupíſcentíā opere compleuit, & loquutus eſt
eí iuxta mentem vírginis, Quoniā iuuenís erat puella, eiuſmodí verba (inquit) cum
eo locutus eſt, quæ ſufficiebant ad concíliandam ſibí eam. Et inquit ad patrem. Da
mihi fíliam hanc in vxorem. Audiuit autem Iacob factum, & tunc leuíter tulit, ex-
pectans fratrum eius aduentum. Erant enim in paſcuís, Et ſiluit, inquit Iacob, do-
nec venírent íllí. Quum autem veníſſet Emmor ad Iacob, venerūt & fratres Dínæ,
& quum audíuíſſent quæ facta erant ſororí ſuæ, compuncti ſunt. Quid eſt, compū-
ctí ſunt? contriſtatí ſunt, & rem intollerabílem eſſe putauerunt & grauíſſímā, erat q;
eis mœrēdí magna occaſio. Magna enim eos triſtícía afficiebat, quod rem turpem
feceratín Iſrael Sychem qui dormíuerat cum fília Iacob, Vídes fíliorum contínē-
tiam, quomodo turpitudínē maxímam hoc factum reputabant? Vídiſtí quomodo
iuſtus pueros ſuos erudíjt ad vírtutem? Quomodo autem fílius Emmor ſuam cō cu
piſcentíā opere complēs fit totí patrí & totí ciuítatí perditionis autor? Sed prius au-
díamus, quæ Emmor ad eos direxit, & poſtea ſcietis fratrū Dínæ malícíā, & quo-

modo vindicare ſtudebant, quod in ſororem erat commiſſum. Et loquutus eſt eis Emmor dicẽs. Sychem filius meus prælegit animæ filiam veſtram. Vide quomodo iam prę ſignat, quod pnicies eum comprehẽſura ſit. Prælegit enim (inquit) ani-
A mæ, hoc eſt, animam ſuam expoſuit pro filia veſtra. Ille quidem dicebat cõcupiſcẽ-
D tiam ſuam quam erga puellam habebat, paulopoſt autem dicit ꝙ ſuæ & omniũ qui ibi erant perditionis fuerit occaſio. Quia igitur ille virginem ſic deperibat, date (inquit) iſtam illi vxorem & erit gener veſter, filias veſtras date filijs noſtris & inter noe habitate. Et ecce terra lata eſt corã vobis, habitate & negociemini in ea, & in ea poſ ſeſſiones habete, Vide patrem, quomodo propter filij amorem quãtam habet erga peregrinos benignitatẽ. & quomodo eos conciliare ſibi volens, data eis in omni regione ſua poteſtate. Et hæc quidem egit pater. Filius autem quia vidit patris erga ſe ſtudiũ, & quomodo omnia facere paratus fuerit, vt impleretur quod cupiebat, adijcit quod ſuum eſt, & dicit ad Iacob & ad fratres puellæ, Inueniam gratiam coram vobis. & quicquid dixeritis dabimus, multiplicate dotem & dabo ſecũdum quod dixeritis mihi. & date mihi puellam hanc in vxorem. Vidiſti & patrem propter ſtudium & curam in filium valde adhortari & iuuenem prompte per omnia promittentẽ, vt
E puella potiretur? Hæc enim eſt pernicioſa affectio omnia ſuſcipienda capto perſuadet, donec in inferni profundũ ducat. Et vide obſecro, ſenior quidem Iacob hęc audiens ſilet, & pro ſua manſuetudine nihil loquitur, ſed vim filiæ factam patiẽter fert. Filij autem Iacob dixerũt Sychem & Emmor patri eius doloſe, & loquuti ſunt eis ꝙ coinquinarũt Dinam ſororem ſuam. Conſydera hic quomodo ꝓpter vnius intemperantiã vnam ciuitatem habitantes, pœnarum ſocij fiunt. Sicut enim accenſa pyra & qui prope habitant, periculi ſunt participes, igne omnia depaſcente, eodem modo & nunc adoleſcentis intẽperantia nõ ſolum patrem ſed & omnes ciues ſimul perdit. Quid igitur pueri Iacob? doloſe eis reſponderunt. Dignum eſt auditu, vt diſcatis quomodo propter ſororem doluerũt. Dixerunt enim, inquit, Symeon & Leuitæ fratres Dinæ, filij autem Liæ, Non poſſumus facere verbum hoc vt deus ſororem noſtrã homini qui habet præputiũ. Si igitur circũcidamini carne præputij veſtri, dabimus filias noſtras vobis et de filiabus veſtris accipiem⁹, & erimus quaſi genus vnum. Hæc quidem propoſitio honeſta erat & rationi conſentanea, ſed cũ do
F lo, inquit dicta eſt. Et ſi volueritis, inquit, hoc facere, acceptis filiabus noſtris abibimus. Hæc quidem Symeon et Leui, cedem omniũ ſecum meditantes propoſuerũt Illi autem ſpectantes ad hoc quod propoſuerant, & vt virginem repetentes cõſenſerunt in dicta & placuerunt eis propoſita. Dicit enim, Placuit corã eis ſermo, et nõ neglexit vt adimpleret dicta adoleſcẽtis. Deperibat enim filiam, inquit, Iacob, hoc eſt totum ſe in puellæ amorẽ effuderat. Et venerunt ipſe, inquit, & pater eius ad portam, & loquuti ſunt omnibus qui in ciuitate habitabant, et conſuluerunt vt circũciſionem ſuſciperent iuxta illorum propoſitionẽ. & vt illos ad cohabitationẽ accíperent. Et implebant illi ſtatim que ab Emmor et Sychem dicta ſunt, & omnes ſimul circũciſionis ſignum in corpore accipiebant. Hoc vbi reſciuerunt Symeon ac Leui, quæ iam dudum ſecum meditabanť, opere cõpleuerunt. Et acceptis gladijs ſuis ingreſſi ſunt ciuitatem ſecure. Quid eſt in ciuitatem ſecure, quia cum ſolum duo eſſent, tante multitudini ſe oppoſuerunt. Sed magnam eis ſecuritatem pręſtitit, quod omnes illi ſaucij iacerent. Quod vt nobis manifeſtaret ſcriptura, Factũ eſt, inquit, in die tertio, quũ eſſent in labore. Hoc illos ſecuros reddidit, et duos fortiores multis fecit. Occiderunt, inquit, omne maſculinũ, hoc eſt, omnes viros qui propter circũciſionem iacebant, et parati erant, vt ita dicam, vt occideren̄, & cum alijs etiam

in iuuenē irruerunt qui puellam vitiauerat. Et non cōtenti hac vindicta, etiam oues (inquit) eorum, & omnia pecora et omnia corpora in captiuitatem duxerūt, & ciui-
tate viris destituta et direpta redierunt. Vidisti dilecte quantū malū operata sit vni⁹ iuuenis temeritas? Vidisti quantam attulit pernicie omnibus ciuitatē habitantibus? A
Hæc scientes, refrenemus puerorum nostrorū impetus, magnūq; furorem absterrendo & admonēdo compescamus et curemus eorum castitatē. & omnia faciamus & tractemus vt absurdas cōcupiscentias iuuenilis ętas effugere possit. Nam ꝓpter hoc & cōmunis dominus noster sciens humane infirmitatis naturam nuptias dedit et sanciuit, vt ab illicito concubitu abstineretur, Ne igitur negligamus iuuenes, sed scientes fornacis incēdium. priusq̄ in luxuria implicent, studeamus eos iuxta legem dei nuptijs copulare, vt & continētiam suam custodiant, nullumq; damnū lasciuiæ suæ habeant, remedio illinc sumpto, vt possint carnis indomitos motus reprimere, et penam effugere. Sed videamus quomodo ea quæ a pueris facta sunt semen affecerint. Dicit (inquit) Iacob ad Symeonē et Leui, Exosum me fecistis, ita vt malus ego sim habitatorib⁹ terræ. Quare, inquit, tantā fecistis vindictam? Nam quæ a vobis facta sunt, odium mihi maximū pepererunt apud omnes habitatores terre hui⁹. Deinde monstrans timorē in quo erat constitutus. Mihi autem, inquit, paruus numerus est, & cōgregati contra me ꝓcutient me, & exterar, quasi diceret, Nescitis ꝙ pauci sumus, facile eadem & nos patiemur, quibus vobis illos afferre placuit. Et si- B
cut Sichem patri & omnibus ciuitatem habitātibus, huius interitus fuit autor, ita & vos mihi. Nam propter vos & ego exosus ero, et nihil prohibet quin delear propter vestram audaciam. Illi autem dixerūt, inquit, Nunquid vt scorto abutentur sorore nostra? Vide pueros cōtinentiæ gratia vltionem sumpsisse, Excusant enim se patri & dicunt, Cōfuderunt nos, veluti scorto abusi sunt sorore nostra, et propterea hoc facere coacti sumus, vt & cæteri discerent similia non audere. Sed vide obsecro, hic ineffabilem dei curam erga iustum. Quia vidit eum formidantē propter filiorū facinora eos qui ibi habitabant, dixit ei deus. Surge, et ascende in locum Bethel, & ibi habita, Quia, inquit, eos qui hic habitant times, recede hinc, et habita in Bethel, & fac illic altare deo, vbi apparui tibi quum fugeres a facie Esau fratris tui. Et dixit, inquit, Iacob domui suæ & omnibus suis, Tollite deos alienos e medio vestri. & purificemini et mutate stolas vestras & surgite & ascendamus et faciamus illic altare domino, qui exaudiuit me in die afflictionis, qui fuit mecum, & saluauit me in via qua ambulaui, Animaduerte hic iusti obedientiā & pietatem in deū, quia audiuit, Ascē C
dein Bethel & fac altare, vocatis, inquit, omnibus suis, dixit, Tollite deos. Quales quis dixerit, deos? Nusquā enim videmus ꝙ ipse habuerit deos. Ab initio enim dei cultor fuit iustus, significans forte deos Labā, quos Rachel subtraxerat, hoc dixit. quoniam gratias acturi sumus vero deo qui semper tātam mei curam gessit, auferte si qua sunt in vobis idola, & purificemini & mutate stolas vestras, et sic ad ciuitatem pergamus, & intus et foris mundati simul ibitis. Non solum vestium nitore puritatem declarate, sed cum abiectione idolorū purificatis cogitationibus mentis redeamus ad Bethel. Et dederūt, inquit, Iacob deos alienos (non enim erant sui) & inaures quæ in auribus eorum, Forte enim & hæc signa quędam erant istorum idolorū, ideo & hæc cum dijs afferunt Iacob. let abscondit ea subter Therebynthum in Sycimis, & perdidit ea vsq; in prędictē diem. Abscōdit, inquit, ea & perdidit vt & ipse ab hoc erroris damno effugerent. & nullus etiam alius ex eis damnū acciperet post hac. Et quum hæc omnia fecisset iustus, abijt (inquit) a Sycimis, et cōtendit ad Bethel. Iterum hic attende quātam eis curam habuerit deus, & quam diligēter scriptu

ra nos oĩa doceat. Cũ egressus enim esset iustus ex Sicimis, factus est timor dei sup omnes ciuitates in circuitu eorũ, et nõ p̃ sequuti sunt filios israel. Vides quãta, puidẽ entia, & quã euidẽs eius susceptio. Irruit enim, inquit, sup̃ oẽs metus, & non sequuti sunt eos. Quia hoc timebat iust⁹ & dicebat, Mihi paru⁹ nũerus est, & delebor, inq̃t, D q̃ timore eos inuadẽte illos persequuti non sint. Nam qũ ipse suam gratiã afferre voluerit, inualidos fortiores potẽtibus, et paucos potẽtiores pluribus facit, nihilq; beatius est eo qui sup̃ nã gratiã assequutus est. Et abijt, inquit, Iacob in Luzã quæ est in terra Chanaan, quæ est Bethel, et omis populus qui erat cũ eo, & edificauit ibi altare & vocauit nomen loci illius Bethel, ibi enim apparuit ei deus, quum fugeret a facie Esau fratris sui. Postq̃ venit, inquit, in Bethel, fecit sicut ei præceptũ erat. Et ædificato altari vocauit nomẽ loci Bethel. Mortua est autem (inquit) Deborra nutrix Rebeccæ, et sepulta est ad radices Bethel. apud quercũ, et vocauit nomẽ eius Quercus luctus. Vide quomodo semper ab euẽtibus nominat loca, vt perpetua seruetur memoria, Et quomodo dixerit quispiã, nutrix Rebeccæ fuit, cũ Iacob iam primũ veniret a Mesopotamia, & nõdum occurrerat patri suo? forte hoc dicendũ q̃ quãdo a Laban rediit, hæc simul cum Iacob venire cupiuerit & adducere eum, vt propter longum tempus Rebeccam inuiseret, sed priusq̃ illi occurreret defuncta est. Si placet & nos hic finiamus sermonẽ, contenti his quæ dicta sunt. Illud autẽ vestram charitatẽ rogauerimus, vt & vos virtutis curam geratis et continentiã filios vestros doceatis. Hinc enim, vt ita dicam, omnia mala nascũtur. Consuetudo enim malíciæ processu temporis inualescens, tantum facit malum vt postea non possit aliqua vinci admonitione. Et quum semel a malicia fuerint amissi. quasi in captiuitatem essent abducti, quoquo diabolus iusserit, eunt. Ille enim eis imperat, et pernicioſa illa dat mãdata quæ iuuenes libenter perficiunt, præsentẽ tantum voluptatem spectantes et futurũ dolorem non cogitantes. Ideo oro, vt p̃ebeatur manus pueris nostris, vt ne etiam pro his quæ illi peccauerũt, p̃nas sustineam⁹. An nescitis quid seni Eli acciderit, cum non debite emendaret filiorum delicta? Quemadmodũ enim medícus, si morbum sectione indigẽtem curare cessat ac moratur, statim incurabilis erit morbus & inutile, alioqui vtile, remedium faciet: Ita & senex ille quum deberet filios suos pro peccatorũ qualitate emendare, nimia vsus lenitate eos arguerat. Proinde oro, exemplo hoc timeamus, et habentes filios prouideamus eis de honesta educatione, & in summa vnusquisq; curam eorum agat, qui apud se habitant, & lucrum F maximum ducat vtilitatem proximi, vt vnusquisq; discens ea quæ ad virtutem pertinent & peccati periculum effugere, et virtutem amplexatus gratiam sibi cõciliare valeat, quæ nobis omnibus cõcedatur gratia & misericordia domini nostri IESV CHRISTI, cui cum patre & sancto spiritu sit gloria, & imperium et honor nunc & semper, et in secula seculorum. Amen.

Puerorũ habẽda cura

E

HOMILIA. LIX.

AGe & hodie, si libet, repetitis his quæ pridem diximus, ad sequentia tractãda, accedam⁹. Nam etiam hodie historia Iacob habet: quod nos erudiat multiplicem dei in illum p̃uidentiã, & quomodo illum suis promissionibus iterum firmauerit, remunerans eius gratitudinẽ Postq̃ enim superius narrauit nobis quomodo iuxta p̃ceptum dei relictis Sycimis propter facinora filiorũ suorum, ad Luzam cõtendit. Et ædificato (inquit) altario, vocauit nomen loci Bethel. Illic enim apparuit ei

deus, quum fugeret a facie Esau fratris sui. Quo imperio deus iustũ liberauit a timore quẽ habebat ꝓpter occisos Sycimitas, & immisit in habitatores illarũ ciuitatum metũ, itavt eũ non ꝓsequerentur. Vide ꝓuidentiã dei, & quantã habeat solicitudinẽ pro iacob. Concussit (inquit) timore animas eorũ quivicinas ciuitates inhabitabãt, vt ne persequerẽtur eum. Nam fortassis vlcisci volebãt Sycimitas. Et quoniã iuxta sentẽtiam iusti eueniebat, et Symeon ac Leui sororis violatam continentiã vlciscẽtes hæc fecerant, nõ solum eum et filios eius a timore mortis liberauit, sed alios etiã qui vlturi erant a conatu persequẽdi retraxit. Vidisti quantũ sit niti diuino ꝓsidio? Nam quando deus nobis benevoluerit, e medio tollũtur terribilia omnia. Sicut enĩ iusto fiduciam dedit, ita illis dedit metum. Enimuero dominꝰ existens omnia prout voluerit vertit, & omnipotentẽ suam sapientiã in omnibus declarat. Et nihil fortius est eo qui superna munitur opitulatione, sicut etiam nihil infirmius, eo qui illa priuatus est, Ecce enim iustus illę cum paucis existẽs, quia custoditus est a dextera dei. & fiduciam accepit & insidias effugit. Illi autem quum multi essent & cõglobati conspirassent, nihil eorum quæ volebant operibus complere potuerũt. Factus est enim (inquit) timor dei super ciuitates in circuitu eorum. Postq; igitur iustus a timore istorum liberatus est, vide iterum eximiam dei misericordiã quam erga eum declarauit Visus est autẽ ei iterum in Luza. Quare adijcit hoc verbum iterũ? Non absq; causa sed vt discas ꝙ prius etiam in hoc loco apparuit ei deus, quando fugiens fratrem in Mesopotamiã cõtendebat. Itaq; & nunc ait. Sicut tunc visus est abeunti, ita & nũc redeunti apparet in hoc loco & confirmat promissiones, quas quãdo abijt cum eo fecit, hoc prestans vt iustus firmius in suis promissionibus cõfidat, et ne propter tẽpus medium fluctuet. Et benedixit eum & dixit ei. Nomen tuum Iacob non vocabitur vltra Iacob, sed Israel erit nomen tuum q̃uis iampridem nomẽ ei dederat, quũ transiret in Iobath. Verum maioribus indicijs certiorem volebat reddere, & nunc eãdem benedictionem ei dat, & dicit, Israel vocabitur nomẽ tuum, & cresce et multiplicare. Et gentes & congregationes gentiũ erunt ex te, et reges ex lumbo tuo ꝓdibunt. Vide magnitudinẽ benedictionis, non solum facit, vt in tãtam multitudinẽ propagetur sed & glorioſum sit semen. Reges enim (inquit) ex lumbis tuis egrediẽtur, prędicens ei gloriam eorũ qui ex se noscebãtur. Et terram (inquit) quam Abrahæ & isaac dedi, tibi dedi eam, & semini post te dabo terram hãc. Quoniã propter facta in Sycimis a Symeone & Leui, dicebat, In paruo numero sum ego, et cõgregati super me ꝓcutient me, & delebor ego et domus mea, & per omnia monstrabat pusillanimitatẽ & metum quo tenebatur, propterea misericors dominus nunc dicit ad eum, Quoniam dixisti, in paruo numero sum, disce, quod crescas. Et multiplicabitur semen tuum, & ita erit glorioſum vt cõgregationes gẽtium & reges ex eis prodeant. Et non solum nõ deleberis, sed & semen tuum omnẽ terram hanc in hæreditatem accipiet. Et factis ei ꝓmissionibus istis, ascendit deus ab eo a loco vbi loquutꝰ est deus cum eo. Vide quantũ attemperant se nostrę infirmitati diuinę scripturę verba. Ascendit enim (inquit) deus ab eo. Non vt loco concludi existimemus deũ, sed vt per hoc etiam eius ineffabilem discamus misericordiã. Spiritus enim gratia se ad infirmitatẽ nostram submittens narrare solet. Descendere enim & ascendere indignum deo est, sed maximũ est ineffabilis misericordię suæ indicium, quod propter nostram eruditionẽ talibus vti verbis dignatur. Et propterea humanis dictionibus vsus, quia alioquí impossibile erat humanas aures ferre dictorũ sublimitatẽ, si iuxta dignitatem domini dicta essent. Quod cogitãtes, nunq; in humilitate verborũ hæreamus, sed & propter hoc admiremur ineffabilem eius misericordiã, quod neq; ab

hac humilitate abhorreat, ꝓpter imbecillitatẽ naturæ nostrę. Videigitur iustum illũ iterũ suam gratitudinem declarare. Erexit enim (inquit) iacob columnã in loco in quo loquutus est cũ eo, & libauit ei libationẽ & supudit oleũ, & vocauit nomẽ loci in quo loquutus est cũ eo Bethel. Cõsydera oro, quomodo in nominib⁹ locorum memoriã immortalem beneficiorũ reponat, vt & posteris manifesta fiat visio, *quæ*
D facta ibidem iusto. Et profectus (inquit) iacob, fixit tabernaculũ suum vltra turrem Cader. Vlterius iterum procedit iustus, anhelãs paulatim euenire ad locum vbi habitabat isaac. Deinde (inquit) Quando appropinquauit vt intraret in Ephrata, Rachel laborabat in partu, et factũ est quũ difficulter pareret, dixit ei obstetrix. Confide, etenim hic tutus est filius. Ne sis anxia (ĩquit) paries enim filiũ. Namlicet te crucient dolores, verũtamen habebis filium. Factum est autem (inquit) cum exhalaret animã suam, moriebatur enim, vocauit nomen eius. Filius doloris mei. pater autem eius vocauit eũ Beniamin. illa quidẽ nomẽ ei dedit ex his quæ ei acciderãt, pater autem Beniamin vocauit. Et postq̃ peperit (inquit) mortua est & sepulta in via Ephrata, hęc est Bethleem. Et erexit iacob titulum super sepulchrum. Mœrorẽ quem ex morte Rachelis cõceperat, mitigauit natus puer, & effecit vt iustus magis æquo ferret animo, sed hinc succedit Rubim temeritas. Abij t enim (inquit) & dormiuit cũ
E Balla concubina patris, & audiuit Israel, & malum visum est coram eo. Erat eñ valde nefarium facinus. Propterea & postea legislator Moyses prohibuit, ne pater & filius cũ eadem rem habeant. Nã vt ne eadem via procederent, iã antea legislator reprimit eos, pœnę obnoxios denuncians. Attamen etiã nũc mãsuetus est iustus, naturali amore victus. Postea aũt quum emigraturus esset ex hac vita, puerũ sugillat, & flagitium eius inuulgat, maledicens ei, vt & cæteri illius pœna emẽdarentur, Hic nobis postea enumerat filios Iacob beatus moyses, & per ea quæ narrat iusti virtutẽ nos docet (enimuero ne putes, fortuito simpliciterq;, vt contingere solet, ipsum cõcubuisse cum Rachel & Lia, & duabus ancillis) monstrans ꝙ dispẽsatione cuidam ministrarit illarum cõsuetudine, & ita duodecim tribus ex eo nascerẽtur, et propter ea non vltra meminit scriptura ꝙ ei alius nascatur filius, vt discas ꝙ nõ simpliciter neq; absq; causa factum sit hoc. Erãt autem (inquit) filij Iacob duodecim. Et separat postea, & primũ eos qui Liæ erant, dein, eos qui Rachelis, deniq; et eos qui ancillarũ erant numerat, & dicit. Hi sunt filij Iacob, qui nati sunt ei in Mesopotamia. Et
F sane tunc natus est Beniamin, quãdo venit Bethleem. Quare igitur dicit scriptura, qui nati sunt ei in Mesopotamia? quia Rachel ante egressum ex Mesopotamia cõceperat. Et venit, inquit, Iacob ad Isaac patrem suum. Consydera obsecro hic, quomodo in omnibus certis indicijs misericors deus iustos suos cõfirmat. Quia enim venit post tot annos ad patrem suum Iacob, maxima vtrinq; facta est cõsolatio, & filio ex patris cõspectu & patri venienti tantam filij substantiã, & chorum filiorũ ex eo natorum. Tunc (inquit) mortuus est Isaac senex & plenus dierum. Nam quũ iacob benedictionẽ suffuraretur, hebetes erant oculi eius, vnde & deceptus est, cogita post tot annos quantũ senuerit. Et sepelierunt, inquit, Esau & iacob. Sed iam sepultura patris facta, Esau acceptis vxoribus & filijs et omnibus suis, & omnib⁹ quę possidebat, in terram Chananeorũ profectus est. Non poterat enim eos ferre terra peregrinationis prę multitudine facultatum, et habitauit postea in monte Seir. Et vbi narrauit nobis diuina scriptura eos qui ex Esau nati sunt, & gentes quæ ex eo genitę dicit. Peregrinus autẽ fuit iacob in terra, qua peregrinat⁹ fuit pater eius in terra Chanaan. Sed hinc excipit nos alius tractatus, qui de admirabili ioseph agit. Et si libet hic finiemus sermonẽ, historiam filij iacob in alium sermonem reponentes. Illud ta

men rogauerim veſtram charitatẽ, vt ea quæ dicũtur diligenter auſcultetis, & ex ſingulis ſcripture dictis maxima vobis accreſcat humilitas, nullumq; eorũ temere prę termittatur. Theſaurus enim ſunt diuina eloquia. Et ſicut qui de ſenſibili theſauro ſę pe vnam gẽmam recipiens, magnas ſibi parat diuitias, ita & hic iuſtorũ virtutes modo attendere voluerimus, tantam nobis vtilitatem afferre poſſunt, vt ad imitãdum eos incitemur. Sic enim poterimus & nos eũdem, quem illi, fauorem dei conſequi. Neq; enim perſonarũ acceptor eſt deus, ſed in omni gente qui timet deum & operatur iuſticiã, acceptus eſt ei, ita vt ſi voluerimus nichil eſt quod prohibeat, quin tanta vel etiam maiori potiamur gratia. Nam ſi nos dũtaxat viderit afferre quæ ex nobis ſunt, & pferre humanis ea quę ſibi placent, tantã & ipſe noſtri curam declarabit vt in omnibus inuicti ſimus. Scitis enim q̃ hoſtem habemus perpetuũ & fœderis neſcium. Vnde nobis magna vigilantia opus eſt, ita vt eius fraudes vincere & ſuperiores eius telis cõſtituí poſſimus. Non aliter autẽ vincemus, q̃ ſi per vitam optimã ſupernũ nobis auxilium cõciliemus. Optima enim vita eſt, vita pura. Hoc enim fundamentũ eſt virtutis, quod qui recte iecerit, cõſequetur facile alia omnia. Neq; illũ ſupabit vel pecuniarũ cupiditas, vel glorię amor, vel inuidia, vel aliqua affectio mala, Et quomodo? Ego dicam. Quãdo enim quis munda fuerit cõſcientia, & ab omni libera macula, poterit dominũ vniuerſi habere inhabitantem. Beati enim, dicit, mundo corde, quoniã ipſi deum videbunt. Quod ſi quis illum inhabitatorẽ habere meretur, quaſi ſimpliciter & ſine impedimẽto corpore veſtit⁹ eſſet, ita poſtea affície tur, & humanarũ rerum vmbrã facile cõtemnet. Humana enim oñia, vmbra illi & ſomniũ apparent, & ſicut cœleſtis ciuis pręſentia nõ optabit, Talis erat beat⁹ Paulus doctor orbis, & ꝓpterea clamat dicens. Num experimentũ quæritis eius qui in me loquitur CHRISTI? Et iterum, Viuo autem, non iam ego, viuit autem in me CHRISTVS. Et iterũ. Quod autẽ nunc viuo in carne, in fide viuo. Vidiſti virũ corpore circũdatum. quaſi incorporea quiete fruẽtem, loqui omnia? hunc oẽs imitemur & trucidemus mẽbra carnis, vt ad operandũ virtutes idonea reddere ſtudeamus, poterimus autem ſi offeramus deo ſacrificiũ beneplacitũ. Vidiſti q̃ nouum & admirabile hoc ſacrificiũ quando mortua fuerint mẽbra, tũc magis gratum erit deo ſacrificium. Quare & quomodo hoc? Quoniã ſpiritualis eſt hoſtia, & nihil habet ſenſibile. Nã in ſenſibili quidẽ hoſtia quod mortuũ eſt, abijcitur, ſed neq; viuũ quod vitiatũ fuerit, ſacrificijs idoneum eſſe, ab initio lege cautum fuit. vt per irrationabiliũ obſeruationẽ paulatim inducamur, ad ſpiritualẽ hanc & rationalẽ hiſtoriã offerẽdam. Quod enim illic eſt vitioſum, vtpote amputatũ auribus vel mutilũ cauda, hoc hic eſt mala cõcupiſcentia, luxuria, opũ amor, & omnis malicia, & id quod eſt illic ſanũ & ab omni macula alienũ, hoc eſt hic mortuũ mundo. Ita ad ſpirtiuale ſacrificiũ teme ipſum idoneum exhibe. Hæc non ſimpliciter ꝑtereamus, ſed bene figentes ea in memoria noſtra, ſtudeamus, ne ſimus minores Iudeis, quia in vmbra tantã declarant obſeruationẽ. Sicut enim illi adhuc cãdele aſſidentes, tãtopere illa obſeruarunt, ita nos poſtq̃ ſol iuſticiæ nos illuſtrare dignatus eſt, & relicta vmbra ad veritatẽ manuducamur, ſimilẽ obſeruationẽ circa ſpirituale hoc ſacrificium declaremus. Et neq; peccata quę nobis videtur parua, contemptũ pręteream⁹, ſed quotidie a nobis rationes repetamus, & verborũ & ſpectationũ et pœnas de nobiſ ipſis ſumamus, vt nos a futuro ſupplicio liberemus. Nam propter hoc & paulus inquit. Nam ſi noſip ſos iudicauerimus, nõ vtiq; iudicabimur, ita ſi noſip ſos hic cõdẽnauerimus ꝓpter quotidiana peccata, ĩminuemus ſupplicũ. quod alibi futurũ eſt. Quod ſi ignaui fuerimus, qui iudicamur (inquit) a dño erudimur. Prius igit noſmet

A

B

Sacrifi ciũ noſtrum.

C

ipſos cõdemnemus magna cũ gratitudine, & nullo ſciente in tribunale cõſcientiæ ſedeamus, & ſic examinem⁹ nr̃as ipſorũ cogitationes, & rectã ſententiã p̃ferамus, vt mens timẽs magnũ illũ terrorẽ non patiatur amplius decipi, ſed impetũ refrenet & ante vidẽs illum indeceptũ oculũ p̃ludebat diabolo ingreſſum, Propter ignauia
D enim ferimus oĩa, Ipſa rerũ experiẽtia clamat. Nam quẽadmodũ ſi vel parũ excitа rivoluerimus, oẽs illius inſidias quaſi puluerẽ repellemus. Sic qñ ſupplãtamur, non propter illius tyrannidẽ hoc ſuſtinemus, ſed p̃pter ignauiam noſtrã. Neq; enim vi ſua & neceſſitate nos vincit, ſed deceptione ſola. Nõ autẽ decipiemur, ſi parũ eſſe vigiles voluerimus & noſmetipſos attẽderimus, nõ quod noſtra tãta ſit poteſtas, ſed quia tunc ſup̃na gratia nobis affulget. Nam ſi quę a nobis ſunt fecerimus, ſequẽtur & omnia quę dñi ſunt. Sobrij igitur ſimus obſecro, ſciẽtes artes maligni, perpetuo vigilemus & orem⁹, vt nos adiuuet certare noſtrũ certamẽ. Sic enim & nos inuicti erimus & machinationes illas effugiemus & diuinam conſequemur gratiã, bonaq; eterna adipiſcamur. Quę nobis oĩbus oremus, cõcedantur gratia & mia dñi noſtri IESV CHRISTI, cum quo patri & ſpirituſancto ſit gloria imperiũ & honor nunc & ſemper & in ſecula ſeculorum. Amen.

E CAPVT TRIGESIMVM SEXTVM.

HIſte autem ſunt gñationes Eſau. Ipſe eſt Edom. Eſau autẽ accepit vxorẽ ſibi de filiab⁹ Chananeor. Ada filiã Aelom Chetthei. et Elibema filiã Ana filij Sebegon. Euei et Baſemath filiã Iſmael ſororem Nabeot. Peperit autẽ ei Ada Eſau. Eliphaz. & Baſemath peperit Raguel. et Olibema peperit Jeus. Jeglom. et Chore. Hi ſunt filij Eſau. qui ſunt ei nati in terra Chanaan. Accepit autẽ Eſau vxores ſuas et filios ſuos et filias ſuas: et oĩa corpora domus ſue & omnẽ ſubſtantiã ſuam. et omnia pecora & omnia quecũq; poſſidebat: et omnia que acquiſierat in terra Chanaan. Et profectus de terra Chanaan a facie Jacob fratris ſui. Erant enim ei facultates plures ꝯ vt habitarent ſimul. Et non poterat terra peregrinationis ſue ferre eos pre multitudine ſubſtantiarũ ſuarum. Habuit autem Eſau in mõte Seir. Eſau ipſe eſt Edom. Iſte autẽ ſunt generationes Eſau patris Edom in monte Seir et hec ſunt nomina filiorũ Eſau. Eliphaz filius Ade vxoris Eſau et Raguel filij Baſemath
F vxoris Eſau. Facti ſunt autẽ Eliphaz filij Themã. Oman. Sophar. Gothom & Benez. Thamna aũt erat cõcubina Eliphaz filij Eſau. & peperit Eliphaz Amalech. hi filij Ade vxoris Eſau. Hi autẽ filij Raguel. Nachoth. Zare. Some. et Moſe. Hi fuere filij Baſemath vxoris Eſau. Hi aũt filij Olibema filij Ana filij Sebegõ vxoris Eſau. Peperit autẽ Eſau Jeus. et Jeglom. et Chore. Hi duces filij Eſau. filij Eliphaz primogeniti Eſau. Dux Themã. dux Amar. dux Sophar. dux Benez dux Chore. dux Gothom. dux Amalech. dux Eliphaz in Idumea. Hi aũt filij Ade & hi filij Raguel. filij eſau dux Nachoth. dux Zare. dux Some. dux Moſe. Hi duces Raguel in terra Edõ. Hi filij Baſemath vxoris Eſau. Hi autẽ filij Olibemei vxoris Eſau. dux Jebul. dux Jeglõ. dux Chore. hi duces Olibemas filii Ana vxoris Eſau. Hi fuerãt filij eſau. & hi duces eor. Hi fuerũt filij Edõ. hi autẽ fuerũt filii Seir Chorrei habitãtis terram Lotan. Sobal. Sebegon. Ana. & Deſon. & Azar et Riſam. Hi duces Chorrei filij Seir in terra Edom. Facti ſunt autẽ filij Lothã. Chorri. & Jeman. Soror autẽ Lotham. Thamna. Hi autẽ filij Soba. Tholom. & Manachat. & Gebel. Sophar & Oman. et hi filij Sebegom. Aie & Onan. Hic eſt Onan. qui inuenit Amin in deſerto. quum paſceret ſubiugalia Sebegam patris ſui. Hi autem filij Ana. Deſan et Olibama filia Ana. Hi autem filij Deſom. Abada. et Aſban. et Jthran. et Charram. Hi autem filij Aſar. Balam. et Zuzan.

et Joukan:et Ukan. Hi filij Ryſom/Os/et Aran. Hi autē duces Chori. dux Jotham dux Sobal. dux Sebegom. dux Ana. dux Deſon. dux Aſar. dux Riſam. Hi duces Chori in ducatib⁹ ſuis in terra Edom. Et hi reges qui regnauerūt in terra Edom anteq̄ regnaret rex in iſrael. et regnauit in Edom Balaak filius Beor: A et nomē ciuitati eius Jonaba. Mortu⁹ eſt autē Balaak ⁊ regnauit pro eo Jobab filius Zara ex Boſora. Mortuus eſt aūt Jobab et regnauit pro eo Aſan ex terra Themanorum. Mortu⁹ eſt autē Aſan. qui ex Themanon. et regnauit pro eo Adad filius Barad qui occiderat Madian in campo Moab. et nomē ciuitati eius Jeththeim. Mortuus eſt autē Adad et regnauit pro eo Samada a Maſeka. Mortuus eſt autem Samada et regnauit pro eo Saul ex Roboboth que apud fluuiū. Mortuus eſt autē Saul et regnauit pro eo Ballaenō filius Achabor. Mortuus eſt autem Ballaenon filius Achabor. et regnauit pro eo Arad filius Barad. ⁊ nomen ciuitatis eius Phogor. nomen autem uxoris eius Methebeel filia Matraith filij Mezoob. Hec autem ſunt nomina ducum Eſau. in tribub⁹ ſuis iuxta loca ſua in nominibus ſuis: in regiōib⁹ ſuis ⁊ in gentibus ſuis. dux Thamna. dux Gola. dux Jethar. dux Olibemas. dux Hilas. dux Phinon. dux Genez. dux Themon. dux Mazar. dux Magediel. dux Zaphoi. Hi duces Edō in edificatis: in terra poſſeſſionis ſue Hicerat Eſau pater Edom. Habitauit autem Jacob in terra qua habitauit pater ſuus in terra Chanaan. Iſte autem ſunt generationes Jacob.

CAPVT TRIGESIMVM SEPTIMVM. B

17 annor

Oſeph autem decem ⁊ ſeptem annorum erat: paſcens oues patris ſui cum fratrib⁹ ſuis. cum eſſet aduleſcens cum filijs Bale et cum filijs Zelphe uxorū patris ſui. Detulerunt autem de Ioſeph cōuicium malum ad iſrael patrem ſuū. Jacob autem amabat Ioſeph ſupra omnes filios ſuos. quia filius ſenectutis erat ei. fecit autem ei tunicā variegatam. Quod cū uidiſſent fratres eius q̄ pater eum diligeret prē omnibus filijs ſuis: odio habuerunt eum fratres eius: et non potuerūt ei loqui aliquid pacificum. Somniū autem uiderat Ioſeph et ſomniū indicauit fratribus ſuis ⁊ dixit eis. Audite ſomniū hoc quod ſōniaui. putabā nos colligere manipulos in medio agro ⁊ ſurrexit meus manipul⁹: ⁊ rectus fuit ſubuerſi autē manipuli veſtri adorauerunt meū manipulū. Dixerunt autē ei fratres ſui. Num regnaturus regnabis ſuper nos: uel dominās dñaberis nobis? Et appoſuerūt adhuc odio proſequi eum propter inſomniū eius et propter uerba eius. Dixit autem inſomniū aliud: ⁊ narrauit patri ſuo et fratribus ſuis ⁊ dixit. Ecce ſomniū uidi aliud quomodo ſol et luna ⁊ undecim ſtelle adorauerunt me. Et increpauit eū pater eius et dixit. Quid hoc ſomnium quod ſomniaſti? Nūquid ueniendo ueniemus ego et mater tua ⁊ fratres tui ut adorem⁹ te ſuper terram? Emulati ſunt autem eum fratres eius. Pater autem obſeruabat uerbum hoc. Profecti autem ſunt fratres ad paſcendum oues patris ſui in Sychem. Et dixit Iſrael ad Joſeph. Nūquid fratres tui paſcunt in Sychē? age. mitto te ad ipſos. Dixit autem ei. Ecce ego. Dixit autem ei iſrael. Vade et uide: num incolumes ſint fratres tui ⁊ oues et annūcia mihi. Et emiſit eū ex ualle Chebron. Et uenit in Sychem: et inuenit eum homo errantem in campo. Rogauit autem eum homo: dicens. Quid queris? Ille autem dixit. Fratres meos quero. annuncia mihi ubi paſcunt. Ait autem homo. Abierunt hinc: audiui autem eos: dicentes. Eamus in Dothaim. Et profectus eſt Joſeph poſt fratres ſuos: et inuenit eos in Dothaim. Viderunt autem eum primi a longe: antequam appropiaret ad ſe: et maligne conſuluerunt: quomodo occiderent eum. Dixit autem unuſquiſq̄ ad fratrem ſuum. Ecce ſomniator ille uenit: nunc igitur uenite. occidamus eum: et proijciamus in unum lacum. et dicemus. Mala beſtia deuorauit eum. et uidebimus que ſint inſomnia eius. Vt autem audiuit Ruben: eripuit eum de manibus eorum:

& dixit. Non percutiamus eum in animã. Dixit autem eis Rubim. Ne effundatis sanguinẽ. mittite in lacum vnum illorum qui in eremo: manum autem non inferatis ei. Quærebat enim quomodo eriperet eum de manibus eorum: et redderet eum patri suo. Factum est autem quũ venisset ioseph ad fratres suos: exuerunt Joseph tunicam variegatã: qua indutus. et acceptum illum miserunt in lacum. Lacus autẽ erat
D vacuus et aquam non habebat. Sederunt autem vt comederent panem: et quũ respexissent oculis: viderunt. et ecce viatores Ismaelitæ venerunt ex terra Galaad: & cameli eorum impleti erant thymiamatis: et resina: et stacte. Ibant autem vt declinarent in Aegyptum. Dixit autem Judas ad fratres suos. Quid vtile, si occiderimus fratrem nostrũ et occultauerimus sanguinem eius? agite vendamus eum Ismaelitis illis: manus autem nostræ ne sint super eum. quia frater noster est: et caro nostra est. Obedierunt autem fratres eius: et prætergrediebãtur viri Madianitæ negociatores. Et extraxerunt et fecerunt ascendere Joseph ex lacu: et vendiderũt eum Ismaelitis viginti aureis: et abduxerũt Joseph in egyptum. Reuersus est autem Rubim ad lacum: et non inuenit Joseph in lacu: et discidit vestimenta sua et rediit ad fratres suos: dixitq; Puer non est: ego autem quo ibo vltra? Accepta autẽ tunica Joseph occiderunt hedum caprarũ & inquinauerũt tunicam sanguine: et miserunt tunicã variegam: et intulerũt ad patrem suum et dixerũt. Hoc inuenimus: agnosce an tunica filij tui sit vel non: et cognouit eam ac inquit. Tunica filij mei est: mala bestia deuorauit eum: bestia rapuit Ioseph. Discidit autem Jacob vestes suas & appo
E suit saccũ super femur suum: et deflebat eum dies multos. Cõgregati autem sunt omnes filij eius et filiæ eius: et venerũt vt consolarẽtur eum: et noluit cõsolationem accipere: dicens. Descẽdam ad filium meũ lugens in infernum. et defleuit eum pater eius. Madianitæ autem vendiderũt Joseph in egyptum Potiphar eunucho pfecto coquorum Pharaonis.

HOMILIA. LX.

ITerum pro consuetudine mea mẽsam pferre volo, repetens igitur ea quę pridem vobis dicta sunt, ex his quæ nunc lecta sunt, conniuiũ vobis pponam spirituale. Sufficiũt enim & quę hodie lecta sunt, ad docẽdum nos omnes quantũ inuidiæ damnũ sit. & quomodo inuidiæ pernicies etiã vsq; ad cognatos se extendat. Verum vt videatur iuxta consequentiã sermo progredi operepręciũ fuerit initium lectionis tangere. Hę autẽ sunt (inquit) generationes Iacob. Et vide admirabilẽ illum pphetam, quomodo, quum
F pmittat nobis genealogiã, statim ad historiam pueri recurrat. & (quum dicat, Hæ sunt generationes Iacob) derelicta cõsequẽter narratione, qui nã ex illo nati, & iterum qui ex natis ab eo nati (sicut supra. quũ de Esau sermo erat, fecit) ad Ioseph illũ statim festinauerit, adolescentẽ omniũ fratrum (vt ita dicam) postremũ. Et dicit, ioseph decem & septẽ erat annorũ, pascens cum fratribus suis oues, Et quam ob causam nobis annorũ designat numerũ, vt scias q̃ adolescẽtia nõ est virtutis ppedimẽtum, & vt plenius scias adolescentis erga patrem obedientiam, in fratres beneuolentiam, illorum autem inhumanitatem, & q̃ neq; cohibere eos potuit, quod ita in eos affectus erat, & quod in tam tenera ætate quæ debebat eos ad commiserationẽ prouocare, sed mox ab initio, videntes & pueri bonam indolem & patris erga illum beneuolentiam, in inuidiã contra eum excitati sunt. Detulerunt enim (inquit) Ioseph de pessimo crimine apud Israel patrem suum. Vide malitiæ eminentiam. etiam patris charitatem perturbare attentabant, & quæ non erant, fingunt contra fratrem, tantum malum perficientes, solum vt inuidiæ sua manifestari possit. Et vt discas, q̃ nichil lucri inde fecerint, quam quod manifestam fecerint suam ipsorum prauam

mentem, vide patrem post eorũ accusationẽ magis effundi in filij amorẽ, & iam p̃ferre eum oñibus. Iacob autẽ dilexit Ioseph supra omnes filios suos, quoniã filius senectutis erat ei? Fecit autem ei tunicam variam. Quid est, Dilexit ioseph sup̃ omnes filios suos, quoniã filius senectutis erat ei? quia postrem⁹, & in ipsa senectute natus est ei, propter hoc magis dilexit. Nam magis amabiles sunt pueri qui in senectute ipsa generãtur, maioremq; patrum beneuolentiam assequũtur. Sed vt sciamus q̃ non hoc solum erat quod patrem illi conciliabat, & prę ferri eum alijs faciebat, docetnog scriptura quoniã post illum alius natus est, & si iuxta naturalẽ amorem dilectio fuisset, plus postremus fuisset dilectus, vtpote vere senectutis filius existens, & tunc natus, quando ad postremã senectutem peruenit iustus. Quid igitur est dicendum? superna quædam gratia fuit, quæ iuuenem amabilẽ reddebat, & propter virtutem animæ cunctis præferri faciebat. Hæc autem in scriptura proposita est ratio q̃ filius senectutis fuerit, & ideo magis eum dilexerit, vt nõ manifeste augeret odiũ fratrũ. Grauis enim hæc affectio est, & quando animam inuaserit, non prius eam relinquit, donec in extremam absurditatem eam inducat, & lędens animam a qua nata est, omnino aliter eum cui inuidet, afficit, quam vult, nempe clariorem, nobiliorẽ illustriorem reddit, vnde iterum alia grauior inuido plaga nascitur. Proinde consydera hic, q̃ admirandus ille nesciebat quidem quod proficiebat. Loquebatur cũ illis vt cum fratribus, & quasi eodem vtero natis, omni cum fiducia & simplicitate, illi autẽ ab inuidiæ malo capti, odio eum p̃sequebantur. Viderunt enim (inquit) fratres, q̃ pater prę omnibus filijs diligebat eum. Oderunt eum, & non potuerũt ei loqui aliquid pacifice. Vide quomodo odio prosequi nituntur eum, qui in nullo offenderat. Et nihil (inquit) potuerũt loqui ei pacifice. Quid est, Nihil potuerũt ei loqui pacifice? Quia affectio domiabatur eis, & inuidia quotidie crescebat, quasi captiui facti, & tyrannidẽ huius mali ferẽtes, in dolo loquebãtur, & nihil pacifice loqui potuerũt. Et attẽde quomodo causam odij significauit, quod ab inuidia exordium habuit. Vt viderũt enim (inquit) fratres, q̃ pater eum prę oñibus filijs diligeret. Non amor patris inuidiam ei peperit, sed patris beneuolentia quam virtus pueri attraxit. Igitur oportebat illos imitari fratrẽ, & æmulari mores, vt sic & ipsi patrem sibi cõciliarent. At hoc ne in mentẽ quidẽ acceperunt, sed cõmuni odio filiũ a patre dilectum p̃sequebantur. Et illi quidem quasi expugnati, intus nascentẽ maliciam pariebant, nihil pacifice ei loquẽdo, sed cum dolo loquebãtur, ille autem admirabilis fraternã beneuolentiã cum eis seruãs, nihilq; suspicans, vt fratribus bene fidens, oñia quę in se erant faciebat. Hic morbus ab initio & Cain vt fratrẽ occideret, armauit. Et sicut isti propter beneuolentiã patris quam erga puerũ declarabat, & odio illum p̃sequebãtur & impugnare moliebãtur, & quotidie ipsi⁹ cędem parturiebãt. Eodẽ sane modo & ille vt vidit q̃ fratris dona deo magis accepta fuerũt, ad eum occidendum p̃uocatus est, & inquit, egrediamur in campũ. Vides q̃ & hic nihil suspicatur, sed confidit fratri, & exit, & prę ter animi sententiã in nephariam illam dextram incidit? Sic sane & admirabilis Ioseph, nesciens malam fratrũ suorum mentẽ, vt cum fratribus cũ eis loquebat, & insomnia ipsa, quę ei⁹ deus reuelauerat, prę signãdo gloriam & fratrum subiectionẽ ei obuenturã, in medium proponebat. Cum insomniũ habuisset, somnium (inquit) annũciauit fratribus suis, & dixit eis, Audite insomniũ hoc. Putabãmus manipulos ligare in medio agro, & surrexit manipulus meus & erectus est, circũstantes autem manipuli vestri adorauerunt manipulũ meum. Dixerunt autem ei fratres. Num regnans regnabis super nos, aut dominans dominaberis nostri? Et apposuerunt adhuc eum odio prosequi propter insomnia & verba sua.

A

De inuidia, 9

B

C

Propterea prius quoq; docuit q̃ odium erga eum declarauerũt, vt ne putemus eos hinc sumpsisse odij sui contra eum exordium. Apposuerunt enim adhuc eum odio prosequi: hoc est, multo magis augebatur odium & inimicitiæ contra eum. Et vide miram illorũ cecitatem, ipsi enim somniũ dijudicant. Non enim est dicendum, q̃ propter ignorantiam eorum quæ futura erant, inuidiã gerebant contra eum, sed vt didicerunt ex insomnijs futura, auctum est odium eorum. O excellẽtem amentiã, Oportebat hoc scientes, maiorẽ erga illum beneuolẽtiam declarare, & e medio tollere odij causam, & effugare inuidentiæ affectum. Obtenebrati mente, & nonvidẽtes q̃ contra semetipsos omnia faciant, multo maiore odio in eum exarserũt. Quare o miseri & calamitosi, tãtam declarastis inuidiam, non cogitantes neq; fraternũ vinculũ, neq; q̃ insomniorũ reuelatio manifestam dei erga illum declarat beneuolentiam? Num existimatis, q̃ quæ a deo pręsignata sunt, possint subuerti? Nam sicut somniũ dijudicastis, ita erit post multum temporis, etiam si innumera excogitare volueritis. Omnipotẽs enim & simul sapiens est omnium dominus, & suæ virtutis declarans affluẽtiam, sæpe facit, vt in medijs impedimentis fiant, vt perfectis his quæ olim ei visa sunt, summam virtutis suæ declaret eminentiam. Verum ita se habet inuidia, nichil eorum cogitare potest, sed omnino, vt ita dicam, vbi inuidus captus ab hoc morbo fuerit, contra suam ipsius salutem facit omnia. Et illi quidem narratione somnij odium auxerunt, admirabilis autem Ioseph vbi & aliud insomnium vidit, non ipsis solum, sed & patri narrat. Quasi sol & luna, & vndecim stellæ adorabant me. Et increpauit eũ pater eius & dixit ei. Quod est insomniũ hoc quod somniasti? Nũquid euntes ibimus ego & mater tua & fratres tui, vt adoremus te super terrã? Aemulati autem sunt eum fratres eius, pater vero obseruauit verbũ. Sciens pater q̃ fratres inuidebãt ei, propter hoc increpauit puerũ, & indicauit etiã ipse somniũ, et cõiectans a deo reuelationem ei factam, obseruabat verbũ. Verum non ita faciebant & fratres. Sed quid? iterum multo magis ęmulabãtur. Cur insani fuistis? cur stupidorũ opera fecistis? Non cogitatis q̃ secũdum insomniũ non temere neq; fortuito factum sit? sed vt quum didicerítis q̃ omnino futura sunt quæ prędicta cessetis meditari fratricidium, vtpote rem molientes impossibilem, Igitur oportebat quidem vos, quum cogitaretis & in mẽtem acciperetis fraternam vestram habitudinem in mente, gloriam fratris pro vestra ducere. Quoniã autem ad hoc non respiciebatis, consequens fuit illud cogitare, quod non contra eum, sed contra omniũ dominũ, qui hoc etiam reuelauit, pugnetis. Verum illi quidẽ, sicut dixi. neq; naturæ vinculum reueriti, neq; in mentem accipientes, quanta ille superna gratia muniretur, odiũ quotidie auxerunt, & nescij intra semetipsos rogum accẽderunt, neq; patre neq; filio tale quippiã suspicãtibus, neq; cogitantibus q̃ in tantam insaniam essent properaturi, Ideo ibi profecti sunt fratres in pascua. Dixit (inquit) pater Ioseph, Nonne fratres tui pascunt oues in Sychem? Veni mittam te ad eos, dixitq; ei Ecce ego. Vidisti patris erga filios dilectionem? Vidisti filij obediẽtiam? Dixit autem ei. Vade & vide, num sani sint fratres tui, & oues, & annũcia mihi. Hæc autem oĩa facta sunt, vt & Iosephi erga fratres mõstraretur beneuolẽtia, & illorũ sanguinaria mens fieret manifesta. Factũ est autẽ & in figuram futurorũ, vt in vmbra multo antea veritatis res describerẽtur. Et sicut Ioseph ad fratres abijt tuisens eos, & illi nõ sunt reueriti neq; fraternitatẽ neq; aduẽtus causam, sed primũ quidẽ occidere voluerunt, postea autem vendiderũt barbaris, Ita & dominus noster suam seruãs misericordiam, aduenit inuisens humanũ genus, & susceptor nostræ formæ, carne, dignatus fieri frater noster, affuit. Et clamat Paulus dicẽs, Non enim angelos assumpsit,

ſed ſemen Abrahę, vnde debuit p oĩa fratribus ſimílis fieri. Sed ingrati Iudei aĩarum corporũ q; medicum, innumerata miracula quotidie facientẽ occidere conati ſunt, & opere complerũt animi ſui propoſitã cædem, & crucifixerunt eum qui propter noſtram ſalutem ſeruí formam ſuſcipere dignatus eſt, & apprehẽderunt & cruci traditum occiderunt. Illi autem cõſultabant quidem, ſed opere quod cõſulebant non impleuerunt. Oportet autem figuram minus habere, quã veritatem, quía alioquí nõ fuiſſet figura eorum quæ poſthac futura. Propterea illic quidem quaſi in vmbra præſignata ſunt. Et conſydera negocium. Non occiderunt ſed vendiderunt. & veſtem hœdi ſanguine inquinantes, dederunt patri, perſuadere volentes quod occiſus ſit filius. Vides quod omnia hæc facta ſunt, vt quaſi in vmbra imago illa rerum fieret, & veritas cuſtodiretur? Sed ad ſeriem ſermonis redeamus. Et miſit eum, inquit, pater, & venit in Sychem, & inuenit eum homo errantem in agro. Rogauit autem eum homo dicens. Quid quęris? Ille autem dixit, Fratres meos quæro. Annũcia mihi vbi paſcũt oues? Conſydera quomodo hic magno ſtudio de fratribus ſuis inquirit, & multa inquirit et cauſatur, & omnia facit vt eos videre poſſit. Dixit autẽ ei (inquit) homo, Audiui eos dicentes, Ibimus in Dothain, & iuit Ioſeph & inuenit eos. Prius autem viderunt eum a longe anteq̃ veniret ad ſe & malígne cogitabant vt occiderent eum. Conſydera hic quęſo dei omnipotentẽ ſapientiam, quomodo illí quidem cõcitati erant in cædem eius, ille autem omnia faciens & pręparãs, permittit interim omnia impedimẽta fieri, vt facto athleta ſuo clariore, poſtremũ ſomniorum adducat euẽtum. Prius autem viderunt eum (inquit) & malígne cogitabant vt occiderent eum. Dicebat autem vnuſquiſq; ad fratrẽ ſuum, Ecce ſomniator ille venit, nunc igitur venite occidamus eum & proijciamus eum in lacum vnũ ex his, & dicemus, Mala beſtia deuorauit eum, & videbimus quę ſint ſomnia eius. Vidiſti, q̃ ſomniorũ euentum expectantes, occidere eum conati ſunt? Sed vt diſcant q̃ non ſit poſſibile ea quę a deo ſunt prædicta non opere complèri, et cõſultant & attentãt & ſuam declarant malíciam, at ſapiens & omnipotens deus inſidiatores miniſtrare etiam inuitos facit diſpenſationi futurorum. Quoniã conſpirauerant in mortẽ eius & propoſito morte eam affecerant. Vt audiuit, inquit, Rubim, eripuit eum ex manibus eorum, & dixit, Non percutiamus eum in animã, non effundite ſanguinẽ, abijcite eum in lacum illum in ſolitudine. manũ autem nõ inijcite in eum, vt eum eriperet ex manibus eorum, & redderet eum patri ſuo. Vide & illum quomodo non audet manifeſte eripere fratrem. ſed iam occidendi conatũ & impetum refrenare volens, dicit, Nõ effundite ſanguinem, ſed abijcite eum in lacum. Docere enim nos volens diuina ſcriptura ſcopum & mentem Rubim, dicit, Hæc autẽ faciebat vt eriperet eum & redderet patri ſuo. Et quum illí hęc vellent, nõdum Ioſeph aduenerat, ſed poſtq̃ colloquium hoc abſoluerũt. Venit, inquit, Ioſeph ad fratres ſuos. Oportebat igitur illos occurrere fratri & amplexari, & quomodo ſe pater haberet inquirere, verũ illi quaſi beſtię quędam vbi agrũ conſpicati fuerint, aſſiliunt. Et exuerũt, inquit, Ioſeph veſtem variam: & acceptũ eum proiecerũt in lacum. Lacus autem erat vacuus, aquam non habens, quemadmodũ conſuluerat Rubim, fecerũt. Et iniecto illo, ſederũt ad comedendũ panem. O crudelitatẽ, o humanitatẽ, Ille quidem tantum itineris confecerat & tanto ſtudio de eis inquiſierat, vt videret & annũciaret patri, quomodo ſe haberent res illorũ, Verum illi quaſi alieni & barbari & inhumani, quia conſuluerat eis Rubim ne effunderent ſanguinẽ, fame occidere volebant. Sed miſericors deus ſtatim eum liberauit ab inſania fratrum. Cum enim conſediſſent ad comedendum panem, viderunt Iſmaelitas viatores venientes, & Aegyptum vera

ſus euntes. Et dixit Iudas. Quid prodeſt ſi occiderimus fratrem noſtrum, & occultauerimus ſanguinē eius? Venite, tradamus eum iſmaelitis iſtis. Manus autē noſtrę nō ſint ſuper eum, quia frater noſter & caro noſtra eſt. Vide quomodo & prius Rubim minore malo maius prohibuit, & nunc quoq; iudas conſuluit vt vēdatur frater quo eum ab interitu eripere queat. Hoc autē totum factum eſt, vt etiam inuiti diſpēſationi diuinæ ſeruirēt, & facerent ea quę a deo ſunt prædicta. Et probato (inquit) conſilio Iudæ eduxerūt eum de ciſterna & tradiderunt Iſmaelitis vigintiaureis. O iniquam cōmutationem, o damnoſum lucrum, o iniuſtiſſimū opus. Eum qui vobis ſanguine cōiunctiſſimus erat, quem pater maxime amabat, qui ad viſendum vos venerat, qui nunq̄ vos vel in paruo vel in magno offenderat, vendere attentatis? & vēdere hominibus barbaris & in ęgyptum deſcendētibus? Quæ tanta inſania? quis liuor? Nam ſi hoc metu ſomniorū facitis (vt perſuaſi) quod oīno euentura ſint, quare impoſſibilia attentatis? & factis veſtris contra deum bellū aſſumitis qui hæc ei p̄dixerat? Quod ſi nihili putaſtis ſomnia, ſed exiſtimaſtis eſſe deliriū, quare hęc operati eſtis quæ perpetuam vobis maculam inurāt, & luctum indeſinentē patri veſtro afferant? Sed o grauem morbū, immo mentem ſanguinariam. Quando enim quis peccato exponit ſe & nepharium opus aggreditur, & obruitur a cogitationibus abſurdis, neq; proponit ante oculos, oculum illum qui non quieſcit, neq; reueretur naturam ſuam neq; attēdit aliquid quod ad cōmiſeratiōnē ſe poſſit inducere, id quod & illis euenit. Non enim cogitabant q̄ frater eſſet, neq; q̄ adoleſcens, neq; q̄ amabilis patri, neq; q̄ nunq̄ in terra aliena vixiſſet, & apud exteros nunq̄ ante conuerſatus. & nūc in terra tam ſemota inter barbaros habiturus eſſet, ſed omni honeſta cogitatione abiecta, vnum dūtaxat curabant, quo inuidiam ſuam, vt putabant, opere explerēt. Et illi quidem mente fratricidæ erant, qui autem hæc ab eis paſſus eſt, omnia fortiter tulit. Cuſtodiebat enim eum manus domini, & omnia difficilia faciebat ei facilia & leuia. Quando enim ſupernā gratiam habemus, etiam inter medios barbaros & in aliena regione melius & commodius verſari poſſumus, q̄ domi habitātes. & hi quibus ſumma cura miniſtratur. Sicut etſi in domo verſemur, & in omni p̄ſperitate frui videamur, deſtituti autē ſimus ſuperno p̄ſidio, omnibus videmur miſeriores. Magnum enim & virtutis robur & malitiæ īfirmitas. Et hoc maxime oſtēdit nobis hiſtoria, quam in manibus habemus. Dic enim quos miſeros & innumeris lachrymis dignos eſſe putamus, illos ne qui tanta mala fecerunt, an fratrē, qui in poteſtatem barbarorū venerat? Manifeſtū, quod illi. Cogita enim obſecro hic, admirabilē illum, qui cum tanto miniſterio educatus, & in vlnis paternis ſemper habitus fuit, rep̄ēte coactus eſt ferre grauem ſeruitutē apud viros barbaros nō meliores ipſis beſtijs. Sed omniū dominus erat qui & illos humanos reddebat, & illi omniū dedit patientiā. Et quum vēdidiſſent fratrem, quaſi perfeciſſent p̄poſitum ſuum, affecti fuere, ablato videlicet e medio, cui inuidebāt. Reuerſus eſt autē, inquit, Rubim ad ciſternam, & non vidit fratrem & diſrupit veſtimenta ſua, & rediit ad fratres ſuos, & dixit, Puer non eſt, ego quo ibo vltra? Quoniā ſupra docuit diuina ſcriptura, q̄ propterea cōſuluerat eum in ciſternam conijci, vt ex ſauguinarijs eorū manibus illum eriperet & redderet patri, nunc (inquit) vbi vidit ſe a ſentētia ſua excidiſſe, diſrupit veſtimenta ſua, & dixit, Puer non eſt, ego autem quo vadam? Qualem habebimus defenſionē, & maxime ego qui vobis p̄eſſe videor? Putabat enim q̄ eum occidiſſent. At poſtquā factum eſt, quod quærebant, & miſerunt in ægyptum quem odio habebant, & inuidiam ſuam aliquo modo mitigarunt. Poſtea magna induſtria ſtudebant, vt deluderent patrem, ne mala eorum conſpiratio illi manifeſta fie-

fieret. Et occiso hœdo caprarum, inquinaueruntv estem sanguine, & attuleruntvestem patri suo, & dixerunt. Cognosce num vestis filij tui sit, an nō. Quid decipitis vosmetipsos o insensati? nam licet patrem illum decipere possitis, nō tamē falletis iudicem illum, qui decipi nequit, nō ignorabit oculus ille, qui nunquam dormitat, quē maxime omniū formidare oportebat. Sed ita se habet humana natura, immo ita se habet multorum desidia, vt humanū timorem & presentis vitæ cōfusionē maxime faciat, in mente autem non versetterribile illud tribunal, & intolerabilē pœnam, sed hocvnum curat, quomodo effugere possit humanam reprehensionem, id quod & illi egerunt, dum patrem suum decipere moliuntur. Agnouit enim, inquit, vestē pater & dixit. Vestis filij mei est, fera mala deuorauit eum, fera rapuit ioseph. Et enimvere quasi in malas bestias icidisset, omnia crudeliter sustinuit. Dirupit autemvestimēta sua, & posuit saccum super lumbos suos, & luxit filium suum diebus multis. Quantis fuerint illi digni lachrymis, qui nō solum fratrem barbaris vendiderunt, sed & patrem in extrema senectute in tantum luctū iniecerūt? Congregati autem sunt filij eius & filiæ eius, vt cōsolarētur eum & noluit dicens. Descēdam ad filium meum lugens in infernū. Opinor & hoc illis aliam fuisse plagam. Videbant enim, quod pater tantum tamq; feruentē amorem declarabat erga eum, qui nō aderat, imo & putabatur a bestijs discerptus, et maiori tabescebāt inuidia. Sed illi quidem erga fratrem, & erga patrem crudeles fuere, nulla q; venia digni. Madenæi autē & ipsi diuinæ seruiunt dispensationi, & denuo iosephū vendunt Petephri archimagiro Pharaonis vidisti quomodo paulatim procedit, & per omnia suamvirtutem & patiētiam declarat, vt sic quasi athleta fortiter certans, redimiatur corona regni, & euentus somniorū impleatur, quo doceantur, ij qui eumvēdiderāt, quod nihil commodi ex sua malicia deportēt. Tantam enim fortitudinē habet virtus, vt clariorfiat quum infestetur. Nihil enim ea fortius, nihilvalidius, nō quod ipsa tantum habeat robur, sed is qui eam possidet, & supernam gratiam habet & inde presidium assequitur, omnibus est fortior & inuictus & capi nequit, nō solum hominū insidijs, sed & dæmonū machinationibus, id scientes ne fugiamus male affligi, sed male agere, hoc enim est vere male affligi. Nam qui proximū affligere tentat, illi quidē omnino nihil nocet. Nam licet ad paruum tempus noceat, & in hoc tātum seculo facit, sibi autem immortalia tormēta thesaurizat, & pœnas ineffabiles, quas nō aliter effugere possumus, nisi parauerimus nos ad ferendas afflictiones, & iuxta doctrinā domini precemur pro hic qui nos male afficiunt. Hot enim nobis magnam parabit mercedem, & concedet dignos effici regno cœlorum. Quod nobis oremus concedatur gratia & misericordia domini nostri IESV CHRISTI, cui cum patre & sanctospiritu sit gloria, imperiū, et honor nūc & semper, et in secula seculorū. Amen.

A

B

Virtus

C

CAPVT TRIGESIMVM OCTAVVM.

FActum est autem in tempore illo descendit Judas a fratribus suis: & abiitvsq; ad hominem quēdam Odollomitem cui nomen Iras. Etvidit illic iudas filiā hominis Chananei: cui nomē Saua accepitq; eam et ingressus est ad illam. Etvt concepit: peperit filium: et vocauit nomē eius Er. Concepitquoq; et peperit filiū ad huc: et vocauit nomē eius Annan. Et apposuit adhuc & peperit filium alium tertium et vocauit nomē eius Selom. Ipsa autem erat in Chasbi: quando peperit eos. Et accepit iudas vroxem Er primogenitosuo cui nomen Thamar. Factus est autē Er primogenitus iuda ma-

lus coram domino: et occidit eum deus. Dixit aũt iudas Annan: ingredere ad vxorem fratris tui: et maritus alter esto: et excita semen fratri tuo. Quum cognouisset autem Annan: quod nõ suum futurũ semen: factũ est quando ingressus est ad vxorẽ
A fratris sui: effudit in terram: vt non daret semen fratri suo. Malum autem apparuit hoc verbum coram deo: quia fecerat hoc: et occidit etiam hunc. Dixit autem iudas
D Thamar nurui sue: postꝫ mortui sunt duo filii sui. Sede vidua ī domo patris tui: donec magnus fiat Selom filius meus. Dixit enim in mente sua: ne forte moriatur et hic sicut fratres eius. Abiit autẽ Thamar: et sedit in domo patris sui. Multiplicati autem sunt dies: et mortua est Sanavxor iuda: et consolatione accepta iudas: descendit ad tondendas oues suas ipse: et descendit iras pastor suus Odollamites in Thamna post eum. Et annũciatum est Thama nurui sue per dicẽtes. Ecce socer tuus descendit in Thamnavt tondeat oues suas. Et depositis vestibus viduitatis sue a se induit theristrum: et ornauit se: et sedit apud portas Aenan: que est in transitu Thamna. Vidit enim: quod magnus factus est Selom: ille autem nõ dedit se et vxorem. Visa autem ea iudas putabat eam scortum esse: obtexerat enim faciem suã: et non cognouit eam. Declinauit autem ad eam avia et dixit ei. Sine me intrare ad te. Non enim cognouit quod nurus sua esset: illa autem dixit. Quid mihi dabis ingrediens ad me? ille autem dixit. Ego tibi mittam hedum caprarum ex pecudibus meis. At illa dixit: Si dederis mihi arrabonẽ donec tu mittas: ille vero dixit. Quẽ
E arrabonem tibi dabo? Ceterum hec dixit. Annulũ tuum: et armillam: et virgã que in manu tua. Et dedit eã ingressusqꝫ ad illam. Et pregnãs facta est ex eo: surrexitqꝫ et abiit ac deposito theristro suo: iterum induit vestes indutatis sue. Misit autem iudas hoedum de capris ī manu pastoris sui Odollomite vt afferret a muliere arrabonem: et non inuenit eam. Interrogauit autem viros eius loci et dixit eis. Vbi est scortum quod fuit in Aenam iuxta viam. Et dixerunt non fuit hic scortum. Reuersusqꝫ ad iudam dixit: Non inueni et homines loci dicunt non esse scortum. Dixit autem Judas: Habeat eas sed ne forte irrideamur: ego quidẽ misi hoedum hunc: tu autẽ nõ inuenisti Factum est autem post tres menses: et nunciatum est Juda perdicẽtes fornicata est Thamar nurus tua: et ecce ex stupro concepit. Dixit autem Judas. Educite eam: et exuratur. Ipsa autem quum deduceretur: misit ad socerum suum dicens Ex homine cuius hec sunt ego pregnãs facta sum: et dixit. Agnosce cuius sit annulus et armilla: et virga hec. Agnouit autẽ Judas et dixit: iustificata est Thamar: magis quam ego. Quare non dedi ei Selom filium meum: et non apposuit vltra noscere eam. Factum est autem: quando peperit: et in eius vtero erãt gemelli. Factũ est autem cum pareret ipsa: vnus protulit manum. Quum autem accepisset obstetrix: ligauit super manũ eius coccinium dicens. Hic exibit prior: At ille contrauit manum: et
F statim exiuit frater eius: illa vero dixit. Quare rupta es propter te maceria: et vocauit nomen eius Phares. Et post hoc exiuit frater eius in quo erat super manũ coccinũ: et vocauit nomen eius Zara.

CAPVT TRIGESIMVM NONVM.

Ioseph autem deductus est in Aegyptũ: et possedit eũ Petephres eunuchus pharaonis: prefectus coquorũ: vir Aegyptius: ex manib⁹ Ismaelitarũ quem deduxerunt illuc. Et erat dominus cum Joseph: et erat vir assequẽs. Et fuit in domo apud dominũ suum Aegyptiũ. Sciebat aũt dominus eius: quod dominus esset cum eo: et omnia que faciebat dominus prospera faciebat in manib⁹ eius. Et inuenit Joseph gratiam coram domino suo: et gratus erat eis: et constituit eum super domũ suam: et omnia quecũqꝫ habebat dedit per manus ioseph. Factum est autem: postꝫ constituit eũ super domũ suam: et omnia quecunqꝫ habebat: et benedixit dominus domũ Aegyptii

propter ioseph: & facta est benedictio domini in omnib⁹ que habebat ille in domo et in agro eius. Et concredidit ei omnia: que habebat in manu ioseph: et nihil sciebat rerum suarū: preter panem quem comedebat ipse. Et erat Joseph pulcher specie: & formosus aspectu valde. Et factum est post verba hec: & iniecit vxor domini sui oculos suos in Joseph & dixit ei. Dormi mecū: At ille noluit. Dixit autem vxori domini sui. Ecce dominus meus nihil cognoscit propter me in domo sua: sed omnia que in ea sūt dedit in manus meas: et nō est in domo hac aliquid sine me: neque eremit a me aliquid preter quam te: propterea quod tu vxor eius sis: quomodo faciam verbum hoc malum: & peccabo coram deo? Quum autem loqueretur Joseph diem ex die: & nō obediret ei: vt dormiret cū ea: & hab eret remcūea. Factum est autem talis quedam dies: ingressus est Joseph vt faceret opera sua: & nemo erat in domo illus. & attraxit eum vestibus dicens. Dormi mecum: At ille relictis vestibus suis in manibus eius effugit & exiuit foras. Et factum est vt vidit: quod relictis vestimentis eius in manibus suis fugit: & ingressus est foras vacauit eos qui domi erant & inquiens dicit eis Videte introduxit nobis puerū Hebreū vt illudat nobis ingressus est ad me dicēs Dormiam tecum. Et clamaui voce magna: quum autem ipse audiret: quod eralt aui vocem meam: & clamaui relictis vestib⁹ suis apud me: effugit: & exiuit foras. Et relinquit vestes apud se: donec veni dominus in domum suam: & locuta est illi iuxta hec dicēs. Intrauit ad me puer Hebreus: quem induxisti ad nos: vt mihi illuderet: & dixit mihi: Dormiam tecum. Et autem audiuit quod exaltarem vocem meā: & clamarē relinquens vestes suas apud me fugit & exiuit foras. Factum est autem: postquā audiuit dominus eius verba vxoris sue: que cūque ad se dicebat inquiens. Sic fecit mihi puer tuus: & succensuit ira: & dominus accepit Joseph: & iniecit eum in munitionē et in locū in quo vincti regis detinebāt in carcere. Et erat domin⁹ cum Joseph: et defundebat ei suam misericordiā: et dedit ei gratiam coram principe carceris. Et dedit prefectus custodū carceris: carcerē in manu Joseph: et omnes abductos qui in carcere e: & omnia que faciebāt illic ipse faciebat. Nō erat prefectus carceris sciēs aliquid in carcere propter ipsum. Omnia enumerāt in manibus Joseph: eo quod dominus erat cum eo: et oīa que ipse faciebat: dominus ꝓspera faciebat in manu eius.

HOMILIA LXI.

SAtis pridem ex historia ioseph didicimus quantū damni nascatur ex inuidia, & quomodo pernicioſus ille morbus animam primū corrūpat, a qua nascitur. Vidistis quomodo per affectionē fratres ioseph & cognationis oblīti sunt, & bestiarum crudelitatē erga eum, qui in nullo offenderat exercuerūt? Malicia enim sua, fratri suo nō tantum nocuerūt, quantum seipsos ignominioſos fecerūt. Nam licet barbaris eum vēdiderāt & illi reuēdidere archimagiro Pharaonis, nihilominus quia habuit supernā gratiā, se in omnibus adiuuātem, omnia leuia & facilia visa sunt. Et volebam etiam hodie illam historiam tractare, indeq; cōtexere sermonem, verum in medio alia quædā narratio interiacet, quam indignū est preterire. Sed opus est, vt quantum possibile est perscrutemur, & sic iterum ad argumētum ioseph redeamus. Quænam igitur illa, quæ interseritur narratio? illa de iuda. Hic enim accepta in vxorem filia Chananæi, cui nomē Saua, & ex ea tres filios suscepit. Duxit enim primogenito suo vxorem Thamar. Quia autem ille malus fuit coram damino, occidit eum deus. Et prę cepit Annan, vt ducta vxore fratris sui excitaret semē fratri suo. Id quidem lex iusſit, quę dicit q̄ mortuo fratre sine liberis frater ductavxore excitet semē fratri. Verū & hunc quia malus erat, occidit dominus. Hoc iudā terrore perculit, videntē duos filios tam statim interisse, & volens Thamar consolari, promisit se alium filiū ei da

turum, sed nō implebat promissa, veritus ne & ipse eandem pœnam ferret, quā fratres. Talibus promissionibus pascebatur Thamar inq; domo patris sui sedebat exD pectans quādo soceri promissio impleretur, & videns iudam nō velle implere promissa, tunc māsuete tulit, nō eligens aliorum coniugia, sed amans viduitatē, & tempus cōgruum expectans, festinabat enim vt filios procrearet ex socero, et quia vidit socrum mortuā, et iudam venire in Thamna ad tondēdas oues, furari volens soceri cōcubitum, & ex illo filios procreare, nō libidinē explere cōcupiscens (absit hoc) sed ne videretur esse sine nomine. Alioquin & dispensatio erat, quod fiebat vnde & opere cōpleta sunt ea quę illa deliberauit. Depositis enī vestib⁹ viduitatis suę et induta theristro, & ornata sedit apud portas. Deinde quasi excusans eam scriptura dixit Vidit enim quod creuerat Selom, ipse autem nō daret ei vxorem, & propterea ad deceptionem illam properauit, iudas enim quum putaret eam esse scortum (velauerat enim illa faciem, ne agnosceretur) diuertit ad eam. Illa autē dixit Quid mihi dabis? ille autem pollicitus est hœdum ex pecudibus se missurum. At hæc dixit si deris arrabonem donec mittas. Et dedit annulum & armillam, & baculum, & intrauit ad eam, & grauida facta est ex eo. Nullus hæc audiēs cōdemnet Thamar, nam vt dixi dispensationi ministrauit, & propterea neq; vllam inde reprehensionē mereE tur. Neque iudas criminibus fuit obnoxius. Et enim hac via procedens, inuenies ex pueris inde natis CHRISTVM secundum carnem ducere genus. Pręterea duo isti filij per eum nati, duorum populorum figura fuerunt, & prędictio quædam vitę iudaicæ, & spiritualis. Sed nūc videamus post recessum iudæ, quomodo paruo tempore exacto, & opere in apertum producto, Iudas semetipsum cōdemnat, illam a criminibus liberans. Nam postquam impleuit Thamar quod voluit, iterum mutato habitu inde quidem recessit, & venit in domū suam. Iudas autem nihil eorum sciens, promissionem impleuit, & hœdum misit vt arrabonem suum illi datum reciperet, Sed nusquam inuenta muliere, rediit puer⁹ significans Iudæ q̄ nusquam inuenire mulierem potuerit. Quibus compertis, iudas dixit (inquit) ne forte ridea mur, vt habiti ingrati, Neq; enim sciebat factum. Verum prętéritis mensibus tribus, & sarcina ventris partum prędicente, & nullo alio furtiuum sciente concubitum, annunciatū (inquit) est iudæ, quod vterum gereret ex adulterio. Et vt didicit,F inquit, Educite eam, & cōburatur. Magna indignatio, grauis pœna quia & peccatum grāde esse videbatur. Quid igitur Thamar⁹ productis his quæin arrabonem Iudas reliquerat, inquit, Si quis est cuius hæc sunt, ab illo ventris sarcinam accepi. Attende quomodo silens, fide dignos testes affert qui loquātur, & satis eam criminis innoxiā demonstrent. Quia enī tribus testibus egebat, quæ in tali causa arguebatur, idcirco & hæc quasi claro testimonio dato, tres arrabonum species mittit, annulum, armillam, & baculum, & domi sedens, & tacens in causa vicit. Iudas enim cum agnouisset dixit. Iustificata est ipsa magis quam ego. Quare non dedi ei filium meum Selom? Quid est iustificata est ipsa (magis) quam ego? illa quidē (inquit) innoxia est, ego autem meipsum cōdemno, & nullo arguente meipsum prodo, immo sufficiunt quæ arguant, quæ data illi in arrabonem. Et deinde iterū Thamarem excusans dicit. Quare nō dedi eam Selom filio meo? Forte autem hoc factum est, dicturus autem ium causam propter quam. Nam quia iudas putabat illius causa mortuos, Er et Annan, id que metuēs, eam nō dedit Selom quamuis ei promiserat, vt igitur per res ipsas sciret, quod non illa istis causa fuerit mortis, sed propter suam malicíam pœnam dederint. Occidit enim eum (inquit) deus. Et iterum occidit eum, inquit etiam secūdo. Propterea ignarus ipse cum nuru sua rem habet, et cla

re didicit, quod nō ipsa fuerit causa, sed illorū malicia reos eos pœne fecerit. Et cō
fessus peccatum suum etiā illam a peccato liberauit. Non adiecit (inquit) vt cogno
sceret eam, quod declarat quod neq; primū cum ea rem habuisset, si agnouisset eā. A
Deinde postquā diligenter narrauit nobis diuina scriptura deceptionem quam fe
cerat Thamar, consequēter docet nos qui filij ei sint nati. Factum est autē (inquit)
quum pareret, erant gemelli in vētre eius. Et cum pareret vnus protendit manū, ap
prehensam autē obstetrix coccino ligauit dicens. Hic egredietur primus. Vide hic
obsecro, sacramētum & prędictionem futurorum. Nam postquā ligauit obstetrix
manum coccino, itavt cognosci posset exiturus, retraxit manū, & exijt frater eius.
Cessit (inquit) fratri, vt prior egrederetur, & qui posterior putabatur, prior exit. Et
dixit, inquit, Quare diuisa est propter te sepes? & vocauit nomē eius Phares. Disse
ctionem enim, & quasi partitionē hoc nomen signat. Et post hunc egressus est fra
ter eius, qui signū in manu dextra acceperat, & vocauit nomen eius Zara, quod in
terpretatur Oriens. Et quod nō temere & absq; causa hæc facta sint, sed figura futu
rorum fuerint res ipsæ declarant. Neq; iuxta naturæ ordinem hoc factū est. Quo
modo enim erat possibile quod postquā manus ligata fuit coccino iterum contra
heretur & daret posteriori transitum, nisi diuina quędam virtus hæc prius dispensas
set, & sicut in vmbra quadam prefiguraſſet? Quoniam statim ab initio Zara, quod
est Oriens. Sic enim figura ecclesiæ prospectare cœpit, & quum tempus aliquan- B
diu pcessit & successit, legalis obseruatio per phares significata subintrauit, & tem
pore multo durans iterum decessit. Et quum prior, Zara inquā prodijt, recessit om
nis iudaica cō suetudo. Sed forte nunc fuerit necessariū idem breuius dicere, fuerūt
sicut Zara qui manū protulit, Noe & Abraham, immo ante illos Abel & Enoch
quibus magnum studium fuit, vt placerent deo. Deinde postquā in multos propa
gati, multa peccatorum onera collegerunt, opus autem erat vt vel paruam aliquam
consolationem haberent, data est lex vt vmbra aliqua, nō peccata tollens, sed ea de
mōstrans, & manifesta eis faciens, vt tanquam imperfecti filij qui lacte pascuntur,
adolescere possent. Verum quia neq; hoc eis profuit, sed lege peccatorū magnitu
dinem monstrāte, ipsi iterum ijsdem infermētati sunt, aduenies cōmunis dominus
noster, spiritualem hanc & virtutibus claram vitam humano generi largitus est, cu
ius figuram Zara implebat. Et idcirco Euā gelista etiam meminit Thamar, & eo
rum qui ex illa nati sunt, & dicit Iudas autem genuit Phares & Zaram de Thamar C
Ne igitur simpliciter progrediamur ea quæ in diuinis scripturis sunt prodita neq; ea
quæ dicuntur a superficie salutemus, sed ingressi ad ipsum profundum, quum diui
tias quæ ibi latent didicerimus, glorificemus dominum nostrum, qui cum tanta sa
pientia dispensat omnia. Nam si voluerimus mentem & causam omniū quæ facta
sunt exquirere, non solum hanc cō demnabimus quod cum socero suo dormierit,
sed & Abraham reprehendemus, vt puericidam animo factum & Phineesvt gemi
ni homicidij reum. Sin autem vniuscuiusq; causam diligēter didicerimus, et illos a
crimine liberabimus, & nos multam a repre hēsione vtilitatem percipiemus. Cæte
rum nos quæ ad historiam hanc attinent pro virili nostra pertractauimus charitati
vestræ. Quod si non fatigamini & volueritis etiam sequētia attingamus. Et iterum
ad narrationem admirabilis Iosephi veniamus vt discatis etiā ex his quæ hodie dic
ta sunt, quæcunq; generosus ille athleta, post somnia illa regum sibi promittētia et
principatum fratrum sustinuit, & quomodo post illa certamina & tentationes aliæ
exceperint. Et increbrescebāt naufragia, nec submergebatur gubernator, & quum
validior insurgeret tempestas, quasi ad gubernacula sedens, nauim rexit. Dignum

autem fuerit & verba ipsa audire, vt diligenter omnia discere possimus. Ioseph autē deductꝰ est in Aegyptum, & emit eum archimagirus de manu Ismaelitarū. Deinde postquā barbari illi, qui a fratribus eum emerant, eum Aegyptio archimagiro Pharaonis vendiderūt, varios dominos sortitus est, qui inter vlnas patris educatus

D Vt ne admiremur, quomodo tulerit grauem illam seruitutem adolescēs, & omnis durævitæ inexpertus, domiq; magna patris beneuolētia enutritus, subdidit scriptura dicens, Et erat dominus cum ioseph, & erat vir assequēs. Quid est erat dominus cum eo? Comitabatur eū (inquit) diuina gratia, & reddebat ei facilia oīa quę grauia erant. Hæc dispensabat omnes eius res hæc mansuetiores ei reddidit negociatores & vendere archimagiro coegit, vt ita paulatim hac via procedēs, & per tētationes illas vadens, ad regium thronum ascēdere valuerit. Verum tu dilecte audiēs, quod sustinuit seruitutem apud negociatores, deinde quod seruiuit apud archimagirum, cogita quomodo nō turbatus est, neq; cogitauit, neq; hæsitauit secum dicēs. Quæ somniorū illorum deceptio, quæ tantam gloriam docet? Ecce enim post somnia illa seruitus & seruitus grauis, & dominivarij. Ab hoc transit ad illum, ab illo ad aliū & cogitur barbaros assuescere moribus. Nunquid derelicti sumus? nūquid cōtempti sumus a superna gratia? Nihil talevel dixit vel cogitauit, sed tulit omnia fortiter & māsuete. Erat enim dominus cum ioseph, & erat vir assequēs, Quid est assequēs?

E Omnia ei prospere succedebant, vbiq; precedebat eum superna prouidentia. Et ita manifesta erat gratia quæ florebat super eum, vt etiā domino suo archimagiro manifestū hoc fieret. Sciebat enim (inquit) dominus eius, quod dominus esset cum eo & omnia quæcunq; faciebat dominus prospera reddebat in manibꝰ suis, inuenit autem ioseph gratiam coram domino suo, & constituit eum super domū suam, & omnia quæcūq; habebat, dedit in manu ioseph. Vidisti quātum sit superna manu adiuari? Ecce eni & inueni, & peregrino, & captiuo, et seruo a domino tota domus creditur dicit enim. Et omnia quæ habebat dedit in manu ioseph, Quare? quia cum superna gratia & suos obtulit mores bene placitus enim ei erat, hoc est cū magna gratia faciebat omnia, Deinde uolens eum deus misericors in maiori securitate constituere, non liberauit a seruitute, neq; libertatem ei dedit. Hic enim mos est deo vt nō liberet a periculis virosvirtute claros, neq; a tentationibus liberet, sed in ipsis tentationibus tantam suam declaretvirtutem, vt tētationes ipsæ eis fiant occasio lætitiæ

F magnæ. Propter hoc & beatus Dauid, in tribulatione dilataſti mihi. Non tribulationem (inquit) abstulisti, neq; ab ea liberatū in relaxatiōe esse voluisti, sed id quod est miraculum & per quam rarum, in medio tribulationis cōstitutum absq; pauore esse me fecisti, illud sane & hic fecit dominus. Benedixit enim domū Aegyptij propter ioseph. Et didicit postea barbarus, quod is quivt seruus habebatur deo peculiariter gratus esset, & permisit omnia, quæ habebat in manibus ioseph, & nō sciebat quicquā præter panem quem comedebat. Quasi dominū totius terræ cōstituit. En seruus & captiuus sub manu sua habet omnia qnæ erant domini, tanta res est virtus Nam vbicūq; illa apparuerit omnibus dominatur & prævalet. Etenim sicut oriente sole tenebræ discutiūtur, ita & apparentevirtute e medio tollitur omnis malicia. Sed mala bestia est diabolus, vt primūviderit iustum gratum esse, & per ea quæ putantur esse aduersa clariorem fieri, fremit dētibus & insanit, neq; videre potest iustū quotidie magis & magis clarescere, sed profundū barathrū effodit, & præcipitium parat, quo illum maximovtarbitratur damno afficiat, & tempestatē excitet, & violentum nofragium faciat, sed discit non post longum tempus, quod cōtra stimulū calcitret & cōtra suum caput operetur omnia, Et erat ioseph pulcher specie, et for-

mosus aspectu. Quare nobis corporis pulchritudinē narrat? vt discamus, quod nō solum anima pulcher erat, sed & corpore, in ipso enim flore ætatis erat, iuuenis erat & pulcher specie, & formosus facie. Hæc autem prius narrauit de eo scriptura, vt doceat nos quod Aegyptia adolescentis pulchritudine capta, ad illicitū eum cōcubitum irritarit. Et factum est post hæc, Quid est Post hæc? Postquā ei concredita potestas totius domus postquā tantum honorem a domino suo cōsequutus est. In iccit vxor domini sui oculos suos ioseph. Vide intemperātiam lasciuiæ mulieris nō accepit in mētem, quod haberetur domina, non quod ille erat seruus, sed a formositate capta, & diabolico incendio susceptо in iuuenem, postea insilire tentat, & malā illam ratiocinationē in mente seruans tempus inquirit & solitudinē, quæ possent ei cooperari ad illicitum suum conatū. Verum ille noluit, neq; paruit neq; verba illius suscepit. Sciebat enim hinc sibi magnā perniciem enasci. Et nō solum res suas spectabat, sed operam dabat, vt & illam quantum possibile erat, ab insania hac liberaret & ab illicita ista concupiscentia, & consilium ei afferret, quod sufficiebat ei vt pudefieret, & quid sibi prodesset cognosceret. Dixit enī (inquit) vxori domini sui Domina a seruo consilium accipit, Nōne propter me nihil scit in domo sua & omnia quæcūq; habet, dedit in manꝰ meas? O gratitudinem viri. Vide quomodo enumerat beneficia domini, ut doceat quātam illa gratitudinem erga coniugem habere debeat, Num ego, inquit, famulus sum, num peregrinus, num captiuus, tanta fruor eius securitate, ut omnia sua sub manum meam tradiderit, & nihil est quod excepit de manu mea præter te, & omnibus alijs ego prę sum soli autem tibi subijcior, et es extra meam potestatem, Deinde vt lethalem ei plagam daret, & recordari faceret viri beneuolētiæ & persuaderet ei ne tam ingrata esset erga cōiugē suum, inquit, Et tu propterea extra potestatem meā es, eo quod tu vxor eius sis. Cum igitur vxor *eius sis quomodo faciam hoc malum* verbum, & peccabo corā deo? Quoniā enim illa solitudinem obseruabat, & tempus expectābat, quo latere poteratvirum, et omnes qui in domo erant dicit. Quomodo possum facere malum, & peccabo coram deo? Quid enim putas? etiam si fecerimus, vt res clam sit omnibus, ab oculo tamen illo, qui dormitare nequit, latere nō poterimꝰ, illum solum timere oportet, & tremere ac pauere, vt ne in cōspectu eius male quippiam faciamꝰ. Et vt discamus iusti excellentē virtutem, & quod nō semel neq; bis, sed sepius certamen hoc sustinuerit, & colloquium hoc tulerit, consulereq; nō cessauerit, subdit scriptura, quū autē loqueretur de die in diem, & nō obediret ei, vbi obseruauit in domo faciētem aliquid, assilijt in iuuenem sicut bestia dentibus frendens, & attractis vestimētis cohibuit. Nō simpliciter hoc prętereamus, sed cogitemus quantū certamen sustinuerit iustus ille. Nō enim tam admirabile vt mihi videtur, in fornace Babylonis esse tres pueros & illæsos permanere, & nihil ab igne pati, vt admirabile hoc & rarum, quod admirabilis ille iuuenis, retineturvestimentis ab polluta illa & lasciua, & non detinetur, sed & vestimentis relictis in manibus illius resilit, Sicut autē tres pueri illi propter suam virtutē superna freti gratia, igne prestantiores visi sunt, ita & ille quia quod in se erat offerebat & cōtinētiæ certamina cum magna declarabat cōstantia, magno supernoq; prę sidio muniebatur. Neq; enim potuisset dextra dei nō cooperante, ei tantū certamen certare, & a retibus illius libidinosæ mulieris aufugere. Et licebat postea videre admirabilem illum nudum quidem vestibus exire, indutum autem continentiæ vestimentis, & quasi ab incendio & fornace illæsum effugere, & non solum nō adustum, sed & multo fulgidiorem & clariorem factum. Sed vide post tātam victo-

riam, poſtq; tãtam fortitudinem, ꝓpter quæ illum oportebat coronari, & propter quæ oportebat illum prædicari, iterum quaſi rerum & obnoxiũ innumera ſuſtinen
tem mala. Nam Aegyptia illa non ferens vel confuſionẽ, vel opprobriũ in quæ ſe
D ipſam iniecit, impoſſibilia attẽtauit, primũ quidẽ conuocauit eos qui in domo erãt accuſans aduleſcẽtẽ, & dicit quod ille dixerit, quæ ab ipſa magno furore propoſita erant, atq; ita omnes decipere tẽtat. Hoc enim modo ſe habet malicia, ſemper con tra virtutem pugnat, & ei ſua peccata affricare & impingere vult, id quod & hæc fa ciebat aduleſcentẽ quaſi intẽperantẽ criminans, & ſe continẽtiæ larua induit, & di cit, propter hoc & illum veſtes reliquiſſe, & ſe retinuiſſe illas. Et miſericors deus fie ri hæc permittit, vt per omnia famulum ſuum clariorem efficiat. Nam hæc omnia venienti viro cum magna malicia dixit, & adoleſcentẽ accuſauit dicẽs. Intrauit ad me puer Hebræus quẽ duxiſti ad nos, vt illuderet mihi. O miſera & calamitoſa, nõ ipſe introductus eſt, vt illuderet tibi, ſed diabolus te indxit, vt non ſolũ adultera fie res, ſed & vt homicidium procurares. Et oſtẽdit poſtea ad cõprobationem eorum quæ dicta erant a doleſcentis veſtes. Conſydera obſecro, hic cõmunis omnium do mini miſericordiam, quia ſicut a fratribus eripuit, volẽtibus eum interficere, & effe cit primũ quidem, quod iuxta cõſilium Rubim in ciſternam imitteretur, & poſtea iterum iuxta conſiliũ Iuda negociatoribus venderetur, vt ſomniorũ euẽtus comple
E rentur & fidem facerent iuſto, quod non fruſtra neq; temere hæc præſignata eſſent Ita & nunc ſuperna manus erat, quæ barbarũ detinuit. & nõ permiſit ad cædem iu ſti feſtinare. Quid enim prohibuiſſet aliud eum hoc facere, cũ intelligeret illum at tentaſſe violare ſuum lectum? Verum omnipotens deus tantã fecit illi exhiberi cle mentiam, vt iniectus in carcerem, etiam illic ſuam declararet virtutem, & ſic ad prin cipatum regni veniret. Succeſſuit enim (inquit) dominus eius, & miſit eum in cuſto diam, vbi vincti regis detinebãtur. Nam ſi quidem non cedebat nõ oportebat eum in carcerem conijcere, ſin credebat verum eſſe, quod Aegyptia dixerat, tunc neq; carcere dignus erat, ſed plecti capite, & extremã pœnam pati debebat. Verũ quã do ſuum auxiliũ dextra ſuperna oſtendit, omnia leuia & facilia fiunt, & feroces mã ſueſcunt. Tunc autem ſuperna gratia vbertim nobis aſſiſtit, quãdo multã & nos de clarauerimus virtutem. Nam hic quoniam multum certauit, propterea etiam ma gnas retributiones conſequitur. Et poſt tantam fortitudinem abducitur in carcerẽ,
F & ſilenter fert omnia. Scitis enim, quod ij qui non ſunt ſibi conſcij malicię, quãdo ſicut rei condemnãtur. quanta vtantur ſæpe fiducia, & dicendi libertate ſuperbiẽtes & inflati & inſurgentes contra eos qui inſontibus crimen intẽtant. Verum ille nõ ſic, ſed ſilet & omnia manſuete fert, & ſuſtinet cum magna potentia voluntatem do mini. Vide enĩ, quomodo & in carcere principatũ omnẽ accipiat a cuſtode carce ris. Erat enim dominus cum Ioſeph, inquit, & defundebat ei ſuam miſericordiam, Quid eſt, Defundebat ſuam miſericordiã? Ad miſerationẽ inflectebat, & mire er ga illum beneuolentiã ſuam declarari curabat. Dedit enim ei gratiam coram illis. Vere nihil beatius eo qui dei gratiã habet. Dedit enim, inquit, præfectus carceris, carcerẽ in manu Ioſeph. Vide quomodo cuſtos carceris aliquid honoris ei defert, & autoritatẽ ei permittit, & omnes qui in carcere erant eſſe iubet ſub poteſtate eius Et neſciebat præfectus carceris aliquid. Omnia enĩ erãt in manu Ioſeph, eo quod dominus erat cum eo. Dominus proſpere agebat in manibus eius. Vide quomodo comitabatur eum perpetuo ſuperna gratia, & omnia quæ faciebat, erant plena gra tia. Hoc igitur & nos ſtudeamus vt nobiſcum ſemper habeamus dominum, vt quæ a nobis fiunt ab illo ꝓſperẽtur. Nã qui illius gratiã aſſequitur, & in medijs vinculis

exiſtens, rídebít, ac níhíl putabit omnía, domino omniũ faciente & díſponẽte cuncta, vt proſpere ſuccedant omnía. Quomodo autem poterimus nobíſcum habere dominum, ita vt ab ipſo ſecundentur omnia? ſiſobríj noſmetipſos attenderimus, & vígilantes fuerímus, & imitabimur iuuenis íllíus cõtinentiam, aliaſq; vírtutes ac fortem ſpíritum, vídebímuſq;, ꝙ ſic oporteat omnía díligẽter fíerí, ne forte a domíno cõdemnemur, neq; enim poſſibíle eſt, vt occultetur aliquíd ab oculo íllo, quí dormítare nequít. Verum neceſſe omnino eſt, vtís quí peccat, ſupplícíjs obnoxíus fíat itaq; ne maioris faciamus tímorem hominũ, quam indignatiõnem dei, ſed memores ſímus ſemper verborum Ioſeph dícẽtis. Quomodo faciam verbum hoc malũ. & peccabo coram domíno? Igítur quando nos cogítatío perturbat, hoc in mente verſemus verbum, & ſtatím effugíet omnís íllícita cõcupíſcẽtía, itaq; ſíue quís corporum cõcupíſcẽtía capíatur, ſíue alía quadam, ſtatím hoc verbũ cogítet, quod ílle eſt quí nos cõdemnet, a quo non eſt poſſíbíle nos occultarí, etíam quæ ín mẽte noſtra verſentur, & omnino effugíemus etiã díabolícas machínatíones, magnoq; adíutorío ſuperno íuuabímur, gratía & míſerícordía domíní noſtrí IESV CHRISTI cui cum patre & ſancto ſpíritu ſit gloria, ímperiũ & honor nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum. Amen.

CAPVT QVADRAGESIMVM.

FActum eſt aũt poſt verba hec peccauit prefectus pocillatorum regis Aegypti: et prefectus panificum domino ſuo regi Aegypti. Et iratꝰ eſt pharao duobus eunuchis ſuis prefecto pocillatorum ⁊ prefecto panificum: ⁊ poſuit eos in cuſtodiam in carcerem: in locũ ipſum: in quo tacebat Ioſeph. Et commẽdauit prefectus carceris Ioſepho eos ⁊ apposuit eis illos. Fuerant autem dies in carcere: ⁊ viderunt ambo ſomnium vna nocte Viſio autem ſomnij prefecti pocillatorum: ⁊ prefecti panificum: qui fuere regis Aegypti cum eſſent in carcere: erãt iſta: intrauit ad eos Ioſeph mane: ⁊ vidit eos: erãtq; turbati: ⁊ interrogauit eunuchos Pharaonis: qui erant ſecũ in carcere apud dominum ipſum dicens. Quid quod facies veſtre hodie triſtes? Illi autem dixerunt ei: ſomniũ vidimus: ⁊ nõ eſt qui coniectet illud. Dixit autem eis Ioſeph. Nonne per deum declaratio illorum eſt? Narrate igitur mihi. Et narrauit prefectus pocillatorum ſomnium ſuũ Ioſeph et dixit: in ſomno meo erat vitis coram me: ⁊ in vite tres propagines: ⁊ ipſa vireſcens proferebat germina: maturos racemos vue: ⁊ poculũ pharaonis in manu mea: et accepi boſtrũ: ⁊ expreſſi eum in poculum Pharaonis: et dedi poculum in manus Pharaonis. Et dixit ei Ioſeph. Hec eſt diiudicatio eius: tres ꝓpagines: tres dies ſunt: ⁊ adhuc tres dies: ⁊ memor erit Pharao prefecture tue ⁊ reſtituet te in prefecturam pincernatus tui: ⁊ dabis poculũ Pharaoni in manũ ſuam: ⁊ iuxta principatũ tuum priſtinum: vt eras vinũ infundes. Sed memor eſto mei per temetipſum quãdo tibi bene erit: ⁊ facies mihi miſericordiam: ⁊ memor eris mei apud Pharaonem: et educes me ex carcere hoc: quia furtiue obductꝰ ſum de terra Hebreorum: et hic nihil feci: ſed immiſerunt me in hunc lacum. Et vidit princeps panificum: quod recte diiudicaſſet: et dixit ad Ioſeph. Et ego vidi in ſomniũ. Et putabã tria caniſtra farine ferre ſuper caput meũ: et in ſummo autem canaſtro erat opus panificis ex omnibus generibus eorum: quibus res veſcitur: et volucres comederunt ea de canaſtra quod ſuper caput meum. Reſpondit autem Ioſeph et dixit ei. Hec eſt diiudicatio eius. Tria canaſtra tres dies ſunt: adhuc in tribus diebꝰ auferet Pharao caput tuum a te: et ſuſpendet te ſuper lignum: et comedẽt volucres celi carnes ate. Factum eſt autem die tertia die natalicio rum: erat Pharao: et faciebat convivium omnibus pueris ſuis: et recordatus eſt prefecture pocillatorum: et prefecture panificum in medio puerorum ſuorum: et reſtituit prefectum pocillatorum in prefe-

C

cturam suam: & dedit poculum in manum Pharaonis: principem autem panificum suspendit in ligno: sicut coniectarat eis Ioseph. Non recordatus est autem prefectus pocillatorum Joseph: sed oblitus est eius.

CAPVT QVADRAGESIMVM PRIMVM.

FActum est autem post duos annos dierū: Pharao vidit somnium: putabat se stare iuxta fluuium: & ecce quasi ex fluuio ascendebant septem boues pulchre specie: & electis carnibus: & pascebantur in graminoso: alie autem boues septem ascendebāt post illas ex fluuio turpes specie: & tenuibus carnibus: & pascebantur iuxta boues supra labium fluminis. Et comederūt septem boues turpes ac tenues carnib⁹: septē boues pulchras specie: & electas carnibus. Et ecce disparuerunt: eo quod ingresse sunt in vētres illorum. Excitatus autem est Pharao: & obdormiuit secundo: et ecce septem spice ascendebant in culmo vno electe & pulchre: alie autem septem spice tenues: & vēto corruptibiles pullulabant prope eas. Et absorbebant septem spice tenues & vento corruptibiles: electas illas septem spicas & plenas. Euigilauit autem Pharao: et erat insomnium. Factum est autē mane: et turbata est anima eius. Et misit: ac vocauit omnes diuinatores Aegypti: et omnes sapientes eius: et enarrauit eis Pharao somnium suum: et nō erat qui annunciaret pharaoni illud. Et loquutus est prefectus pincernarum ad pharaonem dicens: peccatū meum hodie recordor: pharao iratus fuit
E pueris suis: & posuit nos in custodiam in domo prefecti coquorum et mee et prefectum panificum: & vidimus vterq; insomnium in nocte vna et ego et ille: vterq; suum vidimus somnium. Erat autem ibi nobiscum adolescens puer Hebreus prefecti coquorum: et annunciauimus ei illud: et dijudicauit nobis. Factum est autem sicut ille nobis dijudicauit: ita et euenit: vt ego restituerer prefecturam: ille autem suspēderetur: pharao autem misit et vocauit Joseph: et eduxerunt eum ex munitione: et rasērunt eum: et mutauerunt vestem eius: et venit ad pharaonem. Dixit autem pharao ad Joseph In somnio vidi: et non est qui dijudicet illud: ego autem audiui dicentes de te: dijudicare te somnia que audieris. Respondit autem Joseph pharaoni: ac dixit: Absq; deo non respondebitur: quod salutare pharaoni. Dixit autem pharao ad Joseph inquiēs. In somno meo putabam apud labium fluminis stare: et quasi ex fluuio ascendere septem boues pulchra specie: et electis carnibus: et pascebantur in graminoso. Et ecce septem boues alie ascendebant post eas ex flumine: male & turpes specie valde: & tenues carnibus: quales: nō vidi in tota Aegypto turpiores: & deuorarunt septē boues turpes et macre: septem illas boues pulchras primas & electas et ingresse sunt in ventres earum. Et non apparuerunt. Factum est autem: quum intrauerunt in ventres earum: & facies earum turpes: sicut & principio. Euigilans autem obdormiui: & vidi iterum in somnio meo. Et ecce quasi septem aristē ascendebant
F in culmo vno plene et pulchre: alie autem septem spice tenues et vētō corruptibiles pullulabant prope illas: & absorpserunt septem aristē tenues et vento corruptibiles. septem spicas pulchras & plenas. Dixi itaq; diuinatoribus: & non fuit qui mihi illud annunciaret. Et dixit Joseph Pharaoni. Somniū Pharaonis vnū est: que deus facturus est mōstrauit pharaoni. Septem boues pulchre: septem anni sunt: et septem spice pulchre: septem anni sunt. Somnium pharaonis vnum est: et septē boues macre ascendentes post illas: septem anni sunt: & septem spice tenues & vento corruptibiles: septem anni sunt: & erunt septem anni famis. At verbum hoc: quod dixit Pharaoni. Omnia que deus facturus est monstrauit Pharaoni. Ecce septem anni venient in abūdantia magna: in omni terra Aegypti venient autē septem anni famis post illos: & obliuiscent satietatis future ei tota Aegypto: & cōsumet fames terrā: & nō agnoscet abun

dantia in terra pre fame futura posthec: valde enim grandis erit. Quod autem somnium secundo repetitũ Pharaoni: verũ erit verbũ quod a deo: & accelerabit deus vt faciat illud. Nunc igitur cõsydera virum prudentẽ ac intelligentẽ: & constitue eũ super Aegyptum: faciatq; Pharao: & cõstituat presides super terrã. Et accipiãt quintam partẽ Aegypti septem annorum abũdãtie: & colligãt omnia edulia septem annorum bonorũ illorum qui venturi sunt: & cõgregent frumentum sub manum Pharaonis: & edulia in ciuitatibus cõstituantur: et erunt edulia custodita in terra in septem annos famis: qui erunt in Aegypto: & nõ exterminetur terra in fame. Placuit autem verbum coram Pharaone: & coram omnib⁹ pueris eius. Et dixit Pharao omnibus pueris suis. Nonne inuenimus virum talẽ qui habet spiritum dei in se. Dixit autem Pharao ad Joseph. Quoniã ostẽdit tibi deus omnia hec: non est vir prudentior & intelligentior quã tu: tu autẽ eris in domo mea: & in ore tuo obediet omnis populus me⁹: verũtamen ego sellam tuam transcendam. Dixit autem Pharao ad Joseph. Ecce constituo te hodie super omnẽ terram Aegypti. Et extrahẽs Pharao annulum de manu sua circũposuit eum super manum Joseph: et induit eum stola byssina: & circumposuit torquem aureum circa collũ eius: & ascẽdere eum fecit super currum secundum se. Et promulgauit preco ante eum: & constituit eum super totam terram Aegypti. Dixit autẽ pharao ad Joseph. Ego Pharao: absq; te nemo mouebit manum aut pedem in terra Aegypti. Et vocauit Pharao nomẽ Joseph Phomthõphanech: & dedit ei Aseneth filiam Petephre sacerdotis Heliopoleos vxorẽ: Joseph autem erat annorum triginta: quando stetit coram Pharaone rege Aegypti. A

HOMILIA LXII. B

Reliquias eorum quæ heri dicta sunt, volumus hodie reddere charitatiue vestræ & iterum attingere historiam Ioseph. Scitis enim quod hesternus sermo profusior fuerit, & nõ potuimus vlteri⁹ progredi, sed sermoni finẽ impositum, quãdo propter Aegyptiæ calũniam ab archimagiro in carcerẽ est coniectus. Ideo hodie operæ preciũ fuerit, docere vestrã charitatẽ, quæ in carcere ei acciderint. Nam postquam in carcerẽ est iniectus, & traditus præfecto carceris, etiam illic tantã dei gratiam assequutus est, vt totius carceris principatus apræfecto carceris sibi concrederetur. Et nesciebat aliquid prefectus carceris propter ioseph. Vidisti quomodo in ipsis afflictionibus existens, aduersitatem ne sensérit quidem. Sed omnipotẽs sapiẽtia dei, omnia aspera vertebat in iucunda. Et sicut si quis margaritam in luto conculcet, eius demonstrat pulchritudinẽ, sic & virtus quocũq; eam proieceris suam declarat virtutem. etiam in seruitute. etiam in carcere, etiam in afflictione, etiã in prosperitate. Quia & in carcere illi cõsiliauit prefectũ carceris & super omnes qui ibi erãt potestatẽ accepit. Videamus & hic virtutẽ sibi concessæ gratiæ mãifestã. Factũ est enim (inquit) post verba hæc Qualia? quæ narrauit post factam calumniã postquã cõdemnatus est ĩ carcerẽ: & nõ hoc solũ, sed & postquã significatũ est nobis, quod dominus cũ eo fuerit, & quod prefectus carceris omnia quæ ibi erant cõmiserit, vt per eum administrarentur. Factum est (inquit) post verba hæc, postquã iniectus est in carcerẽ. Quum peccassent prefectus pincernarũ et prefectus panificũ, condemnati sunt a rege, vt in carcerẽ mitterẽtur, quos prefectus carceris ioseph commendauit. Neq; enim vt vincto vsus est illo, sed vt curarũ participe, immo vt eo, qui ibi detentorũ curas bene consolari queat. Et astitit eis, inquit, Quid est, astitit eis? hoc est, consolatus est eorum mẽtes, erexit eorum animos, & nõ permisit absorberi prę tristitia. Erant autem diebus multis in carcere, & viderũt vterq; insomniũ in nocte vna præfectus pincernarũ & præfectus panificum. Sed beat⁹ ille, cui curæ erat quomodo cõsolarẽtur illi, vt vidit eos ob visionem insomniorũ turbari, & mente confundi dicit. Cur facies vestrę hodie tão obnubilę & mœstæ? Ostẽdebãt enĩ faciem C

eorum íntus latẽtem turbationem. Propterea & ſapiens quídam dicebat. Corde lę
taste, exhílaratur facies, ín triſtítia autem exiſtente mœret. Igítur quía vidít eos trí-
ſtítia affectos propter ínſomniorũ viſionem, cauſam díſcere volens rogauít. Vide
D quomodo & in carcere exiſtens, ſuam declarauerít vírtutem, & alíorum mœrores
alleuíare ſtuduerít. Quíd ígitur íllí? ínſomniũ vidímus, & nõ eſt quí díjudícet íllud
Ignorabãt ſapiẽtiam eius cum quo loquebantur, ſed quaſi vulgarem alíquem exiſti
mabant, & propterea ſomniũ ei nõ dícũt, ſed tantũ quod víderint, & inquít, Nullꝰ
eſt quí díjudícet íllud. Verum admírabílis íllevír dícit eís. Nõne a deo manifeſtatío
eius eſt? Narrate ígitur mihí. Num a me promíttovobís alíquíd me dícturũ? Deus
eſt quí reuelat, Narrate ígitur mihí. Vide íntelligẽtiam & humílitatis excellẽtiam,
non díxit. Egovobís díjudíco, ego vobís dico ſomniorũ euẽtum, Sed quíd? Deus
enim eſt ſolus, quí talía reuelat. Et narrauít prę fectus píncernarũ, Vt autem audíuít
ioſeph ínquít, Hæc eſt díjudícatío eius. Tres propagínes, tres ſunt díes, & recorda
bitur Pharao tuæ píncernarũ prę fecturæ, & hínc reſtituet te, & dabís poculũ Pha-
raoní in manum ſuam iuxta priſtínmm offícium tuum, vt ſolebas vínum ínfundens
Sed recordare mei, quando tíbí bene erít, & facíes mihí míſericordíam, & memor
erís apud Pharaonem, & educes me ex carcere hoc, quía furtíue abduct' ſum ex ter
ra Hebræorum, & híc feci níhil, & immíſerunt me ín hunc lacum, Quía prædíxe-
E rat eí bona euẽtura, & reconcíliandum regem dícit. Memor eſto mei per temetíp-
ſum, quando felícitatem tuam obtinueris mẽtionem faciendo eius quí hæc tíbí præ
díxit, & facíes míſericordíam. Hoc audíẽs dilecte, ne condemnes puſillanímitatẽ
iuſti, ſed hac ratíone potíſſimũ obſtupeſce, quod tam fortiter & grato animo tulít
grauem íllam ínhabitatíonem. Nam licet magnam a cuſtode carceris poteſtatem
acceperít, attamẽ grauabatur ín tanto pudore cum ſordídis & luridís agendo. Nam
víde quam bene morata mente fuerít prædítus, quomodo fortíter tulerít omnía, in
omnibus magnam declarans anímí humílitatẽ. Et facíes (ínquít) ín me míſericor-
díam, & recorderis mei apud Pharaonẽ, & educes me ex carcere íllo. Attende ob-
ſecro hic, quomodo níhil dícat contra ſceleſtam íllam adulteram, neq; arguat do-
mínum, neq; narret fratrum ín ſe ínhumanítatem, ſed tectís omnibus dícit. Recor-
dare mei, & fac educí me ex carcere hoc, quía furtím abduct' ſum de terra Hebræo
rum, & híc níhil feci, ſed ímmíſerunt me in lacum íllum. Ne perfunctoríæ hoc præ
tereamus, ſed conſyderemus, quam bonís moríbus anima eius fuerít prędíta, quo-
F modo ínuenta oportunitate temporís, & ſciens quod prę fectus píncernarum ín feli
cem ſtatum reſtitutus poſſet omne negocium ſuum regi ſignificare, non Aegyptiã
reprehendít. Iterum enim eadem dícam, nõ domínum affert ín medíum, non dícit
cauſam, propter quam cõdemnatus ſit in carcerem, neq; ſcelus ín ſe cõmíſſum nar
rat, ſed hoc vnum curat, non vt íllos condemnat, ſed vt pro ſe ſolo dícat. Et fratrum
quidẽ cauſam adumbrabat dícens. Furto abductus ſum ex terra Hebræorũ. Quę
autem Aegyptía ílla fecerat, nõ profert ín medíum, neq; íníuſtam domíní ſuí erga
ſe indignatíonem. Sed quíd dícit? Hic feci níhil, ſed ímmíſerũt me ín carcerẽ hunc
Hæc audiẽtes díſcamus, ſi ín talía ínciderímus, vt caueamus cõuícijs íllos quí nos
íniecerunt, ínceſſere & ad occaſionẽ íllorum, línguam acuere, ſed ſolum demõſtre-
mus ín mãſuetudíne & mititate nos ín noxíos, & admíremur admírabílẽ, quía neq;
ín calamítate exiſtens voluit vel verbís petulãtiam & líbidínem Aegyptiæ ínuulga-
re. Scítis enim quod multí quũ de crímínibus arguũtur, magna ímpudẽtía in alíos
ſua delícta tranſferre nitũtur, Hic autem ſole clarior exiſtens, & potens omnía cũ
veritate dícere, & íllius ínſaníam manifeſtam facere, & ſemetipſum manifeſtíorem

dem ōstrare, nihil illorum in medium affert. Neq; enim humanā venabatur gloriā, sed sufficiebat ei gloria superna, & oculum illum qui non dormitat, habere volebat laudatorem factorum suorum. Ideo silente eo, & omnia obtegere moliente, miseri cors dominus in tantam eum gloriam duxit quando vidit athletam recte certasse. A Iam autem discamus & ex his quæ postea sequuntur viri sustinētiam, & quomodo non grauatim fert dilationem, neq; a sua alacritate excidit, sed magna gratitudine omnia fert & prompte gratias agit domino suo, qui hæc fieri permittebat, His auditis, princeps panificum, ratus & suum sibi somnium boni aliquid præsignare, narrat ei somnij visionem. Quodvt audijt Ioseph, accepta etiam ex superna reuelatione eius dijudicatione, prędicit illi interitum imminentem & dicit. Adhuc tres dies & auferet Pharao caput tuum a te, & suspēdet te in ligno, & comedēt volucres cœli carnes tuas a te. Propter hoc prius dicebam (inquit) quod nō a meipso vobis prędico, sed quæcūq; deus reuelauerit, vt siue bonum aliquid, siue malū pręsignet somniorum visio, non mihi ascribatur. Non enim a me hæc loquor, sed illa vobis declaro quæcūq; superna gratia mihi manifestarit. Cæterum quum adessent statuti dies opere impleta sunt quæ Ioseph dixerat, & sicut dijudicarat Ioseph ita cōtigit vtriq; Et ille quidem ad pristinam redijt securitatem, hic autem pœnam luit. Porro pre- B fectus pincernarum, qui tantam cōsolationē acceperat, non est recordatus ioseph sed ablitus est eius. Vide iterum iustum in palestra aliqua certantem, & suæ virtutis exhibentem specimina, nō perturbari neq; cōmoueri, neq; egre ferre. Nam si quis ex vulgaribus fuisset, dixisset fortassis ita intra se. Quid hoc rei? præfect⁹ pincernarum, sicut iudicaui ei somniorū visionem tam statim pristinam securitatem accepit & non est memor eius qui sibi prædixit: ille quidem solita felicitate fruitur, ego autem qui nihil mali operatus sum, hic concludor cum homicidis, cum furibus, cum latronibus cum his qui innumera mala commiserunt. Nihil horum vel dixit, vel cogitauit, sciebat enim, quod amplior cauea fieret in qua decertandū, vt legitime certando clariori redimeretur corona. Cōsydera, quomodo post restitutionem illius duo anni prętierierint. Oportebat enim expectari tempus oportunū, vt maiori cū gloria inde educeretur. Si quidem præfectus pincernarum ante somnia Pharaonis recordatus fuisset, fortassis autoritate sua eum liberasset, & non tam perspicua fuisset alijs eius virtus, Nunc autem omnipotens & sapiens deus sciens, sicut optimus artifex, quanto tempore in igne debeat aurum teneri, & iterum inde reduci, permit- C tit ad tempus duorum annorum præfectum pincernarum illius obliuisci, vt & tempus somniorū Pharaonis veniat, & compellente necessitate ipsa, iustus ille in toto regno Pharaonis notus fiat. Nam post duos annos vidit, inquit somnia Pharao, & factum est mane, & turbata est anima eius. Et misit & vocauit omnes coniectores Aegypti & omnes sapientes eius, & narrauit eius Pharao somnium & non erat annuciās Pharaoni. Vide multiplicem dei dispensationem, prius permittit omnes, qui ibi habebantur sapientes tentari vt demonstretur eorum ignorātia, & tandem hic vinctus, captiuus seruus, Hebræus in medīū adductus est, & nota facit multis ignota, quo omnibus manifestetur superna gratia in illo refulgēs. Cum omnes (inquit) sapiētes veniissent, & neq; dicere aliquid, neq; os aperire possent, tunc princeps pincernarū recordatus est ioseph. & recēsuit Pharaoni ea quæ sibi in carcere contigerant, Et inquit, Peccatū meū reminiscor hodie. Et narrat quō in carcerē cōiectus sit ipse, & prefect⁹ panificū, & viderint soia, & dijudicationē eorū a ioseph acceperint, & q̄ iuxta illi⁹ prędictionē euenerint oia. Hæc quum audisset rex, misit ad Ioseph, & Eduxit eum ex carcere & totonderunt eum, & mutauerunt vestimentum

eius & intrauit ad regem, Vide statim ab initio, quãtus nunc honor, Postquam enĩ purgatus erat per patiẽtiam, sicut aurum rutilãs, exijt de carcere, & ductus est ad regem, Vidisti quãtum sit a superna gratia adiuuari? Vide quãta dispẽsata sunt, vt res
D Iosephi complerẽtur. Nam postquã summũ illud certamẽ certasset, & scelestæ illius Aegyptiæ pedicas effugisset & in carcerem eius cõiectus esset, permisit vt præfectus pincernarũ et præfectus panificum Pharaonis per illud tempus in carcerem inij cerẽtur & per dijudicationem somniorũ discerẽt virĩ sapiẽtiam, vt nũc in tempore memoriam eius habẽs in medium ducat. Dixit autem (inquit) Pharao ad Ioseph, Somniũ vidi & nõ est qui dijudicet illud, ego autẽ audiui de te dicẽtes, quod audierint te sua dijudicasse somnia. Vide quomodo confusus Pharao, nõ dicit manifeste, quod nullus suorum sapiẽtium potuerit dijudicare somnia, Sed quid? Somnium vidi, & non est qui dijudicet illud, Audiuit autem de te dicẽtes, quod audierũt te sua somnia dijudicasse. Consydera obsecro, hic magnã prudẽtiam & pietatem Ioseph, quomodo Pharaoni respondeat, Ne suspiceris (inquit) me aliquid a me dicturum, vel iuxta humanã sapiẽtiam dijudicaturũ. Neq; enim possibile est sine re-
E uelatione quæ superne venit, talium noticiam habere. Scias igitur, quod absq; deo non iudicabitur quod salutare pharaoni. Vt igitur didicit, q̃ omniũ domin⁹ est qui reuelat, nõ ab hominibus quærit, quæ solius dei est manifestare. Vide quomodo responso suo docet Pharaonem, quam sint infirmi & inutiles sapiẽtes eius & quãta sit potẽtia dei, Igitur quoniam cognouisti ex me, quod neq; ex humana sapiẽtia, neq; ex propriis rationibus hęc loquor, dic quæ a deo tibi manifesta. Pharao vbi hæc audijt narrat somnia, & primum & secũdum, & inquit. Dixi cõiectoribus, & nõ erat qui annunciaret mihi. Non audisti (inquit) a me quod non est humanæ sapiẽtiæ talia significare? Ne igitur illis succenseas, nunquam enim poterũt talia comprehendere, quæ sunt solius reuelationis quæ superne datur. Et dixit ioseph insomniũ pharaonis vnum est, vt autem credas, quod verum erit quod a deo tibi prẽsignatum. Repetitum enim est secundo, vt tu videres quod facile hoc faciat deus. Repetitio enim (inquit) confirmatio est virorũ, & copiosior p̃batio, quod omnino hæc futura sint. Et postquam dijudicauit numerum septem boum, & septem spicarum & dixit magnam futuram abnndantiam, & quam grauis sequutura fames, consequẽter & optimum consilium affert & dicit. Constitue virum super Aegytum, qui possit collige-
F re fertilitatem septem annorũ, ac sic dispensare, vt possimus in tempore famis solatium iuenire, & non fiat omnimoda cõsumptio. Placuerunt hæc Pharaoni, & omnibus seruis suis. Et nunc seruit Pharao euentui somniorũ ioseph, quæ viderat quãdo apud patrem agebat. Et ipse quidem somnia Pharaonis dijudicabat. Pharao autem ad finẽ somniorũ euentũ ducebat ignorans. Nãvt hæc audiuit dixit seruis suis Nõ inueniemus hominẽ talem, qui habet spiritũ dei in semetipso. Vidisti quomodo cognouit & ipse, quod ex superna reuelatione hæc ei manifestata fuerint. Quomodo enĩ (inquit) inuenire poterimus, qui tantã cõsequutus sit gratiã, vt spiritũ dei in se habeat? Et dixit (inquit) ad ioseph. Quia mõstrauit tibi deus oĩa hæc non est homo prudẽtior quã tu. Attẽde hic quõ, quãdocunq; voluerit oĩpotẽs deus opere cõplere quæ sibi visa fuerint nihil eorum quæ in medio optare videtur, impedire potest. Ecce enim a fratribus factus erat (vt ita dicam) prope hostia, & merces, & iterũ merces, & accesserat calũnia in extremũ periculũ adducẽs & in carcerẽ tanto tempore, & posthæc omnia ferme in ipsum regis thronũ euectus est. Quoniã ostẽdit tibi deus hæc omnia, & nõ est homo prudẽtior & intelligentior te, tu eris sup domũ

meam, & in ore tuo audietur omnis populus, verūtamen throno ego te antecellam Vide quomodo captiuus repente cōstituitur rex totius Aegypti, & qui ab archimagiro in carcerem coniectus est, a rege in summū locum exultatus est, Et qui fuerat eius dominus repente vidit quem vt adulteriū in carcerem miserat, totius Aegypti susA cepisse imperium. Vidisti quātum sit, ferre cum gratiarum actione tētationes? propterea & paulus dicebat, Afflictio patiētiam operatur, patientia probationem, probatio spem, spes nō pudefacit. Vide igitur, Afflictiones patiēter tulit, patiētia probatum eum fecit, probatus factus in magna spe agebat spes nō pudefecit. Dixit autem ad eum, Ecce cōstituo te hodie super omnē terram Aegypti. Et Pharao ablato annulo de manu sua, posuit eum ī manu Ioseph, īduitq; eum veste byssina, & circundedit collum eius ramo aureo, & fecit eum ascendere super currum secundum sibi proximum, Et promulgauit coram eo præco, & constituit eum super totam Aegyptum. Nam deus quem habebat secum, ei omnia bene disposuit, & eum in tantam claritudinē euexit. Dixit autem Pharao. Absq; te nullus leuabit manum suam in omnem terram Aegypti. Et vocauit Pharao nomē Ioseph Psomthomphanech appellatione nominis volens sapiētiam eius perpetua memoria testatam, hoc enim B significat, occultorū cognitor, eo quod omnibus occulta manifestauit, propterea ex his quæ facta sunt, appellationem ei imponit. Et vt accumulet honorem dat ei filiam Petephræ in vxorem. Deinde quia eiusdem nominis erat cum domino suo dicit sacerdotis Heliopoleos. Et vt discam? in qua etate fuerit admirabilis ille, qui tantam assequutus mercedem, & tanta certamina ostendit (inquit) Ioseph autem erat triginta annorum, quādo stetit coram Pharaone. Ne temere putemus assignatum esse numerum annorum, sed discam?, quod negligenti virtutem nulla sit excusatio, neq; enim licet alicui obijcere iuuentutem vbi virtus exercenda est, Ecce ille nō solum iuuenis erat, sed etiam pulcher specie & formosus facie. Cōtingit enim iuuenē esse, & nulla corporis pulchritudine prædītum. Hic autem cum iuuentute & pulcher erat facie, & quasi in ipso iuuentutis flore seruus & captiuus factus est. Decem enim & septem habebat annos quando deductus est in Aegyptum. Deinde in ipsa fornace iuuētutis calumniatus est eum petulans Aegyptia domina eius, & neq; sic superatur fortitudo iusti, deniq; in carcere tāto tempore ærumnosus fuit, et mansit quasi adamas, non solū non factus infirmior, sed et plus roboris assumpsit. Habuit enim solidam tem se supernam gratiam. Quoniam prius quod suum erat, totum at- C tulerat & propterea e carcere ad principatū totius Aegypti accersitus est. Hæc audientes in afflictionibus animū nunquā despondeamus, neq; proprias rationes sequentes morosi simus & difficiles, sed magna patiētia clari spe bona foueamur, sciētes omnipotentiam domini nostri, & quod sinens nos experiri aspera nō relinquit sed vult vt certantes clariori corona cingamur. Ita omnes sancti probati sunt, propterea & apostoli dicebant. Per multas afflictiones oportet nos in regnū dei intrare. Et ipse CHRISTVS discebat discipulis suis in mundo afflictionem habebitis Ne igitur mœreamus in afflictionibus sed audiamus Paulum dicētem quod volentes viuere pie in CRISTO IESV persecutionē patiūtur. Et ne admiremur, neq; ægre feramus, sed omnia cum fortitudine & patientia toleremus, non ad afflictiones respicientes, sed ad lucrum quod inde congregamus. Spiritualis enim quædam negociatio est. Et sicut qui pecunias colligere volūt, & huius seculi negociationem exercent, non aliter possunt augere suas opes, nisi multa pericula terra mariq; sustinuerint. Necesse enim vt ferant latronum & piratarū insidias. Attamē omnia magna alacritate suscipiunt, & ob expectationē lucri vix sentiūt amara quæ ferūt. Eo-

dem modo & nos cogitantes diuitias & ſpirituales merces quæ nobis hic colligere licet, oportet gaudere & exultare & nō contemplari quæ vidētur, ſed quæ nō vidē tur. Sicut & Paulus admonet dicens. Non cōſyderātibus nobis ea quæ vidētur. Fi dei enim eſt, nō corporalibus oculis contentos eſſe, ſed oculis mentis imaginari ea D quæ non videnu. Nam illa fide digniora credenda ſunt quod ea quæ corporalibus oculis videntur, Sic patriarcha gratus fuit deo, quia credidit promiſſioni dei, & ſuperior natura factus & humanis rationibus, ideo & reputatum eſtei in iuſtitiam. Conſydera quod iuſtitia eſt credere his quæ a deo dicuntur. Quando enim ille aliquid promiſerit, non mihi iuxta humanam conſequentiam res expende, ſed ſuperior rationibus illis fias, & confide eius qui promiſit virtuti. Ita vnuſquiſq; iuſtorum probatus fuit, ita & admirabilis ille Ioſeph, cum tanta inter inſomnia fuerint impedimenta, nō turbatus eſt animo non commotus eſt ſed robuſta mente fortiter tulit omnia, ſciens quod nō ſit poſſibile, ea quæ deo viſa ſunt non euenire. Ideo & poſt ſeruitutem, & poſt carcerem & tantam calumniā principatum ſuſcepit Aegypti. Hæc igitur omnia cogitantes fortiter ſuſcipiamus ea quæ inferūtur, gratiaſq; agamus pro omnibus miſericordi deo, & eius expectemus opitulationē. Quod nobis omnibus concedatur gratia & miſericordia domini noſtri IESV CHRISTI. cui cum patre & ſanctoſpiritu ſit gloria, imperium, honor nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum Amen.

EX CAPITE XLI

E

EXiuit autē ioſeph a facie Pharaonis: et tranſiuit per omnem terrā Aegypti. Et protulit terra annis ſeptē: fertilitatis manipulos. Et congregauit omnia edulia ſeptē annorum: in quibus erat abūdātia in terra Aegypti. Et poſuit edulia in ciuitatibus: edulia agrorū ciuitatis in circuitu eius: & repoſuit in ea. Et congregauit ioſeph frumētum velut arenam maris valde multā: adeo vt numerari non poſſet non enim erat numerus. Nati autē ſunt filij duo Joſepho priuſq; veniret ſeptē anni famis: quos peperit ei Aſeneth filia petephre ſacerdotis Heliopoleos: vocauit autem Joſeph nomē primo geniti Manaſſe dicens. Obliuiſci me fecit deus omnium laborum meorū: & omnū que ſunt patris mei. Nomē autē ſecūdo vocauit: Ephraim dicens. Creſcere me fecit deus in terra humilitatis mee. Trāſierūt autē anni ſeptem abundantie qui fuerunt in terra Aegypti: & ceperunt ſeptē anni famis venire: ſicut dixit Joſeph. Et facta eſt fames ſuper omnem terram. In omni autem terra Aegypti non erant panes: & fame laborabat omnis terra Aegypti. Clamauit autem F populus ad pharaonē pro panibus. Dixit autem pharao omnibus Aegyptijs: ite ad ioſeph: & quod vobis dixerit facite. Et fames erat ſuper faciē omnis terre. Aperuit autem Joſeph omnia horrea: & vēdebat omnibus Aegyptijs & omnes prouincie venie bant in Aegyptum: emere apud Joſeph. Inualuerat enim fames ſuper omnem terram.

CAPVT QVADRAGESIMVM SECVNDVM.

VT autem ſciuit Jacob: quod eſſet venale frumentum in Aegypto: dixit filijs ſuis. Ut quid pigri eſtis? ecce audiui: quod ſit in Aegypto frumentum: deſcendite illuc: & emite nobis inde pauca edulia: vt viuamus et non moriamur. Deſcenderūt autem fratres Joſeph decem: vt emerent frumentum ex Aegypto. Beniamin autem fratrem Joſeph: nō miſit cum fratribus ſuis dixit enim. Ne forte eueniat ei contritio in via. Venerunt autem filij Iſrael in Aegyptum: vt emerent frumentum cum venientibus. Erat enim fames in omni terra Chanaan: Joſeph autem dominabatur terre: ipſe vendebat omni populo terre. Vbi vero venerunt filij Iſrael: adorauerunt eum ſuper faciem

suam super terram. At Joseph quum vidisset fratres suos: agnouit. et alienabatur ab eis et loquutus est eis dura: dixitq; eis. Unde venistis? Illi autem dixerũt. Ex terra Chanaan. vt emamus edulia. Agnouit autem Joseph fratres suos: ipsi vero non agnouerunt illum. Et recordatus est Joseph somniorũ suorum que viderat ipse: et dixit eis. Exploratores estis. vt cõsideretis vestigia regionis: venistis? Illi autem dixerunt. Non domine. Pueri tui sumus et venimus vt emamus edulia. Omnes enim filij sumus vnius hominis. pacifici sumus: non sunt pueri tui exploratores. Dixit autem eis. Non: sed vestigia terre videre venistis. Illi vero dixerunt. Duodecim sumus pueri tui: fratres in terra Chanaan. et ecce minimus natu apud patrem nostrũ hodie: alter autem nõ est. Dixit autem eis Joseph. Hoc est quod dixi vobis dicens q̃ exploratores sitis in hoc videmini. Per salutẽ Pharaonis: non exibitis hinc: nisi frater vester iunior veniat huc. Mittite ex vobis vnum et accipite fratrem vestrũ: vos autem vincti eritis donec fiant manifesta verba vestra: num vera dicatis vel nõ. sin minus. p̃ salutem Pharaonis vtiq; exploratores estis. Et posuit eos in custodia dies tres. Dixit autem eis die tertio. Hoc facite: et viuetis. Ego enim deum timeo. Si pacifici estis: vnus fratrũ vestrorum teneatur in custodia. ipsi autem ibitis: et adducite emptionẽ frumenti dati vobis: et fratrem vestrum iuniorem adducite ad me: et credẽtur ẏba vestra. quod si min⁹ moriemini. Fecerũt autem sic. et dixerũt singuli ad fratres suos. Merito. In peccato enim sumus propter fratrem nostrũ. quoniã despeximus afflictionem' anime eius quum deprecaretur nos: et non exaudiuimus eum. ꝛ propterea venit super nos afflictio illa. Respõdit autem Ruben et dixit eis. Nonne dixi vobis sermonem: ne iniuria afficiatis puerum. et non exaudiuistis me: et ecce sanguis eius exquiritur. Ipsi autem nesciebant q̃ audiret Joseph: eo q̃ interpres inter eos erat. Auersus autem ab eis: fleuit Joseph: et iterum accessit ad eos: et dixit eis. Et accepit ab eis Symeonem et vinxit eum coram eis. Mandauit autem Joseph vt implerẽtur vasa eorum frumento: et redderent eis pecunie in saccum vnuscuiusq; et daretur eis pabulum sufficiens in viam. Et factum est eis sic. Et impositio frumento sup asinos suos: abierunt inde. Vt autem soluit vnus saccum suum: vt daret pabulum asinis suis: vbi diuerterunt. vidit ligaturam pecunie sue ꝛ erat sup os sacci: et dixit fratribus suis. Reddita mihi est pecunia et ecce hec in sacco meo. Et obstupuit cor eorum: et turbati sunt inter se dicentes. Cur hoc fecit deus noster? Venerunt autem ad Jacob patrẽ suum in terram Chanaan: et annũciauerunt ei omnia que contigerant eis: dicentes. Loquutus est homo domin⁹ terre ad nos dura: et posuit nos in custodiam quasi exploratores terre. Diximus autem ei. Pacifici sumus: non sumus exploratores. duodecim fratres sumus filij patris nostri. vnus non superest: minor autem cum patre nostro hodie in terra Chanaan. Dixit autẽ nobis homo dñs terre. In hoc cognoscam q̃ pacifici sitis. Fratrem vestrum sinite vnum hic mecum: emptum autem frumentum datum in domum vestram accipientes: abite et adducite ad me fratrem vestrum minorem: et sciam q̃ non sitis exploratores: sed q̃ pacifici sitis et fratrem vestrum reddam vobis. et in terra negociemini. Factum est autem dum euacuarẽtur sacci eorum. et erat vnicuiq; ligatura pecunie sue in sacco suo: et viderunt ligaturas pecunie sue ipsi et pater eorum: et timuerunt. Dixit autem eis Jacob pater eorum. Me sine liberis fecistis. Joseph non est. Symeon non est et Beniamin accipietis. Super me facta sunt hec omnia. Dixit autem Ruben patri suo: dicens. Duos filios meos occide si non adduxero eum ad te. Da eum in manus meas: et ego adducam eum ad te. Ille autem dixit. Non descendet filius meus vobiscum: quia frater eius mortuus est: et ipse solus relictus est. et continget eum perire in via qua ibitis: et deducetis meam senectam cum merore ad infernum.

CAPVT QVADRAGESIMVM TERIVM.

FAmes autem inualuerat super terram. Factum est autem quando cō-
summauerūt comedendo frumentum quod tulerant ex egypto: et dixit
eis pater eorum. Iterum ꝓficiscamini: et emite nobis pauca edulia. Di-
A xit autem ei Judas dicens. Testando testatus est nobis dominꝰ ter-
D re dicens. Non videbitis faciem meam nisi frater vester iunior vobiscū
veniat. Itaq; si dimiseris fratrē nostrū nobiscum: descēdemus et ememus tibi edu-
lia si autē non dimiseris fratrem nostrū nobiscum: non ibimus. Homo enim ille dixit
nobis. Non videbitis faciem meam nisi frater vester iunior vobiscū sit. Dixit autē
israel. Quid afflixistis me annūciantes homini q̄ sit vobis frater? At illi dixerunt.
Rogans rogauit nos homo et generationē nostram dicens. Num adhuc pater ve-
ster viuit? vnum est vobis frater? Et annūciauimus ei iuxta interrogationem hanc
Nesciebamus q̄ dicturus esset nobis: adducite fratrem vestrum. Dixit autem Ju-
das ad israel patrem suū. Mitte puerū mecum: ac surgamus et eamus vt viuamus
et non moriamur et nos et tu et substantia nostra. ego autem accipiā eum: de manu
mea require eum: nisi adduxero eum ad te et statuero eum contra te: peccauerim in te
omnib⁹ diebus. Nisi tardiores fuissemus: iam vtiq; bis reuersi fuissemus. Dixit au-
tem eis israel pater eorum. Si sic est: hoc facite. Accipite de fructibus terre in va-
sis vestris: et deferte homini dona resine et mellis: thymiama et stacten et therebin-
thum: et amigdala. Et pecuniā duplicem accipite in manibus vestris: pecuniā red-
E ditam in saccis iterum portate vobiscum: ne forte ignorantia sit. et fratrem vestrū ac
cipite et surgite: ac descendite ad hominē. Deus autem meus det vobis gratiam co
ram homine: et remittat fratrē vestrum vnum et Beniamin. Ego enim liberis orba
tus sum: liberis orbatus sum. Descenderūt autem viri: et dona illa et pecuniam du
plicem acceperunt in manus suas. et Beniamin. Et surrexerunt et ascenderunt in
egyptum: et steterunt ante Joseph. Vidit autem ioseph illos et Beniamin fratrem
suum vterinum. et dixit ei qui domui sue preerat. Introduc homines in domum: et
macta hostias: et prepara. mecum enim comedent homines panes meridie. Fecit au
tem homo sicut dixit Joseph: et introduxit viros in domum Joseph. Vt autem vi-
derunt viri q̄ introducerentur in domum Joseph: dixerunt. Propter pecuniam.
que reddita in saccos nostros prius nobis introducimur vt calūnias nobis paret et
imponat nobis: vt redigat nos in seruos et asinos nostros. Accesserunt autē ad vi-
rum qui domui ioseph preerat: et locuti sunt in porticu domus dicētes. Oramus do
mine: descendimus primū vt ememus frumenta. Factum est quādo venimus in di-
uersorio. et aperuimus saccos nostros: et pecunia illa sua in singulorum saccis. Pe
F cuniam vestrā in pondere referimus nunc in manibus nostris: et pecuniā aliam at-
tulimus nobiscum vt emeremus frumēta. Nescimus enim quis miserit nobis pe
cuniam post manus in saccos nostros. Dixit autem eis. Propitius vobis: ne time-
atis: deus vester et deus patrum vestrorū dedit vobis thesauros in saccis vestris:
et pecuniā vestram probatā teneo. Et eduxit ad eos Symeonē et attulerūt aquam
ad lauandos eorum pedes: et dedit pabulum asinis eorum. Adornauerūt autē do-
na vsq; dum veniret ioseph meridie. Audiuerūt autem q̄ illic pransurus esset. In-
gressus est autem ioseph in domū: et obtulerunt ei dona que habebāt in manibus su
is in domum: et adorauerunt eum ante faciem super terrā. Rogauit autem eos: quo
modo habetis? Et dixit eis. Valet ne pater vester senior: quem dicebatis adhuc vi
uere? Illi autem dixerunt. Sanus est puer tuus pater noster: adhuc viuit. Et dixit
Benedictus homo ille deo. Et inclinantes adorauerūt eum. Respiciens autem io-
seph oculis vidit Beniamin fratrē suum vtermū: et dixit. Hic est frater vester iuni-
or: de quo dixistis michi adducturos vos. et dixit. Deus tui misereatur fili. Turba-
tus est autem ioseph. Cōmouebātur enim viscera eius super fratre suo: et querebat
vt fleret. Ingressus est autem in promptuariū fleuit ibi. Et lota facie egressus con
fortatus est. et dixit. Apponite panes: et apposuerunt ei solī: et illis seorsum: et egy-
ptijs qui simul cenabant cum eo seorsum. Non enim potuerūt egyptij simul vesci cū

Hebreis panes. Abominatio enim est egyptijs omnis pastor ouium. Sederũt autem coram eo p. imcgenitus secũdum senium suum. et iunior secundum iuuentutẽ suam. Obstupuerũt autem viri singuli erga fratrem suum. Tulerunt autem partes suas ab eo ad illos. Maior autem facta est portio Beniamin supra portiones omniuꝫ quinta parte q̃ illorum. biberunt autem ⁊ inebriati sunt cum eo. A

CAPVT QVADRAGESIMVM QVARTVM.

Et mandauit Joseph ei qui domui sue preerat: dicens. Implete saccos hominum illorum edulijs que poterint ferre: et inijcite vnicuiq; pecuniam in os sacci: et poculum meum argenteum immittite in saccum iunioris: et precium frumenti eius. Factum est autem iuxta verbum Joseph: sicut dixit. Diluculum autem infulsit: et viri emissi sunt ipsi et asini eorum. Quum autem exiuissent ciuitatem: non aberant ꝓcul: et Joseph dixit ei qui domui sue preerat: inquiens. Surge: et persequere viros illos: et argues illos ⁊ dices illis. Quare retribuistis mala pro bonis? quare furati estis poculum meum argẽteum? Nonne hoc est in quo bibebat domin⁹ meus? ipse autem diuinãdo diuinat in eo. male perfecistis que admisistis. Quum autem inuenisset eos vir: dicit eis secũdum verba hec. Illi autem dixerunt ei. Ut quid loquit dominus secũdum verba hec? Absit hoc: vt serui tui faciant iuxta verbum hoc. Nam qui pecuniam quam in saccis nostris inuenimus: reportauim⁹ ad te de terra Chananeoꝝ quo pacto furaremur de domo domini tui argẽtum vel aurũ? Apud quem pueroꝝ tuorum inuentum fuerit poculum moriatur: et nos serui erimus domino nostro. Ille autem dixit. Et nunc sicut dicitis: ita erit. Homo apud quem inuentũ fuerit poculum: ipse erit meus seruus. vos autem eritis mundi. Et festinarunt ⁊ detraxerunt singuli saccum suum in terram: et aperuerunt singuli saccum suum. Scrutatus est autẽ apud seniorem incipiẽs: donec veniret ad natu minimũ. et completo eo inuenit poculum in sacco Beniamin. Et disruperunt vestimenta sua ⁊ imposuerunt singuli saccum suum super asinos suos: et reuersi sunt in ciuitatem. Ingressus est autem Judas et fratres eius ad Joseph. cum ille adhuc ibi esset: et ꝓciderunt coram eo super terram. Dixit autem eis Joseph. Cur hanc rem fecistis? nescitis q̃ diuinãdo diuinare solet homo: qualis ego. Dixit autem Judas. Quid cõtradicemus. vel quid loquemur domino: vel quo iustificabimur? Deus autem inuenit iniusticiã seruorum tuorum. Ecce sumus serui domĩo nostro: et nos ⁊ is apud quem inuentũ est poculum. Dixit autẽ Joseph. absit absit vt fiat verbum hoc. Homo apud quẽ inuẽtum est poculum ille erit puer meus. Vos autem ascendite cum salute ad patrem vestrum. Appropinquauit autem Judas et dixit. Oro domine loquatur seruus tuus verba coram te: et ne irascaris seruo tuo: quoniã tu post Pharaonẽ es. Domine tu interrogasti pueros tuos dicens. Num habetis patrem vel fratrem? Et diximus domino. Est nobis pater senior et puerum senectutis iuuenẽ habens: ⁊ frater eius mortuus est. Ille autem solus relict⁹ est matri sue puer autem eum dilexit. Dixisti autem pueris tuis. Deducite illum ad me: et curam eius habebo. Et diximus dño. Non poterit puerũ derelinquere pater. quod si reliquerit patrẽ: morietur. Tu autẽ dixisti seruis pueris tuis. Nisi descendat frater vester iunior vobiscum: non apponatis vt videatis faciem meam. Factum est autem quãdo ascendimus ad puerum tuũ: patrem autem nostrũ: annũciauimus ei verba domini. Dixit autẽ nobis pater noster. Ite iterum. emite nobis pauca edulia. Nos autem diximus. Non poterimus descendere. si autem frater iunior noster descenderit nobiscum: descendemus. Non enim poterimus videre faciem hominis: si frater iunior non fuerit nobiscum. Dixit autem pater noster puer tuus: nobis. Vos scitis q̃ duos peperit michi vxor. et exiuit ille a me: et dixistis michi q̃ a bestijs deuoratus sit: et non vidi illum vsq; nunc. Si igitur acceperitis ⁊ illuꝫ a facie mea: et accidat ei aduersitas in via: ⁊ deducetis senectutẽ meã cum merore ad infernũ. Nunc igitur si ingrediar ad puerũ tuum: pa-

B

C

trem autē nostrū: et puer non fuerit nobiscū: anima autē eius pēdet ab illius aīa. et erit cum viderit ipse: q̄ nō sit puer nobiscū: morietur. et deducent pueri tui senectutē pueri tui patris autem nostri: cum dolore in infernū. Puer enim tuus pater noster exquisiuit puerū a me: qui dixit ei. Nisi ducā ipsum ad te: et statuā illum coram te: pec
D cauerim in patrē omnibus dieb⁹. Nunc igitur manebo apud te seruus ꝓ puero domesticus mei domini. puer autem redeat cum fratribus. Quomodo enim ascēdam ad patrē: quum puer nō sit nobiscum? vt non videā mala que inueniēt patrē meum.

CAPVT QVADRAGESIMVM QVINTVM.

ET non potuit Joseph vltra cōtinere omnib⁹ se circūstantibus dixit. Dimittite omnes a me. Et non assistebat quisquā corā Joseph quādo notus fiebat fratrib⁹ suis. Et emisit vocē cum fletu. Audiuerunt autem omnes Egyptij: ⁊ auditum fecerunt in aures Pharaonis. Dixit autē Joseph ad fratres suos. Ego sum Joseph. viuit adhuc pater meus? Et nō potuerūt fratres eius respōdere ei. turbati enī sunt. Dixit autē Joseph ad fratres suos. Appropiate ad me. et appropiarūt. Et dixit Ego sum Joseph frater vester quem vēdistis in Egyptum: igitur ne cōtristemini nūc: nec durum vobis appareat q̄ vēdidistis me huc: in vitam enim misit me dn̄s
E coram vobis. Hic enim secūdus annus famis sup terram: et adhuc quinq̄ alij anni sunt in quibus nō erit aratio neq̄ messis. Misit enim me deus ante vos: vt relinqueret vobis reliquias sup terram et enutriat vestras magnas reliquias. Nunc igitur vos me huc nō misistis: sed deus. et fecit me vt patrē pharaonis et dn̄m totius domus ei⁹ et principē totius terre Egypti. Festinate igitur ⁊ ascēdite ad patrē meum. et dicet ei. Hec dicit filius tuus Joseph. Fecit me deus dn̄m totius terre Egypti. descēde igitur ad me: et ne maneas: et habitabis in terra Gessem Arabie. ⁊ eris in terra mea tu et filij tui: et filioꝝ tuorum: oues tue ⁊ boues tui et om̄ia tua: et enutriā te illic. Adhuc enim q̄nq̄ annis fames erit sup terrā: vt nō delearis tu et filij tui et oēs substātie tue. Ecce oculi vestri vidēt ⁊ oculi Bēiamin fratris mei q̄ os meū loquat̄ vobiscū. Annūciate igitur patri meo oēm gloriā meā que in Egypto. ⁊ quecūq̄ vidistis: ⁊ festinātes deducite patrē meū huc. Et quū accidisset in collū Bēiamin fratris sui: fleuit sup eo. et Beniamin fleuit sup collū eius: et osculatus oēs fratres suos: fleuit sup eos. Et post hec locuti sunt fratres ei⁹ ad eū. Et celebratū est in domo Pharaonis a dicētibus: venerūt fratres ioseph. letat⁹ est autē pharao et familia eius. Dixit aūt pharao Joseph. Dic fratribus tuis. hoc facite: implete vehicula
F vestra frumēto ⁊ abite in terrā Chanaan et assumptis patre vestro et substātijs vestris venite ad me: et dabo vobis oē bonū Egypti: et comedetis medullā terre. Tu autē p̄cipe hec vt accipiāt sibi currus ex terra Egypti pueris vestris et vxorib⁹ vestris: et assumpto patre vestro aduenite: et ne dimittatis oculis quicq̄ supellectilis vestre. Omnia enim bona Egypti vestra erunt. Fecerunt autem sic filij israel Dedit autem Joseph eis currus iuxta dicta pharaonis regis Egypti et dedit eis pabulum in viam: et omnib⁹ dedit duplices stolas. Ipsi autē Beniamin dedit trecentos aureos: et quinq̄ mutatorias stolas: et patri suo similiter et decē asinos ferētes de omnibus bonis Egypti: et decē mulas ferentes patri suo panes in via. Emisit autē ioseph fratres suos. ⁊ profecti sunt: et dixit eis. Ne irascimini in via.

HOMILIA. LXIII.

VVltis vt & hodie historiam Ioseph tractemus, & videamus quomodo vir ille suscepto totius Aegipti principatu, concessa sibi intelligentia, omnes cōsolatus fuerit? Exiuit enim (inquit) a facie Pharaonis, & trāsiuit per omnē terram Aegypti, & fecit terra annis septem fertilitatis manipulos, & congregauit frumentum sicut arenam maris. Suscepta

prius a rege potestate omni, collegit (inquit) prouentus, & in ciuitatibus reposuit, prouidens iam multo antea, quo futuræ penuriæ succurri possit. Vidisti quales retributiones fortitudinis & patiētiæ, & aliarum virtutū etiam hic acceperit iustus, a vinculis transiens? Fuerunt autem filij (inquit) prius q̄ aduenirent anni penuriæ, & vocauit nomen prioris Manasse, quoniā obliuiscī me fecit deus omniū laborum meorū & omniū quę sunt patris mei. Attende hic viri religionem & pietatē, quoniā vocabulo filij memoriam omniū indidit, vt perpetuo gratias ageret, & qui ex eo nat⁹ erat, propter suam appellationē scire possit certamina & patientiā, quæ iustus perferens in tantā peruenerit gloriā, quod obliuiscī fecit omniū laborum meorū, & omnium quę tulerit pater meus. Quid est, omniū laborum meorum & patris mei? Hic coniectare mihi videtur primā & secundā seruitutem, & miseriam quam in carcere tulit. Et omniū quæ tulit pater meus segregationē significat, quā sustinuit abreptus ab vlnis paternis, quādo in immatura ætate tam liberaliter educatus, libertatem seruitute cōmutauit, Et nomen secūdi vocauit Ephraim, quia crescere fecit me deus in terra humilitatis meę. Vide & huius nomen gratiarū actione plenum. Non solum enim (inquit) aduersitatis oblitus sum, sed & magnificatus sum in terra in qua tantā sustinui humilitatē, vt pote in extremis periculis etiam de vita anxius fui. Verū nūc dignum est audire quæ sequūtur, Nam post fertilitatē septem annorū venerūt & septem anni penuriæ & famis, iuxta prędictionē Ioseph. Rerum enim euentus omnibus, cōcessam viro sapientiā detegebat, faciebatq; vt omnes eius videndi desiderio tenerētur. Et cum fames valida facta esset, primū penuriam sentire nō permisit, In omni enim terra ægyptiorum erant panes. Sed cum molestia famis increscēret, clamauit populus ad Pharaonē, magna pressus indigentia, a fame enim coacti, ad regem cucurrerūt. Porro vide huius beneuolentiā. Dixit autem egyptijs, Ite ad Ioseph, & quicquid dixerit vobis, facite, quasi diceret, Quid me vrgetis, nō videtis q̄ ego tantum regis habitum gesto, ille vobis salutis autor factus sit? Ne igitur illo relicto ad me curratis, sed abite ad illum, & quæcunq; dixerit vobis facite. Aperuit autem Ioseph horrea & vendidit ęgyptijs. Et quoniā omnes depascebatur famis necessitas, Omnes (inquit) prouincię veniebant in ægyptum, vt emerent frumentū, Inualuerat enim (inquit) fames sup oēm terrā. Vide obsecro, qualē euentū accipiant somnia Ioseph. Nam vbi fames inualuit, venit etiam in terrā Chanaan, in qua habitabat Iacob huius pater, qui post q̄ intellexit ibi frumētum venūdari, dixit (inquit) pueris suis. Quare negligitis? Ecce audiui q̄ frumētum sit in ęgypto, Descendite vt comparetis nobis pauca cibaria, vt viuamus & nō moriamur. Quid (inquit) hic sedetis? abite in ęgyptum, & alimenta nobis afferte. Hec autem omnia facta sunt vt visioni seruirent fratres Ioseph, & interpretationē somnij quod dijudicarūt. quum audirent Ioseph somnū narrantē, implerent. Descēderūt autē decē fratres & Beniamin non acceperūt, qui erat frater ioseph ex eadē matre. Dicebat enim pater eius, ne forte accidat ei contritio, parcens ei eo q̄ ætate immatura erat. Venerunt autem & Ioseph sicut principem Aegiptij adorauerūt super faciem suam in terra. Et nūc ignorantes quidem omnia faciunt, Et quia multum temporis intercesserat, faciem fratris non agnouerūt. Verisimile enim est iuuenem olim nunc immutatū faciei suę effigiæ, idq; totum opinor diuine dispensatiōis fuisse, ita vt nō potuerint vel ex sermone vel ex aspectu fratrem agnoscere, Vnde enim vnq̄ in hanc opinionem venissent? Etenim putabant eum apud Ismaelitas factum seruū, seruireq; apud barbaros, vnde non agnouerūt Ioseph. Ipse statim vt vidit, agnouit eos: & vt ignoraretur studuit, eisq; quasi alienis loquutus est. Abalienabat enim se ab eis, & loquut⁹ est eis du-

A

B

C

ra, & dixit. Vnde veniſtis? Simulat omnimodã ignorantiam, vt omnia diligẽter ab eis diſcere queat. Deſiderabat enim ſcire de rebus patris & fratris. Et primũ quęrit ex qua regione ſint, & dicunt. Ex Chanaan, vt emamus frumẽta. Famis (inquit) ne ceſſitas in cauſa eſt, quare id itineris cõfecimus, & ꝓpterea relictis propriis huc venimus. Et recordatus eſt (inquit) Ioſeph ſomniorũ quæ ipſe viderat. In mentem venerunt ei ſomnia, & videbat euenire ea. Volens diligenter omnia diſcere, magna cũ auſteritate eis reſpõdet, & dicit Exploratores eſtis. & ad conſiderãda veſtigia terrę veniſtis. Non recta (inquit) mente adueniſtis. Videmini arte & malignitate quadã huc profecti. Illi autem anxij dixerũt. Non domie. Et id quod diſcere ſtudebat Ioſeph, hoc a ſemetipſis docẽt & dicunt. Serui tui venimus vt emamus frumẽta. Omnes filij ſumus vnius viri, pacifici ſumus, non ſunt serui tui exploratores. Adhuc pro ſeipſis ſatisfaciebãt, & timore attoniti mente nondũ quæ ad ioſeph pertinebãt: dixerãt, ideo perſeuerãs dicebat, Non, ſed veniſtis vt veſtigia terræ exploretis, Supuacue (inquit) hæc mihi dicitis, etenim hoc habitus aduẽtus veſtri declarat, ꝙ malicia quadam citi huc veniſtis, Illi autem neceſſitate coacti, & volẽtes eum ad miſericordiã flectere dicunt, Duodecim ſumus fratres tui. O verborũ deceptionem, etiam eum quẽ negociatoribus vendiderãt, in numero ſuo recenſent. Et nõ dicunt, duodecim fuimus, ſed duodecim ſumus fratres, & ecce iunior cũ patre noſtro. Hoc
E erat quod ſcire cupiebat, num & fratrẽ ſimiliter afflixiſſent. Et ecce iunior cum patre noſtro, alius autem nõ ſupereſt. Nec dicunt rem manifeſte, ſed tantũ, non ſupereſt. Ex hoc in ſuſpitionẽ venit, ne forte & Beniamin ſimili modo affeciſſent. Hoc eſt (inquit) quod dixi vobis, ꝙ exploratores ſitis. Nequaq̃ hinc mihi exibitis, quouſq; frater veſter iunior venerit huc, illum videre volo. Cupio videre eum qui ex eodem vtero natus eſt. ſuſpicor enim ex his quę aduerſus me egiſtis, mentem veſtram fraterno odio laborare, Si igitur vultis, mittite vnum ex vobis, et adducat eum, vos autem manete in carcere donec ille venerit. Ille enim quũ aduenerit, docebit num vera ſint quæ dicitis, & liberabit vos ab omni ſuſpitione. Nam ſi hoc nõ fuerit, manifeſtum eſt ꝙ exploratores ſitis & propterea huc veneritis. Poſuit autem eos in carcere, Vide quomodo ipſorum probat animũ, & per ea quæ illis facit ſuam erga fratres declarat beneuolentiã. Poſt tres autem dies vocatis illis dixit. Hoc facite & viuetis, deum enim ego timeo. Si pacifici eſtis, vnus fratrum veſtrũ detineatur hic in carcere, vos autem proficiſcemini, & auehite mercimoniũ frugum quantis indigetis, &
F fratrẽ veſtrum iuniorem ducite ad me, & credibilia erunt verba veſtra, quod ſi minus, moriemini. Cõſidera ſagacitatem. Volens ſuam erga illos beneuolentiã declarare & patris penuriam cõſolari, deq; fratre veritatem diſcere, vno retento alios abire iuſſit. Sed vide nunc quomodo conſcientia eorũ incorruptus ille iudex aduerſus eos inſurgat, & nullo arguente vel in mediũ quippiam afferente, ipſi ſuij ipſorũ accuſatores fiunt. Dixit enim (inquit) vnuſquiſq; ad fratrẽ ſuum. Merito. In peccatis enim ſumus propter fratrẽ noſtrum, quia deſpeximus afflictionem animę eius, quãdo deprecabatur nos & non exaudiuimus eum, propter hoc accidet ſuper nos omnis afflictio hæc. Ita enim ſe habet peccatum quando conſummatũ eſt & opere ꝑfectum, tunc ſue abſurditatis oſtendit excellentiã. Et ſicut ebrius quando multũ vini ingurgitat, nullum ſentit a vino damnũ, poſtea autem ſentit quantum ſit damnũ, ita & peccatũ donec cõſummetur obtenebrat mentem. & quaſi denſa nubes ita mẽtem corrumpit. Deinde cõſcientia inſurgit, & quouis accuſatore mentem grauius arrodit, monſtrans abſurditatẽ facti. Enimuero & hic videre licet ꝙ illa tunc in mẽtem veniũt quæ fecerunt. Et quum de ſumma ſalutis periculũ imminet, tunc tãdem

confitentur quæ fecerant, & dicunt. Merito, in peccatis enim sumus propter fratrẽ nostrum, quoniã despeximus afflictionem animæ eius. Non simpliciter, neq; sine causa expectamus, sed iuste & valde iuste pœnas luimus inhumanitatis & crudelitatis, quam erga fratrẽ nostrum declarauimus, quoniã despeximus afflictionem aní- A
mę eius. Quoniã (inquit) absq; cõpassione eramus & multam declarabamus crudelitatẽ, propterea nũc nobis eadẽ eueniũt, & propter hoc venit afflictio hęc super nos. Et hęc quidem illi inter se dissererebant, putantes nihil horum audiuisse Ioseph Nam quasi ignorãs & nescíens eorum linguã, per interpretem loquebatur eis, qui ea quæ illi loquebãtur sibi interpretaretur, & ea quæ ille eis. Audiẽs autem hęc Rubin, dixit eis, Nonne loquutus sum vobis, dicens, Ne iniuria afficiatis puerũ, & nõ exaudistis me? & ecce sanguis eius exquiritur. Nonne tunc (inquit) consulebã? nõne obsecrabam, ne quod peccatũ in eum admitteretis? nam quantũ ad propositum vestrum occidistis, licet enim non per gulam gladium trãsmiseritis, barbaris tamẽ viris eum vendidistis, & difficiliorem ei viam excogitastis. Cogita quãtum sit a cõ scientia sua accusari, habere perpetuo vrgentem & clamantẽ, & scelus cõmemorãtem. Et hęc audijt quidem Ioseph, ipsi autem nesciuerũt, eo q̃ interprete vtebatur, sed non vltra ferre potuit natura fraterna & compassione eum arguente, Et auersus (inquit) ab eis fleuit, vt non fieret eis manifestus. Et iterũ accessit ad eos & dixit eis. B
et accepit Symeonem & vinxit eum coram eis. Vide quomodo omnia faciat vt incutiat eis terrorem. videntes vincula Pharaonis vt certior redderetur. an cum fratre aliquam compassionem haberent, Omnia enim hæc facit probans eorum mẽtem & scire volens num & contra Beniamin tales fuerint, propterea & Symeonem coram eis vinciri iubet vt diligenter eos probet, vt sciret num quam dilectionem erga illum haberent. Nam seueritas in illum faciebat vt citius Beniamin adducerent, & aliquando aduentu fratris liberaretur. Et mandauit (inquit) vt saccí eorum implerẽtur frumento, & reponeretur pecunia vniuscuiusq; in saccũ suum, & daretur eis viaticum in itinere. & ascensis asinis suis abierunt, Vide q̃ gloriose eos remuneret, etiã inuitis eis benefacit, non frumentũ solum dedit, sed etiam pecuniã. Cum autẽ vnus ex eis aperuisset saccũ suum, vt daret pabulum asinis vidit pecuniã, & dixit fratribus suis. Propter hoc attonitũ est cor eorum, & turbati sunt mutuum dicentes, Cur hoc fecit nobis deus? Iterum magis anxij facti sunt suspicantes, ne & hoc augmentũ eis esset criminũ, & a conscientia accusati, omnia tribuebant peccato quod in Ioseph admiserant, Cum venissent autẽ ad patrem, & omnia ei manifeste declararent, narrauerunt indignationẽ principis Aegypti, quã experti sunt, & q̃ posuerit eos in cu- C
stodia quasi speculatores, Diximus autem ei q̃ pacifici simus & q̃ duodecim sim? fratres, & q̃ vnus non supersit, minimus autem cum patre nostro. Dixit autem nobis, In hoc declarabitis q̃ pacifici sitis, si fratre vno hic relicto adducetis fratrẽ vestrum minorẽ, vt sciam q̃ non sitis exploratores. Hæc iterum exasperauerunt iusti mœstitiam. Post narrationẽ autem hanc tristem, quum euacuassent omnes saccos suos, inuenit vnusquisq; pecuniã suam, & timuerunt ipse & fratres. Et vide oro iterũ hic senem plorantem. Et quidnã dicit eis? Me absq; liberis esse fecistis, Ioseph non est, Symeon non est, & hunc Beniamin accipietis. Super me facta sunt hec omnia. Nõ sufficit mihi (inquit) luct? ioseph, sed adiecistis ei & Symeonẽ, & neq; hic dolorũ meorum finis est, sed & Beniamin accipere vultis. Super me facta sunt hæc omnia, Sufficiunt hec verba, vt videatur quã disrupta fuerint patris viscera, quia ibi oĩs spes de Ioseph adempta erat, putabat enim eum a bestijs deuoratũ, ita & neq; de Symeone spem sibi pollicebatur, nunc quoq; idem de Beniamin formidat. Verũtamẽ

obluctabatur adhuc, & non dabat puerũ. Dixit autem ei Rubim primogenit⁹ eius
Duos filios meos occide, si non reducam ad te. Da eum in manũ meam, & ego re
ducam eum ad te. Mihi (inquit) eum crede, mihi trade, ego tibi eum reducam. Hoc
D autem faciebat Rubim, cogitans q̃ non esset possibile eos descendere, & ad Aegy-
ptum redire, & quę ad alimenta eius pertinebãt emere. & non cedit pater, sed dicit,
Nequaq̃ descendet filius meus vobiscum, Deinde & causam dicit, quasi rationem
reddens pueris. Quia frater suus mortuus erat, & ipse solus erat mortuus. Et contin
get q̃ adolescẽs forte peribit in itinere, & deducetis senectam meã cum tristicia ad
inferos. Timeo (inquit) ætati adulescentis, & suspicor ne etiam hac cõsolatione pri
uatus, cum dolore vitam finiam. Quandiu enim ille mecũ est, videor michi habere
aliquam consolationẽ, & huius cõsuetudo minuit michi dolorem quẽ ex fratre eius
concepi. Et amor quidem erga Beniamin non sinebat patrem, vt illum a se amãda
ret. Violentior autẽ fuit fames, & deficiebãt eis cibi. Et dicit eis pater. Abite iterũ,
afferte nobis pauca edulia. Dixit autem ei Iudas. Testando attestatus est nobis ho-
mo dicens. Non videbitis faciẽ meam nisi frater vester iunior vobiscũ fuerit, Itaq;
si mittis nobiscũ fratrem nostrum iuniorem, descẽdemus & ememus frumenta, sin
minus, nõ ibimus. Nam homo dixit nobis. Non videbitis faciẽ meã, nisi frater ve
ster iunior fuerit vobiscũ. Ne putes (inquit) sine fratre nos posse descẽdere illuc. Si
enim vis nostrũ descẽsum, & oino periculis inuolui, viã nostrã abim⁹, scias aũt q̃ pro
testatus est ille, q̃ non visuri simus faciem eius, nisi frater iunior nobiscũ aduenerit.
E Augustie vndiq; erant Iacob, ideo plorans dicit ad eos, Quare afflixistis me, q̃ an
nũciastis viro, q̃ sit vobis frater? Cur me afflixistis. quare mihi horum malorũ au-
tores facti estis? Nam si hoc nõ significassetis, nequaq̃ Symeone priuat⁹ essem, nõ
illum a vobis requisiuisset. Illi autẽ dixerũt. Interrogauit nos homo, num adhuc pa
ter noster viuat, & num sit vobis frater, & annũciauimus ei. Nesciebamus quod di-
cturus esset nobis, adducite fratrẽ vestrũ. Ne putes (inquit) sponte nos cõfessos es-
se viro, vt se habeãt res nostrę. Quoniã enim quasi nos exploratores vinxit (interro
gauit autẽ diligẽter de rebus nostris) vt vere oĩa testaremur talia diximus. Dixit au
tem Iudas ad patrẽ suũ, Mitte puerũ mecum, & surgẽtes ibimus vt viuamus & non
moriamur. Meę (iquit) fidei illum credito, vt accingamus nos itineri. Cõsumptis
enĩ cibis, nulla nobis salutis spes erit, neq; aliũde cõsuli nobis poterit. Ego accipio
eum a te, nisi reduxero eũ & statuero corã te, obnoxius ero oĩbus diebus. Nisi enĩ
tãdiu morati fuissemus, iam secũdo reuertissemus. Cõpassio quã exhibemus puero
nobis omnib⁹ erit causa interitus. Fame enim peribimus, nisi eum nobiscũ mittas.
F Vide nũc hic dilecte, quomodo famis necessitas patris amorẽ vicerit. Videns autẽ
q̃ non aliũde famis consolationẽ habere posset, & fames indies magis & magis in
cresceret, Si ita est (inqt) & oportet hoc oĩno fieri, & nõ potestis descẽdere nisi hũc
acceperitis, debetis & dona afferre viro, & referre pecuniã quã in saccis vestris iue-
nistis. Accipite autẽ & pecuniã aliam, vt emere possitis frumẽta, et fratrẽ vestrũ ac
cipite. Surgite igitur, & descendite ad hoiem. Deus autẽ meus det vobis gratiã co
ram homine, & mittat fratrẽ vestrum vnũ, & Beniamin. Ego autẽ quasi liberis ca-
ream, liberis orbus sum. Vide quomodo eximiã suã dilectionẽ declarat, quã erga
Ioseph habuit, vt ne quis existimet de Symeone vel de Bẽiamin hoc esse dictũ. Ego
enim (inquit) quasi filijs orber. Deus autẽ meus det vobis gratiã, & mittat fratrem
vestrũ vnum illũ, & Beniamin. Nam licet illi (inquit) salui fuerint, ego quasi liberis
caream, orbus sum, Cogita hic, quomodo totus amori Ioseph deditus sit. Videns
enim tantũ chorum liberorũ se circunstantẽ, absq; filijs se esse putauit, quia illo pri-

uatus erat. Acceperũt autem viri dona & pecuniã duplicem & Beniamin, & descẽderunt in Aegyptum, & steterunt coram ioseph. Vidit autem ioseph & Beniamin fratrem suũ quem desiderabat. vidit tam optatũ, vidit opere compleri sui studium, A
Et dixit prẽfecto domui suæ, Introduc homines in domũ & occide victimas, mecum enim comedẽt viri. Vt viderunt autẽ ꝙ introducti sunt in domũ ioseph, dixerunt. Propter pecuniã quæ redijt in saccos nostros, inducimur, vt calumniã nobis intẽtet & accipiat nos in seruos & asinos nostros. Ioseph quidẽ suam erga illos benignitatẽ declarans, omnia disponebat. Illi autem anxij fuerunt suspicãtes ne pecuniarũ gratia pœnas luant, ꝙ etiam in hoc male fecerint. Et ꝓpterea quum accessissent. causam tristitię proferũt præfecto domus, & narrant quomodo pecuniam in saccis inuenerint, & dicunt, Propterea duplicẽ nunc attulimus pecuniã nobiscum, vt & priorẽ restituamus, & nũc denuo emamus frumẽta. Vide quomodo calamitates mentẽ eorum fecerint ad misericordiã promptiorẽ, & eos mansuetiores. Dixit autem eis, Propitius vobis est deus. Non timete, deus vester & deus patrũ vestrorũ dedit vobis thesauros in saccis vestris, pecuniã vestram bene ꝓbatam habeo, Ne timeatis (inquit) neq; huius gratia anxij sitis. Nullũ vobis inde crimen imponetur, pecuniã enim plene accepimus. A deo putate hoc esse factum & thesauros vobis in marsupijs vestris esse monstratos. Et quum hæc dixisset, eduxit Symeonem & attulit aquam vt lauarẽtur pedes eorum, & pabula dedit asinis eorum. Vide quomodo B
ꝓces patris omnia eis prospera faciunt, & sicut ille eis apprecatus est, quum dixit. Deus patris mei gratiam vobis det, ita omnia facta sunt. At prẽfectus domus etiam ante aduentũ ioseph omnẽ eis benignitatẽ exhibuit. Parauerũt autẽ dona ioseph, & obtulerũt ei cum ingressus esset, & adorauerũt super terram. Et iterũ interrogauit eos, num bene habet pater vester senior, quem dixistis viuere? At illi dixerunt. Sanus est pater noster. Et dixit. Bñdictus homo ille deo, & curuati adorauerunt. Vidit autẽ fratrẽ suum vterinũ, & dixit. Hic est frater vester iunior, de quo dixeratis mihi vt duceretis ad me? & dixit. Deus misereatur tui fili. Consydera quantam fortitudinẽ pre se ferat, & adhuc ignorantiã simulet, vt possit habere mentẽ eorũ, quales se postea sint habituri, & quomodo sint affecti erga Beniamin. Quia vincebatur a natura sua & cõturbabãtur viscera eius, querebat vt fleret. Ingressus autẽ in promptuariũ, fleuit illic, & abluta facie exiuit, & postea suam demõstrat benignitatẽ, & dicit, Apponite panes. Et apposuerũt ei soli, vt pote regi, & principib⁹ Aegypti, & illis qui cũ illo erant, & Aegyptijs qui simul cœnabãt cum eo seorsum. Nõ C
enim possunt Aegyptij comedere cũ Hebręis, abominatio enim sunt Aegyptijs Sederũt autẽ corã eo, qui primus secundũ senium suũ, & iunior secundũ iuuentutẽ suam. Hoc illos in stuporẽ adduxit, & valde dubio animo fuerunt, vnde nam ei cognitio tam varię illorũ ætatis. Et cum daret omnibus partes Beniamin septẽplices dat. Et neq; hic sentiũt quę fiebant, sed putabant fortuito quodã euentu ab eo fieri, & ꝙ adolescentiori & inferiorẽ mensę partẽ tenenti daret. Vocauit autẽ ioseph eũ Cap. xl
qui domui suæ prẽerat, & mandauit ei dicens. Imple saccos hominũ cibarijs quãta ferre poterũt, & pecuniã similiter in saccos singulorũ, & poculum argenteũ mitte in saccũ iunioris. Vide iterũ qualem artem excogitet, vt diligentissime mentẽ fratrum exploret, quam erga fratrẽ suum Beniamin habeant. Et his factis dimisit eos. Et quum iam arripuissent iter, dixit prẽfecto domus suæ. Surge, persequere eos, & dices. Quare retribuistis mala pro bonis? Quare furati estis poculum argenteum? Nõne hoc est e quo bibit domin⁹ meus? Ipse autẽ auguratur in eo mala, quæ ꝑ feci stis. Postq̃ inuenit eos, dixit eis. Quare benefactori mala rependitis? quare malis

D

ciam veſtram eouſq; extendiſtis, vt ad eum quoq; pertingeret qui erga nos tantam declarauit benignitatẽ? Quare non reueriti eſtis viri erga vos beneuolẽtiam. Quę tanta malicia? que iſania? Neſcitis q̃ hoc ſit vas in quo anguratur? Malum eſt hoc
D opus veſtrum, pernicioſum ꝓpoſitum, incõdonabilis conatus, magna audacia. & omnẽ tranſcendens maliciam. Illi autem dixerunt. Quare loquitur dominus iuxta verba hęc? Quare (inquit) obij cis nobis hoc crimẽ a quo omnino ſumus imunes? Abſit, vt ſerui tui verbum hoc faciant, vt tale vnq̃ attentemus operari. Nam qui pecuniam duplicẽ attulimus, quo pacto furaremur argẽtum vel aurum? Quod ſi hoc putas, apud quem inuentũ fuerit vas quod inquiris, ille quidem moriatur, vt qui tale fecerit opus, nos autẽ ſerui erimus. Conſcientiæ bonę fiducia faciebat eos tam fi denter loqui. Ille autem dixit. Et nunc ſicut dixiſtis erit. Apud quẽ inuentum fuerit poculum, hic ſolus meus ſeruꝰ erit, vos autem dimittemini. Et quum hæc dixiſſent ꝓmiſerũt ei vt ſcrutinium faceret, & ſcrutatus initio a ſeniore facto, donec venit ad Beniamin, & illius aperto ſacco inuenit poculũ. Hoc confudit eorum mẽtem. Et diſruperunt (inquit) veſtimẽta ſua & impoſuerunt iumentis iterum ſaccos, & reuerſi ſunt in ciuitatẽ. Et ingreſſus Iudas & fratres ſui ad Ioſeph, ceciderũt coram eo ſu
E per terrã. Vides quoties adorationẽ faciunt, Dixit autẽ eis Ioſeph. Quare hoc feciſtis? Neſciebatis q̃ augurando in hoc auguratur? Dixit autẽ (inquit) Iudas, Quid cõtradicemus, vel quid loquemur de domino, vel quo iuſtificabimur? Deus inuenit iniuſtitiam ſeruorũ ſuorum, Iterum recordãtur eorum quę olim contra illum fecerunt. Ecce ſimus ſerui dño noſtro, & nos, & ille apud quẽ inuentũ eſt poculũ. Iam magnam declarant beneuolentiã, & ſeipſos cum fratre in ſeruitutẽ ſubij ciunt. Dixit autem ioſeph, Abſit ne hoc faciam, homo apud quem inuentũ fuerit poculum, ille erit meus ſeruus, vos autẽ aſcẽdite cum ſalute ad patrẽ veſtrum. Vide hoc, quod timebat pater hoc eis contigit, & in tam magnã deuenerunt turbationẽ, vt quid facerẽt neſcirent. Appropinquauit autem Iudas & dixit, quia ipſe erat ille qui & a patre eum acceperat & dixerat, Niſi reduxero eũ ad te, ero tibi obnoxius oñibus diebus. Idcirco & propior factus diligenter narrat ei omnia, vt in cõmiſerationem eo adducto liberari faceret puerũ. Appropiauit enim (inquit) ei Iudas, & dixit. Oro domine loquatur ſeruus tuus. Attende, quomodo per omnia vt domino ſeruus lo-
F quitur, & in memoria habe ſomnia manipulorũ, propter quæ maiorẽ erga eum inuidiã acuerant, & obſtupeſce omnipotentẽ dei ſapientiã, quomodo tantis obſtaculis in medio poſitis omnia opere ſunt impleta. Loquatur, inquit, ſeruus tuus coram te. Domine tu interrogaſti ſeruos tuos dicens, Habetis ne fratrem vel patrẽ? & diximus. Eſt nobis pater ſenex, puerũ ſenectutis iuuenẽ habet, & frater eius mortuus eſt. Cogita hic, quomodo ſe habuerit ioſeph, hæc audiẽs ille ſolus relictus eſt patri ſuo, pater autẽ eũ diligit. Quare autẽ & hic mẽtitur, ſic dicens. Frater eius mortuus eſt, q̃uis eum negociatoribus vẽdiderant? Verũ quia ſic patri ꝓſuaſerunt, quaſi occiſo eo, & a beſtijs deuorato. Aliter etiam. Quia non putauerũt eum potuiſſe ferre barbarorũ ſeruitutẽ, & iam eſſe mortuum, & idcirco dicit. Frater eius mortuus eſt. Dixiſti autẽ ſeruis tuis. Deducite eum ad me & diligenter cõſyderabo eũ. Et dixiſti, Niſi deſcẽdat frater veſter vobiſcũ, non apponatis vt videatis faciẽ meã. Factũ eſt autẽ, quando aſcẽdimus ad puerũ tuum patrẽ noſtrũ, annũciauimus ei verba domini. Dixit autẽ pater noſter nobis. Ite iterũ, emite nobis pauca cibaria. Nos autẽ diximus ei. Nõ poterimus deſcẽdere, niſi frater noſter deſcẽdat nobiſcũ. Dixit autẽ puer tuus pater noſter. Vos ſcitis q̃ duos peperit mihi vxor, & egreſſus eſt vnus a me, & dixiſtis q̃ a beſtia ſit deuoratus. Cõſydera, quomodo per excuſationẽ Iu-

dę, Ioseph omnia diligenter didicerit, quæ post suam vēditionem egerint domi, & qualia patri de se narrauerint. Nunc igitur (inquit) si & hunc tuleritis, & acciderit ei aduersitas aliqua in via, deducetis senectutē meam cum mœrore ad inferos. Ita ergo patre nostro erga filium affecto, quomodo poterimus faciem eius videre, puero nō existente nobiscū? Pendet enim anima eius ex huius anima, & deducent serui tui senectutem patris nostri serui tui, cum mœrore ad inferū. Ego seruus tuus accepi puerum a patre suo dicens. Nisi ipsum ad te reduxero, obnoxius ero omnibus diebus. Has ꝓmissiones feci patri, vt puerum possim adducere & implere quæ tibi videbātur, monstrareq; quam vere dixerimus, & nullum mēdacium a nobis sit prolatum. Nunc igitur manebo seruus pro puero, famulus domini, puer autem ascēdat cum fratribus. Quomodo enim ascēdemus ad patrem, cum non sit nobiscū puer? vt ne videam mala que inueniēt patrem meum. Cōfuderunt hæc Iosephum, & satis ei de mōstrarunt ꝙ & patrem digne colerent, & fratrem multū amarent. Et nō vltra potuit ferre neq; continere, sed repulsis omnibus circūstantibus se, solus inter eos relictus, emissa voce cum fletu, notū se fecit fratribus. Et hoc innotuit in toto regno & in domo Pharaonis, & dicit fratrib⁹ suis. Ego sum Ioseph, viuit ne adhuc pater me? Admirari hic, & beati huius constantiā tantam, & ꝙ sustinuerit hucusq; simulationem, & ꝙ cōditionē suam nō declarauerit, & illos plurimū obstupescere solemus. quomodo potuerint stare vel uos aperire postea, quomodo non auolarit ab eis anima, quomodo nō obstupuerit tota eorū mens, quomodo nō cecíderint in terram, Et non potuerunt (inquit) fratres eius respōdere ei, turbati enim erant. Merito, cogitantes quomodo eum affecerāt. & qualis ipse erga se fuerat. Et cogitantes gloriā in qua constitutus erat, de sua salute (vt ita dicam) anxij erant, propterea volens eos animare, Appropinquate (inquit) ad me, ne elongetis vos. Ne cogitetis ꝙ proprio consilio hæc contra me egeritis. Non est tanta vestra iniquitas contra me, sicut est diuinæ sapientię ineffabilis misericordia, vt huc adueniens, nūc tēporis & vobis & huic regioni possim suppeditare alimenta. Et dixit. Ego sum Ioseph quem vendidistis in Aegyptū. Nunc igitur, ne sitis tristes, ne vos (inquit) hoc conturbet, ne asperum vobis videatur quod factū est. Dei enim dispensatione contigerūt hæc. Deus enim me misit ante vos. Nam hic secūdus annus famis super terrā, & adhuc restant quinq; anni, in quibus nō erit aratio neq; messis. Misit enim me deus ante vos, vt relinquereť vobis portio super terrā, Nunc igitur non vos me misistis huc, sed deus. Vide quomodo ipsemet. & iterum. & tertio cōsolatur illos dicens, ne sibi ipsis ascriberent causam sui ingressus in Aegyptū, sed deum hoc fecisse sciant, & ita se in hāc venisse gloriam. Deus (inquit) misit me, & fecit me quasi patrem Pharaonis, & dominū totius domus illius, & principem totius Aegypti. Illa (inquit) seruitus principatū michi cōciliauit, illa venditio in hanc me gloriā euexit, illa afflictio huius michi honoris occasio fuit, illa inuidia hanc michi claritudinē peperit. Hæc nos non solū audiamus, sed & imitemur, & ita soluemur eos qui nos afflixere, non iputantes eis quæ in nos admiserūt: & omnia magna ferētes beneuolētia, sicut ille admirādus Igitur (inquit) vt credatis, quod non vobis ascribā quæ cōtra me a vobis facta, sed ꝙ liberē vos criminibus, deo autē totum tribuā, qui illa dispensauit, vt prętentē gloriam sic acquirerē, ideo festinate, ascendite ad patrem meū, & dicite ei, Hæc dicit filius tuus Ioseph. Fecit me deus dominū totius terræ Aegypti, descēde ad me, & nē differas, & habitabis in terra Gesse, & eris apud me tu & filij tui, & oues & boues & quæcūq; habes, & alam te. Adhuc enim quinq; annis fames, vt non exculcetis tu & filij tui. Ecce oculi vestri vidēt, & oculi Beniamin fratris vestri, quod ore meo vobis

Cap. xlv.

A

B

C

loquor. Annũciate patri meo oẽm gloriã meã quę in ęgypto, & quecũq; vidistis, & festinantes deducite eum. Postq̃ hec oĩa dixit & satis eos consolatus est, & mandatum dedit, vt de rebus & statu suo patrem certiorẽ redderẽt, statimq; adducerẽt
D recidit in collũ Beniamin fratris sui, & fleuit ille rursum fleuit super eo. & osculatus est oẽs fratres suos, et fleuit super eos. Deniq; post tantũ colloquium & lachrymas et consolationem & consilium quod eis dedit, vix potuerũt cum eo loqui. Post hęc enim (inquit) loquebãtur ei. Hæc autem omnia inuulgata sunt, & celebrata in domo Pharaonis, & gauisus est, & omnes qui in domo eius. Exhilarauit (inquit) omnes agnitio fratrum ioseph. Et dixit Pharao ioseph, Dic fratribus tuis, hoc facite, Implete vehicula vestra frumento, & abite, et assumpto patre vestro redite ad me, & dabo vobis omnia bona Aegypti, tu autem manda, vt accipiant plaustra pueris & vxoribus. Vide & regem, quomodo iam curam agit de reditu Iacob. Et assumpto (inquit) patre vestro venite & ne dimittatis oculis quicq̃ supellectilis vestræ. Oñia enim bona Aegypti vestra erunt. Fecerunt autem sic filij israel. Dedit autẽ ioseph eis currus, iuxta mãdatum regis, & omnibus quidem dedit binas stolas. Beniamin autem dedit trecentos aureos & quinq; stolas eximias, & patri suo misit similiter, &
E decem asinos ferentes de bonis Aegypti, & decem mulas ferẽtes panes in via. Quibus omnibus datis, misit fratres suos & profecti sunt, dixitq; eis, Ne irascamini in via. Vide mentẽ moribus optimis pręditam, nõ solum ipse dimisit iram, & a criminibus liberauit, sed & ipsos admonet ne irascantur in via, neq; inter se de factis contendãt. Nam cum steterũt mane apud ioseph, dicebãt inter se, Merito, in peccatis enim sumus propter fratrẽ nostrum, quia despeximus eius afflictionẽ, & exurgens Rubim dicebat, Num dixi vobis, ne iniuria afficiatis filium, & non exaudistis me? Multo magis verisimile erat q̃ in via inter se rixaturi essent, Propterea comprimẽs eorum iram & cõtentionẽ mutuam, dicit. Ne irascamini in via, sed cogitate q̃ ego non habuerim pro crimine quæ in me admisistis, ipsi etiam vos beneuolentiã vicissim prosequamini. Quis pro dignitate admiraret virí huius virtutem, qui nouæ legis philosophiã magna adimpleuit diligentia. Et id quod CHRISTVS admonet discipulos. Diligite inimicos vestros, orate p̃ p̃sequẽtibus vos, hoc ille, & multo magis fecit. Neq; enim solum tantã declarauit charitatẽ erga eos qui se occide-
F re volebant, quãtum in eis erat, sed omnia facit vt demõstret eis q̃ nihil in eum peccarint. O sapiẽtiæ excellentiã, o beneuolentiæ coaceruationẽ, & dilectionis deilargitatem. Non vos (inquit) hęc mihi fecistis, sed dei erga me p̃uidentia hæc fieri fecit, vt mihi somniorũ euentus cõcedatur. Ita in afflictionibus & in tentationibus esse diuinæ p̃uidentiæ est, si sobrij simus & bene nosmetipsos attẽdamus. Ne igitur in omnibus prosperitatẽ & affluẽtiam inquiramus, sed & siue in prosperitate simus siue aduersitate, similiter gratias offeramus domino, vt visa gratitudine nostra, largiorẽ suam erga nos declaret p̃uidentiã. Quod nobis omnib⁹ cõcedatur gratia & misericordia domini nostri IESV CHRISTI, cui cũ patre & sancto spiritu sit gloria, imperiũ, honor nunc & semper & in secula seculorum. Amen.

EX CAPITE XLV.

Et ascenderunt ex Egypto: et venerunt in terram Chanaan ad Jacob patrem suum: et annũciauerunt ei dicentes. Filius tuus ioseph viuit et ipse dominabitur toti Egypto. Et accessit mente iacob. non enim credidit eis. Loquuti autẽ sunt ei omnia verba que dicta sunt a ioseph: que dixerat eis. Vt autem vidit currus quos miserat Joseph: vt / uscíperent eum: reexitatus est spiritus Jacob patris eorum. Dixit

autem Jsrael. Magnum michi fuerit: si Joseph filius meus viuit. vadã et videb eum priusq̃ moriar ego.

CAPVT QVADRAGESIMVM SEXTVM.

A

Jscessit autem Jsrael et omnia que eius. venitq̃ ad puteum iuramenti et sacrificauit sacrificium deo patris sui Jsaac. Dixit autem deus israel in visione noctis: inquiens. Jacob iacob. At ille dixit. Quid est? Jlle autem dixit ei. Ego sum deus patrum tuorum. ne timeas vt descendas in Aegyptum: in gentem enim magnam faciam te illic. et ego descendam tecum in Aegyptum. et ego ascendere faciam te in finem. Et ioseph imponet manus suas super oculos tuos. Surrexit autem Jacob a puteo iuramenti. Et susceperunt filij Jsrael patrem suum: et substantiam et vxores suas: in currus quos miserat ioseph ad aduehendum eum. Et quum accepissent facultates suas et omnẽ possessionem quam possidebant in terra Chanaan. ingressi sunt in terram iacob ⁊ omne semen eius cum eo. filij: et filij filiorum eius post eum. filie eius: et filie filiarum eius: et omne semen suum eduxit in Egyptum. Hec autem sunt nomina filiorum Jsraelis. qui ingressi sunt in Egyptum simul cum Jacob patre suo. Hi autem sunt filij eius. primogenitus iacobi Rubim. Filij autẽ Rubim. Enoch et Phalus. Esrom ⁊ Charme. Filij autem Symeon Jemuel ⁊ Lamin. et Aod. ⁊ Jachin B
et Saar. et Saul filius Chananee. Filij autẽ Leui Gerson. Chath. et Merari. Filij autem Juda. Er. et Annan. et Selom. et Pharez. ⁊ Zara. Mortui autem sunt Er ⁊ Annan in terra Chanaan. Facti autem sunt filij Pharez Esrom et Jemuel Filij autem Jsachar. Thola. et Phua. et Jasub. ⁊ Zambran. Filij autem Zabulon. Sereth. et Allon. et Aeel. hi filij Lie quos peperit Jacobo in Mesopotomia Syrie. et Dinam filiam suam. Omnes anime ille filij et filie: triginta tres. Filij autem Gad. Saphon. et Angis. et Sannis. et Thasobon. et Aedes. et Arodis. et Areelis. Filij autem Aser. Jemna. Jerua. ⁊ Jeul. et Baria. ⁊ Sara sorores eorum. Filij autem Baria. Chobor. ⁊ Melchiel. hi fuerunt filij Zelphe. quam dedit Laba Lie filie sue: que peperit illos Jacobo sedecim animas. Filij autem Rachel vxoris iacob ioseph et Beniamin. Nati autem sunt filij ioseph in terra Egypti. quos peperit ei Azeneth filia Petephre sacerdotis Heliopoleos. Manasse et Ephraim. Fuerũt autem filij Manasse. quos peperit ei cõcubina Syra. machir. Machir autem genuit Galaad. Filij autem Ephraim fratris Manasse. Sutalaam et Taam. Filij autem Sutalaam. Edem. Filij autẽ Beniamin. Bala. et Chobor. et Aspbiel. Facti sunt autem filij Bala. Gera. et Noeman. et Jechim. et Ros. ⁊ Mamphim. et Ophimim. Gera autẽ genuit Arad. hi filij Rachelis. quos peperit iacobo. Omnes ille anime: decem ⁊ octo. Filij autem Dan. Asom. ⁊ filij Neptalim. Asel. ⁊ Gui, ne. et Jsachar. ⁊ Sylem. Hi filij Bale. quam dedit Laban Racheli filie sue: que pe C
perit illos iacobo. Omnes ille anime septem: Omnes autem anime. que ingresse sunt cum iacobo in Egyptum. qui ingressi sunt de femoribus eius absq̃ vxoribus filiorum iacob: omnes anime sexaginta sex. Filij autem ioseph qui fuerunt in terra Egypti anime nouem. Omnes anime domus iacob: que egresse sunt cum iacob in Egyptum. anime septuaginta quinq̃. Judam autem misit ante se ad ioseph. vt occurreret illi apud Eroom ciuitatem in terra Rameſſe. Joseph autem iunctis curribus suis ascendit in occursum israelis patris sui iuxta Eroom ciuitatem. et vt vidit eum ruit super collum eius. et fleuit fletu magno. Et dixit israel ad ioseph. Modo nunc. quoniam vidi faciem tuam. adhuc enim viuimus. Dixit autem ioseph ad fratres suos. Ascendam. et annũciabo Pharaoni et dicã q fratres mei et dom⁹ patris mei fuerunt in terra Chanaã. nunc autẽ veniũt ad me. ceterũ viri sunt pastores.

viri enim pecorum pastores sunt: et pecora & boues & omnia sua huc egerunt. Si igitur vocauerit vos Pharao et dixerit vobis. Quodnam opificium vestrum? dicetis. Pastores pecorum, pastores sumus pueri tui a puericia vsq; nũc: et nos & patres nostros: vt habitetis in terra Gessem Arabie. Abominatio enim est Egyptijs
D omnis pastor ouium.

CAPVT QVADRAGESIMVM SEPTIMVM.

QUum autem venisset Joseph: annunciauit Pharaoni dicens. Pater meus & fratres mei: et pecora & boues illorum: et omnia que illorum sunt venerũt ex terra Chanaã et ecce sunt in terra Gessem. A fratribus autem suis accepit quinq; viros: et statuit coram Pharaone. Et dixit Pharao fratribus Joseph. Quod opificium vestrum? Illi autem dixerunt Pharaoni. Pastores ouium pueri tui: et nos et patres nostri a pueritia vsq; nunc. Dixerunt autem Pharaoni. Ut habitem⁹ in terra venimus. Non enim sunt pascua iumentis puerorũ tuorum. Invaluit enim fames in terra Chanaan. nunc igitur habitabim⁹ pueri tui in terra Gessem. Dixit au
E tem pharao ad Ioseph: inquiens. Pater tuus et fratres tui venerunt ad te. ecce terra Egypti coram te est in optima terra fac habitare patrem tuũ et fratres tuos. habitent in terra Gessem. Si autem scis. q; sint inter eos viri potentes: constitues eos magistros meorũ pecorum. Venit autem in Egyptum ad Ioseph Jacob & filij eius et audiuit pharao rex Egypti. Introduxit autem Joseph Jacobum patrem suum: et statuit eum coram pharaone: et benedixit Jacob pharaonem. Dixit autem pharao ad Jacobum. Quot sunt anni dierum vite tue? Et dixit Jacob ad pharaonem. Dies annorum vite mee quibus peregrinus sum: centum triginta anni pauci & mali fuerunt. Dies annorum vite mee non attingunt dies annorum vite patrum meorum. quibus diebus peregrini fuerunt. Et benedixit Iacob pharaonem: ac abijt ab eo. Et Ioseph fecit habitare patrem suum ac fratres suos: & dedit eis possessionem in terra Egypti in terra optima: in terra Ramesse. sicut preceperat pharao. Et frumenta demetiebatur Ioseph patri suo et fratrib⁹ suis. et vniuerse domui patris sui frumenta secũdum corpora. Frumentum autem non erat in omni terra. invaluerat enim fames valde. Defecit autem terra Egypti in terra Chanaan pre fame. Cõ-
F gregauit autẽ Ioseph omne argentum quod inuentũ est in Egypto et in terra Chanaan a frumento quod emebant: et frumenta demetiebatur eis. Et indurit Ioseph omnem pecuniam in domum pharaonis: et defecit pecunia de terra Egypti. et de terra Chanaan. Venerunt autem omnes Egyptij ad Ioseph dicentes. Da nobis panes. et quare morimur coram te? defecit enim pecunia nostra. Dixit autem eis Ioseph. Afferte pecora vestra: et dabo vobis panes pro pecorib⁹ vestris: si defecit pecunia. Adduxerunt autẽ pecora sua ad Joseph: et dedit eis Ioseph panes pro equis et pro pecudibus et pro bobus: et pro asinis. et enutriuit eos in panibus pro omnibus pecoribus suis in anno illo. Egressus est autem annus ille: et venerũt ad eum in anno secundo. et dixerunt ei. Numquid delebimur a domino nostro? Si enim defecit pecunia et facultates: & pecora apud te dominum. et non derelictum est nobis coram domino nostro quam corpus proprium et terra nostra? Ut igitur non moriamur coram te: et terra nostra non redigatur in solitudinem: posside nos et terram nostram pro panibus. et erimus nos et terra nostra serui pharaonis. Da semen: vt seramus. et viuamus et non moriamur. et terra non redigatur in solitudinem. Et possedit Joseph omnem terram Aegyptiorum Pharaonis. Vendiderunt enim Aegyptij terram suam pharaoni. Invaluerat enim fames eorum. et populũ

ei in seruitutē redegit ab extremis finib⁹ Egypti vsq; ad extremos. excepta terra sacerdotū quam solam non possedit Ioseph. In ratione enim dabat rationē Pharao sacerdotib⁹: et comederūt rationem quā dedit eis Pharao: propter hoc non vendiderūt terram suam. Dixit autem Ioseph omnib⁹ Egyptijs. Ecce possideo vos et terram vestrā hodie Pharaoni. accipite vobis semen et seminate terram. et erunt prouētus eius: et dabitis quintā partem Pharaoni. Quatuor autem partes vobisipsis in semina terre: et in cibum vestrum: et omnibus qui in domibus vestris. Et dixerūt. Seruasti nos. Inuenimus enim gratiā coram domio nostro et erimus serui Pharaonis. Et posuit eis in preceptū vsq; in hunc diem super terram Egypti Pharaoni dare quintā partem. excepta terra sacerdotū que sola nō erat Pharaonis. Habitauit autem Israel in Egypto in terra Gessem: et hereditatē acceperunt in ea. et aucti sunt et multiplicati valde. Superuixit autē Iacob in terra Egypti annos decem et septem: et fuerunt dies Iacob annorum vite eius centum quadragintaseptem anni. A

HOMILIA. LXIIII.

VIdistis ex his quę heri dicta sunt, dilectionem Ioseph, & inenarrabilē clementiā quam erga fratres suos declarauit, non solum non faciendo memoriā eorum quæ in se admiserant, sed & redituris ad parentē consulendo, admonens ne inter se iurgentur, sed dimissa omnium ira pacifice ambulent. Operepręcium est autem & quę sequūtur recensere, vt videamus & horum ad patrem reditum, & descensum Iacob in Aegyptum, & quo modo eum reflorere fecerint ea quę de Ioseph cognouit, & quasi (vt sic dicam) de sene iuuenem reddiderint. Quis enim sermone complecti posset voluptatē, in qua tunc fuerit, quū disceret ioseph viuere, & in tanta dignitate cōstitutū? Inexpectata enī bona maiorē voluptatē afferre solent. Quem enim putabat ante tot annos fuisse a bestijs deuoratū, vt intellexit tenere imperium totius Aegypti, quomodo non prę magnitudine gaudiorū mente excessit? Idem enim facere solet immodicū gaudium, quod excellens tristicia. Et videre licet multos effundere lachrymas prę gaudio immenso, alios etiam sępe obstupescere, quando fieri vident quæ non expectauerāt, & quos mortuos esse putabant repēte viuos vident, Sed vt manifestior sit sermo noster, audiamus lecta. Et ascēderunt (inquit) ex Aegypto, & venerunt in terram Chanaan ad Iacob patrem suum, & annūciauerunt ei dicentes. Filius tuus Ioseph viuit, & ipse dominat totī terræ Aegypti. Et excessit mente Iacob, non enim credidit eis. Vides id quod dicebam, & incredibile ei visum esse quod de ioseph annūciabatur? & merito. Qui enim tunc attulerant vestem sanguine hœdi inquinatā, & patri persuaserant ꝙ a bestijs esset deuoratus, nunc dicunt ꝙ viuat, & dominetur in tota Aegypto. Et turbata mente cogitabat apud se quomodo rationi esset consentaneum. Nam si verum hoc, quod prius dictum, quomodo hoc poterat credi? Si autem hoc credendum & verum, illud necessario fuerit mēdacium, Turbauit autem eum maxime quod a filijs antea audierat, & alia nunc ab ijsdem disceret. Vidētes igitur patris turbationem, & volentes ei pluribus argumentis persuadere ꝙ verum dicerent, locuti sunt ei omnia quę a ioseph dicta erant, & quecunq; dixerat eis, & postea protulerūt plaustra, & dona quæ a ioseph missa erant. Vix faciebāt fidem patri, nō esse mētita quæ illi dicebant. Nam videns plaustra quæ missa erant, vt descenderēt in Aegyptū, inquit, Reexcitatus est (inquit) senex, decrepitus, terrā spectans. Quid est, reexcitatus est? Sicut ignis in ampulla, quādo deficit olei alimonia & iam extinguitur, si parū quis olei infuderit, repēte quod extīguī putabatur, & ela B C

riorē emittit lucem, ita & ſenex ille prę triſticia iam extingui videbatur, Noluitē (inquit) cōſolationē accipere dicēs. Deſcendā lugens in infernū. Vbi autē cognouit ꝙ viueret & ꝙ dominaret in tota egypto. & vidit plauſtra reaccenſus eſt, & iuuenis ex ſene factus. Depoſuit mœroris nebulā, diſpulit cogitationū tempeſtatē, trā
D quillus poſtea fuit. Hęc autē omnia deus diſpenſabat, vt iuſtus horum laborū conſolationē inueniret, & particeps fieret felicitatis pueri, et preterea vt ſomniū impleretur, id quod ipſe interpretatus erat, dicens. Nūquid veniemus ego & mater tua & fratres tui vt adoremus te? Et credidit dictis atq; factis, & dixit (inquit) Magna mihi ſunt, ſi adhuc viuit ioſeph. Ibo igitur & videbo eum priuſq̄ moriar. Magna ſunt mihi (inquit) & excedunt omnē cogitationem & obſcurant omnē humanam lętitiam, Si adhuc filius meus ioſeph viuit, ibo & videbo eum. Feſtinem⁹ igitur, vt eius colloquio potiar, priuſq̄ moriar. Nunc (inquit) iuuenis ille erexit mentem, et fugauit ſenectutis infirmitatē & roborauit rationem. Quod ſi & colloqui contingat, p
fectam lętitiam aſſequutus moriar. Et nihil moratus ſenex, itineri ſe accinxit, feſtinans & vrgens vt videret tam deſideratū filium, et ante tot annos mortuū, & vt putabat, factum cibum beſtiarū, videre nunc regem Aegypti factum. Et cum veniſſet ad fontem iuramenti, pręces quibus gratias agebat, obtulit domino, & ſacrificauit ſacrificiū deo patris Iſaac. Hęc audientes, diſcamus quādo quid facturi, vel negociū aliquod cœpturi vel peregrinationē ſuſcepturi ſumus, vt offeram⁹ domino ſa
E crificium pręcū, et eius adiutoriū inuocemus, et ſic inſtitutū aggrediamur, imitātes illorum iuſtorum pietatem. Sacrificauit ſacrificium deo patris ſui Iſaac. Hic diſcamus, ꝙ veſtigia patris ſui ſequutus ſit, & hoc in cultu diuino declarauerit, ſicut iſaac Et quia ſuam gratitudinem prius per gratiarū actionem oſtendit, ſtatim ſubſecuta ſunt etiam ea quę ſuperną gratię fuerunt. Nam quia videbat tantū itineris ſpatium, & cogitabat ſuam decrepitam ætatem, verebatur ne morte pręoccupatus, a colloquio & aſpectu filij deſtitueretur, precatur dominū, vt tantam ſibi vite menſurā cōcedat, vt perfecta voluptate fruatur, Sed vide quomodo bonus domin⁹ multis argumentis iuſtum ſecurū reddat. Dixit enim deus iſrael in viſiōe noctis, Iacob iacob, ego ſum deus patrum tuorum, ne timeas deſcendere in Aegyptum. in magnā enim gentem faciam te illic, ego deſcēdam tecum, & reducam te in fidem, & ioſeph imponet manus ſuper oculos tuos. Vide quomodo ea quæ iuſtus ille pollicetur, immo & multo maiora. Liberalitate enim ſua noſtras petitiones trāſcendit, ſeruās ſolitam ſuam miſericordiā. Ne timeas (inquit) deſcendere in Aegyptum, Quoniā anxius
F erat ob viæ prolixitatē, ideo dicit, Ne reſpicias ad infirmitatem ſenectutis, in gentē enim magnā faciam te illic, & deſcendam tecum in Aegyptum, ego te comitabor, & omnia tua proſpera reddam. Aduerte quomodo verba humilitati noſtræ attēperet. Quid hoc beatius fuerit q̄ deum ipſum habere comitē itineris? Sequitur poſtea conſolatio, qua plurimū indigebat ſenex. Et ioſeph (inquit) imponet manus ſuper oculos tuos, ille dilectus tuus, ipſe te fouebit, & manus imponet ſuper oculos tuos. Gaudens ita q; & totus ſecurus iter ingredi cœpit, Cogita hic obſecro iuſtum, quā iucundū fecerit iter arreptis tam certis dei p̄miſſionibus. Surrexit autē iacob & filij eius, & acceperūt omnē poſſeſſionē ſuam & venerunt in Aegyptum. In ſexagin ta ſex animab⁹ deſcendit iacob in Aegyptum, & ioſeph ac filij eius quinati ſunt ei in Aegypto nouem erant, & ita cum ioſeph erāt omnes animæ ſeptuagintaquinq;. Quare ſcriptura numerum tanta diligētia annotauit? Vt ſcire poſſimus, quomodo dei p̄dictio impleta ſit dicens. in gentem magnā faciam te illic. Nam ex his ſeptuagintaquinq; aīabus in ſexcenta milia genus iſrael propagatum eſt. Vidiſti quomo-

do non frustra, neq; temere numerũ eorum, qui in Aegyptum descenderunt, nos docuerit, sed vt scire possimus quã multi ex tam paucis facti sint, & diuinis promis-
sionibus ne discredamus. Nam quando cogitas q̃ post mortẽ iacob & ioseph tan-
ta machinatione vsus Aegyptiorũ rex, vt numerum eorum minueret & paruum fa A
ceret, ne in tãtam propagaretur multitudinẽ nihil potuerit, sed magis & magis cre
uerit, admirare & stupesce misericordiã dei, & quod non sit possibile cassare quæ ip
se arbitratus fuerit, etiam si infinita machinẽtur alij. Cæterum videamus cõtextum
totum, vt scias quomodo occurrerit iacob. Quando autem appropinquauit in ter-
ram Aegypti, misit Iudam ante se ad ioseph, vt significaret ei patris aduẽtum, igi-
tur ioseph vt dixit, iunxit currus & ascendit in occursum patri. Et mox atq; vidit
eum, recidit in collum eius, & fleuit fletu multo. Hoc erat id quod initio dicebam,
quod sæpe ingẽs voluptas profundere lachrymas facit. Recidit, inquit, in collum
eius, & fleuit fletu, non dixit hoc simpliciter, sed fletu magno. Statim enim in men-
tem sibi venerunt, quæ interim patri propter se acciderant & cogitans tam prolixũ
intercessisse tempus, & q̃ præter omnem expectationẽ & ipse patrem & pater se vi-
deret, fontes emisit lachrymarũ simul & magnã declarãs lætitiam, & gratias agẽs
pro benefactis. Et dixit ad ioseph, moriar nunc quia vidi faciem tuam. Adhuc enĩ
tu viuis. Votorum, inquit, compos factus sum, assequutus sum, quod nunquã expe
ctaui, euenerunt mihi, quæ nũquam sperata. Reliquum contẽtus sum vita. Vidi enĩ B
quem desyderaui, & sufficit mihi ad lætitiã omnem, vidisse quod tu adhuc viuis qui
pridẽ mortuus & a bestijs deuoratus es habitus. Paterna vox & plena dilectione,
satisq; affectionem animę eius declarãs. Dixit autem ioseph fratribus suis. Descen
dam, & annũciabo Pharaoni q̃ fratres mei venerint & sint pastores. Viri enĩ sunt
armẽtarij, & secum adduxerunt pecora & boues. Si igitur vocauerit vos Pharao &
dixerit. Quod est opus vestrum? dicite, Pecorũ pastores sumus. Abominatio enim
Aegyptiorum est omnis opilio. Vide prudentiam, & quale cõsilium ei det, nõ sim
pliciter neq; fortuito hæc inducens, sed volẽs eos simul in maiori securitate & abun
dantia agere, neq; cõmercium habere cum Aegyptijs. Nam quia illi abominabã-
tur, & cõtemnebant pastoriciam agentes vitam, vt pote ipsi disciplinis Aegyptio-
rum vacãtes, propterea admonet, vt studiũ suum prætexant, vt cum rationabili &
honesta occasione optima terræ portio eis segregaretur, quo in summa tranquillita
te & abundantia viuere possint. Et acceptis quinq; fratribus suis, introduxit eos ad
Pharaonem. Et interrogauit eos, Quod est opus vestrum? & dixerũt, Armentarij C
sumus, nunc igitur habitabimus in terra Gessen. Dixit autem Pharao, Si scis quos
ex eis, qui sint viri potẽtes, cõstitue eos magistros meorum pecorum. Sicut consu-
luerat Ioseph, ita responsum dederunt fratres Pharaoni, & cõcessum est eis habita-
re in terra Gessen. Cæterum Pharao, declarãs suam erga Ioseph beneuolentiã di
cit. Si nosti in eis aliquos potentes etiam meorũ pecorum magistros constitue. In-
troduxit autem & patrem ad Pharaonẽ, Et dixit Pharao ad Iacob, Quot sunt anni
dierum vitæ tuæ? Quoniam vidit senem profundissimæ canitiei, quærit annorũ nu-
merũ & dicit iacob, Dies annorũ vitæ meæ quibus peregrinus sum. Vide quomo-
do omnes iusti in hac vita ita affecti sunt. Audies enĩ & Dauid post hæc dicẽtem.
Quia peregrinus ego sum & aduena, & hic dicit. Dies annorum vitæ meæ, quibus
peregrinus sum. Propterea & Paulus dicebat de iustis illis, quod confitebãtur quasi
peregrini & aduenæ sint super terram. Dies (inquit) annorum vitæ meæ, centũ tri-
ginta anni, pauci & mali fuerunt, & non peruenerũt ad dies annorum vitæ patrum
meorũ. Quibus diebus (inquit) peregrinus fui, pauci & mali fuerunt. Significat hic

annos seruitutis, quam sustinuit apud Laban propter fugam, quam propter fratrem fecit, deinde post reditum ab eo loco, luctum quem tanto tempore habuit, & propter mortem Ioseph, & alias miserias. Quantum enim timorem eum habuisse putas quando propter sororem Symeon & Leui omnes ciuitatis viros occiderunt, & omnes qui in Sycimis erant, captiuos duxerunt? Dicebat enim & tũc, indicans animi angorem in quo erat, inuidiosum me fecistis, ita vt malus sim inter habitantes terrã Ego autem in paruo numero sum, & congregati super me, perdent me, & exculcabor & ego, & domus mea. Propterea dicit, Pauci & mali dies annorum vitæ meæ. Et Ioseph habitare fecit patrem suum & fratres suos, & dedit eis possessionem in terra Aegypti, in meliori terra, in terra Rameſſe, ſ cut præceperat Pharao, & frumentum metiebatur Ioseph & fratribus suis, & omni domui patris sui frumẽtum secundum corpus. Hoc erat quod dicebat fratribus, quod misit me deus antevos vt relinqueretur vobis portio super terram & quod invitam misit me deus antevos. Frumẽta metiebatur eis secundum corpus, Quid est secũdum corpus? quãtum sufficiebat vnicuiq;, Mos enim est scripturæ aliquando ab anima totum hominem nominare, aliquando a corpore, Et sicut superius dicebat, in septuagintaquinq; animabus descendit Iacob in Aegyptum, vt dicat septuagintaquinq; viros & mulieres, sic & hic pro singulis hominibus, Et tota quidem Aegyptus & Chananæorum regio fame laborabant, ipsi autem prospere agebant, habentes quasi ex fontibus profluẽtia fru
E menta, Frumẽtum enim (inquit) non erat in omni terra, inualuit enim fames supra modum. Relicta est autem terra Aegypti & terra Chanaan præ fame. Vide ineffabilem dei solicitudinem & prouidẽtiam, quomodo antea quam ĩcrudesceret fames iustum in Aegyptum deduxit, ne quam sentiret angustiã, quę ventura erat in Chanaan. Et omnibus illuc decurrentibus, cõgregauit (inquit) Ioseph omnem pecuniã tam eorum qui erant in Aegypto, tam eorum qui erant in Chanaan, & sic frumẽta eis dispensauit. Et defecit postea pecunia: importauit enim omnẽ in domũ Pharaonis. Venerunt autẽ Aegyptij omnes, & dicebant. Da nobis panes, & cur morimur ante te? Defecit enĩ pecunia, Nõ sunt nobis (inquiũt) plures pecuniæ, vt emamus & ideo fame perimus. Ne igitur despicias nos, qui a fame ita infestamur, sed præbe nobis panes vt viuamus, & ne moriamur. Dixit autẽ eis Ioseph. Afferte pecora vestra, & dabo vobis panes. Si non suppetit vobis pecunia (inquit) accipio et pecora, Defecit pecunia, afferte pecora vestra, & accipietis panes. Adduxerũt autẽ pecora & dedit eis pro equis, & ouibus, & bobus, & asinis, & aluit eos pro pecoribus suis.
F Venerũt autem ad eum & anno sequenti, & dixerũt ei. Ne forte pereamus, neq; pecunia nobis suppetit, neq; pecora omnia enim apud te dominũ nostrum sunt, nihil enim nobis aliud relictum est, quam prõpriũ corpus & terra nostra, vtigitur nõ pereamus posside, nos & terram nostram pro panibus, & erimus etiã nos & terra nostra pueri Pharaonis, & da semẽ, vt seminemus & viuamus, & terra nõ redigatur in solitudinem. Seipsos in seruitutem subiecerũt, & terram vẽdiderũt, ita vt ali possint tanta famis necessitas facta est. Et possedit Ioseph terram Aegyptiorum Pharaoni Vendiderũt enim eam fame coacti. Et facta est terra Pharaonis, & populum sibi in seruos subiicit ab extremis finibus Aegypti, vsq; ad extremos, excepta terra sacerdotum. Illis enim dedit Pharao certas donationes & comederũt, & propterea non vendiderũt terram suam. Vide quãtus intellectus & quãta sapiẽtia Ioseph fuerit, illos neq; famen experiri permisit & omnem terram acquisiuit Pharaoni. Postquam autem Aegyptij omnes in seruitutem fuerunt subiecti. Vide obsecro hic iterũ exi-

míam dílígẽtíam et prouídẽtíam quam erga illos habebat. Dixit enim Aegyptíjs Ecce possídeovos & terramvestram Pharaoní. Accípite ígitur vobís semẽ, & semí nate terram, & sí fuerint prouentus, date quíntam partem Pharaoní. Quatuor autẽ partes eruntvestræ in semen terræ, & in eíbumvobís, & totí domuí vestræ. Magna líberalítas, íngens prouídẽtía, íneffabílís solícítudo. Ideo & íllí expertí beneficía, dí cunt. Saluasti nos, ínuenímus enim gratíam coram domíno nostro, & erímus serui Pharaonís. Vídísti líberalítatem? Nam quía vídit eos cõstrictos nímía penuría, co gítans quãtum laborem & ærumnosítatem sustínere cogantur colendo terram, dí cit. Semẽ vobís ego suppedítabo, vos autem omnẽ alíam curam exhíbete. Etsí fue rintvobis prouẽtus, dabítís partem vnam, quatuor autemvestræ erunt, & merces la borum & alímonía sumptus. Hoc autem mãdatum posuít eís Ioseph, vt ítatríbu tum pẽderent Pharaoní, excepta sola sacerdotum terra. Audíent quí nunc víuũt, quãtam olím sacerdotum ídolorum curam habuerint, & díscant vt vel saltem parẽ habeant honorem, hís quíbus omnium dei mínísterium est credítum, & sacerdotío ínsígnítí sunt. Sí enim errãtes íllí, & tantam ídolorum curam habentes, quía ex hoc putabãt ídola magís colísí ita eorum mínístros colerent, quanta nõ condemnatío= ne dígní, quí nunc immínuũt, quod ad íllorum spectat cultum? An nescítís, ꝙ ho= nor ad deum ípsum pertinet? Ne ígitur respícías eum, cui honor cõfertur. Nõ enĩ propter íllum debes quod tuum est facere, sed propter íllum cuíus sacerdos est, vt et ab íllo retributionesvbertím accípías. Propter quod & dícebat. Quí fecerít vní ho rum & mihí fecít, & qui accípít prophetam ín nomíne prophetæ, mercedem et pro phetæ accípíet. Num a dígnítate velvílítate mínístrorũ tibí retríbuet dominus? Ob alacrítotem tuam vel coronat, vel cõdemnat. Et sícut honor quí propter ípsum ím penditur, multum parit fíduciæ (propría enim sibí facit deus, quę in seruos suos col locãtur) ita & íllorum cõtemptus multam e supernís pœnam nobís deferet. Igítur sícut suum esse honorem, ita & contemptum dícit, íd quod scíentes, nũquam negli gamus cultum, quí sacerdotíbus dei debetur. Et hæc díco, nõ tantam illorum ratio nem habens, quantam vestræ charítatís, cupiensvos ín omnibus lucrifacere. Quíd enim tantum das, quãtum accípís a domíno? Quãtum autem cultum affers? Attа= men & pro íllo vílí, & in eum quí ín presentí vita símul dissoluítur, ímmortales accí pies mercedes, & íneffabília bona. Hæc mẽte versemus, & properemus ad eorũ ob sequía nõ attẽdentes sumptum, sed lucrum & accessionẽ quæ índe nascũtur. Nam sívidẽtes vírí alícuíus seculari dígnítate ínsígnís famílíarem, operam damus, vt quã tum possíbile est, illí pręstemus obsequium, cogitantes quod quæ íllí fíant, eíus do= míno accedant, & quod ílle famílíarís, vbí sígnificarít patrono suo, maíorem nobís apud eum fauorem cõsílíet, multo magís hoc erít apud vníuersorũ dominũ. Nam sí quís ín vulgarem alíquem, & foro abiectum, benígnítatẽ & compassionẽ alíquã declararít, dominus quæ fíunt, sibí propría faciens, promíttit se in regnum íntrodu cturum eos quí alíquíd boní illís fecerínt, & dícturum. Veníte benedícti patrís mei, quía esuríuí, & dedístís mihí comedẽdum, multo magís eos, quí propter deum affli gũtur, & sacerdotío ínsígnítí sunt, sí quís obseruauerít nõ solum parẽ assequetur re= tributionem, sed multípliciter maíorem, míserícorde deo ex abũdantía míserícor= díæ semper ea quæ a nobís fíunt vincẽte. Ne ígitur símus deteríores ínfídelíbus, quí propter ídolorum errorem ad hunc tantum cultum exhíbent íllorum famulís, sed quantum dístat error & veritas, tantum dístant & íllorum & dei sacerdotes. Tam excellentem ígítur & honorem ímpendere debemus, vt multo plures e supernís no

bis retributiones accrescant. Habitauit autem Iacob in Aegypto, & auctus est, &
D multiplicatus valde. Erat enim et hæc promissio dei ei facta. Faciam te illic in gẽtem magnam. Et superuixit Iacob decem & septem annis. Et facti sunt dies Iacob centum quadraginta septem. Propterea deus dimensus est ei hoc tempus vitæ, vt consolatione magna accepta hinc migraret. Verum si vultis vt non multitudine dictorum memoriam vestram obruamus, quæ relíqua sunt reseruabimus, et finem sermonis faciemus. Vestram autem charitatem hoc rogauerimus, vt diligẽter his quæ dicuntur intendatis, & ipsa perpetua seruetis memoria, cõtinuoq; in mẽte vestra versantes, & cogitantes quãtam patientiam iusti sustinuerint, longanimitatem & fidem, quam in promissionibus dei habuerunt, non animo fluctuãtes propter ea quę post promissiones eueniebant, sed fidentes eius qui promiserat virtuti, & propterea probati fuerint. Ecce enim & iustus ille, postquã tot annis luxit Ioseph, quasi mortuum, vidit eum regnũ Aegypti tenere. Et admirabilis Ioseph, post seruitutẽ, post carcerem, post alia omnia quæ sustinuit, principatum totius regionis suscepit. Et si accedere volumus ad eas, quæ in sacra historia continẽtur historias, iueniemus om
E nes virtute prędítos, per tentationes ingressos, & sic magnam a deo assequutos gratiam, quam si & nos conciliare nobis volumus, ne simus tristes in tentationibus, ne grauatim feramus quæ nobis obueniunt, sed magis gaudeamus & lętemur, scientes quod hac ratione potissimum diuina prouidentia fruamur, si cum gratiarum actione omnia ferre meditemur. Vt omnes nos & prẽsentem vitam in virtutibus transigamus, & futura consequamur bona, concedat nobis per misericordiã & gratiam suam dominus noster IESVS CHRISTVS, cui cum patre & sancto spiritu sit gloria, imperium, honor nunc & semper, & in secula seculorum. Amen.

EX CAPITE XLVII.

Appropiauerũt autem dies Israel vt moreretur: & vocauit filiũ suum Joseph et dixit ei. Si inueni gratiam coram te: subijce manum tuam subfoemur meum: et facies in me misericordiam & veritatem: vt ne ego sepeliar in Aegypto. Sed dormiam cum patribus meis: et tolles me ex Aegypto. Et sepelies me in sepulchro eorum. Ille autem dixit. Ego faciam iuxta verbum tuum. Dixit autem ei: Jura mihi. Et iurauit ei: et adorauit Israel ad fastigium virge eius.
F

CAPVT QVADRAGESIMVM OCTAVVM.

Factum est autem post verba hec: et annunciatum ioseph: quod pater suus turbaretur: & susceptis duobus filijs suis Manasse & Ephraim: venit ad Jacob. Enunciatum est autem iacob per dicentes. Ecce filius tuus ioseph venit ad te: & confortatus israel sedit super lectũ. Et dixit iacob ad ioseph. Deus meus visus est mihi in lusa in terra Chanaan: & benedixit me: & dixit mihi. Ecce ego te crescere faciam: et multiplicabo te in congregationem gentium: & dabo tibi terram hanc: & semini tuo post te in possessionem eternam. Nunc igitur duo filij tui qui nati sunt tibi in terra Egypti: antequã ego venirem ad te in Aegyptũ: mei sunt Ephraim & Manasses. sicut Ruben & Symeon erunt mei. Liberos autem quos gignes post hos tui erunt in nomine fratrũ suorum vocabuntur in illorum sortibus. Ego autem quãdo veni ex Mesopotamia Syrie: mortua est Rachel mater tua in terra Chanaan. Appropiate me ad Hippodromum Chabratha terre: qua venitur ad Ephrata: et defodi eam in via Hippodromi. Ista est Bethleem. Vt autem vidit Israel filios ioseph dixit. Qui: hi tui? Dixit autem ioseph patri suo. Filij mei sunt: quos dedit michi deus hic. Et dixit Jacob. Adduc michi illos: vt Benedicam eos. Oculi autem eius caligaue.

rant pre senectute: ⁊ non poterant videre. Et appropiare fecit illos ad se: et oscu-
latus est eos: et amplexatus est eos. Et dixit Israel ad Joseph. Ecce facie tua pri
uatus fui: et ecce ostendit mihi deus etiam semen tuum. Et eduxit eos Joseph a ge
nibus eius: et adorauerunt eum in faciem super terram. Vt autem Joseph accepit A
duos filios suos. Ephraim in dextra a sinistra autem Israel: et Manassen in sini
stra: a dextra autem Israel: adduxit eos illi Et extendens autem Israel manum
dextram: imposuit super caput Ephraim: hic autem erat iunior: ⁊ sinistram super ca
put Manasse: cancellatim: manibus benedixit eos et dixit. Deus cui placuerũt pa-
tres mei coram ipso Abraham ⁊ Isaac. Deus qui pascit me a iuuentute mea vsq; in
diem hunc. Angelus qui liberauit me de omnibus malis: benedicat pueros: et in-
uocabitur in eius nomen meum: ⁊ nomen patrum meorum Abrahã ⁊ Isaac: ⁊ mul-
tiplicentur in multitudinem magnam super terram: Joseph autem quum vidisset:
quod imposuit pater suus manum dexteram suam super caput Ephraim: graue ei
visum est. Et accepit Joseph manum patris sui: vt auferret eam de capite Ephraim
in caput Manasse. Dixit autem Joseph patri suo. Non sic pater: hic primogenitus
meus est: impone dextrã tuam super caput eius. Et noluit: sed dixit. Scio fili: scio:
ipse erit in populum: ⁊ hic exaltabitur: sed frater eius iunior maior eo erit: et semen B
eius erit in multitudines gentium. Et benedixit eos in die illa dicens. In vobis be
nedicetur Israel: sicut a dicentibus. Faciat te deus sicut Ephraim ⁊ Manasse. Et
posuit Ephraim antemanasse.

HOMILIA LXV.

AGe & hodie finem imponamus narrationi & historiæ Iacob, & vi
deamus quænam sint illa, quæ iam moriturus disponat & ordinet.
Verum nullus ad pręsentium rerum statum spectet, ac talia exigat
ab his qui tunc fuerũt iusti, qualia nunc in vita sapientiæ studiosa prę
stare conuenit, sed secũdum tempora & res iudicet. Hæc autem de-
dita opera prius dixerim, propter ea quæ de patriarcha ioseph dicẽ
tur. Qualia autem sint, audiamus. Appropinquauerũt autem dies Israel, vt morere
tur, & vocauit filium suum Ioseph. & dixit ei, Si inueni gratiam coram te, suppone
manum tuam subter fœmur meum, & facies mecum misericordiam & veritatẽ, vt
nõ sepeliar ego ĩ Aegypto, sed dormiam cum patribus meis, & auferas me ex Ae-
gypto, & sepelias me in sepulchro eorum. Ille autem dixit, Faciam secundum ver- C
bum, Dixit autem, iura mihi, & iurauit ei & adorauit Israel ad fastigium virgæ suæ
Multi abiectioris animi quando a nobis admonẽtur, ne magnam curam sepulturæ
habeant, neq; rem multo studio dignam arbitrentur, ab aliena terra in suam patriã
mortuorum reliquias reduci, hanc nobis prętexunt historiam dicentes, etiam pa-
triarchã huius rei tantã fecisse curam. Verum primum quidem sicut dixi cogitare
oportet, quod non tanta tunc exigebatur philosophia quanta ab his qui nũc viuunt
deinde quod & patriarcha hoc nõ simpliciter voluerit fieri, sed spẽ bonã illam polli
cẽs quod & sui vel sero aliquãdo redituri sint in terrã ꝓmissionis. Et quod ob hanc
causam hoc pręceperit, manifestius nos docet illius puer dicens. Visitãdo visitabit
nos deus, & simul feretis ossa mea hinc. Quia enĩ oculis fidei futura pręuidebãt, au-
di illũ iam vocare mortẽ suam domitionẽ dicit enĩ. Dormiã cũ patribus meis pro-
pterea & Paulus dicebat, iuxta fidẽ mortui sunt hi oẽs, non accepta ꝓmissione, sed
procul eam viderũt et salutarũt: quomodo oculis fidei futura videbãt. Nullus igitur
putet hoc pusillanimitatis esse testamentum, sed & a tempore & a pręuidendo futu-

rum reditum, omni culpa excuſet iuſtum. Nam quæ ad ſapiẽtiorem vitam attinent poſt aduẽtum CHRISTI aucta ſunt. Merito quis reprehẽderit eũ, cui talia ſunt curæ. Ne dicat quis miſerum in alieno ſolo vitam finiẽtem, neq; eum qui in ſolitudi
D ne ex hac vita decedit. Neq; enim ille dign⁹ vt miſer dicatur, ſed qui in peccatis mortuus eſt, etiam ſuper lectum, etiam ſi prę ſeptibus amicis omnibus ſpiritum exhalet. Et ne mihi frigida illa verba ridicula q; & inſipiẽtiæ plena dicat aliquis, quod ille cane vilius eſt mortuus, nullo familiarium prę ſente, neq; ſepulturæ & funus ei cõtigerunt, ſed collectícia ſtipe iuſta facta ſunt. Non eſt hoc o homo cane ignominioſius mortuũ eſſe. Quid enim ille damni ſenſit? ſed ſi caret virtutis amictu ſe tegente. Nã quod hoc nõ offendat iuſtum virtute prędítum, díſce quia pleriq; iuſtorũ, prophetas dico & apoſtolos, vbi ſiti ſint, paucis exceptis ignoramus. Et alij quidem capite truncati, alij lapidati mortui ſunt, & alij innumeris & varijs pœnis ſeipſos expoſue
Apoſtolorũ ſepulcra ignorãtur. runt ppter pietatem, omẽs propter CHRISTVM martyres facti ſunt & nullus de illis dicere auſus fuerit, quod ignominioſa ſit eorum mors, ſed ſequetur diuinam ſcripturã dicẽtem. Precioſa in cõſpectu domini, mors ſanctorũ eius. Etſicut mortem ſanctorũ precioſam vocauit, audi quomodo, & mortem peccatorũ malam vocet. Mors enim (inquit) peccatorũ mala. Atq; etiam ſi domi ſuæ moriatur, &
E mulie re & filijs prę ſentibus, & familiaribus, & notis aſtantibus, virtute autem careat, mala huius mors eſt, etſi ſuper pauimentũ iacens, & quid dico, ſi in aliena⁹ etiam ſi in latrones incidat, etiam ſi a beſtijs deuoretur, virtute autem prędítus ſit, precioſa eius mors erit. Dic enim obſecro Zacharię filius, nõne decollatus eſt? Stephanus autẽ primus martyrij corona redimitus eſt, nõne lapidatus vitam finijt? Paulus autẽ & Petrus, nonne illi quidẽ capite trũcatus, hic autem modo cõtrario quam dominus crucifixus, ita hac vita exceſſit? Nũne propter hoc magis in toto mũdo celebrãtur & predicãtur? Hæc autem omnia cogitãtes, neq; eos qui in aliena terra moriuntur miſeros dicamus, neq; domi ſuæ moriẽtes beatos prędicemus, ſed diuinæ ſcripturæ canonẽ ſequẽtes, & clarosvirtutibus hinc migrantes beatos dicamus, & eos qui in peccatis moriũtur miſeros prædicem⁹, Sicut enim qui virtute prędítus in melio
F remvitam tranſit, acceptis laborũ ſuorm prę mijs, ita & qui ea caret initia & prę am bula ſupplicíorum iam accipit, & ab eo factorum pœnæ expetuntur incunabilibus ſubiacente pœnis. Ideo oportet hæc cogitantesvirtutum habere curam, & in præſenti vita quaſi in palæſtra certare, vt quum ſolutum fuerit theatrum ſplendida redimiri carona queamus, & ne ſtulte pœnitentes inueniamur. Quam diu enim durat certamen, poſſibile eſt (ſi voluerimus & deſidiã excutere, & virtutem exercere) metam & repoſitam aſſequi coronã. Cæterum ſi videtur redeamus ad ſermonis ſeriẽ. Nam poſtquam cõmiſit filio de ſepultura & dixit Ioſeph, Ego faciam iuxtaverbũ tuum deinde addit, Iura mihi, & iurauit ei. Adorauit (inquit) iſrael ad faſtigium virgæ illius. Vide ſenem decrepitum, patriarcham, adoratione honorẽ ioſeph declarare, & reipſa implerevisionis euentum. Quãdo enim narrauit ioſeph viſionẽ, dixit (inquit) Nunquid ego & mater tua veniemus, & adorabimus te ſuper terram? Sed forte dixerit aliquis, Et quomodo impletũ ſomniũ in matre, quæ iam antea defuncta erat, & filium non adorauit? Perpetuus ſcripturæ mos eſt a magis principali totum ſignificare. Quoniam igitur caput mulieris vir (erunt enim, inquit, duo in carnem vnam) quum adorauit caput manifeſtum, quod corpus totum hac ratione attigit. Multo magis illa niſi ex hac vita prę repta fuiſſet hoc feciſſet. Et adorauit (iquit) ad faſtigium virgæ eius. Propterea & Paulus dicebat. Fide iacob moriens ſingulos filios ioſeph benedixit, & adorauit faſtigium virgæ illius. Vides quod iſtuc ipſum

fides faciebat pręuidens futurum, quod ex semine illius regium genus nasceretur. Itaq; quũ imperasset quęcũq; volebat seruo, nõ multo post, vt didicit ioseph, quod ægrotare t pater suus, & iam in foribus esset mors: quia appropinquauerãt dies mortis illius acceptis duob⁹ filijs suis, venit ad Iacob. Annũciatũ est autem hoc iacob, & corroboratus Israel sedet super lectum. Vides quomodo amor erga filios senem firmabat, & alacritas vincebat infirmitatẽ? Audita enim illius pręsentia, sedit super lectum. Et vt vidit illum, paternã dilectionẽ ei exhibet. Et quia moriturus erat, benedictione sua firmat pueros, maximas has eis facultates relinquẽs, & diuitias quæ nunquã absumi poterant, et vide quomodo incipit, primũ narrat beneuolẽtiã, quæ sibi a deo facta erat, & tũc benedictiones in filios facit & dicit. Deus meus apparuit mihi in Luza in terra Chanaan, & benedixit mihi, & dixit mihi. Ego crescere te faciam & multiplicabo te, & faciam te in congregationes gentiũ & dabo tibi terram hanc, & semini tuo post te in possessionẽ æternam. Pronũciauit mihi (inquit) deus quãdo in Luza a me visus est, in tantũ se multiplicaturũ semẽ meũ, vt congregationes gentiũ fiant ex eo. Et terram mihi & semini meo se daturũ promisit. Nunc igitur duo illi filij qui nati sunt tibi in Aegypto, mei sunt, Ephraim & Manasses, sicut Rubim & Symeon erũt mei. Hos (inquit) quos habuisti ante aduentũ meum, ego in meorum filiorũ numerũ allegam & his qui ex me nati sunt similem a me benedictionẽ accipient. Quoscũq; autem postea genueris, ij tui erunt, in nomine fratrum suorũ vocabũtur in illorum sortibus, Scias autem, quod & mater tua Rachel in Bethleem mortua est, & defodi eam in via Hippodromi, et vt vidit duos filios ioseph, dixit, Qui sunt hi? ille autẽ, Filij mei quos dedit mihi deus. Et dixit Iacob, Adduc mihi eos, vt benedicã eos. Et appropinquare eos illi fecit. Et osculat⁹ est eos, & amplexatus est eos. Vide obsecro senẽ, quomodo festinat & vrget, vt benedicat filios ioseph. Et appropinquare eos fecit illi, & dixit ad ioseph, Ecce facie tua nõ sum priuatus, & ecce mõstrauit mihi deus semẽ tuum. Magna mihi, inquit, præstitit dei misericordia, & plura quã expectaui. Non enim solum nõ sum priuatus facie tua, sed ecce etiam vidi eos, qui ex te nati sunt. Et eduxit eos ioseph a genibus, & adorauerũt eum super faciem super terram. Vide quomodo & pueros statim ab initio debitum seni honorem reddere docuit. Et ioseph, inquit, secũdum dignitatẽ primogenituręq; adduxit Manassen, & tũc Ephraim. Vide obsecro, hic iustum corporis oculos prę senectute nunc infirmos habere. Grauati enim erant oculi eius prę senio, & non poterant videre, valebat autem oculis mẽtis, & fide præuidebat futura. Neq; enim tulit ioseph um, sed mutatis manibus benedicẽs, dignitatem iuniori contulit præferẽs Manassi Ephraim, Et dixit. Deus cui bene placuerunt patres mei. Attende modestiam ioseph, vide animã piam & religiosam, nõ audebat dicere. Deus cui bene placuit, sed quid? Cui bene placuerũt patres mei. Vidisti animã gratam? quãuis paulo antea narrans dicebat in Luza apparuit mihi, & promisit daturum se mihi, & semini meo omnem terram, & in congregationes gentium facturum semen meũ et tam euidẽtia habẽs indicia diuinę erga se beniuolẽtiæ et adhuc tamẽ hũiliatã habuit mẽtem, Et dixit. Deus cui bene placuerunt patres mei coram ipso Abraam, & Isaac Deinde iterũ, Qui pascit me a iuuẽtute mea. Accipe et ex hoc excellẽtem eius gratitudinem. Non dicit propriam virtutem, sed ea quæ sibi a deo fuerunt facta. Qui pascit me de vtero matris meæ a iuuẽtute mea vsq; in diẽ hãc, ipse enĩ, inquit, est ipse enĩ est qui ab initio vsq; ad pẽsẽs res meas dispẽsauit, & moderat⁹ est, ita & pri⁹ dicebat in virga mea hac transiui Iordanẽ, & ecce factus sum in duo castra. Et nũc iterũ alijs verbis dicit. Qui pascit me a iuuentute mea vsq; in diem hunc, angelus qui libe

A

B

C

rauit me de omnibus malis, Gratæ animæ, ac piæ & bene memoris beneficiorum
dei verba, ille (inquit) cui patres mei bene placuerunt, qui me a iuuentute mea vsq; in
præsentem diem educauit, qui me ab initio ab omnibus malis liberauit, qui tantã er-
ga me declarauit prouidẽtiã ipse benedicat hos pueros, & inuocetur in eis nomen
D meũ, & nomẽ patrum meorum Abrahã & Isaac, & multiplicentur in multitudinẽ
magnam super terram. Vidisti simul & intelligẽtiam, & modestiam? intelligẽtiam
quidem quia fidei oculis præuidẽs Ephraim prætulit Manassi, modestiã vero quia
nusquã suæ virtutis memoriã facit, sed ex probata patrum vita, & ex beneficijs in se
collocatis filios benedicit. Verum iacob præuidẽs futura ita illos benedixit, ioseph
vero videns iuniorẽ prælatũ seniori, graue & indignũ hoc esse putans dicit. Hic est
primogenitus, pone manũ super caput eius, & noluit sed dixit. Scio fili, scio, & hic
erit in populum, & hic exaltabitur, sed frater eius iunior maior eo erit, & semen eius
erit in multitudinẽ gentiũ. Ne putes me (inquit) simplici quodam euentu hoc feciſ-
se, vel per ignorantiam. Scio enim & præuidens futura, ita ei benedictionẽ faciam.
Nam licet natura dignitatẽ habeat Manasses, sed iuuenis ille maior eo erit, & semẽ
eius in multitudinẽ gentiũ. Hoc autem totum factum est, quia huic regnum demõ
strabatur, propterea prædicens futura, sic eum benedicit. Et benedixit eos dicens,
in vobis benedicetur Israel per dicentes, Faciat te deus sicut Ephraim et Manasse,
Et posuit Ephraim ante Manassen, ita, inquit, ambo erũt glorioſi, vt omẽs qui pre-
E cantur iuxta illorũ precẽtur gloriam, attamen prior erit Ephraim Manasse. Vides
quomodo gratia dei prædicit futura, & prophetico afflatus spiritu pueris ioseph be
nedixerit. Et quod tantis temporibus aberat, tanquam præsens & ante oculos sitũ
viderit? Hoc enim modo se habet prophetia. Nam sicut oculi corporales nihil am
plius præterquã visibilia spectare possunt, ita & oculi fidei nõ quæ videntur spectãt
sed illa vident quæ multo post futura sunt. Et hoc manifestius scietis ex benedictio-
nibus, quas suis filijs dat. Cæterũ ne longum sermonẽ faciamus, multoq; vos one-
remus labore, contenti dictis, in sequentẽ sermonẽ reseruabimus filiorum eius be-
nedictionẽ, illud tamẽ obseruauerim vestram charitatẽ, vt imitemini iustũ hunc &
tales hæreditates filijs vestris relinquatis, quæ a nullo vnquam damnũ accipere poſ-
sint. Diuitiæ enim sæpe etiam accipiẽtibus pernicieẽ pepererunt, & insidias & mul
ta pericula, hic autem nihil talium suspicari poterit vnquã. Thesaurus enim est, qui
nunquam valet consumi. Thesaurus nõ hominũ dolis, nec latronum insidijs nõ fa
mulorum malicia, non alio quopiã imminui valens, perpetuo manet, spiritualis eni
F est humanis nõ cedens insidijs, sed cum his qui eum accipiunt, & sobrij esse volunt
ac prudentes, in futuram vitam migrabit, & eis æterna præparabit tabernacula. Ne
igitur operã nostram in colligendas opes collocemus, quas relinquamus filijs, sed
doceamus eos virtutem, & benedictionẽ dei illis imprecemur, istæ enim istæ maxi
mæ sunt facultates. Istæ sunt ineffabiles diuitiæ, quæ non absumũtur, quæ quotidie
substantiam nostrã augent. Nihil enim virtuti par, nihil virtute potentius, etiamsi
mihi dicas eum qui regnum habet ac diadema gerit, nisi hanc habeat, quouis pan-
niculoso pauper miserior erit. Quid enim illi prodesse poterit purpura, qui virtutem
sua desidia perdit? Nunquid dominus extremas dignitates spectat? nunquid perso
narum gloria permouetur? Vnum est illic quod quæritur. Nam vt qui per operatio
nem virtutum apertas inuenire potest ianuas fiduciæ in CHRISTVM, ita qui
nihil fiduciæ hinc defert, inter ignominiosos & desperantes locum habebit. Hoc
igitur omnes consyderemus, & nostros filios doceamus, vt virtutẽ rebus omnibus
præferant, nihilq; faciant pecuniarũ abundãtiam. Hæc enim hæc est quæ virtuti

plurimū obstat, quando nesciat pecunijs vti iuuenis, vt oportet. Et sicut pueri sępe quando cultellos & gladios arripiunt, eo ꝙ nesciunt bene illis vti, periclitantur (vnde matres nō permittūt illis eos secure attingere). Ita profecto & iuuenes qui pecuniarum abundantiā susceperint, quum nolunt eis bene vti, in periculū certum se prę cipitant, sarcinam peccatorū sibi inde colligentes. Nascuntur enim inde luxus, delicię et absurdæ voluptates. Non simpliciter de pecunijs dixerim, sed ideo quia receptis nesciunt illi recte vti. Propterea & sapiēs quidam dicebat, Bonæ diuitię, cui non est peccatū. Quia & Abraham diues erat. & Iob diues erat, & non solum nihil damni eis accidit a diuitijs, sed & magis probati fuerunt. Quare? quia non in vsum suum tantū has possidebant, sed vt eis iuuarent etiam alios & eorum succurrerēt inopiæ, & esset domus eorum aperta omnibus. Audi enim vnum eorum dicētem. Si autē egressus est quis de domo mea sinu vacuo. Cęterū & impotētes viribus, si quādo indigebant, subsidio non priuabātur. Et non solum ministeriū indigētibus exhibebat opibus, sed & solicitudinē eorū gerebat. Et eram (inquit) pes claudis, oculus cecis, & e medio dentium eripui rapinam. Vides illum & curam agere eorū qui iniuria afficiūtur, et pro inutilibus mēbris omnia fieri? Hunc omnes oportet imitari, hunc inq̄ qui ante legem fuit, & ante gratiam tam bene moratā vitam gessit, idq; cum nec pręceptorē habuerit, neq; progenitores virtute prędītos, sed a semetipso a sententia recta in bonam hanc vitam prodierit. Vnusquisq; nostrum in natura sua habet insitam scientiam virtutis, & nisi quis eam voluerit per suam perdere generositatem, nunq̄ ea priuabitur. Vtinam autem eam omnes nos eligamus, & cum diligētia exerceamus, ita vt bona quæ diligentibus illum promissa sunt cōsequamur, gratia & misericordia domini nostri IESV CHRISTI, cui cū patre & sancto spiritu sit gloria, imperiū, honor nunc & semper, & in secula seculorū. Amen.

EX CAPITE XLVIII.

DIxit autem Israel ad Joseph. Ecce ego morior: & erit deus vobiscum: & reducet vos deus ex terra hac in terram patrum vestrorum. Ego autē do tibi Sycima electa: pre fratribus tuis: quę accepi de manu Amorrhęorum in gladio meo & arcu.

CAPVT QVADRAGESIMVM NONVM.

VOcauit autem Jacob filios suos: & dixit. Congregemini vt ego annunciem vobis: quid eueniat vobis in diebus nouissimis. Congregemini: & audite filij Jacob: audite a patre vestro. Rubum primogenitus: tu virtus mea & principium filiorum meorum durus ad ferendū durus: & peruicax iniuriam fecisti: sicut aqua non effrenes. Ascendisti enim super lectum patris tui: tunc polluisti stratum in quod ascēdisti. Symeon & Leui fratres consummauerunt iniustitiam ex volūtate sua. In consilium eorum non veniat anima mea: & in cetu eorum non firmentur iecora mea: quia in furore suo occiderunt homines: & in concupiscentia sua subneruauerunt thaurū. Maledictus furor eorum: quia pertinax: & indignatio eorum: quia indurata fuit. Dispertiar eos in Jacob: et dispergam eos in Israel. Juda te laudarūt fratres tui manus tue in dorso inimicorum tuorum: adorabunt te filij patris tui. Catulus leonis Juda: ex germine fili mi ascendisti. Recubasti et dormisti vt leo: et vt catulus leonis. Quis excitabit eum? Non deficiet princeps ex Juda: et dux de femoribus eius donec veniant reposita ei: et ipse erit expectatio gentium. Ligans ad vitem pullum suum: & ad pampinū pullum asine sue. Lauabit in vino stolam suam: et in sanguine vue vestem suam. Jucundi oculi eius pre vino: et candidi dentes eius quam lac.

Zabulon maritimus habitabit.et ipse apud stationem nauium.et extendet vsq; ad Sidonem. Jsachar pulchrum desyderauit. vt quiescens inter medias sortes: et vt vidit requiem quoniã bona: et terra quoniã pinguis: supposuit humerũ suum vt laboraret.et factus est vir agricola. Dan iudicabit populum suum: quasi ꝛ vna tribus
A in Jsrael. Et fiat ipse Dan serpens in via: qui subsidet in semita: mordens vngulam equi.et cadet eques in posteriora: salutem expectans domini. Gad. tentatio tentabit eum: ipse autem tentabit eum iuxta pedes. Asser pinguis eius panis: et ipse dabit cibum principibus. Nephthalim stirpes emissiticia: increscere faciens in pulchritudinem pagine. Joseph filius auctus. filius auctus: emulationem ppetiens: filius meus nouissimus ad me conuertere. in quem communicato consilio conuicia congesserunt: et insidiati sunt ei filij sagittationum: et contriti sunt cum fortitudine arcus eorum: et dissoluti nerui brachiorũ manuum eorum per manũ potentis Jacob. Jnde corroboratus Jsrael a deo patris sui: et adiuuit te deus meus ꝛ benedixit te benedictione celi superne: et benedictione terre habentis omnia propter benedictionem vberum ꝛ vulue: benedictione patris tui et matris tue: preualuit in benedictionibus montium firmorum et in benedictionibus cumulorum sempiternorũ: que erunt super caput Joseph: et super verticem fratrum: quorum dux fuit. Beniamin lupus rapax diluculo comedet adhuc: et in vesperam distribuet cibum. Omnes hi filij Jacob duodecim. Et hec loquutus est illis pater eorum et benedixit eos singulos: secũdum benedictionem suam benedixit eos et dixit eis. Ego apponor ad populum meũ. Sepelite me cum patribus meis in spelũca que est in agro Ephron Chetthei in spelunca duplici que e regione Mambre in terra Chananeorũ: quam possedit Abraham spelunca ab Ephron Chettei in possessionem monumenti. Jllic sepelierunt Abraham et Sarram vxorem eius: et illic sepelierũt Jsaac et Rebeccam vxorem eius. et illic sepelierunt Liam in possessione agri et spelunce que est in illo: quam accepit a filijs Chet. Et requieuit iacob precipiens filijs suis: ꝛ iacob sublatis pedibus suis in lectum defecit: ꝛ appositus est ad populum suum.
B

CAPVT L.

C Et fuit Joseph super faciem patris sui: ac fleuit amare super eo: ꝛ osculatus est eum: ꝛ precepit ioseph pueris suis pollinctoribꝰ: ad sepulturam curare patrem suũ. Et sepulture apparauerunt pollinctores Jsraelem. Et impleuerunt quadringentas eius dies: sic numerantur dies sepulture: ꝛ deplorauit eum Aegyptꝰ septuaginta dies. Post quam autem dies luctus preterierũt: locutꝰ est ioseph ad magnates Pharaonis dicens. Si inueni gratiam coram vobis: loquimini in aures Pharaonis dicentes: quod pater meus adiurerit me antequam moreretur ipse dicens. Jn sepulchro quod fodi mihi in terra Chanaã: ibi me sepelies. Nunc igitur ascendam: et sepeliã patrem meum ꝛ redibo. Dixerũt itaq; Pharaoni secũdum dicta ioseph. Et dixit Pharao ad ioseph. Ascende sepeli patrem tuum: quemadmodum adiurauit te Et ascendit ioseph ad sepeliendum patrem suum: ꝛ comitati sunt eum omnes pueri Pharaonis: ꝛ seniores domus eius: ꝛ omnes seniores terre Aegypti: ꝛ omnis vicinia ioseph: ꝛ fratres eius: ꝛ omnis domus paterna eius: ꝛ cognationem: et oues: ꝛ boues reliquerunt in terra Gessen. Et simul ascenderunt cum eo currus et equites: et facta sunt castra valde magna. Et aduenerunt ad aream Atad: que est trans Jordanem: et luxerunt eum luctu magno et vehementi valde. Et fecit luctum patri suo dies septem: ꝛ viderunt habitatores terre Chanaan luctum in area Atad et dixerunt. Luctus magnus ille est Aegyptijs: ꝛ propterea vocauerunt nomẽ loci huius. Planctus Aegypti: qui est trãs Jordanẽ. Et fecerũt ei filij eiꝰ: sicut precepe-
rat eis. Et reduxerũt eum filij eiꝰ in terrã Chanaã: ꝛ sepelierũt eum in spelunca du-

plicem quam possidebat Abraham: spelũcam in possessionem sepulchri ab Ephron Chetthei e regione Mambre. Et reuersus est Joseph in Aegyptum: ipse & fratres sui: et omnes qui cum eo ascenderant vt sepelirent patrem suum. Vt autem viderũt fratres Joseph: quod mortuus esset pater suus dixerunt. Ne forte vltionis animus sit Joseph & retribuat nobis omnia mala que exhibuimus ei: et accesserunt ad Joseph et dixerunt. Pater tuus adiurauit: antequam ipse moreretur dicens. Sic dicite Joseph. Dimitte eis iniustitiam et peccatum eorum: quia malatibi exhibuerunt: et nunc tolle iniustitiam ministrorum dei patris tui. Et fleuit Joseph: loquentibus illis ad se. Et quum venerunt ad eum dixerunt. Ecce nos serui tui. Et dixit eis Joseph. Ne timeatis dei enim sum. Vos cõsultastis contra me in mala: deus autẽ consultauit de me in bona: vt fieret sicut hodie: vt aleretur populus multus. Et dixit eis: Ne timeatis ego enutriam vos: et domus vestras. Et consolatus est eos: & loquutus est eis in cor. Et habitauit Joseph in Aegypto ipse & filij eius: et octo anis domus patris sui. Et vixit Joseph annos centum decem: et vidit Joseph Ephraim filios vsq; in tertiam generationem. Et filij Machir filij Manasse nati sunt in femoribꝰ Joseph. Et dixit Joseph filijs suis dicẽs. Ego morior: Visitatione autem visitabit vos deus: et reducet vos ex terra hac in terrã: quam iurauit patribꝰ nostris Abraham: Isaac: et Jacob. Et adiurauit Ioseph filios Israel dicens: in visitatione qua visitabit vos deus: et simul feretis ossa mea hinc vobiscum. Et mortuus est Ioseph quum esset annorũ decem et centũ. Et sepelierunt: et posuerunt eum in aceruo in Egypto.

HOMILIA LXVI.

PRidem pollicebamur finem nos imposituros historiæ Iacob, sermoneq; prolixius se extẽdẽte, ad finẽ quod promittebamus ꝓducere nõ valuimus. Ideo volo, quę pridẽ relicta fuerunt, in mediũ proponere vt sic nunc, si deus dederit, finẽ imponamus. Operę precium autem primũ vestram cõmonefacere charitatem, & ostẽdere vbi sermonem nuper missum fecerimus. Scitis vtiq; & memores estis, quod quum iacob benedicturus esset filios Ioseph, Ephræm Manassi pręposerit, idq; etiã patre eius nõ ꝓbãte cui & dixit. Scio fili, verũtamẽ & hic erit in populũ, & hic exaltabitur, sed frater eiꝰ iunior maior eo erit in multitudinẽ gentium, & benedixit eos in die illa dicẽs. In vobis benedicetur Israel ꝙ dicentes. Faciat te deus, sicut Ephræm & Manassen. Et hucusq; ꝓcessimus, & ne sermonũ nimietate vestram obrueremus memoriam, cessauimus a doctrina, sed si videt, hodie sequẽtia videamꝰ. Dixit aũt Israel Ioseph. Ecce ego morior, & erit deꝰ vobiscũ, & reducet vos deus ex terra hac in terrã patrũ vestrorũ. Ego aũt do tibi Sycima electa præ fratribꝰ tuis, quæ accepi in gladio meo & arcu. Postquam filios bñdixit, & futura pręuidens, iuniorẽ prępoſuit seniori, volẽs ꝑsuadere ipsi Ioseph, quod nõ simpliciter neq; temere hoc fecisset, sed ꝑ dicẽs futura, ꝑ dicit ei & suam mortẽ, & ꝙ redituri sint ex aliena terra in Chanaan in terrã patrũ suorũ, & bonam eis spem auget, ita vt in expectatione alleuiẽtur. Nam spes bona huius vitę labores semp imminuit. Et monstrans etiam tẽpore mortis, quã dilectionẽ erga Ioseph habebat, dicit ei. Ego autẽ do tibi Sycima electa prę fratribꝰ tuis, quasi per hoc declarans. Hoc omnino erit, & iuxta meam prędictionẽ redibitis, & in hęreditatem possidebitis terram patrũ vestrorum. Quia & Sycimorũ ciuitatẽ tibi do hæreditatẽ electam præ fratribus tuis, quam accepi de manu Amorrhęorũ in gladio meo & arcu. Quidnã hoc est? Quę a Symeone & Leui facta, in ꝑsonam ꝓpriam trãsfert, & propter hoc dicit, Quę accepi in gladio meo & arcu. Sed hic oportune quęsierit quispiã. Et quare hoc facinus suũ facit, quũ postea testaturus accusatione clare scripta eos arguat, num secũ pugnat iustus? ꝛ mõstrãs mãsuetudinẽ mentis suę

& quod præter ſuæ mentis ſententiam hoc factum ſit. Non ſolum enim nō probat factum, ſed & arguit, propterea volens monſtrare ſuam erga ioſeph dilectionem, ei cōcedit Sycima & dicit. Quæ accepi in gladio meo et arcu. Nam licet illorum fuerit opus, in ſua tamen poteſtate poſitum erat. Si enim filiorum dominus pater multo magis eorum quæ a filijs poſſidētur, ſi autem dominus, & cui volebat dare poterat. Itaq; declarare volens ſuam erga ioſeph beneuolētiam, non ſolum Ephraim & Manaſſen benedixit, ſed & Sycimam electam hereditatē relinquit filio. Et vocauit (inquit) filios ſuos & dixit. Congregemini, vt annūciem vobis quid euenturum ſit vobis in nouiſſimis diebus. Cōgregemini & audite Iſrael patrem veſtrum. Videtis intelligentiam, quia præſciebat mortis tempus, vocauit filios ad ſe & dicit. Congregemini, vt vobis iam prædicam quid vobis euenturum ſit in vltimis diebus. Congregemini & audite iſrael patrem veſtrum, Venite (inquit) & diſcite a me, nō præterita, nō quæ poſt paruū tempus euētura, ſed quod accidet in vltimis diebus. Et hæc vobis nō a memetipſo annuncio, ſed afflatus a ſpiritu, & idcirco quæ multis poſtea generationibus cōtingente prædico. Etenim e vita hac migraturus, volo vnicuiq; veſtrum, quaſi in titulo & columna ærea memoriam inſculpere. Conſydera autem iuſtum, quomodo cōgregatis pueris, natiuitatis ſeruo ordine vnicuiq; congruā det vel maledictionem, vel benedictionem, & in hoc mōſtrans ſuæ virtutis eminētiam incipiat a primo, Rubim, inquit, primogenitus fortitudo mea, & principium filiorum meorum. Durus ad ferēdum, durus & peruicax. Vide quāta ſapiētia iuſti. Volens enim accuſationē magis intendi, prius dixit priuilegia ei a natura cōceſſa, & dignitatem quam tenebat, quod principium filiorum, & primogenituræ honore clarus ſit, & poſtea volūtatis peccata illius quaſi in ærea columna inſcribit, mōſtrans quod nihil proderint nobis ea quæ a natura inſunt, niſi & voluntatis bona opera ſequātur, hæc enim ſunt quæ ad laudem habent & vitium. Durus, inquit, ad ferendū durus & peruicax. Naturæ, inquit, dignitatem tibi datam amiſiſti propria tua temeritate. Deinde & ſpeciem peccati bene ſcriptam relinquit, ita vt illum ita eſſe redargutum, & poſteris magna ſit eruditio, ne ſimilia attentent. Contumelia affeciſti, ſicut aqua nō efferueſcas. Aſcendiſti enim, inquit, ſuper lectum patris tui tunc polluiſti ſtratum, quod aſcēdiſti. Significat concubitum eius cum Balla. Vide quomodo per ſapiētiam a ſpiritu ſancto ſibi datam prius dixit, id quod poſtea Moyſes inter leges recenſiturus erat, non licere cum eadem muliere patrem & filium rem habere. Et nunc ob hoc ipſum ille filium corripit, & ſic prohibet. Polluiſti, inquit, ſtratum & aſcendiſti ſuper lectū patris tui. Rem peruerſam feciſti. Propter hoc quod ita cōtumelia me affeciſti, ſicut aqua nō efferueſcas. Inutilis erit, inquit, ille conatus tuus quod neq; patrem reueritus polluere eius lectum auſus fuiſti. Vt igitur nunc inſequētibus generationibus talia nemo imitetur, reprehenſionē ſpiritus ſanctus ordinauit, vt literis cōmendetur hæc accuſatio, & omnes qui audiant erudiantur, ſciantq; manifeſte, quod nihil proſit dignitas naturæ conceſſa, niſi & voluntatis accedāt ornamēta. Deinde quia ſatis traduxerat nepharium hoc opus, venit ad Symeonem, & Leui. Compleuerūt, inquit, iniuſtitiam ex volūtate ſua, contentio ſua quam propter ſororem ſuam declararunt eos impulit. Deinde declarās quod ſe ignaro rem fecerint dicit, in cōſilium eorum non veniat anima mea, & in cœtu eorum non firmentur ie cora mea. Abſit, inquit, vt cōmunicem eorum ſententiæ, & obſequar eis in his quę iniuſte egerunt. Quia in furore ſuo occiderunt homines. Irrationabilis (inquit) fuit eorum indignatio. Nam licet peccarat Sychem. Attamen non oportebat tantam ſtragem facere, & omnes perdere. Et in concupiſcētia ſua ſubneruauerūt thau

D

E

Ruben.

F

Symeō Leui.

rum. Filium Emor hic significat. Nam quia in florenti ætate erat, thaurum eum nominauit. Deinde vt dixit, quæ fecerant, etiam meledictionē apponit & dicit, Maledictus furor & ipostura eorum, quia paruicax, & ira eorū quia obdurata est. Dolū significat quo illos circūuenerunt, paruicax dicit furor eorum, temerarius impetuosus ratione carens. Et ira eorum, quia obdurata est. Quando enim Sycimitæ putauerunt eos sibi valde amicos, tunc graui ira & bello eos oppresserunt. Et dicto eorū peccato, dicit & supplicium quod luituri erant. Partiar eos in iacob & disseminābo eos in israel. Vbiq; (inquit) dispersi erunt, vt istuc ipsum manifestum fiat, quod propter facinus cōmissum hoc illi passi fuerint. Iuda te laudarūt fratres tui. Benedictio quæ iudæ data mystica est, prę signās omnia quæ ad CHRISTVM attinent, iuda (inquit) te laudarunt fratres tui. Quia enim ex hac tribu apparituru s iuxta dispensationis rationem, propterea a spiritu sancto afflatus prædicit per ea quæ in iudam dicuntur, nō solum descensum domini ad homines, sed & sacramētum, & crucem & sepulturam, & resurrectionem, & vt semel dicam omnia Iuda enim dicit, te laudarunt fratres tui. Manus tuæ intergo inimicorum tuorum, & adorabūt te filij patris tui, quibus declarat, quod subijciendi illi essent. Catulus leonis iuda, de germine, fili mei ascendisti, Regnum eius prędicit. Semper enim scripturæ mos est, per figurā huius animalis, regiam autoritatem insinuare. Recubuisti & dormiuisti vt leo, & sicut catulus. Quis excitabit eum? Crucem & sepulturam hic significat, Quis excitabit, inquit, eum? Sicut enim leonem vel catulum nullus audet excitare, ita dormiuisti, vt leo & vt catulus. Quis excitabit eum? ipse enim est, qui dicit. Potestatem habeo ponere animā meam, & potestatem habeo iterum recipere eam. Postea & tempus quoq; manifeste declarat, quo aduēturus sit CHRISTVS. Non deficiet, inquit, princeps de iuda, neq; dux de fœmore eius donec veniāt reposita ei, & ipse erit expectatio gentium. Tam diu (inquit) durabunt iudaica, & principes iudęorū, quo ad ille venerit. Et bene dixit, quoad ille veniat, cui repositum est, quasi dicat, illi cui præparatum est regnum, propterea ipse est expectatio gentiū. Vide quomodo iam dicit etiā gentes saluādas. Et ipse erit, inquit, expectatio gentiū. Huius aduētum gentes expectant. Ligans ad vitem asinam suam, & ad palmitem filium asinæ suæ. Per pullum iterum gētium significat adductionē. Nam quia asinus immūdum erat animal, propterea dicit illæ immūdæ gentes, cum tāta facilitate adducētur, quasi quis ad palmitem vitis asinum alliget, simul insinuans & potestatis excellētiam, & gentium obedientiam. Magnæ enim mansuetudinis est, quod asinus sustinet se ad palmitem vitis ligari. Viti autem suam doctrinam comparat. Ego enim sum (inquit) vitis vera, & pater meus agricola est. Palmites autem vocauit teneritudinē præceptorū, & facilitatem legis ferendæ, & iam præsignat gentes magis credulas fore quam iudęos. Lauabit in vino stolam suam, & in sanguine vuæ amictū suum. Vide quomodo nobis totum sacramētum hic insinuauit. Sciūt qui initiati sunt, quod dictum est Lauabit in vino stolam suam. Solam puto corpus dici quod propter dispensationē ferre dignatus est. Deinde vt diligēter discas vinum quod appellauit subdit. Et in sanguine vuæ amictum suum. Vide quomodo sanguinis nomine crucē nobis & occisionem significet, & omnem sacramētorum dispēsationem, iucūdiores oculi eius vino, & candidiores dentes eius, quam lac. Hic gloriam nobis demōstrare vult per metaphoram vini & oculorum. Et candidiores dentes eius, quam lac, iustitiam significat & claritatem iudicis. Nam per dentes & lac, nihil aliud significare vult, quam fore candidum & manifestum iudicium, vt est lactis & dentium qualitas. Zabulon (inquit) in maritimo habitabit, & ipse apud stationē nauiū, & extēdet vsq; ad Sidonā

A

Iuda

B

C

zabulō

Isacar. Vide quomodo & huic prædicit, vbi domicilíū habiturus sit, & quod vsq; ad Sidonem extendetur. Isachar bonum desyderauit, recūbens inter duos, & vidit requiem quod bona, & terram quod pinguis, suppossuit humerum suum ad laborandū, & factus est vir agricola. Laudat hunc quod operationem terræ elegerit, & hanc omnibus alijs prætulerit. Dan iudicauit populum suum, sicut & vna tribus Israel. Et fiat

Dan D Dan serpens in via, insidēs in semita, mordens vngulam equi, & cadet equus retrorsum, salutem expectās domini. Dignum vt quis admiretur & obstupescat, quomodo oculis spiritus omnia præuidens, filijs suis prænūciauerit quid vnicuiq; euēturū sit, etiam post multum temporis, Gad tentatio tentabit eum, ipse autem tentabit illum ad pedes. Aser pinguis eius panis, & ipse dabit cibum principibus. Nepthalim stirps emissititius, multiplicās in germine pulchritudinē. Et quia paucis trāsit illos venit consequenter ad Ioseph, Ioseph filius auctus, & amabilis, ioseph filius auctus filius meus iunior, inuidiosus factus ab ipsis initijs, quem cōsilio cōmunicato cōuicijs inceſſuerūt. Fratrum significat cōspirationē contra eum. Et id quod supra dicebat scriptura, quod crimine malo detulerant ioseph apud patrem suum. Hoc iste hic dicit, in quem cōmunicato consilio conuicijs inceſſerūt, & insidiati sunt ei viri

Gad Aser nepthalim Ioseph

E sagittationū Sanguinariū illorum animum significat. Et contriuisti cum fortitudine tela eorum. Vide quomodo postq̄ dixit ea quæ contra Ioseph attentarūt, dicit & quæ eis contigerunt. Contriuisti enim (inquit) arcus eorum & dissoluisti neruos brachiorum manuū eorum quasi diceret, ipsi enim occidere te conati sunt, & quantum ex ipsis pendebat cōpleſſent, sed & arcus eorum cōtriuisti & dissoluti sunt eorū nerui. Quomodo enim aliter eis accidit, quando audierunt ioseph dicentem. Ego sum frater vester ioseph, quem vendidistis in Aegyptū? Tunc enim, tunc maxime soluti sunt nerui eorum per manū potentis iacob. Illinc (inquit) corroborasti Israel a deo patre suo, & adiuuit te deus meus, Vide germanā iusti erga dominū dilectionem, quomodo orbis dominum suum solius deum esse dicat non cōcludēs eius dominum, neq; priuans eum potestate vniuersali, sed suum declarans amorem. Et benedixit tibi benedictione cœli e supernis. Non solum (inquit) audiuit te sed & bene dixit te benedictione terræ, omnia cōtinentis propter benedictionē vberum & vul

F uæ benedictione patris tui & matris tuæ. Confortatus es benedictionibus montiū firmorum & desyderabilibus cumulorū æternorum. Per cumulos æternos gloriā & maiestatem & regnum Aegypti, per montes & cumulos sublimitatem & fortitudinem designans & in summū fastigium principatus euectum esse hic insinuat. Hæ enim inquit) benedictiones erunt super caput Ioseph, & in vertice fratrum, quorū dux est. Hæ scilicet, inquit, benedictiones erunt super caput tuū. Beniamin lupus rapax, mane comedet, & adveſperam distribuet prædam. Et hic præsignat, quod longo post tempore futurum erat, et quod grassabitur sicut lupus rapiens, occidēs, et innumera mala faciens. Quoniam autē omnibus filijs congruas benedictiones præsignauit. Et benedixit, inquit, singulis iuxta benedictionem suam qua benedixerat eis, hoc est vnicuiq; prædicebat, quæ decebat, et quæ in vnaquaq; tribu euentura prędixit. Postquā autem ordinauit ea quę a spiritu pręsignata dicit eis. Ego appono ad populū meum, et sepelietis me cum patribus meis. Vide quomodo propter visitationē hanc maximam, eis consolationē afferat. Cōsiderabant enim, quod iustus hoc non mandasset nisi omnino sciuisset reditum eorum futurum, et liberādos eos in seruitute Aegypti. Postea locum quoque dicit, in spelunca, inquit, quæ est in agro Ephræm Chettæi, Et vt hęc dixit, cessauit imperare filijs suis, et subleuauit ia cob pedes suos super lectum et defecit, et appositus est ad populū suum. Vide mor-

Beniamin.

tem iusti etiam magno miraculo plenam. Nam postquam imperauit pueris suis ait Subleuauit pedes in lectum suum, quasi cum voluptate rem aggrederetur, ita impletis omnibus pedes sustulit, hoc est planos & rectos fecit et extēdit, Defecit hoc est finiuit vitam. Et appositus est ad populū suum. Et recidit Ioseph super faciē patris sui, et fleuit super eum, et osculatus est eum. Vidisti pueri dilectionem? vidisti ignitā charitatem? et post animę recessum recidit ioseph super faciem eius & osculatus est & fleuit super eo. His factis, ioseph quæ a patre mandata erant, exequi curauit, Et mox mandauit pollinctoribus, vt aromatibus ad sepulturam condirent patrem, & ipse quidem quadraginta diebus, Aegyptus autem septuaginta diebus eum luxit, & postquam iusta omnia persoluta sunt, significauit Pharaōi, & his qui cum eo quæ illi pater adhuc viuus demandarat, & dixit, iurauit pater meus dicens, in sepulchro quad fodi mihi in terra Chanaan, illic me sepelies. Nunc igitur quum ascendam et sepeliam patrē meum & redibo, Aequū est, inquit, vt quę ab eo pręcepta impleam Vbi igitur ea fecero quæ iusserit redibo, Hæc vt audijt permisit Pharao. Et ascendit, inquit, Ioseph, vt sepeliret patrem suum, et simul ascēderunt cum eo omnes serui Pharaonis. Et cognationem, et boues, et oues reliquerunt, et simul ascenderunt cum eo currus et equites Et facta est turba magna valde. Vide quantum officiū declarent Aegyptij in honorem ioseph. Et venerunt cum Ioseph, Ita vt fieret turba magna. Et vt venerunt ad locum quendam, planxerunt eum planctu magno, & valde vehementi. Et fecit planctum patri suo septem dies. Et viderūt habitatores Chanaan et dixerunt. Planctus magnus est Aegyptijs propter hoc vocauit nomen loci plāctū Aegypti, qui est trās Iordanē. Verū tu hæc audiēs dilecte ne simplr p̄tercurre, sed tēpus cogita quo facta sunt, & ab omni culpa libera Ioseph. Nondū enim fuerūt portę inferi confractę, neq; inferni vincula dissoluta, neq; mors dicebatur dormitio. Et idcirco quia timuerunt mortem, hæc faciebant, nunc autem propter gratiam CHRISTI, quia mors facta est somnus. & cōsummatio quies, & certa multaq; sunt resurrectiōis indicia, quasi de vita in vitam transferēdi, sic exultemus & lętemur. Et quid dico de vita in vitam? de deteriori ad meliorem, de tēporali ad eternam, de terrena ad cœlestē. Et peractis omnib⁹ (inquit) reuersus est Ioseph in Egyptum, ipse & fratres sui, & omnes qui cū eo erant. Vide cōsequenter fratrū ioseph timorem hic, & terrorē eorum mentem cōcutientem. Vt viderunt autem fratres ioseph, q̄ mortuus esset pater suus, dixerūt, Ne forte memor sit iniurię nostræ ioseph & retribuat retributionē nobis, & omnia mala quæ in eum commisimus. Terror validus eorum mentem perculerat, & a conscientia stimulati, nesciuerunt quid facerent. propterea dicit. Cum vidissent patris mortem, ne dignam de eis pœnam sumeret ioseph ob ea quæ in illum peccauerunt, aduenientes ad eum dixerunt, Pater tuus adiurauit nos priusq̄ moreretur, dicens, Dicite ioseph, dimitte eis iniustitiam hanc, & peccatum eorum. Vide iterum quomodo ipsi accusatores sui ipsorum sint. Vide quanta est conscientiæ reprehensio. Et omnino scitis, q̄ iniustitiam et peccatum operati estis: quod mala ei exhibuistis, et nunc accipe iustitiam seruorum dei patris tui. Vide quomodo nullo cogente, sui peccati sunt testes, et dicunt, Dixit pater tuus, dimitte eos, quia mala tibi exhibuerunt, et accipe iniustitiam seruorum dei patris tui. Sed beatus et totus virtutib⁹ clarus, intantū modestus fuit ne permitteret illos facere vllam memoriā eorum quæ in se fecerant, quia et ad verba eorū cōfusus est. Et fleuit (inquit ioseph, loquētibus illis secum, et venerūt et dixerūt. Ecce nos seruitui. Vide quantū valeat virtus: quam valida et inexpugnabilis, et quāta malicię infirmitas. Ecce enim ille, qui hæc quidē passus est regnat. Qui autē ita afflixerunt

fratrem, famuli eius esse orant, quem in seruitutem exposuerant. Verum tu vide clementiam Ioseph in fratres, non recordantis iniuriarum, & quomodo omnibus modis eos consolari velit, & eis persuadere, quasi nihil in se peccauerint, dicit enim, Ne
D timeatis, dei enim sum ego. Vos cogitastis contra me mala, deus autem cogitauit pro me bona, quomodo factum, sicut hodie (videtis) vt pascatur populus multus. Ne timeatis (inquit) neq; anxij sitis, dei enim sum ego, & dominum meum imitor, et beneficia rependere studeo. his qui irreparabilia contra me fecerunt, dei enī sum ego. Deinde quum monstrasset quanta eum deus beneuolentia ꝓsequutus esset, dicit. Vos mala mente hæc contra me feciſtis, deus autem in bonum mihi omnia vertit. Idcirco & Paulus dicebat, Diligentibus deum. omnia cooperantur in bonum. Omnia inquit. Quid est omnia? & quæ cōtristant & quæ non cōtristant in bonum mutat, Hoc vtiq; & in iusto factum est. Nam quę a fratribus facta sunt, ea maxime regnum conciliarunt propter omnipotentem dei sapiētiam. quæ omnia mala in bonum cōmutat. Vt pascatur (inquit) populus multus. Non solum vestri causa hęc in bonū vertit, sed vt & omnis ille populus pasci possit. Et dixit eis. Ne timeatis, ego pascam vos & domos vestras. Et cōsolatus est eos, & locutus est in cor eorū. Quid igitur (inquit) timetis? ego suppeditabo alimēta vobis & omnibus qui vobiscū sunt. Et consolatus est eos, & locutus est in cor eorum. Non simpliciter eos rogauit, sed tanto vsus est officio, vt eis omnem tristitiam e corde eximeret. Et habitauit Ioseph
E in Aegypto ipse & fratres eius, & vidit Ioseph filios vsq; in tertiam generationem. Et inquit Ioseph fratribus suis, dicens. Ecce morior. Visitatione autē visitabit vos dominus, & simul deportabitis ossa mea hinc. Vide quomodo & ille, eadem quę pater, procurat, volens vt simul auferētur inde ossa, quo magis eorum confirmaretur mens, & bonam spem haberent de reditu suo. Prius hoc designat ꝙ redituri essent, & tunc dicit, Simul feretis ossa mea hinc vobiscum. Hoc autem faciebat, non tantū etiam hic, duo enim agebat, Vnum, ne Aegyptij memores beneficiorum eius, quum pro more suo facile ex hominib⁹ deo appellent, corpus iusti haberent in impietatis argumētum. Alterum vt securi & certi omnino sint, se redituros. Nam nisi hoc firmatū fuisset, non iussisset vt secum reciperent ossa. Et videre licebat rem nouam & admirabilē, eum qui omnē in Aegypto pascebat, illum & ducem reditus, & in terram Israel inducētem. Et mortuus est Ioseph annos habens centum & decem. Quare nobis & illius annos significauit? Vt discas quot annis Aegypti principatū tenuerit. Septem & decē annorū erat, quum veniret in Aegyptum, & triginta an-
F norū factus comparauit coram Pharaone, & dijudicauit insomnia. Deinde octoginta annis prefuit toti terræ Aegypti. Vidisti quomodo maiora sint prēmia q̄ labores, retributionesq; multipliciores? Tredecim annis certauit in tentationibus, ferens seruitutē, & calumniā illam incipiam & afflictionem in carcere. Et quia generose & cum gratiarū actione tulit omnia, ꝓpterea larga prēmia accepit etiā in hac vita. Considera enim ꝙ pro breui illo tempore quo seruitutē & carcerem sustinuit, octoginta annis regnum administrauerit. Et ꝙ fide omnia dispoſuerit, & propter hoc etiam de transuectione ossium mandarit, audi Paulum dicentem, Fide Ioseph moriens, de egressione filiorum Israel meminit. Et non fuit his cōtentus, sed vt discas causam propter quam iniunxerit ossium trāsuectionem, dicit, & de ossibus suis mandauit. Forte plurib⁹ hæc dicta sunt, sed ignoscite, Nam quoniā ad finem libri peruenimus, hodieq; totum librum finire voluimus, ita finiendo sermonem, & soli tam exhortationem adijciendo. Omnes igitur magna solicitudine, curaq; singulari operam demus, vt memores simus dictorum, & imitemur iustorum illorum virtu

tem, & iniuriæ obliuionem erga eos qui nos iniuria affecerunt, clemẽtiamq; in eos qui nos calumniãtur seruemus. Hinc enim & iustus ille tantam sibi dei gratiam cõciliauit. Vt igitur & diuinam gratiam assequamur, summã virtutis habeamus rationem. Sic enim & spiritus gratia nobis concedetur, & præsentem vitam magna iucunditate transigemus, & futura bona consequemur. Quæ nobis omnibus concedat domin⁹ noster IESVS CHRISTVS. cui cum patre simul & spiritu sancto sit gloria, imperium, honor, nunc & semper, & in secula seculorum. Amen. A

FINIS.

Parrhisijs, apud Iohannem Paruum mense Iulio. Anno domini. M.D.XXIIII.